8
4 N
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71
10
E
16

34-A-12

34.7.19

Digitized by Google

IOANNIS CARAMVEL

Epiſcopi Viglevanenſis, Comitis Zemidæ, &c.

LEPTOTATOS,

LATINE

Bibl. Secr. Coll. Rom. Soc. Jesu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVBTILISSIMVS.

Eſt Opus Ingenioſum & Novum, Sublimium Scientiarum Profeſſoribus maximè neceſſarium.

Demonſtrat enim, non ſolùm Ethnicos Priſcæ Ætatis Philoſophos, ſed & Chriſtianos Græcæ & Latinæ Eccleſiæ Patres, ubi debebant proprias ΙΔΕΑΣ *& conceptus exprimere, hæſiſſe omninò, nec potuiſſe voto ſuo ſatisfacere Terminorum defectu.*

Et, ut huic Generali Morbo opportunam Medicinam adhibeat,

DIALECTVM METAPHYSICAM,

Breviſſimam, facillimam, & ſignificatiſſimam exhibet.

Quâ ſemel admiſſâ & ſuppoſitâ, oſtendit Angelici Doctoris Sententias, quæ ab Adverſariis in Examen vocantur, Nudæ Veritatis Fundamentis inniti: & Syllogiſmos, qui objici ſolent contrà, quatuor conſtare Terminis; &, ſi in Novam hanc Dialectum transferantur, [N.B.] *ſine aliâ Reſponſione, remanère ſolutos.*

Sapientiæ cap. 9. 16. (non cap. 7. ut Bañes citavit) Καὶ μόλις εἰκάζομεν τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν χερσὶν εὑρίσκομεν κατὰ πόνου: τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς τίς ἐξιχνίασε; Βουλὴν δέ σου τίς ἔγνω; εἰ μὴ σὺ ἔδωκας σοφίαν, καὶ ἔπεμψας τὸ ἅγιον σου πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστου. *Et difficile æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ in proſpectu ſunt invenimus cum labore: quæ autem in cælis ſunt, quis inveſtigabit? Senſum (Intellectionem, Conſilium, Decretum) autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſſimis.* Quæ verba P. Dominicus Bañes Theologiæ Primarius Doctor & Profeſſor Salmanticæ *in 1. part. D. Thomæ qu. 66. art. 2. pag. 29.* hoc Scholio dilucidat. [Hoc in loco tria genera cognoſcibilium diſtingui videntur. Duo quidem priora ad naturalem hominum cognitionem attinent, tertium verò ad ſupernaturalem. Primùm quidem, quæ in terra ſunt, & quæ oculis noſtris objiciuntur, invenimus cum labore; ſed tandem invenimus plurimum. Cognoſcunt enim homines compoſitionem rerum naturalium, & proprietates plurimas earundem. Deinde quæ in cælis & ſupra nos ſunt, pauci ſunt qui inveſtigare valeant, & cum certitudine judicent, qualiter diſponantur, motuſque ſuos peragant, qualiterque in hæc inferiora influant. Propterea dixit Sapiens, *Quis inveſtigabit?* &c. Atque ita verificatur quod Eccleſiaſt. cap. 3. dicitur: *Mundum tradidit diſputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio uſque in finem.* Nimirùm ut humilientur homines, & aliam Sapientiam ſupernaturalem inquirant, per quam ad æternam vitam pervenitur. Et hoc eſt tertium, quod Sapiens dixit, *Senſum autem tuum (hoc eſt, intellectum tuum, an ſit actus puriſſimus, an verò per modum actus primi tenere ſi queat humanitùs? An cauſa rerum ſit, an ipſe rebus exiſtentibus, poſſibilibus & impoſſibilibus communicet illud eſſe* (Sere, Sare, Non-Sare) *exiſtentiale, poſſibile, & impoſſibile, &c. quod ipſa habent) quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de Altiſſimis.* Hæc adverterim, ut non ſapiamus pluſquàm oportet ſapere, ſed noſtri ingenii paupertatem agnoſcentes, ſapiamus ad ſobrietatem.]

Hæc (nimirùm omnia, quæ in hoc Libro exhibentur) *dicta ſint pro Ingenioſis & Metaphyſicis: non verò pro iis, qui rudi Minerva rem conſiderant* idem P. Dominicus Bañes, *in 1. p. qu. 3. art. 4. pag. 102. a.*

Siquis ſe omnia ſcire præjudicet, & hunc noſtrum laborem eſſe ſupervacaneum afferat, audiat Flandriam, qui apud Lalemandetium *in par. 3. Metaph. diſp. 11. parte 1. column. 371.* modeſtiſſimè ait, *An hanc Diſtinctionem* (agit de Relationis à Fundamento diſtinctione, & per rationis paritatem de univerſis, quæ in Philoſophia edifferuntur) *multi intelligant, Deus ſcit: ſed ego neſcio.* Et quidem illi multi, de quibus Flandria loquitur, ſunt Theologi primæ Tonſuræ, tincti, aut fortè tantùm tacti Philoſophicis ſpeculationibus; qui Antipodes volunt eſſe Socratis, hoc enim unum neſciunt ſe nihil ſcire. Ex eo illorum grege prodiit Abailardus & Linus. De priore in Epiſtola CXCIII. quæ Yvoni Cardinali inſcripta, Melleus Doctor, ſic infit. *Homo eſt egrediens menſuram ſuam, in ſapientia verbi evacuans virtutem Crucis Chriſti. Nihil neſcit omnium, quæ in Cælo, & quæ in Terra ſunt præter ſe ipſum.* De altero Anglus Martialis ſic Latinè & Hiſpanicè cecinit.

Te Line devinctum	La ignorancia duplicada
Tenet ignorantia duplex,	En ti, Lino, llegò a ſer;
Nil ſcis, & neſcis	Pues que con nada ſaber
Te quoque ſcire nihil.	Nó ſabes, que ſabes nada.

Et in utrumque videtur evaginaſſe calamum Angelicus Præceptor, quia *opuſc. 37. de Æternitate Mundi*, agens de argumenti negativi efficacia, ſic ſcribit, *Mirum eſt et iam, quomodò nobiliſſimi Philoſophorum hanc repugnantiam* (aut etiam, hanc quintuplicem eſſendi ſive entis modum) *non viderunt.* Et quia Theologica cum magna debent circumſpectione tractari, & in rebus antiquis omnes novitates videntur falſitatis ſuſpectæ, audiri poterit idem S. Doctor *1. p. q. 46. art. 2. in corp.* ſic enim infit. *Et hoc utile eſt, ut conſideretur, ne fortè aliquis, quod fidei eſt, demonſtrare præſumens rationes non neceſſarias inducat, quæ præbeant materiam irridendi infidelibus exiſtimantibus, nos propter hujuſmodi rationes credere, quæ Fidei ſunt.* Ergo Lector Amice, quia forſan Ego noctua ſum, ubi aliqui ſe ſummant eſſe Lynces, nil præſumo arroganter, ſed totum illud opus tuo judicio & ingenio ſumma animi demiſſione ſubjicio.

VIGLEVANI, Typis Epiſcopalibus, apud Camillum Conradam. *Superiorum permiſſu.* *MDCLXXXI.*

Digitized by Google

OPERIS DISTRIBVTIO

EPrælo in prælium prodit (Lector Ingenioſe) iſte Liber, per annos quadraginta promiſſus, & in diverſis locis per Σιώποψιν deſcriptus & imaginatus: qui, ut clariùs decurrat, diſpeſci debet in tres Diſſertationes.

In quarum PRIMA (quæ eſt METALOGICA) demonſtratur clariſſimè, Linguam Latinam Communem (quod à fortiori de Græca, & aliis dici debet) *μεγαλόπτωχον* eſſe (hoc eſt, *maximè pauperem*) ut potè quæ non ſolùm in dictionũ materia, ſed etiam in inflexionum formis, eximia Terminorum præpeditur penuria. Et, ut huic ſuccurratur inopiæ, quinque inveniuntur & conjugantur Voculæ (videlicet, **Sam**, **Sem**, **Sym**, **Sont**, **Sunt**,) quæ *quinque eſſendi Modos* dilucidantes, Subſtantivi Verbi, *Sum*, *es*, *eſt*, præcipiunt Æquivocationes exceſſe, & λογομαχίαις difficillimis finem imponunt.

In SECVNDA (quæ eſt PHILOSOPHICA) de Ente Reali & Rationis; nec non de *ἰδέαις* Divinis, & de Poſſibilibus Creaturis accuratè diſſeritur. Oſtenditur D. Auguſtinum, & cum eo Præceptorem Angelicum (quem jam bene Thomiſtæ Recentiores intelligunt) in Deo, præter Formales, admiſiſſe Objectivas *ἰδέας*. Vnde videri poſſet valde mirum, Veteres, nec paucos, nec ſubſellii inferioris Doctores, aſſeruiſſe Hominem, quando *Ens* rationis concipit (aut, ut ipſi loquuntur, quando facit) Intellectionis ſuæ Objecto dare aliquod *Eſſe fictum & impoſſibile*: & negaviſſe Deum, quando ſua Simplici Intelligentia Poſſibiles Creaturas (**Samit**) cognoſcit, dare Intellectionis ſuæ Objecto illud **Sare** (*Eſſe quiditativum, verum, & intelligibile*) quod Divinæ Cognitionis eſt Terminus.

Venitur poſteà ad Creaturas **Suntes** (*in aliqua temporis differentia exiſtentes.*) Oſtenditurque Materiam-primam eſſe Puram potentiam; omnique illam actu entitativo ſeu quiditativo deſtitui; exiſtere per exiſtentiam Formæ; Subſtantiamque per Virtutem ſuperadditam (nulla enim immediatè operatur) ad omnes effectus efficienter concurrare, &c.

Hic de Anima diſputabatur, oſtendebaturque Intentionales Species nullas eſſe, eaſque à D. Thoma, ad mentem Ariſtotelis, non ad propriam admitti. Quoniam Rationes, quæ efficaciter ſuadent, in Viſione Beatifica nec Impreſſas, nec Expreſſas requiri, æquè probant, in Exteriorum & Interiorum Senſuum actibus ſupervacaneas eſſe. Sed hunc Tractatum, ne in nimiam molem Liber creſceret, meliori conſilio, transtuli in noſtram PSYCHICAM.

Et tandem in TERTIA (quæ THEOLOGICA eſt) ſubriguntur ad Numen Supremum Mentis Oculi, & de Eſſentia Divina; de Simplicis Intelligentiæ, nec non Viſionis Scientia; de Divina Voluntate diſſeritur. Agitur accuratè prætereà, de Omnipotentia, Æternitate, Immenſitate, &c. de Providentia, ſeu Dei Prævio & Simultaneo concurſu, quo interpoſito; quin vel Senſûs Compoſiti, vel Diviſi, neceſſitatem inferat, aut ad Peccati Materiale aut Formale concurrat, non Neceſſarias tantùm Cauſas, ſed ipſaſmet Liberas ad Fines à ſe prædeſtinatos infallibiliter Cauſa-Prima perducit.

Adm.

Adm. Rever. & Eruditiſsimi Patris

D. PAVLI VINCENTII

C V N E I

Clericorum Regularium S. Pauli Superioris in Viglevanenſi Collegio

I V D I C I V M.

Volumina ſi ſapientiâ plena doctiſſimos exigunt Lectores; ad hoc accedat quiſque ſapientiâ imbutus, ut magis, ac magis ſapiens fiat, nec enim ullus audeat ſuperciliosus murmurare contra tale opus, vel indebitam cenſuram ponere tentarei, ne juſtam incurrat Apellis monitum poſt tabulam celati, vel in eorum numero adſcribi poſſit qui maculas in Sole reperire contendunt; hoc animadvertens non deeſſe pro cuſtodiâ Leones ad murmurantium temeritatem lacerandam; & licèt fuerit cenſura Platonis in Socratem, Ariſtotelis in Platonem, Averrois in Ariſtotelem, Divi Thomæ in Averroem, Volpicii in Cecilium, Varonis in Lelium, Tolomei in Marinum, Horatii in Ennium, Auli Gelii in Senecâ, Galeni in Archigenem, & Stiſippum: Ciceronis in Ermagoram, Salaſtii in Ciceronem, Divi Hieronymi in Origenem, Ruffini in Divum Hieronymum, Donati in Ruffinum, Proſperi in Donatum, & tandem Lupi in Proſperum; attamen cùm mei muneris ſit non propriis confiſus meritis ſed ſimplici dignatione Illuſtriſſ. D. Caramuelis huic libro cenſuram apponere; pro veritate fateor in hoc volumine mirabilia perluſtraſſe.

Et ſanè quis attentâ mente perlegens Λεπτότατον *hunc novos addiſcens terminos, novam adipiſcatur ſcientiam, & hiſce veluti Ariadnæ filo, victo minotauro adverſante à labyrintheis liber evadat quæſtionibus. Quis verò Philoſophicam ſpeculans ad apicem ſpeculationum non perveniat elevatiſſimo Caramuelis ingenio duce. Aſt quid dicam de Theologicâ, cùm in hac parte ſuprema Divinitatis arcana oſtendens Illuſtriſſimus* Joannes, *verè alter* Joannes *Dei dilectus dici poſſit,* Cui revelata ſunt ſecreta Cæleſtia, *alter inquam* Joannes, *cujus Aquila ſemper intento oculo inter impenetrabiliores ſtans ſplendores, ſpatia quæ nec humanitas, carne denudata attingere poteſt, libero pervolat volatu, alter inquam* Joannes, *in amore Columba, in Ingenio Aquila, Fœnix in vitâ. Fœnix quæ nunquam perit. Aquila, quæ nos ad* Juſtitiæ *Solem ſublevat. Columba charitatis igne ſuccenſa. Columba in Metalogicâ. Fœnix in Philoſophicâ. Aquila in Theologicâ. Aquila verò magnarum alarum ſuos comprobans pullos in Sole, dum librum iſtum tanquam pullum ingenii ſui Aquinatico dicat Soli. O verè opus aureum tot ſideribus inſignitum quot characteribus impreſſum, aureum dico dum one Aquinatici Solis eſt decoratum, & tanquam tabernaculum Sapientiæ tanti Antiſtitis eſt in Sole poſitum.*

Hillari ergo vultu unuſquiſq; tantum opus aſpiciat, memor dictaminis Plinii aſſerentis aliquem eſſe fontem cujus aqua à quovis degustata ſapientiſſimum efficiunt, nec non Divinorum interpretem oraculorum. Aſt mihi dicere fas ſit hunc fontem eſſe Illuſtriſſimum Caramuelem, aquas inſignia in hoc volumine contenta, ſicque quilibet ea deguſtans dicere poterit quod aquâ ſapientiæ ſua potavit me. O verè inſignis liber, qui quanta utilitatis futurus ſit terrarum orbi ſat ſit dicere in Sole poſitum eſſe, Solis ut munia gerat, ac de Illuſtriſſimo Antiſtite aſſerere quod de Thomâ canit Eccleſia, Stilus brevis, grata facundia, celſa, clara, firma ſententia. Hæc ſincero calamo pro tanti voluminis cenſurâ ſcribebat.

Viglevani Idibus Martii M DC LXXVI.

D. Paulus Cuneus.

Rever. Adm. & Eruditiſsimi Patris

D. VEREMVNDI
CORII
Clerici Regularis S. Pauli, &c. de Opere præſenti
IVDICIVM.

Ureum hoc Opus ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſs. D. Joanne Caramuel Viglevanenſi Epiſcopo omnigenâ quâ ſolet eruditione compoſitum Cenſore non indiget, nec Laudatore; Ad Cenſoris inquam examen no.. ... deducenda tranſcendentalis hæc doctrina non inconſultè dicata Angelico illi Doctori, ſeu inter Doctores Angelo, cujus ab arenâ Palladis hic Miles victorialem poſt luctam ſine claudicatione receſſit. Aurum quod in pretioſo hujuſce voluminis ſcrinio ſervatur illo fuit igne probatum, quem Magnus Caramuel alter veluti Prometheus mutavit à Sole in ejuſdem Angeli pectore corruſcante, novo nec indiget experimento Soboles à peritiſſimo dicti Infulati calamo in lucem edita, quam Angelici Solis radiis expoſitam, nec cæcutientem, nec ab ungue dimittendam agnovit; Ingenioſum hoc opus demonſtrat terminorum defectu non ſolùm Æthnicos priſcæ ætatis Philoſophos, ſed etiam Chriſtianæ Græcæ, & Latinæ Eccleſiæ Patres ubi proprios opus erat exprimere conceptus omninò hæſiſſe, ac terminorũ defectu voto ſatisfacere non potuiſſe; Sapientum ſic virorum innegabile confirmat aſſertum (Politioris videlicèt literaturæ profeſſores) Metaphyſicam tanti viri dialectum perlegentes, ac altâ mente concipientes nomenclaturæ defectû condignis non poſſe laudibus concelebrare, ac venerabundum quidem affectum, ſed non ſteriliſcentem admittere laudatorem. Et hujus quidem ſilentii neceſſaria interpoſitio, quam dulciorem præſentis operis efficiat cantilenam, idem erit Angelicus teſtis; Attamen ſi tantæ ſilent linguæ non tacent cordium vota, quibus vel Caramueli magno quemadmodum Alexandro ad emeritas laudes precantur Humeros, vel ſcriptis ejuſdem ceù alterius Homeri, ipſos Macedones, à quibus in gemmeo Darii Regis ſpolio cuſtodiantur. Equidem quis in peregrinis, & pretioſis quibuſcumque volumen iſtud non habeat, quod vel inter reliquas dotes eam ſibi jure vindicat novitatem, quâ eſt inſignitus. Utinam ſic omnium quorum operibus noſtro præſertim ævo adeò inſudant torcularia. Ea vox noſtri auctoris eſſe poſſit opus novum, ac Modo conſimili non tàm ſibi, quàm de ſe Horatianum canere.

Libera per vacuum poſui veſtigia Princeps
Nec aliena Meo preſſi pede.

Suus tamen cuique honor maneat illibatus, dum pro magno ſum Caramuele, cujus encomia impar attexere, omni corde Deum, Optimum, Maximũ deprecabor, ut peritiſſimum hunc Præſulem ad ſui gloriam, totius Eccleſiæ, & orbis utilitatem, ſcientiarum omnium reparationem, antiquitatis invidiam hujuſce ævi gloriã, & poſteritatis prodigium ad Neſtoreos annos ſoſpitem conſervet, quod ſummoperè exoptat

Papiæ ſeptimo Kal. Junii 1681.

D. Veremundus Corius.

Imprimatur.
Vicarius S. Officii Viglevani.

IN-

INDEX

Diſſertationum & Articulorum.

Numeri ſunt Paginarum.

Præmittuntur nonnullæ Proœmiales Epiſtolæ, quibus aperitur & ſternitur via, ut dicenda meliùs in Opere intelligantur.

In Primâ, quæ Reverendiſſimo D. D. Michaeli de Fuentes, Ciſtercienſis Ordinis Generali, nec non in Celeberrimâ Salmanticenſi Vniverſitate Profeſſori Primario inſcribitur, unica Quæſtio præbetur in ſpecimen, ut ex illâ colligat Ingenioſus Philoſophus, Quid poſſit in cæteris ſuperſperare.

Secunda, quæ ad Ioannem Duns Subtilem Doctorem dirigitur, evidenter oſtendit, hæc duo Scholarum Lumina (D. Thomam & Scotum) in ſubtiliſsimis iſtis difficultatibus, quæ in hoc Volumine ediſſeruntur, utut defectu verborum differant in modo loquendi, quo ad ſubſtantiam eodem modo ſentire.

Tertia, quæ eſt Illuſtriſsimi & Reverendiſsimi D. D. Laurentii Mayers de Caramuel, Cajetani Epiſcopi, &c. nec non alia, quæ ipſi inſcripta & poſt illam ponuntur, & Opus & Authorem commendant, & ideò debuerunt ſubjungi.

DISSERTATIO I. *Metalogica.*

ARTICULUS I. Cur hoc Syntagma, cùm ante quadraginta aut plures annos conceptum, & ſcriptum fuerit, jam tandem in lucem permittatur prodire? 2

ARTICULUS II. De Nominibus, quibus hic Liber inſcribi potuit. Et cur, neglectis cæteris, maluerit dici Πενταθλος (ad quinq; certamina Provocans) Et cur præterea inſigniri auſus fuerit Λεπῖωτατȣ (Subtiliſſimi) generoſo vocabulo? 3

ARTICULUS III. Cur Autor timidè audax; aut, ſis, audacter timidus, iſtum Libellum evulget? 6

SECTIO I. Quia novam aperire & ſternere Viam, res eſt profectò difficillima: & quia ſine Præcurſore, nulla exactè poteſt Controverſia decidi, non animosè & arroganter, ſed modeſtè (aut etiam, ſi volueris, timidè) hæc Nova Doctrina proponitur, fatemur enim liberè, neminem Nos in hac Subtiliſſimâ Diſputatione Doctorem habere, quem ſequamur.

Ex Annalibus Regum Hiſpaniæ Hiſtoria curioſa recenſetur. Morali eadem penicillo repingitur. Et ex eâ tandem deducitur Controverſiæ deciſio. ibid.

SECTIO II. De alterâ Timoris Cauſâ, quæ præpediebat manum, ne hunc Librum ſcriberet. 8

ARTICULUS IV. Cauſas, ob quas Autor Dialectum Scholaſticam augere debeat, Viris Doctis proponit; eorumque arbitrio Deciſionem totius Controverſiæ relinquit. 10

ARTICULVS V. An liceat formare Nova Nomina, ubi Res novæ reperiuntur, quibus ſignificandis Antiqua non ſufficiunt vocabula? Reſpondetur aſſertivè. Nulla enim eſt in Mundo Literario Facultas, quæ, niſi Novos fingat, Terminos ſufficientes & neceſſarios habeat. 12

SECTIO I. De Grammaticâ. ibid.

De Magnete. 14

De Matheſi. 15

De Juriſprudentiâ. 17

De Philoſophiâ. ibid.

De Metaphyſicâ. 18

De Theologiâ, & Gentili, & Chriſtianâ. 19

De Conſenſu Populi in ſignificatione Dictionum. 20.

ARTICULUS VI. An non ſolum in Linguarum Theſauris (in quibus congregatur Materia) ſed etiam in Grammaticis Inſtitutionibus (quæ Formam & Artem concernunt) Philoſophia, & Theologia defectus manifeſtos inveniant? 21

ARTICULUS VII. Morbo (hoc eſt, Terminorum, ſeu Vocabulorum Defectui) quo Idioma Latinum laborat, novos Metaphyſicæ Grammaticæ Canones exhibendo, neceſſariam (eamque ſufficientem) adhibet Medicinam. 24

SCHOLIUM. Aliqua circa Metaphyſicas Verbi Subſtantivi Differentias neutraliter ſumptas adnotantur. 25

Grammatica Dialecti Metaphyſicæ, ad Formalitates abſtractas intelligendas & ediſſerendas maximè neceſſaria. 26

De

De Verbis Adjectivis, & eorum Participiis præcipuè. 27
ARTICULUS *VIII*. De Verbo ſubſtantivo (Græcè εἰμι Latinè *Sum*) univerſim: & in ſpecie de qualitate, & regimine. Utrùm non ſolùm neutrum, ſed etiam Activum & Paſſivum ſit? Utrùm activè ſumptum regat accuſativum; & paſſivè ſumptum cum ablativo conſtruatur? 28
ARTICULUS *IX*. De Subſtantivi Verbi Participio, quod eſt ὁ ὢν ἡ οὖσα, τὸ ὄν, Latinè *Ens*. An ſit Tranſſcendens? Et quo illud ſenſu debeat ſumi, ut tranſſcendere ultimas differentias dicatur? 32
ARTICULUS X. An apud Græcos, ſicut Indicativus, ſic etiam Subjunctivus Modus habeat participia? 35
ARTICULUS XI. De Modis eſſendi perfectis, videlicet, D. Sam, Sem, Sym, Som, Sum. 37
Sare prima eſſendi differentia explicatur. 38
Quomodò Nihilum Enti quiditativo, & quomodò Enti Exiſtentiali opponatur? 40
An Creaturæ poſſibiles ſint ab æterno? 41
De Propoſitionibus, quæ *Æternæ Veritatis* dicuntur, Quid in iis Verbum Subſtantivum ſignificet? 42
Iterum de *Æternæ Veritatis* Propoſitionibus. Et quia ad eas pertinent Definitivæ, quæritur, Quid Verbum *Eſt* ſignificet in Definitionibus? ibid.
De vero conceptu Entis poſſibilis. 43
Sere ſecunda eſſendi differentia explicatur. 44
Nota I. De Ariſtotele, & ejus Interpretibus Arabibus (Alpharabio, Algazelio, Avicennâ, &c.) & Latinis (D. Thomâ, Cajetano, &c.) Utrùm diſtinctionem, quæ inter Sare, & Sere intercedit, cognoverint? 46
Nota II. An hæc noſtra Doctrina P. Dominico Bañeſio innotuerit, & ab ipſo fuerit aſſenſu, & approbatione honorata? 48
Nota III. Utrùm benè Granadus, Suarezque differentiã quæ inter Eſſentiam, & Exiſtentiam intercedit, exponant? An Arriaga illos benè intellexerit? 49
Nota IV. De aliis Autoribus, qui etiam ſcitè inter Sare & Sere differentiam invenerunt & dilucidarunt. 50
Nota V. An benè aliqui Recentiores ex ſententiâ Doctrinæ D. Thomæ contrariâ, ad ſimplicitatem Dei probandam legitima argumenta deducant? 51
Nota VI. Utrùm à Sare, & Sere abſtrahi poſſit unum *Eſſe* commune, quod poſſit de utroque prædicari? 53
Syre tertia eſſendi differentia explicatur. ibid.
Sore quarta eſſendi differentia dilucidatur. 56
Sure quinta eſſendi differentia explicatur. 57
Nota I. De Verbo ſignificante cum omnibus Temporibus copulativè. 58
Nota II. De Negationibus. Utrùm Ubicationem, & Durationem habeant? 59
ARTICULUS XII. De Modis Eſſendi Imperfectis, Saim Seim, Syim, Soim, Suim. ibid.
De Linguæ Græcæ Aoriſtis. An & qualiter Tempus abſtractum, & indefinitum ſignificent? An ad Sure, vel Suire ſpectent? 64
Nota. An Græci Patres Verbum Subſtantivum εἰμι *ſum* interdum activè & cauſaliter ſumpſerint? 65
ARTICULUS XIII. An Metaphyſicæ verbi Subſtantivi Differentiæ (videlicet Sam, Sem, Sym, Som, Sum) poſſint activè ſumi? Et, an neceſſariò, aut utiliter ex iiſdem verba activa Samo, Semo, Symo, Somo, Sumo deducantur? ibid.
DISSERTATIO II. *Philoſophica*. 72
PARS I. De Negationibus. ibid.
QUÆSTIO INCIDENS. Utrùm, qui in Voluntate Hominum liberâ dari puras Omiſſiones tuentur, habuerunt olim ſufficientia vocabula, ut reſpondere poſſent argumento communi. 73
ARTICULUS I. An Entia Negativa (quæ Negationes Reales in Scholis dici ſolent) veniant neceſſariò admittenda? Utrùm Philoſophi Negationum abutantur vocabulo, & earum nomine jubeant omnes rerum carentias (nimirùm, Negationes, Privationes, & Defectus) intelligi? 74
SECTIO *I*. Utrùm Negationes habeant proprias eſſentias? An ipſæ Sare, aut ſaltem Saire dicendæ ſint? 75
SECTIO II. An reverà Negationes dentur in rerum naturâ; & quo ipſæ modo à nobis cognoſcantur? 76
SECTIO III. De Multiplicatione Carentiarum. 81
SECTIO IV. De Negationum Duratione & Ubicatione. An tenebræ, quæ erant ſuper faciem abyſſi, fuerint ab æterno? &, an fuerint ubique? 82
SECTIO IV. Iterum de Negationum Duratione. An Carentia (ſeu Non eſſe) hujus Mundi fuerit ab æterno? 84
ARTICULUS II. An, & quomodò Deus Non-entia (hoc eſt, Negationes, aut Entia Negativa) cognoſcat? 86
PARS II. De Parontibus, & Pſeudontibus, quæ *Entia rationis* à Latinis vocantur. Quæritur, An, qui Ens rationis dari in rebus admiſerit, teneatur conſequentiâ doctrinæ nihilum rationis admittere? 88
ARTICULUS I. An dentur Entia rationis? Quid illa ſint? Et quo ipſa à D. Thomâ ſenſu, & ab Autore admittantur? An poſſibilia eadem ſint, ſi eo ſenſu, quo vulgò admittuntur, exponantur? An in ipſis Saire à Seire debeat opportunè diſtingui? Utrùm hæc *Non dantur Entia rationis. Ergo datur Deus*, ſit Conſequentia neceſſaria & legitima? 89
ARTICULUS II. (Mal. IV.) Utrùm ſi Πάροντα, & Ψεύδοντα (Entia rationis præciſiva, & fictitia) darentur, illa Deus, & Angeli intelligerent, aut etiam facerent? 108
PARS III. De Conceptu Entis Abſtracti, & Contracti. 119.
CAPUT I. Prophyſicas Controverſias præmittens, quæ Ens abſtractum concernunt. ibid.
ARTICULUS I. De Supremo, & Univerſaliſſimo Prædicato Generalis Syſtematis. 120
ARTICULUS *II*. De Vero, ſive de Cognoſcibili. Quæritur & accuratè expenditur, Quid illud ſit? De ejus diviſione in Ens & Non ens. Et de Entis ſubdiviſione in Neceſſarium, Poſſibile, & *I*mpoſſibile diſputatur: oſtenditurque ab Ente neceſſario (hoc eſt, à Deo) habere Poſſibilia quòd ſint poſſibilia & *I*mpoſſibilia quòd ſint impoſſibilia. 123
ARTICULUS *III*. Proponitur, & examinatur P. Georgii Rhodeſii de rerum Eſſentiâ, Poſſibilitate, & Exiſtentiâ Judicium. 128
SECTIO *I*. Proponuntur quatuor diverſæ Scriptorum Sententiæ. 129
SECTIO *II*. Adducuntur aliquæ Rationes, quibus Sententia *IV*. videretur probari. 130
SECTIO *III*. Suam Rhodeſius opinionem proponit, illamque ad paucas Concluſiones reducit. ibid.
SECTIO *IV*. An rationibus Sect. *II*. poſitis Rhodeſius opportunè reſpondeat? 134
SECTIO V. Duas rationes contra ſe proponit, & diſſolvit Rhodeſius. An benè? 135
SECTIO V*I*. De Ente poſſibili, & Actuali. Quomodò differant inter ſe? An habeant communem aliquam Formalitatem? 136
SECTIO VII. An Socrates, qui nunc exiſtit, ſit ille ipſiſſimus, qui olim erat poſſibilis? ibid.
SECTIO VIII. Rhodeſii Reſolutiones diſcutiuntur. ibid.

Sa-

Sectio IX. An bene diſſolvat Rhodeſius Argumenta, quæ Sect. VII. proponebantur? 139

Nota. Proponitur, & breviter examinatur P. Roderici de Arriagâ de ejuſdem Creaturæ Poſſibilis ab Exiſtente diſtinctione, Sententia. 140

ARTICULUS IV. Henrici & Scoti examinatur Diſputatio. An Creaturæ, in quantum ſunt termini Cognitionis Divinæ, ſeu Æternæ; & in quantum ſunt fundamentum Relationis, quæ eſt Cognitio paſſiva, & ſecundum *eſſe in* eſt in rebus cognitis, & ſecundum *eſſe ad* ad Cognoſcentem, qui Æternus eſt, terminatur, habeant aliquod eſſe quiditativum ab æterno? 141.

Sectio unica. Probatur contra Henricum (ſi ipſius opinatio eſt, quæ ejus nomine circumfertur) Creaturas poſſibiles nullum Syire (eſſe diminutum) habere, aut habuiſſe ab æterno. 143

ARTICULUS V. Iterum quæritur, Utrùm Creaturæ Poſſibiles habeant aliquod Eſſe quiditativum ab æterno? Diſcutiuntur & perpenduntur Rationes, de quarum Efficaciâ & ſolutione Albertinus & Lalemandetius diſceptant. 148

Nota. An Creaturæ Poſſibiles, ſiquidem non exiſtunt, ſint ſaltem in viâ ad exiſtendum? 152

ARTICULUS VI. Proponitur illud Ariſtotelicum Axioma, *Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe*. Et inquiritur primò, utrùm illis verbis quod eſt Sano an verò Seno (Ens habens eſſentiam, an potiùs Ens habens exiſtentiam) debeat intelligi? Et ſecundò, an & quo ſenſu hoc ipſum Axioma ſit verum? 152

ARTICULUS VII. De Entis primariâ diviſione. 155

ARTICULUS VIII. De Entis ſecundariâ diviſione. 158

Caput II. De Ente per Materialitatem Concreto, hoc eſt, De Subſtantiâ Corporeâ. 164

ARTICULUS IX. An Materiæ Primæ conveniat Sare An ipſa prout condiſtincta à Formâ, habeat propriam Eſſentiam? 165

ARTICULUS X. De tribus Eſſendi Modis, qui conveniunt Materiæ primæ (videlicet Sare, Sere & Sore) An quia confunduntur, multæ Controverſiæ careant ſolutione legitimâ, quæ illorum diſtinctione præmiſsâ, clariſſimè & expeditiſſimè deciderentur? Et in ſpecie inquiritur, An Materia Prima ita Pura Potentia ſit, ut omnem omninò actum excludat? 168

Sectio I. Rationes, quæ Concluſionem noſtram roborant & confirmant. ibid.

Sectio II. Scoti ſententia proponitur & dilucidatur. Oſtenditurque præcipuas rationes, quæ pro illâ adducuntur, ſuo pondere ruere, ſi æquivocatio, cui univerſa innituntur, tollatur. 179

Sectio III. Utrùm illæſâ D. Thomæ doctrinâ, dici adhuc poſſit Materiæ exiſtentiam, formaliter ſumptam, immutabilem, & incorruptibilem eſſe? 183

Sectio IV. De Exiſtentiâ Accidentium. An exiſtant exiſtentiâ ſubjecti? 184

ARTICULUS XI. De Formâ Subſtantiali. Quid ipſa ſit? &, An veniat neceſſariò admittenda? 185

Nota. Forma eſſentialis exponitur; ejuſque in Logicam & Phyſicam explicatur Diviſio. 187

ARTICULUS XII. De Materiâ & Formâ inter ſe comparatis. 188

DISSERTATIO III. *Theologica*. 192

ARTICULUS I. Supponit dari Deum: Et utrùm cuidam argumento in contrarium poſito, bene reſpondeatur, examinat. 193

Sectio I. Inceptam cum Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo P. Dn. Antonio de San-Pedro Diſſertationem exhibet. ibid.

Sectio *II*. Reverendiſſimi P. Andreæ Mendi & Authoris de eodem Argumento Diſputatio proponitur. 195.

Sectio *III*. Eadem Controverſia cum Symphronio doctiſſimo & Eruditiſſimo Viro promovetur. 207

Quæstio Incidens. Quid mali in rerum naturâ aboriretur, ſi per impoſſibile darentur aut admitterentur duo Contradictoria ſimul vera? aut, quod in idem recidit, ſi daretur aliqua Propoſitio, quæ vera ſimul & falſa eſſet? 214

ARTICULUS II. De Scientiâ Dei, quæ à Theologis dicitur *Simplex Intelligentia*? 216

Sectio I. De Scientiæ Divinæ diviſione. ibid.

Sectio II. Quomodo Deus cognoſcat omnes Creaturas poſſibiles? 218

Sectio III. Præcedentem Doctrinam, quæ tota in ſandi & ſendi (eſſendi quiditativè, & eſſendi exiſtenti aliter) diſtinctione fundatur, Angelici Doctoris & Thomiſtarum eſſe, Dn. Auguſtini Redingi authoritate confirmatur. 224

Nota de Duplici genere Creaturarum Poſſibilium. 225

Sectio *IV*. Dn. Franciſci Amici Opinio in examen vocatur. ibid.

ARTICULUS *III*. De Divinis *I*deis. An in ſe ipſo tantùm, an in ſe ipſis tantùm, an verò utroque modo cognoſcat, & intueatur Deus Creaturas poſſibiles? 228

Sectio *I*. De Nominum *Exemplar* & *Idea* verâ acceptione & ſignificatione. *S*int-ne *S*ynonyma; an verò differant inter ſe? ibid.

Sectio *II*. De Opinione Platonis. An ejus ſententia, qualem Ariſtoteles, an verò qualem Auguſtinus & alii cum ipſo interpretantur, fuerit? 229

Sectio *III*. De Divinis *I*deis. 230

Sectio *IV*. Proponitur Vera *S*ententia. ibid.

Sectio V. De *I*deis Divinis & Poſſibilibus Creaturis ad mentem *S*. Dionyſii. 232

Sectio V*I*. *I*terum de Divinis *I*deis. An illas in conceptu formali, an verò in Objectivo *S*anctus Auguſtinus conſtituat? 238

Sectio V*II*. De *I*deis ad mentem D. Thomæ. An ipſæ in Relatione ad Creaturas conſiſtant? 239

Nota I. Ut certiùs profundiùſque intelligatur Angelici Præceptoris *S*ententia, ad longum ejus verba adducuntur. 241

Nota II. Utrùm coincidant D. Thomæ & *S*coti ſententiæ? 242

Sectio V*III*. Rurſus adhuc de Divinis *I*deis. Exponitur *S*coti Opinio. An ipſa probabilis ſit? Utrùm Angelico Præceptori conſentiat? Utrùm intelligatur ab iis, qui eam inurunt ſeveriori Cenſurâ? 243

Subſectio I. Argumenta contra *S*cotum texuntur. ibid.

Subſectio II Ante Reſolutionem, 244

Subſectio III. *S*ententia *S*coti proponitur & explicatur. ibid.

Subſectio IV. Ut certiùs innoteſcat *S*ententia Præceptoris *S*ubtilis, verba ipſius formalia producuntur. 245

Subſectio V. Parva illa, quæ eſt inter D. Thomam & *S*cotum, differentia explicatur. ibid.

Subſectio VI. Propria Mens explicatur. 246

Subſectio VII. Diluuntur Objectiones, quæ *S*ubſectione V. ponebantur. 247

Subſectio VIII. Enervantur Argumenta, quæ *S*ubſectione *I*. proponebantur. 248

Subſectio IX. Utrùm P. Franciſcus Amicus bene probet ſe *S*coti propugnare ſententiam? 250,

Subſectio X. An idem P. Franciſcus Amicus perſuadeat illam quam tuetur, eſſe S. Thomæ *S*ententiam? 252

Subſectio XI. Utrùm Efficacia ſint Argumenta, quæ contra noſtram (hoc eſt, D. Thomæ, & *S*coti) ſententiam, ex Capreolo ſumuntur? 253

ARTICULUS IV. De Scientiâ Dei, quam paſſim *Viſionis* appellitant. 254

Sectio I. Quænam in Deo *S*cientia Viſionis nomine appelletur? ibid.


Sa-

SECTIO *II*. De nomine. ibid.
SECTIO III. Quàm certum ſit dari in Deo hujuſcemodi ſcientiam. 255
SECTIO IV. De Scientiæ Viſionis objecto. ibid.
SECTIO V. Utra ſcientia perfectior, clarior, & expeditior ſit? 256
SECTIO VI. Utra plures Creaturas cognoſcat, Viſio, an ſimplex intelligentia? ibid.
SECTIO VII. An-ne Præſcientia ſit adtributum Charactericum Divinitatis? An-ne ille, qui Exod.3.d. apparuit Moyſi & ad Pharaonem legavit, ſe eſſe Deum evidenter probaverit? 257
SECTIO *VIII*. Caſtigatur aliquorum Theologorum calamus, qui in aliquibus circumſtantiis à noſtrâ doctrinâ diſſentiunt. 258
SECTIO *IX*. Utrùm ſcientiæ, quæ à Theologis communiter ponuntur in Deo, ſint Practicæ, vel Speculativæ? 263
Subſectio I. Quid ſint, & in quas claſſes, aut differentias dividantur Scientiæ Practicæ & Speculativæ? 263
Subſectio II. Convertimus oculos ad Deum, & contemplamur ejus ſcientias; quærimuſque, an ſint Practicæ, an verò Speculativæ? 266
ARTICULUS V. De Scientiâ Mediâ. Quid ipſa ſit, &, an veniat neceſſariò admittenda. 271
SECTIO I. De Controverſiâ agitatâ coram Clemente VIII. ibid.
SECTIO *II*. Cur Nomenclator Metaphyſicus, in Novæ ſuæ Dialecti Theſauro, noluerit ponere ſufficientia vocabula, quibus ſuam dilucidare poſſent Sententiam Moliniſtæ, qui dari in Deo Scientiam Mediam propugnant? 272
SECTIO III. Qualis ſit Scientia Media, Salmanticenſium Theologorum Cenſurâ. 273
SECTIO IV. Probatur ratione non poſſe admitti Scientiam Mediam. 274
ARTICULUS VI. De Æternitate. Quàm ſit intellectu difficilis? An & quo ipſa modo tota ſimul & indiviſibilis ſit? 276
SECTIO I. An, & quo Æternitas modo à Tempore reali & imaginario diſtinguatur? 277
Nota. Omnia, quæ de Æternitate ſunt dicta, de Immenſitate per Analogiam poſſunt verificari. 280
SECTIO II. An Creaturæ omnes (Prætéritæ, Præſentes & Futuræ) ſint Deo præſentes in hoc nunc Æternitatis? 281
Subſectio I. An hæc ſit vera & germana Angelici Doctoris ſententia? 282
Subſectio II. An hæc Angelici Doctoris Sententia ſit obſcura & difficilis? 285
Subſectio III. Quomodo Angelicum Præceptorem, intelligat P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate? 286
Subſectio IV. Teſtimoniis & Argumentis, quæ contra aſſertam à D. Thomâ & nobis Creaturarum in Æternitate Præſentiam ab Adverſariis adducuntur, breviter & clarè reſpondetur. 287
Subſectio V. Reſpondetur Scoto. 288
Subſectio VI. An termini aliquando Thomiſtas deficiant, & circumloqui cogant, aut etiam faciant, quòd ſe benè explicare non poſſint? 290
Subſectio VII. Utrùm Creaturarum in Æternitate præſentia neceſſaria ſit, ut Futura Abſoluta (*Suntia*) à Deo certò & infallibiliter cognoſcantur? 292
Subſectio VIII. Recognoſcuntur, & prout poſtulat ratio, approbantur, aut etiam reprobantur aliquorum Theologorum Reſolutiones, qui de hoc Argumento ſcripſerunt. 293
ARTICULUS VII. De Omnipotentiâ, Græcè Παντοδυναμία quam Διάδοσιν Sanctus Dionyſius ſcitè appellat. Exponitur, quid ipſa ſit? & ut penitiùs cognoſcatur, de **ſantibus** & **non-ſantibus**; nec non de **ſebilibus** & **non-ſebilibus** (Poſſibilibus, & Impoſſibilibus) Creaturis, ſtudio iterato diſſeritur. 297.
SECTIO I. De Nomine Omnipotentiæ. ibid.
SECTIO II. De reipsâ. Quid ſit Omnipotentia? 299
SECTIO III. Deus eſt Omnipotens. 300
SECTIO IV. Utrùm Creatura poſſibilis, quæ eſt objectum Omnipotentiæ, ſit purum nihil? ibid.
ARTICULUS VIII. Subtiliorem ſubtiliſſimâ doctrinam exhibens. An Materia prima ſit aliquid? An habeat propriam Ideam in Divino Intellectu? An in genere **ſandi**, **ſendi**, aut **ſondi** dicatur, & ſit Pura Potentia? An ſit terminus Omnipotentiæ? 302
SECTIO I. An extra Chorum præſens Controverſia tripudiet? ibid.
SECTIO II. Meo Lectori, ſed cui? Et cur Ἀπλωτατωτέρῳ, Subtiliſſimiori? ibid.
SECTIO III. De Creaturis Poſſibilibus & Præpoſſibilibus. Proponuntur rationes, quæ Materiam-primam, aut nihil prorſus, aut increatâ, aut etiam increabilem eſſe, & extra Omnipotentiæ objectum hærere in Naturæ theſauris perſuadere videntur. 303
SECTIO IV. Qualem Materiæ primæ Ideam habuerit olim Ariſtoteles; & hodie habeant univerſi Theologi? 304
SECTIO V. Reſpondetur Argumentis III. Sectione propoſitis. ibid.
ARTICULUS IX. De Providentiâ Dei: & de eâ, quæ verſatur circa cauſas liberas gubernandas præcipuè. Diſputat de Libero Arbitrio creato. De Phyſicis infallibilitantibus & non neceſſitantibus Prædeterminationibus. De neceſſitate Auxiliorũ **Operativitatem** à Sufficientibus, & **Operaturitatem** ab Efficacibus indipiſci Humanam Voluntatem oſtendit. Et ad operationes malas veniens, perſuadet Deum, nec ad peccati formale, nec ad materiale concurrere. 310
SECTIO I. De Providentiæ Dei exiſtentiâ, definitione, & diviſione. ibid.
SECTIO II. De Agente Libero creato. Quid illud ſit? An ejus illa communis Definitio, quæ in Scholis circumfertur, ſit bona? 311
SECTIO III. An contra veram & certam hanc de Humanâ libertate ſententiam, militent Phyſicæ Prædeterminationes, nec non Auxilia, quæ Efficacia, aut etiam Sufficientia vocantur? 312
Subſectio I. Proponitur Sententia, quæ aſſerit Auxilia, & Phyſicas Prædeterminationes tollere Humanam Libertatem. 313
Subſectio II. Præcedens Argumentum diluitur. ibid.
SECTIO IV. Utrùm Deus concurrat ad materiale peccati? 314

Ad gloriam laudemque

S. THOMÆ DOCTORIS ANGELICI,

Labyrinthus Hexaprimus Retrogradus




TAB. XIII

S. THOMÆ AQVINATI

Doctori Angelico: Præceptori Virgineo: Literarij Orbis Soli: Naturæ Oculo; Academiæ Phœnici: Scholarum Stellæ: et Gymnaſiorum Lauro et Palmæ

Viro scilicet miraculoso, qui omnibus omnia factus, cæcis est Splendor: viam ignorantibus Rector: hærentibus Motor: fugientibus Magnes: periclitantibus Custos: nauigantibus Torrens: et passis naufragium delphinus

Hoc Retrogradum Distichum: et in ipso 9 823,275. Disticha recurrentia: adeoq; 39:293, 100. simplicia carmina, devotionis gratiâ consecrabat I. Caramuel: Salmanticæ Anno Dñi. 1629.




TAB. XIV

Ob expugnatas Gentes Ethnicas confutatos ueteres, et futuros errores reformatos mores Chriſtiani Populi: nec non ob vitæ puritatem, Doctrinæ ſecuritatem, rationumq. pondus, et efficaciam.

Angelici Doctoris

Cognomentum

IVRE MERVI



Illuſtriſſimo et Reuerendiſſimo D.D. Joſepho Ciantes Marſicenſium Epiſc. &c.

Domino ſuo Colendiſſimo. *D. Michael Weyms C.D.Q.*

TABVLA XXI.

DIVO THOMAE
AQVINATI,
Doctori Angelico

Romanæ Eccleſiæ ὑπερασπιστῇ, in Philoſophicis & Theologicis *S*cientiis *S*cholarchæ *S*upremo.

Ioannes Caramuel, Epiſcopus Viglevanenſis
O. D. C. Q.

VT ſcirem, cui conſecrari deberet iſtud Opus, non debui diu vel hærere, vel quærere; nam ſi Dona, ut *libr. 1. de Beneſic. cap. 11.* monet Seneca, eſſe debent opportuna Datario, Liber, qui præ ſe fert Λεπ-τοτάτου (SVBTILISSIMI) nomen, Doctori non niſi Λεπτοτάτῳ (SVBTILISSIMO) dicari potuit. Et, qui Sublimiores Thomiſtici Peripatus Sententias, ſola Terminorum legitima Interpretatione demonſtrandas & etiam defendendas adſumit, in lucem debuit, non niſi ſub earum Inventoris patrocinio prodire.

Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, ut verè diceret, BENE SCRIPSISTI DE ME THOMA, manu tantùm non prodiga in Mentem Tuam Divini Sui Intellectus Splendores effudit; Ergo, ut Mihi, quod

opto,

opto , verè poſsis dicere , BENE SCRIPSISTI DE ME IOANNES, ſicut in Terram à Sole receptos radios Luna , ſic Tu , qui in Plenilunio Scientiæ poſitus luces toto iubare recipis , in Me, qui ob Ignorantiæ tenebras, Terræ frigidæ & obſcuræ ſum ſimilis ; receptas à Sole Empyreo , qui Chriſtus eſt, illuminationes, in meum Intellectum reflecte . Quod, ſi, ut ſpero, præſtes, omnia, quæ reperientur in hoc Libro, erunt Tua. Tuæ enim ſunt Sententiæ, quæ defendendæ proponuntur : Tuæ Rationes & Vires, quibus illæ probari, & propugnari debeant : & Tuus eſt Propugnator ; manſurus Tuæ Sanctitati & Doctrinæ devotus, non ſolùm quamdiu vixerit, ſed quamdiu fuerit.



Digitized by Google

LEPTOTATI,

Hoc eſt

SVBTILISSIMI SPECIMEN. (a)

Eximio (b) & Reverendiſſimo Domino Magiſtro noſtro, P. Michaeli de Fuentes Sacræ Theologiæ Doctori & Profeſſori: nuper, noſtri Ciſtercienſis Ordinis Generali digniſſimo; &c. Nunc in Salmanticenſi Regia Univerſitate Primario Profeſſori. &c.

Joannes Caramuel, ejuſdem Ciſtercienſis Ordinis Religioſus, &c. Sacræ Theologiæ Doctor & Profeſſor Lovanii. &c. nunc Epiſcopus Viglevanenſis, Comes Zemidæ, &c. S. C. Majeſtatis Conſiliarius. &c.

D. C. Q.

ARGUMENTUM.

OMiſſis Principibus, quibus & maximis, & plurimis Autor ſe debere honores & favores fatetur; ſed tamen in Epiſtola Dedicatoria tantùm Viros Doctos commemorat, quos prout tulerunt tempora, fuit Tutelares & Fautores expertus. Poſteà ad rem veniens, ut *Pleroſque omnes ſyllogiſmos, qui contra præcipuas Angelici Doctoris Sententias ab Adverſariis concinnantur conſtare quatuor terminis, ſola in Idiomate communi in Metaphyſicam Dialecticam translatione comanere ſoluta*, clarè & manifeſtè perſuaderet, addere & ſubjungere debuit, quæ paginis ſequentibus ediſſeruntur. Quoniam SECTIONE IN PRIMA in ſpecimen [Hiſpanicè (a) *por mueſtra*] adſumitur una Concluſio: & proponitur communis ille Syllogiſmus, (c) quo ἀντιγνώμονες (d) impugnare conantur. SECUNDA illo Scotum & ejus Diſcipulos uti oſtendit. TERTIA perſuadet idem pariter facere, qui extra Doctoris Subtilis Gymnaſium συγγνωμονοῦσι (e) ſive, quod idem eſt, ſcotizant. QUARTA Thomiſtas exhibet, qui contra ſe idem Argumentum objiciunt. QUINTA, nonnulla ante Argumenti diſſolutionem cognoſcenda præmittit. SEXTA Fidem liberat; & Adverſariorum Syllogiſmum quatuor conſtare terminis, illumque ex Communi in Metaphyſicam Dialecticũ traducendo diſſolvi, evidenter oſtendit. SEPTIMA uberioris doctrinæ gratia examinat, an Argumento Principali ſatisfecerit Lalemandetius? Et tandem ULTIMA probat Thomiſtas exactè illi reſpondiſſe Argumento, licèt terminorum defectu ſubobſcurè loquantur, videanturque aliquando in ſententias differentes diſpeſci.

Reverendiſſime Domine.

NOſtri Libri, qui Λεπτότατος Græcè, Latinè SUBTILISSIMUS dicitur; Libri, inquam, ante quadraginta annos concepti, & Ingenii Sublimioris Philoſophis pluries promiſſi, & iterum, iterumque ad σμῶψιν redacti, in Specimen Operis uberioris exhibiti, hic Viglevani ſub prælo deſudantis, Ἐπίδειγμα (Hiſp. *La Mueſtra*) paucis foliis expreſſum, per Italiam diſcurrit. Et tametſi ob inſolentiam Nominis, & Voti audaciam, potuiſſet ab Invidia traduci; quia tamen ubique [*d*] Mecœnates inveni, & fui ſub illorum patrocinium ſuſceptus, nullum in [*e*] ipſo Homerus Zoilum, nullum Philippus Demoſthenem, nullum Antonius fuit Ciceronem expertus.

a] *Vel poſt multos annos, quos in Criticis aut prodegi, aut impendi, neſcio Linguam Latinam, vel Romanus Nomenclatorum Dictionũ Theſauro congerendo fuit negligẽs,* La Mueſtra del paño, *dicitur ab Hiſpanis, una pãni particula, quæ exhibetur, ut de toto volumine (Hiſp.* de toda la pieza) *judicium & ſententia formetur. Sanè, ſi Hiſpanicè ſcripſiſſem hunc librum, illum diſtinxiſſem hoc Titulo,* Mueſtra del modo con que ſe procede en eſta Obra. *At illud nomen* Mueſtra, *nec Græcè, nec Latinè ſcitem interpretari. In Lexico reperio nomen* ἐπίδειγμα. *Facilius eſt mihi, credere quàm examinare, an ſit idẽ ac apud nos* la mueſtra. *At in voce Latina difficultatem perplexiorem ſẽtiſco, Virgilius enim* Æneid. 12. *Regem Latinum eſſe aſſerit,* Solis Avi ſpecimen, *Ergo ejus ſententia* Specimen *non eſt* la Mueſtra, *quoniam Latinus Rex, ut ut Avo fuerit ſimillimus, non fuit avi particula. Ergo, monendus eſt impræſentiarum Lector, vocem* Specimen, *quidquid ſignet, aut non, apud alios Auctores, in hujus Syntagmatis Titulo, uſurpari pro eo, quod ſignificat* la Mueſtra *Hiſpanicè.*

b] Eximius Dominus Magiſter noſter, *eſt Lovanii Academicus titulus, quo Doctor Theologus condecoratur.*

c] *Et iſtum Syllogiſmum, ut à cæteris diſtinguere poſſit, toto hoc Syntagmate* Principalis *vocitat.*

d] Qui oppoſitam tuetur & propugnat ſententiam, ἀντιγνώμων dicitur Græco vocabulo.

e) συγγνωμονέω, eandem opinionem habere, Conſentire, &c.

d) *Non conveniunt Critici in literis, quibus nomen* Mecœnas *ſcribi debet. dubitare enim ſolet an in prima, aut ſecunda, aut fortè in neutra, ſcribi diphthongus debeat; & ſi debeat, utrum* æ, *aut* œ *illa diphthongus ſit. Ego donec aliâ meliori ratio nominis adſignetur à Criticis, converto oculos ad fontes Græcos; & quia* μὴ *eſt* non, *&* κοινὸς *communis dicam nomen* Μηκοινάς, Mecœnas, *ſingularem, egregium & minimè vulgarem, & communem Heroum ſignificare.*

I.

e] *Contra Homerum Zoilus, Demoſthenes contra Philippum, & Cicero contra Antonium.*

ſcripſit. Et quia ſuas Græcas Satyricas Orationes appellarat Philippicas, abuſus vocabulo Cicero, ſuas quia Satyricæ erant, licèt in alium ſcriptas, Philippicas denominavit.

Excellentiſſimus D. Gemes Melgariæ, Inſubriæ Gubernator. &c.

Advenit Mediolanum, & ibi ab Excellentiſs. D.D. Ioanne Thoma Henriquez de Cabrera, Melgariæ Comite, Inſubriæque Regio Gubernatore (α) honoratum, obloquentem non reperit.

Excellentiſſimus D. Petrus Franciſcus Paſſerinus Summi Senatus Præſes, &c.

Parmam fuit poſteà ab Excellentiſs. D. Petro Franciſco Paſſerino (β) Ducalis Excelſi Conſilii Præſide advocatum, ingreſſum. Advocatum, inquam, nam ipſius eſt erga noſtros Labores Gratia tanta, ut illos non ſolùm ſequatur, comitetur-ve, ſed etiam ſumma dignatione præveniat.

II.

Reverendiſſim⁹ D. Antonius de Monroy Sacri Ordinis Patrum Prædicatorum Generalis.

Reverendiſſimus P. Raymundus Capiſucci Sacri Apoſtolici Palatii Magiſter meritiſſim⁹.

Aura ſerena invectus Romam, fuit benigna inſpectione honoratum à Reverendiſſimis Dominis P. Antonio de Monroy, & P. Raymundo Capiſucci; illo digniſſimo totius Ordinis Prædicatorii Generali: hoc Sacri Apoſtolici Palatii Magiſtro doctiſſimo, & Eruditiſſimo. Quos, & eorum Magiſtros, ſi cognoviſſet Virgilius, omittens illos

Virgil. Æneid. 7.

Quis Te magne Cato, tacitum, aut te Coſſe relinquat
Quis Gracchi genus, aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libiæ. &c,

Numeros ſequentes ceciniſſet.

Quis Lux Clara Scholæ tacitum Te Alberte relinquat?
Et Præceptoris magnum gravis incrementum
Quis tacitum Thomam Angelicum? ſine laude ſilebit
Ecquis Theologici Themiſtum Sydera Cæli
Hæc duo (Monroyum, Capiſuccumque) ultima grandi
Ætas quæ quondam in Lyceo celebrabit honore?

Sanè laudes, etſi inexſpectatæ & eximiæ, gloriæ famem non ſatiant; & ideò noſtrum hoc Ἐπίδειγμα adhuc favorum avidum, Cajetam appellitur. Et, quia, ut audivit, illiſum ſaxis pelagus, ingeminabat,

[*] Eam Æneæ nutricem jubet fuiſſe Virgilius, alii autem Aſcanii, alii Creuſæ.

Tu quoque litteribus noſtris Æneia [*] Nutrix,
Æternam moriens Famam Cajeta dediſti,

Illuſtriſs. D.D. Laurentius Mayers Caramuel Pontifex Cajetanus.

Cardinalis de Vio, patria Cajetanus.

gliſcebat animo παρῳδεῖν ad laudem Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini, Dn. Laurentii Mayers de Caramuel illius Civitatis Pontificis (δ) ſed tacère juſſum, ne Synceritas Adulationis aliquam ſuſpicionem incurreret, ad Cardinalem de Vio convertens oculos (ε) illius gloriæ Maronianum Diſtichum attemperavit: intonuitque

His quoque littoribus, quem Commentaria (Thomæ
Doctrina, quibus Angelica illuſtrantur) honorant,
Æternam famam, Tu Cajetane, dediſti.

III.

Reverendiſs. D. Franciſcus Verde.

Et moræ impatiens ulteriùs prætergreſſum, pervenit Neapolim, ut Reverendiſſimo D. Franciſco Verdæo (ζ) ob præſtitos favores, & gratias ageret; &, ſi occaſio ſuccurreret, iteratum imploraret auxilium. Vnde ſic infit.

Qui evaginavit calamum, ut defenderet olim
Fundamentales Caramuelis opes
Creſpinum contrà, diſplodet fulmina ſiquis
Nunc hos in Libros ora movere velit,

Valentia. Græcè vocatur Ῥώμη, *& Roma Latinè eſt Valentia.*

Reverendiſs. D. Petrus Pantox.

Voti compos; quia non erat, cur diutiùs Parthenopææ Civitati inhæreret, propitio Æolo transfretavit feliciter, Valentiamque (η) (hoc eſt, Romam Hiſpanam) veniens, tot ibi Amicos reperit, ut multa impenderentur folia, ſi nullo omiſſo omnes recenſeri deberent. Sed, quia affectus, quo me ille proſequitur, & quo Ego illum proſequor, aliis, etſi digniſſimis, præponit Oratorii Præpoſitum, Reverendiſſimum (θ) nimirùm D. Petrum Pantoxium, ad eum illud confidentiùs accedit, & ſic affatur.

Doctrina, & Pietas ſiquidem regione triumphant
Tota hac, Invidiæ jam timor omnis abeſt.
Nomine tu noſtro Proceres Vir Magne ſaluta;
Regia nam dudum me Carolina vocat.

Dixerat, & faventibus auris Madritum (Vrbem (ι) Villæ infuſam] feſtinat.

Illuſtriſſimi D. Antonii Auguſtini Epitaphia

Sed viam obtorquens declinavit, Albaracinum, & Segorbiam ingreſſum. Ibi piæ Memoriæ, Dn. Antonii Auguſtini Tabellam ſepulchralem appendit: hic Dn. Ioannem Ioannizium venerabunda oratione ſuſpexit. Erant verba Epithaphii.

Cui nomen moreſque pios Antonius Abbas,
Et cui Auguſtinus cognomen nobile præbet.
Cui dedit Eloquium & Calamus, famamque, decuſque,

Qui

Quà immortalis ovas Cali in regione ſuprema :
Et quà mortalis felici hac clauditur arva ,

Erant , quæ Dn. Ioannizio ſunt dicta .

Salve, Cognomen, cui & Nomen Gratia prabet . (λ)
Cui & pendit laudes docta Minerva , Vale ,

D. Ioanni Ioannizio dicta ſalutatio.

Tacuit ; nam ; ut diceret plura, nec tempus nec occaſio permiſit ; & denique Madritum iniens,& à Reverẽdiſs. P.Magiſtro Michaele (μ) Mayers de Caramuel benigniſſimè acceptum ; Vbi autem percepit eum in ſui Autoris laudes ſe velle officioſè & copioſè profundere, obſtitit dicens .

IV.

Cur Reverendiſſimus Pater Magiſter , Michael Mayers de Caramuel tacere debeat?

Tu , cujus Suadam celebrant Eccleſia , honora
Laude Schola afficiunt cujus & ingenium .
Me ſuadente tace ; quoniam , ſi fortè loquaris ,
Dicère à Doctis omnibus αὐτόφιλος .
Pagina ſum, ſcripſit quam, quem tu diligis ; & qui
Te , (nam corde tenus , vult ut (*) ametur) amat .

*] Ovidius *Vt , ut ameris, ama .*

Adquievit Vir doctiſſimus Supplicantis imperio , illudque ad Mecœnates , & Patronos, quos Madriti præ cæteris veneror & ſuſpicio , conduxit . Et primò ad Excellentiſſimum (γ) Heroem , D. D. Petrum Aragonium , Ducis Cardonii Filium, dum in citeriori Sicilia [a] eſſet Prorex, nos eximiis honoribus eſt proſequutus, & nunc Madriti favere & honorare non ceſſat . *Ejus* laudes , ut innoteſcant omnibus, per totum Orbem Fama his hendecaſyllabis vociferatur .

a] *Regnum Neapolitanum* Citerior Sicilia *nominatur.*

Excellentiſs. D. Petrus de Aragon.

Pax toga Inſignem dècorat Miniſtrum :
Mars ſagum prabet celebri Stratego :
Qui tamen cura vigili , Minerva
Servit utrique [*]

*] *Minerva, eadem qua Pallas , Armorum & Literarum Dea .*

Hinc placuit venerari (ξ) illos Fratres,quos ſi ſortita eſſet Antiquitas,antetuliſſet Gracchis, in eujus laudes copioſa dignatione profunderetur .

Illuſtriſs. DD. Vincentius , & Antonius de Calatayu , nobiliſſimi & doctiſſimi Fratres.

Illos ut vidit, veneratum eſt hoc Diſticho .

Te quoque Vincenti celebrabunt Carmina noſtra .
Barbitos Antoni Te quoque noſtra canet .

Et tandem, quoniam aſſerente Ariſtotele , quod intenditur primò ſolet eſſe ultimum in exſequutione , (ο) Illuſtriſſimum D. Nicolaum [*] Antonium inviſit, dixitque

Quod in intẽtione primum eſt , eſt ultimũ in exſequutione.

*] *Nicolaus nomen eſt, quod in Carmen Hexametrum intrare nõ poteſt, quoniam primã & tertiam protrahit, & aliam corripit .*

Nomine & illius te Antoni clare ſaluto ,
Cui Tua docta dedit Bibliotheca decus .

Ab omnibus his, & ab aliis plurimis eximiis favoribus hoc Ἐπίδειγμα , ſe honoratum ſentiſcens , redditur animoſum, & Salmanticam , Arcis Literariæ faſtigium, engitat . Salmanticam inquam, quam qui Romam *Vrbium Deam* vocaverunt, potiori jure poſſent dicere *Deam Academiarum* .

De Salmanticenſi Academia. An appellari poſſit Dea Vniverſitatum?

V.

In Scholas ulteriores ingreſſum, circumſpectum circumſpicit ; hic videlicet Criticus cum Priſciano, Quintiliano, Cicerone , Virgilio ; nec non cum Homero & Demoſthene,de Etymo, Analogia,Schematibus Metricis,& de Floribus differentes Rhetoricis . Aderant illis Mathematici , qui cum Pythagora diſputabant de Numeris, cum Euclide de Lineis, & cum Ptolemæo, metiebantur [*] Oceanos & Regiones terreſtres, Syderibuſque præſcribebant leges, quas in ſuis motibus ſeu currant, ſeu recurrant,obſervent . Adſtabant Phyſici, quorum alii venerabantur Ariſtotelem, alii quia in Genebrardo legerant, illum (π) ſicut cœcum de coloribus loqui , Dogmata Nova propugnabant . Lis erat (ρ) cum Galeno & Hippocrate Medicis, qui Artem ſuam difficilem & longam, vitam Humanam brevem,& experimenta univerſa fallacia eſſe conquerebantur.Altiori ſubſellio conſedebant Theologi, deſiderante bene illius Libros perlegere , de quo conſtat Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum dixiſſe, *bene ſcripſiſti de me Thoma* . Et eis admixti (σ) Profeſſores Iuris Pontificii & Cæſarci , ſciiè dicebant nihil aliud Iuriſprudentiam eſſe , quàm Theologiam Practicam .

*] *Et cur Aſtrologi) nimirùm illi,qui ex motu & ſitu Syderum futura contingentia prædicunt , non ſunt ſortiti Scholam ſpecialem Salmanticæ?*
Quia ibi Prudentia praſidet , & Prudentum Iudicio, Quantum Aſtronomus metitur, tantum Aſtrologus mentitur.

An Iuriſprudentia ſit Theologia , & Iuriſprudentes Theologi.

Dum admirabundum noſtrum hoc Ἐπίδειγμα , tot tantoſque omnium Scientiarum , & Facultatum Doctores , & Profeſſores circumſpicit : quia inter ipſos

——— *velut inter Aſtra*
Luna minora

Reverendiſſim. D. Michael de Fuentes.

Reverendiſſimus D. MICHAEL DE FUENTES prælucebat , præconceptæ Spei & Fidei attemperavit fides, & ſic fuit modulatum .

Totius eſt Mundi Salmantica Prima Scholarum.
Ejus & in cathedra Tu meliore ſedes.
Ergo inter Doctos, celebrat quos Orbis uterque,
Tollis & ad Lunæ cornua, Primus eris.
Doctrinas igitur Tua queis Cenſura favebit,
Qui audeſcat Scriotor carpere, nullus erit.

Qui in ſuprema Academia locū ſupremum obtinet, eſt procul dubio inter Doctores Orbis Literarii Supremus.

Sic illud (nimirùm, ἐπίδειγμα) doctiſſimè, & certiſſimè ſtatuit. Et Ego eidem conſentiens, à Tuo ſubtiliſſimo Ingenio, & prudentiſſimo Iudicio ultimam ſententiam exſpecto. Sanè *ſententiam ultimam*. Quoniam, ſive approbes, ſive reprobes iſtas cogitationes, de illis ulteriùs ſum cum nemine diſputaturus. Diſcam enim, ſi illis θῆτα nigrum inuras, obliterandas eſſe: non enim aliis placere Ingeniis poterunt, quæ Ingenio diſplicent, quod aliorum Ingeniorum eſt Regula. Et diſcam, ſi illas benigna Cenſura honorare digneris, non eſſe curanda diſſimilium Ingeniorum dicteria; juſſus enim propugnare, quæ dixerim, reſpondebo, Α'υτὸς ἔφα, (*) D. Michael approbavit, & ſufficit.

Cur ipſe, ſive approbes, ſive reprobes hoc ἐπίδειγμα finem impoſiturus ſit noſtræ Diſputationi.

*] *In Pythagora Schola irrefragabilis erat probatio, quam firmabat Præceptoris authoritas, inclamantis enim* Α'υτὸς ἔφα Ipſe (Pythagoras) dixit, *nemo contradicebat.*

SECTIO I.

Concluſio defendenda proponitur: & fulmen, quod contra illam diſplodi ab Adverſariis ſolet, erumpere & prodire permittitur.

VI.

a] *Qui philoſophantur contra Angelici Doctoris Scholā* Α'θόμιςαι *vocantur.*

MUltæ ſunt Concluſiones, quas in Angelici Doctoris libris Athomiſtæ [a] adoriuntur: præcipuas noſter Liber dilucidat, at quoniam in ſpecimen (ut per rationis paritatem formetur Judicium & Cenſura de reliquis) debet una produci, hanc exhibeo quam niſi aliquis Palæphatus ad ſenſum opportunum retorqueat, inter [b] ἄπιςα παράδοξα collocant Scotiſtæ.

b] *Falſa & incredibiles Propoſitiones.*

Eſt ergo à nobis hodie defendenda Concluſio

Materia-prima eſt pura potentia: caret proprio actu: non habet exiſtentiam propriam; ſed per Exiſtentiam Formæ exiſtit.

Qualis ſit hæc Concluſio?

Contra iſtam Veritatem [hoc enim nomine hanc Concluſionem dignor; quoniam, qui ſemel differentiam, quæ inter **ſare** & **ſere** (*inter eſſe quiditativū & eſſe exiſtentiale*) verſatur bene intelligat, nullus poterit Adverſatiæ aſſentiri.] hic ſolet explodi Syllogiſmus, cui velut Scholaſtico Fulmini, qui extra labarum Angelici Doctoris merent, nimiùm, & nimiùm, ut opinor, confidunt. Argumentantur enim ſic.

Hic Syllogiſmus, ut à cæteris ſecernatur, Principalis *dicetur.*

Omnis Cauſa eſt ante ſuum effectum,
Sed Materia-prima reſpectu Formæ, & Compoſiti eſt Cauſa.
Ergo Materia-prima eſt ante Formam & Compoſitum.
Ergo illa eſt (exiſtit) ante Formam, Compoſitumque.
Ergo illa non eſt (non exiſtit) exiſtentia Formæ aut Compoſiti.

Ecce, ob oculos habes Syllogiſmum, qui paſſim vocatur, & cenſetur fortiſſimus. Et quid, quæſo, me facturum in ipſomet Libris Frontiſpicio promiſi? *Me demonſtraturam quatuor illam conſtare terminis; & ideo, ſi in Novam hanc Dialecticam transferatur* [N.B.] *ſine alia Reſponſione remanere ſolutum.* [c]

c) Dicam Hiſpanicè, ut ab univerſis intelligas. *El empeño en que me pongo es, de hazer ocular demonſtracion, y provar, que eſte, y los demas Sylogiſmos, que con gran ruido ſe forman contra Santo Thomas, tienen quatro terminos: y que con ſolo traduzirlos en nueſtra nueva Lengua, ſin otra ſolution, o reſpueſta, quedan clariſſimamente reſpondidos.*

Ut ergo meam liberare fidem poſſim, præparo alterum calamum, & ſic ſcribo.

Non ſum Ego, qui contemnere velim, quæ magni fieri à Viris doctiſſimis video. Et hoc ideò

Argumentum tanti profectò facio, ut fatear liberè, quamdiu illi debeat reſpondere Priſcianus, aut alius quicumque Grammaticus, diſſolutionem opportunam indepturum non eſſe. Subjungam tamen Metaphyſici Lectoris ſententiâ, quia Æquivocationem percipiet cenſendum eſſe elumbe, & nihil omninò concludere: quoniam in illo, vel priores Aſſertiones ſunt falſæ; vel reperiuntur quatuor termini.

De Syllogiſmo Principali.

Sane iſtud Argumentum Scotiſtarum, & Nominalium Opinione eſt Achilles, à quo victoriam confidenter ſperant. Illudque illorum Hectorem volunt eſſe Thomiſtæ; quoniam, ſicut occiſo Hectore Græci ſunt victoriam contra Troas adſequuti, ſic Angelici Præceptoris Diſcipuli hoc argumento, aut ſoluto, aut proſtrato, adverſariam expugnabunt ſententiam.

Qualis ſit Scotiſtarum, nec etiam Thomiſtarum judicio?

SECTIO II.

Oſtenditur Præceptorem Subtilem, ejuſque Præſtantiores Diſcipulos, hoc Syllogiſmo, quem dixi Principalem, *armari, ut Thomiſtas impugnent.*

VII. Concluſio Scoti.

MUltus eſt Scotus in probando, *Materiam propriâ, eâque à ſuâ quiditate indiſtinctâ, Exiſtentiâ fulciri, nec in* **ſendo** *(exiſtendo) à Formæ Exiſtentia pendere.* Ediſſerit hanc Difficultatem, tum alibi, tum præcipuè *in 2. diſtinct.* 12. *queſt.* 2. Ibi enim Argumento, quod *Principale* dixi, ſuæ Concluſionis probationem confidens, ſic ſcribit. *Abſolutum diſtinctum & prius alio abſoluto pot eſt eſſe ſine contradictione ſine illo. Materia enī abſolutum, diſtinctum & prius Formâ quâcumque; ſubſtantiali videlicet, & accidentali. Ergo poteſt eſſe ſine alio abſoluto; ſive ſine Formâ ſubſtantiali, aut accidentali abſolutâ, &c. Quòd Materia ſit quid abſolutum, ſatis patet, quia facit compoſitionem realem & abſolutam. Quòd autem ſit prior Formâ, ſaltem naturâ, & origine, patet, quia eſt receptivum, & fundamentum Formæ eſt prius Formâ. Ergo, &c.*

An Materia ſit prior Forma; & poſſit **ſere.** vel **ſeire** (eſſe, & exiſtere) ſine Forma.

Scho-

SCholiaſtes, qui omnes in ſuis locis Quæſtiones ad σωμοψιν ingenioſè reducit. *Materiam ſeparabilem eſſe à Formâ probat Scotus primò, quia eſt abſolutum, & prius illâ*. &c.

*] *Eu hoc loco, ne alios prætercam, poteſt Lector colligere, non tam ſupplicare, quàm corrigi Scotum à Poncio.*

PAter Joannes Poncius *pag.*577.*a.nu.*19. [*] Scoti locum dilucidaturus, illum uberioris, & clarioris doctrinæ gratiâ, tantiſper alterat, & ſic ſcribit. [Facilius tamen eſſet, ſi adjungeretur aliquid majori, quod à Scoto ſubintellectum fuiſſe crediderim, quia ab eâ veritas majoris depender, nempe: *Niſi ex eſſentiâ abſoluti prioris poſſit colligi neceſſaria exiſtentia poſterioris*: nam per hanc particulam tollerentur omnes inſtantiæ, & major eſſet concedenda ab omnibus, quæ etiam particula addenda eſſet minori, & adverſariis incumberet dare rationem, cur materia neceſſariò exigeret ita exiſtentiam formæ, ut non poſſet divinitùs eſſe ſine illâ, quod certè non credo unquam eos facturos, nec fieri poſſe.]

VIII.
Maſtrii Philoſophia magno fuit applauſu in Schola recepta.

PRodiit nuper Veneriis Philoſophicus Curſus, per tres doctiſſimos Tomos diffuſus, in quo P.Bartholomæus Maſtrius, collato ſtudio cum P.Bonaventurâ Bellutio, ad mentem Præceptoris Subtilis Ariſtoteleas ediſſerit Reſolutiones; & *in Phyſic. diſp.* 2. *art.* 1. *pag.* 55. ad præſens argumentum Materiam-primam eſſe propriâ exiſtentiâ præditam perſuaſurus ſic ſcribit. [Probatur, inquit, à Scoto *in* 2.*diſt.*12. *qu.*1.& 2.ex Phyſicis muneribus, quæ materia exercet, ad quæ prorſus inepta foret, & inhabilis ſine exiſtentiâ; eſt enim ſubjectum mutationis, eſt receptaculum formarum, eſt cauſa materialis earum, eſt pars altera compoſiti ſubſtantialis, ergo habet propriam exiſtentiã diſtinctam ab exiſtentiâ formæ, & independenter ab eâ, dependentiâ propriâ, & à priori: antecedens patet, & conſequentia probatur, quia nec mutatio fit, niſi in ſubjecto exiſtente in rerum naturâ, & ſub utroque termino manente, nec forma in ſubjecto recipitur, & ſuſtentatur, niſi priùs naturâ exiſtente; nec compoſitum conſtituitur, niſi ex partibus priùs naturâ exiſtentibus [*] prius autem non accipit exiſtentiam ſuam à poſteriori; & prorſus incapibile eſt ſubjectum actuale formæ ab eâdem formâ, quam ſuſtentat, exiſtentiam accipere; prorſus inintelligibile eſt, materiam phyſicam exercere cauſalitatem erga formam & non præintelligi exiſtentem, [*a*] quia exiſtentia eſt ratio vel ſaltem conditio neceſſariò prærequiſita ad exercitium phyſicæ cauſalitatis, ut omnes fatentur.] Et quia videbat Thomiſtas has, & ſimiles alias Inſtantias ad naturæ (vel, quod in multorum opinione idem eſt, ad rationis ratiocinatæ, aut etiam ratiocinantis) prioritatem recurrendo diluere; hanc contra ſe Objectionem, aut Argumentationem efformat. [Reſpondetur, ait, Materiam-primam priùs exiſtere naturâ in genere cauſæ materialis, Formam verò in genere cauſæ formalis.] Sed, quia ipſe totus eſt in reali prioritate probandâ, omnia, quæ de naturæ, aut rationis prioritate dicere ſolemus, faſtidit; & contrà ſic argumentatur. [In nullo (inquit ipſe) genere cauſæ poteſt effectus ſecundum eſſe reale cauſam ſuam præcedere, & repugnat dicere, materiam priùs exiſtere in genere cauſæ materialis, formam in genere cauſæ formalis nam exiſtentia, quam ſibi priorem vendicat materia in genere cauſæ materialis, vel ei per ſe ipſam competit independenter à formâ in quocumque genere, vel non: ſi primum, habemus intentum; ſi ſecundum, ergo exiſtentia effectûs erit in cauſâ ratio cauſandi ipſum vel conditio prærequiſita in cauſâ ad actualẽ ejus cauſationem, & eadem exiſtentia formæ à ſeipsâ dependebit, & ipſa ſe ipſam in materiâ præcedet, & in ſeipsâ recipietur, quæ implicant, quod egregiè etiam tetigit P.Licherus *in* 2.*diſtinct.*12.*quæſt.*2. ſolvendo argumenta Cajetani.

An Materia prima poſſit ſua phyſica munera exercere, niſi habeat exiſtentiam propriam, per quã ante Formam exiſtat?

*] *Ternarius & Triangulus ſunt Compoſita, & tamen* **ſarent** *& haberent prædicata eſſentialia, & proprietates, quas Arithmetica & Geometria contemplarentur, licèt illorum Veritates & Linea non exiſterent in rerum natura.*

a] *Sicut Numerus & Figura* **Sant** (habent eſſe quidirativum) *& componuntur ex partibus* (*Vnitatibus & Lineis*) **Santibus** (habentibus eſſe quidiativũ) *ita & Homo ſecundum ſe conſideratus* **Sat**, *& componitur ſimiliter ex partibus* **Santibus**; *& tùm primò ſupervenint exiſtentia erit* **Sens** (exiſtens.)

An detur mutuæ prioritates in diverſis generibus?

℣. *Quidquid ſit de prioritate reali rationis ratiocinantis prioritatem, qualis in Materia & Forma invenitur, mutuam eſſe poſſe, nemo poteſt negare.*

SECTIO III.

Producit aliquos Scotizantes, ut oculis propriis Lector videat, eodem ipſos Argumento contra Thomiſtas uti.

IX.
De Thomizantibus, & Scotizantibus.

SUNT multa Ingenia libera, qui captivare proprium intellectum nolunt, in ullius Præceptoris obſequium. Hi prout Venti ſpirant in Scientiarum Oceano, aut rhombum ab Angelico Doctore delineatum, aut lineam ab Scoto deſcriptam, pergunt, & ſequuntur. Ex Philoſophis ergo,

Nullius addicti jurare in verba Magiſtri,

qui Thomizant libentiſſimè omiſſis: illos, qui Scotizant in hac præſenti Quæſtione proponamus.

An & quo ipſi modo à Thomiſtis & Scotiſtis diſtinguantur?

REcenſendus eſt impræſentiarùm præter alios P. Georgius de Rhodes, S.J. cujus librum Epigraphe (inſcribitur enim *Peripatetica Philoſophia*) commendabilem reddit. Ipſe enim *lib.*2.*diſp.*1.*ſect.*2.§.4.*pag.*100.& Scoti Reſolutionem ponit, & Scotica probatione confirmat, inquit enim. *Ineſſe Materia propriam Exiſtentiam, diſtinctam ab Exiſtentiâ Forma, negatur à Thomiſtis: quibus non favet* [a] S.Thomas, *ut oſtendunt Suarez, Vaſquez, Pererius, & Averſa*. Quod ipſum perſuaſurus, ſic inſit. *Quod præſupponitur exiſtere ante aliud, & eſt Cauſa illius, habet exiſtentiam diſtinctam ab exiſtentiâ alius. Sed Materia præſupponitur exiſtere ante Formam materialem, & eſt Cauſa illius. Ergo Materia, exiſtentiam habet diſtinctam ab exiſtentiâ Forma*, &c.

a] *Paucis verbis hic à Rhodeſio dicitur, quod nunquam probatum eſt, etſi multa profundat. Sententia, cui non favere ait Præceptorem Angelicum, ab illo expreſſè traditur multis in locis. Vnum, aut alterum ponamus. Ipſe enim* quæſt. 4. de Potent. art. 4. in corp. *ſic ſcribit.* Quidquid in rerum natura invenitur, actu exiſtit, quod quidem non haber Materia, niſi per Formã, quæ eſt actus ejus. *Rurſuſque* in 1. 2. qu. 94. art. 5. ad 2. *reponit eamdẽ ſententiam dicens* Idem eſt eſſe Formæ, & Materiæ: & hoc quidem eſt eſſe Compoſiti. *Vide Complutenſes* in libr. 1. Phyſic. diſp. 3. qu. 4. § 1.

ADDO P. Antonium Bernaldum de Quiros, [b] qui *in Curſu Philoſophici tract.*3. *diſp.*40 *ſect.*5.*num.*18.*pag.*253.*a.* ſic ſcribit. *Ego autem cenſeo dari exiſtentiam propriam Materiæ ita, ut exiſtentia Totius non ſit ſimplex, ſed compoſita ex duabus partialibus exiſtentiis, ſicut ex duabus Eſſentiis*. Quod, ut ſuadeat, nos ad *ſect.*2. *num.*12. *pag.*250 *b.* remittit, ibi enim ſcripſerat. *Materia dicitur Cauſa materialis Forma, quia cauſat exiſtentiam Formæ; id non dicetur cauſa ſui, licèt cauſet etiam ſuam exiſtentiam; quod tenendum eſſet, licèt admitteretur exiſtentia propria materia, tunc enim hac adhuc cauſaretur ab eſſentiâ materia, quin tamen materia diceretur cauſa ſui; & ratio eſt, quia cauſa debet dicere diſtinctionem adæquatam ab effectu, ſic anima quamvis per nutritionem cauſet unionem ſui ad corpus, non cenſetur cauſa hominis, cum tamen pater ſit cauſa generans, qui ſolam unionem producit; ſola autem eſt diſcriminis ratio, quod anima non diſtinguitur* ada-

b] *Libenter hunc Philoſo-*

phum lego, olim quia pollet feliciſſimo ingenio; tum quia eſt nepos Reverendiſſimi D. Ludovici Bernardo de Quiros, Filii noſtri Monaſterii de Spina, Generalis Ordinis Ciſtercienſis, & Salmanticæ Sacræ Theologiæ Magiſtri, & Sacræ Scripturæ Cathedratici, cujus pietatem & doctrinam ſuſpexi dum viveret, & quem in Empyreo (ſic ſpero) Patronum nunc & Tutelarem habeo.

adæquatè ab homine. Adde in hac ſententiâ cauſa requirit diſtinctionem in eſſentiâ ab effectu (ideò Angelus licèt cauſet ſuam exiſtentiam, non dicitur ſe cauſare) materia autem eſt diverſa eſſentia ab eſſentiâ Formæ, ſecus reſpectu propriæ.

CONſentit præcedentibus P. Rodericus Arriaga, etiam S. J. quem ſuſpexi in Bohemia dum viveret, & etiam poſt fatum amo, & veneror. Ipſe itaque *diſp.2. Phyſic. ſect.5. ſubſ.3. pag.182.b. juxta editionem Lugdunenſem anni* 1653. ſic ſtatuit. *Concedenda ergo eſt propria exiſtentia materiæ-primæ cum Scoto, Henrico, Gregorio, & Gabriele apud Suarez.* ſupr. num.13. *quibus ipſe ſubſcribit, ubi & multos alios pro eâdem refert. In eâdem ſunt, Toletus* in præſenti qu.13. *Pereira* lib. 5. Philoſoph. cap.13. *Fonſeca* 1. Metaph. cap.7. q. 1. ſect.5. *Molina, & Vaſquez apud Hurtadum* in præſenti diſp.2. *quos ipſe ſequitur, Valentia* 3. par. qu.1. art.2. punct.2. *Conimbricenſes* hîc cap.9. qu. 6. art.2. *eſtque ita communis inter omnes noſtræ Societatis Magiſtros, ut nullus ab eâ diſcedat.*

P. Arriaga laudatur.

Dat Materiæ exiſtentiam.

Autoritate multorum ſuâ ſententiam probat.

Et probat ſuam Concluſionem dicens. *Materia eſt ſubjectum Formæ. Ergo eſt prior quàm Forma. Ergo habet exiſtentiam ſaltem prius naturâ ante Formam. Ergo non poteſt exiſtere per exiſtentiam Formæ, ſed per propriam.* Recognoſcit hoc Ratiocinium ille; &, ut fateatur eſſe forte & robuſtum, in ſuâ, & Scotiſtarum Opinione, quæ exiſtentiam ab eſſentiâ realiter nõ diſtinguit; addit nihilominùs illud, ſi adverſaria ſupponatur Opinio eſſe languidum, & elumbe; unde ſic infit. *Hoc argumentum valde extollitur à nonnullis, verùm arbitror, admiſsâ ſemel diſtinctione modali inter eſſentiam, & exiſtentiam (ut eam admittimus pro præſenti quæſtione) nullam habere vim; quia ſi ſemel admittitur, poſſe materiam, vel Formam eſſe ſubjectum propriæ exiſtentiæ, & conſequenter prius naturâ ad exiſtentiam intelligi, cùm non poterit intelligi materia prius naturâ ad formam, & ad illius exiſtentiam, quantumvis per illam exiſtat. Argumentum convincit quidem nullam exiſtentiam diſtingui à propriâ eſſentiâ, verùm ſpecialiter contra exiſtentiam materiæ à Formâ nullam habet difficultatem, ut ex dictis patet.*

Et ut illam confirmet Principali, quod diximus uti Argumento.

An illud ipſe invincibile judicet?

X.

Laudatur P. Richardus Lynceus.

PRogredior, & quia illud Commune Pronunciatum,

Conveniunt rebus nomina ſæpè ſuis;

in P. Richardo Lynceo, ingenii ſubtiliſſimi, & oculatiſſimi Viro verificatur, illum etiam produco; quoniam *in ſuâ Philoſophiâ libr.2. tract.3. cap.1. pag.17.* de Materiâ-primâ, quam onerat propriâ Exiſtentiâ, ſic diſcurrit. *Si ob aliquam rationem à Formâ in genere cauſæ formalis dependeret, maximè, quia per Exiſtentiam Formæ exiſteret. At hanc rationem eſſe falſam, & nullius momenti probatum eſt.*

Materia prima propriam exiſtentiam concedit.

Enim verò Aſſertioni noſtræ refragantur Cajetanus de ente, & eſſent. cap.5. qu.9. *Capriol.* in 2. diſt.13. qu.1. *Javellus & Soncinas* 8. Metaph. q.1. *Ferrarienſis* 3. contr. Gent. cap.4. *omneſque Thomiſtæ, ut teſtatur P. Suarez* ubi ſupra. *In eâdem ſententiâ ſunt Argentinas* in 2. diſt. 12. qu. 3. 1. & *Durandus* ib. qu.2. *Idipſum etiam ex noſtris videtur ſequi Fonſeca* 5. Metaph. cap.2. quæſt.3. ſect. 1. *Objiciunt autem primò Doctores Thomiſtæ, materiã non habere exiſtentiam propriam, ſed exiſtere per exiſtentiam Formæ: Forma ergo dat eſſe materiæ, adeòque eſt vera illius cauſa.*

Producit Autores ſtantes pro Sententia Contraria.

VOlebam hîc aliquas periodos ex P. Ildephonſo de Peñafiele Peruano etiam S. J. ſubjungere; ſed, quia ipſe *in Curſus Philoſophici Tomo II. in Phyſic. diſput.4. ſect.6.* Materiam-primam habere propriam exiſtentiam pronunciat, frequenter eſſe quiditativum (hoc eſt, **ſare**) aut ignorat, aut negat: & inter Purum Nihil, & **ſere** (*Eſſe exiſtentiale*) nullum Medium admittit, operæ-pretium cenſui totam illam examinare: & in Lectorum gratiam, allucinationes, Viri aliàs docti, propalare, & oſtendere. Claudo ergo modo ejuſdem Librum: olim enim ſi per tempus liceat, totam illam Sectionem relegam, & Scholiis opportunis ornabo.

P. Peñafiel inter Purum Nihil, & Rem exiſtentem nullum Medium admittit.

HAbet ingenium floridum Dn. Bonifacius Bagatta, Clericus Regularis, & *in ſui Curſus Philoſophici diſp.1. Phyſicâ. ſect.2. n.10. pag.* 138. ſic ſcribit. [Materia-prima habet actum entitativum, & exiſtentiam independenter à Formâ. Eſt contra quoſdam Thomiſtas, quos citat Oviedus *hic contr.2. punct.*5. eſt tamen Scotiſtarum omnium cum Scoto *in 2. diſt. 12. qu.1. & 2.* & ferè omnium Recentiorum, Vaſquez, Suarez, Toleti, Ruvii, Hurtadi, Arriagæ, Morandi, Guarini, Oviedo, Tellez, Spinulæ, Averſæ, Lalemandet, & etiam D. Thomæ, & aliquorum Thomiſtarum Sanctum Doctorem meliùs intelligentium, ut oſtendit noſter Ayoſſa *tom. 1. Phyſic. diſp.4. qu.3.* cujus Sancti Doctoris teſtimonia, & autoritates multas adducit Serbellonius *diſp.1. in Phyſ. qu.1. art.2. §.24.*]

D. Bonifacius Bagatta ab ingenio laudatur.

N. B.

A ſe vult habere omnes ad unũ Scotiſtas, & contra ſe aliquos Thomiſtas tantummodò.

Et poſteà probatione quintâ ſic arguit. [Formæ producuntur à Materiâ, ſeu, ut cum communi loquar, educuntur de potentiâ materiæ, ſed hoc nequiret eſſe, niſi materia propriam exiſtentiam haberet, ergo &c. Minor probatur. Produci enim Formam dependenter à Materiâ importat, materiam eſſe ſubjectum receptivum actionis agentis producentis Formam, ſed non poſſet eſſe tale ſubjectum niſi exiſteret; actio enim ſicuti exigit exiſtentiam ſubjecti, in quo recipiatur, &c. ergo &c. Tum quia materia eſt cauſa materialis exiſtentiæ Formæ, ſed quælibet cauſa eſt prior ſaltem naturâ ſuo effectu, ergo materia debet eſſe prior Formâ. At non debet eſſe prior ſecundum ſolam eſſentiam; ergo ſecundum exiſtentiam; Minor probatur. Nam prioritas, quam cauſa habet ad effectum, debet eſſe talis ut poſſit ſuo modo influere in effectum, ſed influxus nequit eſſe à cauſâ, ſolùm ſecundum eſſentiam ſumptâ; eſſentiæ enim in abſtracto non ſunt operativæ, ergo ſecundum exiſtentiam, ergo, &c.]

An Materia Formas materiales producat?

An omnis Cauſa ſit prior ſuo Effectu?

An hæc prioritas in genere exiſtendi debeat eſſe?

XI.

Hic proponitus ejus Argumentum, & Sectione VI. examinabitur, data ab ipſo ejuſdem Argumẽti diſſolutio.

CLaudat iſtam Autorum Seriem P. Joannes Lalemandetius Ordinis Minorum S. Franciſci de Paulâ Provincialis, qui totam Philoſophiam tribus tomis doctiſſimis complexus eſt. Et multa reliquit Theologica Syntagmata, quæ ſi in lucem prodeant, cũ fructu, & utilitate legentur. Ipſe enim *tom. 2. Phyſic. diſp.2. p.3. columm.*51. hanc Concluſionem propugnandam adſumit. *Materia-prima propriam habet exiſtentiam de ſe, & non à Formâ.* Eam probaverat in Clypei II. ſubdiviſione, *num.5. columm.*36. dicens. *Cuicumque venit actu cauſare pro aliquo ſigno, convenit & exiſtere, pro eodem ſigno; ſed materia-prima in primo ſigno, quo recipit*

Ejus Concluſio.

Concluſionis probatio.

for-

An Materia recipiat Formã quando non exiſtit?

formam, convenit cauſare, ergo tunc convenit exiſtere, ſed pro illo ſigno non habet exiſtentiam formæ; ergo propriam. Confirmatur, quia materia, aut cauſat compoſitum, & recipit formam, quando exiſtit, aut quando non exiſtit: non quando non exiſtit, ergo quando exiſtit, ergo tunc ipſi convenit propria exiſtentia, quia exiſtentia formæ ſequitur totum compoſitum. Confirmatur, quia cauſa non mendicat à ſuo effectu, materia autem cauſat exiſtentiam compoſiti & formæ in genere cauſæ materialis, ergo non emendicat ſuam propriam exiſtentiam ab eis.

SECTIO IV.

Idem Argumentum, quod Principale *dici juſſimus, Thomiſtæ contra ſemetipſos objiciunt.*

XII. Huic Argumento, quod contra ſuam doctrinam hic objiciunt Thomiſtæ, Sectione VII. ſatisfaciunt.

QUoniam hoc Argumentum eſſe fortiſſimum univerſi fatentur, illud contra ſe Diſcipuli Angelici Præceptoris proponunt; illo enim diſſoluto exiſtimăt, nullum aliud manſurum, quod egeat aliquã dilucidatione.

Cur omnes Thomiſtæ contra ſe Principale Argumentum objiciant?

Illud apud Complutenſes. Erat eorum Concluſio, *Materia-prima, nullam ex ſe habet Exiſtentiam à Formâ, & Compoſito emendicatam.* Sic nos docent *in Libr. I. Phyſic. diſp. 3. qu. 4. §. 1. num. 13.* & pro illâ Præceptorem Angelicum *qu. 4. de potent. art. 4. in corp. & 1. 2. qu. 94. art. 5. ad 2.* Et addunt hanc eſſe perpetuam & conſtantem in Scholâ Thomiſtarum ſententiam. Et tamen contra illam §. 2. *num. 24. pag. 39.* ſic arguunt. [Quælibet Cauſa eſt prior ſuo effectu: ſed materia-prima eſt cauſa Formæ, & Compoſiti, ut ex ſe conſtat: ergo eſt prior illis; ergo pro illo priori habet propriam exiſtẽtiam. Probatur hæc ſecunda conſequentia: quoniam pro illo priori nequit exiſtere per exiſtentiam Formæ, & Compoſiti, quæ nondum exiſtunt; ergo exiſtit propriâ exiſtentiâ. Confirmatur; nam prius eſt, quòd cauſa ſecunda producatur, quàm quòd cauſet; ergo priùs fit materia quàm influat in formam, & compoſitum: ſed omnis productio terminatur ad exiſtentiam: ergo materia pro priori ad formam & compoſitum recipit exiſtentiam ab Agente, à quo producitur.]

Complutenſiũ Concluſio.

Omnis Cauſa debet produci ante quam cauſet, & terminatur ad eam exiſtentem productio.

Ferè Concluſiones Complutenſium (ne dicam verba) exhibet P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate *in ſua Philoſoph. Summa 1. 2. qu. 3. art. 4. pag. 173.* dicens. *Videtur quòd Materia-prima habeat ex ſe propriam Exiſtentiam. Ita tenent Scotus, Gabriel, Henricus, Suarez, Fonſeca, Rubius, Toletus, & alii extra Scholam Divi Thomæ, &c. Sed contra eſt expreſſa autoritas Ariſtotelis* 5. Metaph. text. 15. *ubi dicit*, Animam eſſe Cauſam Exiſtentiæ Materiæ. *Illum ſequuntur Boëtius* Opuſc. de Unit. & Uno *D. Bonaventura* in 2. diſt. 22. *D. Thomas* multis locis, *ac communiter omnes Thomiſtæ. Capreolus* in 2. diſt. 3. qu. 1. *Cajetanus* de Ente, & Eſſentiâ cap. 5. qu. 8. *Ferrarienſis* 1. contr. Gentes cap. 4. *Soncinas* 7. Metaphyſicæ. quæſt. 17. *Javellus* 5. Metaph. q. 3. *Araujus* ibidem quæſt. 2. *& noſtri Complutenſes* hic, *& alii.*

P. Philippus à Sanctiſſima Trinitate, idem contra ſuam doctrinam Argumentum proponit.

Et contra hanc ſuam Reſolutionem hoc Argumentum propoſuerant. *Materia-prima eſt Cauſa materialis Compoſiti, & Formæ Subſtantialis; cùm multæ formæ ſcilicet omnes materiales ex ejus potentiâ educantur, & intrinſecè ut vera pars componit ipſum compoſitum; ergo eſt prior illis; unde exiſtit ante illa: non eorum exiſtentiâ quia non ſunt, & conſequenter propriâ; vel dicendum eſt, quòd in illo priori nihil eſt, cùm non exiſtat; & ita ſequitur, quòd generatio ſubſtantialis ſit ex nihilo, & forma ſubſtantialis recipitur in nihilo, & forma materialis educitur ex nihilo, quod eſt creari, quæ omnia ſunt abſurda. Confirmatur; cauſa creata ſive materialis, ſive formalis non poteſt realiter cauſare, niſi priùs ipſa ab agente cauſetur; quod enim non eſt, non poteſt cauſare: ſi cauſatur, ponitur extra cauſas, & ita recipit eſſe exiſtentiæ.*

Quia Formæ ſunt poſteriores, quàm Materia, non poſſunt dare exiſtentiam Materiæ.

An inter Purũ nihil & Sere *(eſſe exiſtentiale) detur Medium?*

Prodiit Toloſæ ann. MDLII. (lege MDCLII.) Summa Philoſophiæ. Authore P. Raymundo Mailhat Ordinis Prædicatorum. Et *in Phyſic. diſp. 2. ſect. 3.* ſic ſtatuit. *Materia prima nullam prorſus ex ſe habet exiſtentiam, ſed exiſtit per exiſtentiam Formæ & Compoſiti Subſtantialis. Sic Thomiſtæ.* Et contra hanc ſuam Reſolutionem *pag. 42.* iſtam Objectionem proponit. *Materia eſt cauſa Formæ & Compoſiti ſubſtantialis, cùm Forma educatur de potentiâ materiæ, & ex ipsâ intrinſecè componatur totum ſubſtantiale: ergo eſt prior formâ & compoſito ſubſtantiali; in illo ergo priori naturæ, quo materia præſupponitur formæ & compoſito, cùm non ſit nihil, debet habere entitatem actu exiſtentem; non exiſtentiâ formæ, & compoſiti, quæ nondum intelliguntur; ergo propriâ.*

P. Mailhati Reſolutio.

Objectio contra hanc Reſolutionem.

Et poſteà hanc Inſtantiam ſubjungit. *Nihil poteſt exercere ſuam cauſalitatem, niſi habeat exiſtentiam; ſed in illo priori, quo materia in inſtanti generationis antecedit formam, exercet ſuam cauſalitatem in ipſam & in compoſitum: ergo in illo priori naturæ habet exiſtentiam.* Præterea. *Materia-prima in eo priori, quo cauſat eſt extra Cauſam Efficientem, cùm ſit producta. Ergo habet exiſtentiam. Probatur Antecedens. Quia omnis efficientia terminatur ad exiſtentiam Effectûs.*

An nulla Cauſa exercere ſuã cauſalitatem valeat, niſi reverà exiſtat?

Sum tibi tædio faſtidioſo (jam video) tot Authores, ubi ſufficeret unus, adducens: at pace tuâ adhuc unum proponam, qui eſt hodie apud Recentiores in pretio. Ejus Liber inſcribitur. *Curſus Philoſophicus ex mirâ D. Thomæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Doctoris Doctrinâ deſumptus;* &c. *à P. Ambroſio Lezardo Belliquadro, Ordinis Prædicatorum*, &c. Et in Tomo II. in quo ediſſeritur Phyſica, *quæſt. 3. art. 2.* quæritur, *An Materia-prima habeat aliquem actum entitativum?* & reſpondetur negativè; citaturque Philoſophus *libr. 1. Phyſic.* & 1. *Metaph. text. 8.* & D. Thomas *qu. 4. de potent. art. 1.* & 1. *part. qu. 7. art. 2. ad 3.* & *qu. 66. art. 1.* & iterum *qu. 74. art. 2.* Et poſteà *art. 4.* inquiritur, *An Materia-prima poſſit exiſtere ſine Formâ?* & reſpondetur id non poſſe fieri nec de potentiâ Dei abſolutâ. Sic enim docet S. Thomas 2. *contr. gent. cap. 43. & 54.* & 3. *contr. gent. cap. 4.* nec non 1. *part. qu. 6. art. 1.* & *quodlib. 3. art. 3.* Et contra hanc veritatem *pag. 15.* iſtam Objectionem invenio. *Quod eſt Cauſa alterius* [d] *eſto ſit ens incompletum, debet habere actum in priori naturæ quod cauſat; ſed materia-prima eſt Cauſa Formæ ut patebit. Ergo debet habere actum. Major patet. Nihil poteſt cauſare niſi ſit ens in actu; cauſa enim non cauſat niſi mediante aliquo actu quo agat. Ergo, &c.*

XIII. *P. Ambroſius Lezardus.*

Suam Concluſionem præmittit.

Et contra illam hanc Objectionem, per omnia conſonam Argumento Principali proponit.

Et ſtatim. *Cauſa alterius, etiam receptiva, & paſſiva eſt aliquod bonum, ſed nil eſt bonum niſi ratione actûs entitativi. Ergo materia prima, ut cauſa paſſiva habebit actum entitativum.*

d] *Actus* ipſe nomine realẽ exiſtentiam intelligit.

SE-

SECTIO V.

Ante Principalis Argumenti diſſolutionem præmittuntur paucula, quæ debent neceſſariò præſciri.

XIV. *Quale ſit Principale Argumentum?*

FOrtiſſimum eſt, fateor, illud, quod voco *Principale Argumentum*. Eſt enim, ut loquar liberè, indiſſolubile, niſi ad noſtram Novam Dialectum recurratur; Ergo ſumendo ex illâ, paucos aliquos Terminos, quos noſter Λεπτότατος uberiùs, & profundius dilucidat, Concluſiones nonnullas maximè neceſſarias præmittamus. Et erit

PRIMA.

Verùm inter Purum Nihil & Rem exiſtentem detur Medium.

SAnè inter Purum Nihil, & Sens (Ens exiſtentiam habens) datur Medium: nempe Sans (Ens habens quiditatem.)

Veritas eſt hæc, ut fuerit Veteribus multis ignota, jam hodie Recentioribus, qui accuratiùs, & ſubtiliùs diſcurrunt, admittitur & propugnatur. Illam Citatus noſter Liber [nempe, Λεπτότατος, Latinè SUBTILISSIMUS] *diſſert.1.artic.11. à pag.37. & num.65.* ediſſerit, & Claſſicorum Authorum teſtimoniis exornat; ſed, quia tædioſum eſt, bis eadem aut ſcribere aut legere, R.P. Raymundum Mailhatium, Ordinis Prædicatorii Theologum, doctum & eruditum, quem paulò antè audiimus, producamus.

Reſolutio Aſſertiva Penitùs fuit ignota Philoſophis.

N. B. Quæ parentheſi quadrata, quã Itali grapheſtam appellant, includuntur, non ſunt Mailhatii verba, ſed fuerunt à nobis ut clariùs decurreret oratio interſerta.

Ipſe enim *tom.2. Phyſic.diſp.2.ſect.2.num.29.* ſic ſtatuit. [Adverte in hoc decipi Adverſarios, quòd exiſtiment nullum dari Medium [inter Sens & Non ſans] inter *Ens actu*, ſeu *Entitatem actualem* ex una parte, & *Purum Nihil* ex alterã, ex quo inferunt Materiam-primam hoc ipſo quòd non eſt merum nihil, ſed vera entitas realis, ut nos ultrò concedimus, debere dici (Sens) *Ens in actu*, adeoque includere actum aliquem ſaltem entitativum, ratione cujus dicatur *Entitas actualis*. In hoc inquam, falluntur; nam vel ſumunt *Ens in actu* lato modo, & impropriè, prout idem eſt ac (Sens) *Ens, quod reipſa & de facto eſt à parte rei*: vel in ſenſu proprio, (pro Sante) *pro Ente ſcilicet, quod eſt verè actus*, aut *quod proprium includit actum*: ſi primo modo ſumant *Ens in actu*, liberter fatemur non dari medium inter *Nihil*, & *Ens in actu*, ſubindeque Materiam hoc ipſo quòd non eſt merum nihil, debere eſſe (Santem) *ens in actu*, id eſt, *Entitatem realē poſitam à parte rei*; Et, ſi nihil aliud volunt Adverſarii, verum dicunt, ſed abutuntur nomine *Entis in actu*: Si autem *Ens in actu* ſumatur ſecundo modo, & propriè pro eo quod vel eſt verus [nempe, exiſtentiæ] actus vel ipſum includit, in quo ſenſu nos in præſenti loquimur, velintque Adverſarii Materiam-primam, eo ipſo quod non eſt (non eſt Non ſans) id eſt *Nihil*, debere dici (Sens) *Ens in actu*, ſenſu illo proprio, planè decipiuntur, cùm inter hujuſmodi extrema mediet (ſans) *Ens, quod eſt potentia realis receptiva actus ſeu formæ*, nimirùm Materia prima, quæ non eſt (Non ſans) *Purum Nihil*, ſed eſt (Sans) *Verum ens reale*, cùm ſit pars Compoſiti Subſtantialis; nec eſt etiam *Ens in actu*, cùm nullum actum includat; ſed mera potentia realis, ex quibus ſolves fundamenta adverſariorum.]

N. B. Eſt P. Mailhatii Reſolutio. Inter eſſe Purũ Nihil & habere Eſſe exiſtentiale datur Medium, videlicet habere eſſe quidditativum. Vel in Dialecto Metaphyſica. Inter Non ſare & ſere datur Medium; nempe ipſum ſare.

Et paulò poſt contra illos, qui argumentabantur dicentes, materiam non eſſe entitatem poſſibilem, adeoque fore entitatem exiſtentem & actualem, reſpondet diſtinguendo antecedens. [Eſt (Sans) *Ens actu*, id eſt, *de re ipſâ à parte rei poſitum*, (Clariùs, *eſt* ſans, *Ens actu habens eſſe quidditativum*. Concedo. *Eſt* (ſons) *Ens includens aliquem actum entitativũ*, Nego. Similiter ad Probationem diſtinguo Majorem; Quod non eſt (ſabile. *Potens habere eſſentiã*) Ens merè poſſibile; ſed eſt (Sans. Habens eſſentiæ actum) nempe, eſt *Ens actu*, id eſt, *reipſâ* (ſamptum) *poſitum à parte rei* Concedo. Eſt (Sons) *includens actum aliquem*. Nego. Et eodem modo diſtinguo conſequentiam [*] ut enim materia prima non ſit purum nihil, ſed ens reale poſitum à parte rei, ſufficit quòd ſit vera & realis potentia receptiva formæ.]

*] Sum doctus dicere *Diſtinguo Conſequens*

Inſtabis: Non eſt ens in potentiâ; Ergo in actu, Diſtinguo; Id eſt, in rerum natura poſitum. Concedo; Conſtans actu aliquo. Nego.

SECUNDA.

XV. Trifariam accipi poteſt nomen *actus*.

HAbere actum, *nec non* Eſſe actum *& tandem* Eſſe actu *differunt inter ſe.*

Quid ſit Habere actum? Et quid Eſſe actum?

Demonſtratur. Quoniam Subſtantiale Compoſitum Actum habere dicitur; nam habet Formam, quę eſt Actus Materiam actuans & perficiens, & intrinſecè Totum componens. Compoſitum igitur, habet actum, & non eſt actus: & Forma eſt Actus, & non habet Actum.

Et quid Eſſe actu?

Eſſe actu, non eſt exiſtere, ſed in ſuo genere propriam eſſentiam & quiditatem exercere. Sic *Homo* (& hoc nomine aliquem purè poſſibilem, qui numquam ſit exſtiturus, intellige) eſt potentiâ exiſtens: quoniam poteſt exiſtere: at eſt actu *Animal rationale*, non enim potentiâ, ſed actu quiditativo, habet ſua prædicata eſſentialia.

De Homine purè poſſibili. An, & quo ſenſu ſit Ens actu?

Hanc Terminorum diſtinctionem & expoſitionem nos docet P. Raymundus Mailhatius quem paulò antè citavi: quoniam *tom.2. Phyſic.diſp.2.Sect.2.num.26.* ſic ſcribit. [Adverte duplicem eſſe Actum; alterum eſſentiæ, alterum exiſtentiæ: actus eſſentiæ dicitur ille, qui conſtituit rem in ſuâ quidditate ſeu eſſentiâ, ut rationalitas; actus verò exiſtentiæ eſt ille, qui conſtituit rem in ratione actualiter exiſtentis à parte rei. Rurſus actus eſſentiæ alius eſt phyſicus, alius metaphyſicus: actus phyſicus eſt ipſa forma phyſica, quæ actuando materiam conſtituit unà cum illâ compoſitum ſubſtantiale in ratione totius phyſici ſeu naturalis: actus verò metaphyſicus eſt differentia eſſentialis, quatenus actuat & determinat genus.]

Quæ ſit inter Sare, & Sere (inter actum Eſſentiæ, & actum Exiſtentiæ) *diſtinctio? Dividitur Actus Eſſentia.*

Conſonat P. Ambroſius Lezardus Ordinis etiam Prædicatorum, *in ſui* enim *Philoſophici Curſus tom.2. qu.3. art.2. pag.24.* contra illos, qui entitativo actu Materiam adgravant, ſic ſcribit. [Si Materia-prima haberet actum entitativum, hoc eſſet, quia omne ens reale

An Materia prima habeat actum?

de-

Materia prima ſecundum quidditatem ſuam conſiderata, eſt Ens actu, non tamen eſt Actus, nec habet actum.

debet habere actum, Sed hoc non valet. Ergo nullum actum habet. Sequela min. probatur. Aliud eſt eſſe actu, quod fatentur Thomiſtæ, & aliud eſt eſſe actum, quod Thomiſtæ negant: nam *Ens potentiale* eſt actu, non tamen actus, nec in ſuâ eſſentiâ habet aliquem actum entitativum.

SECTIO VI.

Satisfit promiſſis, hoc eſt, Principale Argumentum per ſolam ex Linguâ Communi in Metaphyſicam Dialectum traductionem diſſolvitur.

XVI.

POllicitus ſum in Libri Titulo me præcipua Adverſariorum Argumenta, nihil aliud faciendo, quàm illa in Metaphyſicam Dialectum transferendo, eſſe manifeſtiſſimè diſſoluturum. Et modò ut fidem liberem, Syllogiſmum præcedentem, quem in ſpecimen poſui, traducturus, ſequentes Concluſiones adſumo. Sit ergo

PRIMA,

De hac Concluſione ferre Iudicium nequit, qui Dialecticâ non excellens exalle.

N*ISI illud* Eſt, [1] *quod ponitur in primâ Conſequentiâ, ſit idem ac* ſet (habet eſſe exiſtentiale, *ſive* exiſtit) *Argumentum non erit ad rem: quia aliàs cæteræ non ſubinferentur Conſequentiæ* [2] *Ut ſit vera & debeat prima Conſequentia concedi, debent eſſe veræ Præmiſſæ* [3] *Ut autem Major vera ſit (nam de Minori nemo dubitat) illud* Eſt, *quod in eâ legitur, debet eſſe* ſat (habet eſſe quiditativum) *&* *non* ſet (habet eſſe exiſtentiale) *Syllogiſmus* ἀδιαλεκτικὸς *erit; laborabit enim quatuor terminorum vitio, & nihil omninò concludet.* COROLLARIUM. [4] Ille ergo *Syllogiſmus, ut primo aſpectu irreſolubilis ſit Grammaticorum opinione, manebit diſſolutus, ſi in Metaphyſicam Dialectum transferatur, nec ulteriori ſolutione indigebit.*

Quatuor partes continet hæc Concluſio: & omnes, ſi à Philoſopho, qui procul præjudiciis, legantur, ſunt claræ & certæ. PRIMA profectò patet: nam Secunda & Tertia Conſequentiæ de ſere (*eſſe exiſtentiali*) agunt, & id ut ſtatim ſuadebimus, à ſare (*eſſe quiditativo*) non infertur. SECUNDA eſt προθεώρημα [*] Logicum; ex Falſo enim Verum, non per ſe, ſed per accidens ſequitur. TERTIAM eſſe certam ex inferiùs proponendis conſtabit. QUARTA, nam percipitur oculis, ulteriori probatione non indiget.

[*] Oportet totam Dialecticam, quanta eſt, eſſe Scientiam hypotheticum & conditionatam. De Præmiſſarum ipſa Veritate non judicat, ſed tantùm diſponit in ſyllogiſmo terminos, ut ſi per impoſſibile ſint veræ Præmiſſæ, infallibile ſit, verum ex illis Conſequentium deduci.

Ut autem hæc, quæ proſpectantur, medullitùs intelligantur, Syllogiſmum, quem *Principalem* dici, juſſimus, in duabus Columnis exhibeamus; videlicet, in priori ſecundum Dialectum Metaphyſicam novam: in poſteriori ſecundum Idioma Commune.

Conſidera bene hunc Syllogiſmum. Si Major eſt vera, & Concluſio eſt ad rem, laborat quatuor terminis: nam aliud eſt, aliud in majori, & aliud ſignificant in Concluſione.

Omnis Cauſa eſt (ſat) *ante ſuum effectum.*	Omnis Cauſa habet eſſe quiditativum ante ſuum effectum.
Sed Materia-prima reſpectu Formæ & Compoſiti eſt Cauſa.	Sed Materia-prima reſpectu Formæ & Compoſiti eſt cauſa.
Ergo Materia-prima eſt (ſet) *ante Formam & compoſitum.*	Ergo Materia-prima habet eſſe exiſtentiale ante Formam, & Compoſitum.
Ergo illa eſt (ſet) *ante Formam Compoſitumque.*	Exiſtit ergo illa ante Formam, Compoſitumque.
Ergo illa non eſt (non ſet) *non exiſtit, exiſtentiâ Formæ aut Compoſiti.*	Non ergo exiſtit Exiſtentiâ Formæ, aut Compoſiti.

Naſcitur tota hujus Syllogiſmi æquivocatio ex ſignificatione Verbi Eſt, in quo Sare *cum* Sere (*eſſe* quiditativum cum Eſſe exiſtentiali) *Argumentatores confundunt.*

Cur idem Syllogiſmus iterū & iterum poſitus ſit?

Unus & idem Syllogiſmus, majoris claritatis gratiâ, in duabus fuit columnis poſitus. Illum in alterutrâ columnâ, conſidera bene, & perpende; & vide an in ipſo rigor obſervetur Dialecticus.

N. B. Conſequentias Secundarias, quas nos in Dialectica noſtra poſuimus, magnam lucem afferunt, ut nobis omnes Difficultates ſpectabilibus.

Sanè, tres Conſequentias video, in quibus inferri à Secundâ debet Tertia: Secunda autem à Primâ: & denique iſta à Præmiſſis. Videamus igitur, Utrùm bene inferantur.

Tertia profectò optimè à Secundâ deducitur: legitimè enim defluit Argumentatio, cùm dicimus.

Materia exiſtit ante Formam, Compoſitumque.

Ergo non exiſtit exiſtentiâ Formæ, aut Compoſiti.

Certum eſt enim Formam & Compoſitum quando non erant (hoc eſt, quando non habebant exiſtentiam) non potuiſſe exiſtentiam ipſi Materiæ-primæ communicare.

Progrediamur ulteriùs; examinemuſque, Utrùm Secunda Conſequentia legitimè à Primâ inferatur. Profectò, ſiquidem in Primâ Conſequentiâ illud *eſt*, eſt ſet (*exiſtit*) hæc ipſa Prima bene Secundam inferet, at malè ipſa à poſitis Præmiſſis inferetur, Syllogiſmus enim erit irregularis, ut pote oneratus quatuor terminis.

Prima Ariſtotelea Figura poſtulat, ut verbū eſt in Majori & Concluſione eodem ſenſu accipiatur.

Sed quæ huic morbo poterit medicina adhiberi? Præſtare, ut Majori Prima Conſequentia cohæreat: hoc eſt facere, ut verbum *eſt* in Majori & Concluſione unam, eamdemque ſignificationem retineat. Profectò, illud *Eſt*, in Majori poſitum, eſt idem ac ſat (*habet eſſe quiditativum*) idem igitur in Conſequentiâ ſignificabit. Et ipſa (Conſequentia) ſic intellecta erit vera: at Secundam non inferet. Non enim eſt bona ſubinferendi Methodus.

Materia-prima ſat (*habet eſſe quiditativum*) *ante Formam & Compoſitum.*

Exiſtit ergo (hoc eſt, ſet) *illa ante Formam & Compoſitum.*

Ex Sare *non infertur* Sere.

Hæc enim Propoſitio Sare (*habere eſſentiam*) *eſt* Sere (*Habere exiſtentiam*) aut etiam iſta, *Omne* Sano (*quod habet eſſentiam*) *eſt* Seno (*habet exiſtentiam*) eſt falſa. Creaturæ enim Poſſibiles ſant (habent ſuas eſſentias, & ſua prædicata eſſentialia) & tamen non ſent (exiſtentias non habent.)

SECUNDA.

XVII. *Quid in ſingulis Propoſitionibus ſignificare debeat verbum* Eſt, *ut in aliis alia Conſequentia inferantur?*

Siquidem in Secundâ Conſequentiâ Eſſe eſt ſere (habere eſſe exiſtentiale; *hoc eſt*, exiſtere) *in primâ Conſequentiâ ſimiliter Eſſe debet eſſe* ſere, *non* ſare. *Quia ex* Eſſe, ſare, (habere eſſentiam) *alterum* Eſſe, ſere, habere exiſtentiam) *non deducitur*.

COROLLARIUM. [*Ergo, ut in Primâ Conſequentiâ*, Eſſe *ſit* Sere *& non ſit* Sare: *ſimiliter* eſſe Sere, *& non* Sare *in Majori debebit*.] Ad aliam ergo Subſtantivi Verbi interpretationem eumdem Syllogiſmum reſeribamus.

N. B. Sicut probatur debere Materiam ante Formæ receptionem exiſtere, probari poſſet, debere ſubjectum in loco ante Vbicationis receptionem conſiſtere. Sic enim poſſet aliquis argumentari.

Omnis Cauſa eſt (Set) *ante ſuum effectum*.

Sed Materia-prima reſpectu Formæ & Compoſiti eſt Cauſa.

Ergo Materia prima eſt (Set) *ante formam & Compoſitum*.

Ergo illa eſt (Set) *ante Formam, Compoſitumque*.

Ergo illa non eſt (non Set) *non exiſtit, Exiſtentia Formæ, aut Compoſiti*.

Omnis Cauſa habet eſſe exiſtentiale (exiſtit) ante ſuum effectum. (*)

Sed Materia prima reſpectu Formæ, & Compoſiti eſt Cauſa.

Ergo Materia-prima habet eſſe exiſtentiale (exiſtit) ante Formam & Compoſitum.

Exiſtit ergo illa ante Formam, Compoſitumque.

Non ergo exiſtit exiſtentia Formæ, aut Compoſiti.

Omnis Cauſa eſſe debet in loco, antequam operetur. Subjectum eſt Cauſa Materialis reſpectu Vbicationis, quam velut Formam recipit. Ergo ſubjectū eſſe debet in loco, antequā Vbicationem recipiat.

Idem Tibi Syllogiſmus iterum exhibetur; nempe in Primâ Columnâ ſignificationem Verbi *eſt* Dialectus Metaphyſica exponit: in Secundâ retento priori ſenſu Verba ſumuntur ex communi Grammaticâ.

Et utrobique hunc legit Syllogiſmum Dialecticus, legeſque ab Arte præſcriptas utrobique aſſerit religioſè obſervari: in Majori enim & in tribus Conſequentiis, *Eſt* pro ſet (*habet exiſtentiam*, hoc eſt, *exiſtit*) collocatur. Ergo, ſi Præmiſſæ ſint veræ, nemo poterit de veritate Conſequentiarum dubitare.

Materia prima eſt Cauſa.

Porrò Minor eſt certa. Quoniam Materia-prima, eſt Formæ & Compoſiti Cauſa; nam illam materializat, recipiendo: & iſtud materializat, componendo: nempe dando ſe ipſam, & ingrediendo in concinnationē ipſius.

Major in iiſdē Syllogiſmis eſt falſa.

Majorem igitur meditari debemus. Et, quia illa eſt falſa, corruunt omnes tres Conſequentiæ; debet enim Mens aſſentiri Præmiſſis, ut Conſequentiis aſſentiri cogatur.

In omnibus Eſſentialibus Propoſitionibus, verbum Eſt, *eſt* Sat: *& ſignificat eſſe quidditativum, & prædicatum de ſubjecto verificat, etſi ab omni* Sere (ab omni exiſtentia) *præſcindatur.*

Et quidem omnes Partes reſpectu Totius, quod componunt, Cauſæ ſunt Phyſicæ, vel Mathematicæ, & in Sandi exercitio ab omni Sere (*exiſtentiâ*) præcindunt. Arithmetica enim ex Unitatibus componit Numeros, & tamen non debent illæ Sere (*exiſtere*) antequam hos componant. Et ſimiliter (ſive contradicere Zenoni placeat, & hærere Ariſtotelis ſive cōtra utrumq; ſubſcribere Novitiis libeat) ex Pūctis Lineas, ex Lineis Superficies, ex Superficiebus Solida cōponit Geometria, & tamen Geometrica Mathemata Sant (*habens eſſe quidditativū*) ab omni ſere (*ab omni Exiſtentiâ*) præciſum. Et denique Phyſica ex Materiâ-primâ, & Animâ intellectuali v. gr. componit Hominem, qui ab omni ſere (*ab omni exiſtentiâ*) præſcindendo, Sat (*habet ſua quidditativa prædicata*) & incipiet Sere (*exiſtere*) cùm primùm exiſtentia Formam illam ſubſtantialem affecerit.

[*] Adſumo Contradictoriā, quia mihi eſſe veram Propoſitionem Particularem, ſufficit; ut poſſem Contrariam adſumere, nam, ut poſtea videbimus eſt etiam vera hæc Vniverſalis, Nulla Cauſa debet habere eſſe exiſtentiale ante ſuum effectum.

Stat igitur illam Propoſitionē, *Omnis Cauſa eſt* (Set) *ante ſuum effectum*: ſive quod idem eſt, *Omnis Cauſa debet habere eſſe exiſtētiale* (*exiſtit*) *ante ſuū effectū* eſſe falſā; adeoq; eſſe verā [*] ipſi contradicentē: videlicet *Aliqua Cauſa* nō eſt (non Set) *ante ſuum effectum*, ſive quod idem eſt. *Aliqua Cauſa* (nimirùm, Materialis) *non debet habere eſſe exiſtentiale* (*non exiſtit*) *ante ſuum effectum* (nempe, ante Formam, Compoſitum-ve.)

Objectio, cui hic reſpondetur, illa eſt, quæ Sect. II §. Clamdat ponebatur.

SECTIO VII.

Utrùm Principali Argumento reſpondeat bene P. Lalemandetius?

XVIII. *An, & quo alii Doctores modo Principali Objectioni ſatisfaciant?*

Vidiſti, quo Ego modo Argumentum illud Principale diluerim, & ulteriꝰ progreſſus, inquiris, *An-ne cæteri, ut eidem ſatisfaciant, ad diſtinctionem, quæ inter* Sare, *&* Sere (inter eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale) *reperitur, recurrant?* Reſpondebo producendo Doctores, qui hoc Argumentum Principale diſſolvunt.

Utrùm omnis Cauſa proprio effectu ſit prior?

Et primo in loco poni debet P. Lalemandetius, qui injuſſus nomine Thomiſtarum perorat, & contra Thomiſtas, & contra ſe ipſum pronunciat. Propoſitio, quæ in examen vocabatur, erat hæc. *Omnis Cauſa eſt ante ſuum effectum*. Et ipſe *loc. cit.* (nimirùm *tom. 2. Phyſic. diſput. 2. part. 3. c. 1 ꝑ. 4. column. 48.*) ſic ſcribit, *Reſpondent* (videlicet, *Thomiſtæ*) *ſufficere Cauſa pro quolibet inſtanti temporis, quo actu cauſat, habere exiſtentiam: nec eſt neceſſarium, quod pro quolibet ſigno naturæ inſit ipſi exiſtentia, quo ineſt Cauſalitas. Ordo enim naturæ talis eſt, ut primò Compoſitum, ſecundò Forma, tertiò Materia exiſtat. Unde, &c. dicitur, quòd Materia cauſet, quando exiſtit, quia pro omni inſtanti quo cauſat, exiſtit, &c.*

An materia, quando cauſat, exiſtat?

Thomiſtarum Opinio.

Ecce primò loquitur nomine Thomiſtarum, & tamen negat abſolutè Majorem, quam ipſe poſteà abſolutè concedit; & Thomiſtæ, ut videbimus ſtatim, diſtinguunt.

Negat Soncinas (& ipſe eſt Thomiſta) Cauſam effectu ſuo priorem eſſe.

Sanè hìc contra ſuam mentem loqui Lalemandetium, conſtat ex *diſp. 4. Phyſic. partis. 9. column. 194.* ubi ſic inſit. *Reſpondeo contra Soncinatem* 1. Metaph. qu. 7. *omnem cauſam, ſaltem naturâ, debere eſſe priorem ſuo effectu. Ita communiter Phyſici. Probatur. Omne dans eſſe alteri, debet eſſe prius illo. Sed omnis Cauſa dat eſſe effectui. Ergo, &c. Minor patet: Major probatur. Quia alioquin verificarentur iſta duo con-*

tra-

Digitized by Google

N. B. Intentum Lalemandetii eſt probare, omnē Cauſam ante ſuum effectum eſſe. Et tamen videtur perſuadere contrariū

tradictoria. Effectus non habet eſſe, & tamen Cauſa dat illi eſſe: Sic ille. Sed in ultimâ lineâ erraviſſe Exſcriptorem exiſtimo, Ego enim dicerem. *Cauſa eſt prior ſuo effectu, quia alioquin in inſtanti immediato ante effectum, verificarentur iſta Contradictoria.*

Cauſa non habet eſſe. Quoniam eam non eſſe ſupponitur.

Cauſa habet eſſe. Quia nulla res dat, quod non habet, & tamen Cauſam dare eſſe proprio Effectui ſupponitur.

An contra Thomiſtas ille ſtatuat?

Præterea hic Lalemandetium loqui contra Thomiſtas conſtat; quia Complutenſes, Pater Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate, Pater Raymundus Mailat, & alii quos ſtatim producam, illam Majorem, quam negat abſolutè, diſtinguunt, & quam agendo de Cauſâ effectrice concedunt, diſputando de Materiali negant. At illorum pace dicendum eſt cum S. Thomâ Creata agentia, non ſolùm neceſſaria, ſed etiam libera poſſe in primo inſtanti ſuæ exiſtentiæ operari. Quam ob rem ad D. Thomæ Principia,

Verùm Cauſæ Efficientes debeant, antequā operentur, exiſtere?

Quid de Cauſis naturalibus, & neceſſariis dicendum ſit?

Dico Primò. *Agentia neceſſaria in primo inſtanti, quo ſunt, operantur.* Et hanc ob rem Sol cùm primùm fuit, radios defudit; & Ignis cum primum fuit, incepit calefacere.

Quid de liberis

Verùm Angeli operati ſint in primo inſtanti?

Dico Secundò. *Angeli operati ſunt in primo ſuæ creationis inſtanti, non autem liberè, ſe ad ultimum Finem ordinaſſe, ſed in ſecundo meruiſſe bonos, in priori bonâ voluntate liberè permanendo: peccaſſe malos, deviando.* Ita P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate, *tom. 1. Theol. tract. de Angelis diſp. 9. dub 4. pag. 714.* dicens. *Quod primum Angeli peccatum ſtatim contigit poſt primum inſtans Creationis ipſius. Et idem dicendum de merito Angeli boni plenè & perfecte libero.*

Verùm in illo primo inſtanti peccare potuerint?

Et addit ita Salmanticenſes, *diſp. 12.* de Angelis, & alios Thomiſtas docere.

Quid ſentiat D. Thomas?

Hæc duo noſtra Dicta docemur à Præceptore Angelico 1. *part. qu. 17. art. 5.* dicente, *quod impoſſibile fuit, Angelum in primo inſtanti peccaſſe per inordinatum actum liberi arbitrii. Quamvis enim res aliqua in primo inſtanti, quo eſſe incipit, ſimul incipere poſſit operari, tamen illa operatio, quæ ſimul incipit cum eſſe rei, eſt ei ab Agente, à quo habet eſſe, ſicut moveri ſurſum ineſt igni à Generante.*

Quid Scotus, & alii?

An Angeli creati in gratia fuerint?

An potuerint in pura natura creari.

Hic autem uberioris doctrinæ gratiâ notandum eſt, Scoti *in 2. diſt. 5. quæſt. 2.* Nominalium, Suarii, Vaſquezii, Molinæ, Valentiæ, & aliorum ſententiâ potuiſſe Angelum peccare in primo ſuæ creationis inſtanti. Contra quos ſi objicias, [Angelos fuiſſe creatos in gratiâ, adeoque non potuiſſe peccare in primo inſtanti; quia, ſi id feciſſent, ſimul in illo inſtanti habuiſſent, & nō habuiſſent gratiam.] reſponſuri Tibi in duas claſſes dividuntur hi Authores. Alii enim aſſerunt, ſe non agere, de iſtis Angelis, qui de facto ſunt in gratiâ creati, ſed de aliis, qui potuerunt à Deo in purâ naturâ produci. De illis enim argumentum nil probat. Alii autem dicunt, ſe eſſe Petri Lorcæ Diſcipulos, & cum illo tenere gratiam peccatumq; coëxiſtere in eodem inſtanti. Et iſtam ob rem Angelos, tametſi in gratiâ creati fuerint, in primo inſtanti ſuperbire & peccare potuiſſe, tunc enim gratia peccatumque in primo illo inſtanti coëxſtitiſſent, & in ſecundo expulsâ gratiâ in æternum remaneret peccatum.

D. Petrus Lorca Gratiam, Peccatumq; eſſe ſimul in unico inſtanti aſſeverat.

SECTIO VIII.

Utrùm benè Thomiſtæ reſpondeant Principali Argumento?

XIX. Objectiones, quibus hic reſpondetur, ſunt illæ, quæ Sect. III. proponebantur.

CONfidenter affirmo, neminem illud poſſe ſufficienter diluere, niſi inter ſare, & ſere (inter eſſe quiditativum, & Eſſe exiſtentiale) diſtinctionem admittat. Et addo Complutenſes, (quidquid de aliis Scriptoribus ſit) quia hæc duo *Eſſe*, licèt aliis verbis utantur, oculatiſſimè diſtinguunt, hoc *in lib. 1. Phyſic diſp. 3. qu. 4. §. 2. num. 24.* feliciſſimè, & expeditiſſimè enervare argumentum, inquiunt enim. [Licèt Cauſa Efficiens præſupponatur [ſens] exiſtens ad ſuum effectum, eò quòd unumquodque operatur ſecundum quod eſt in actu: cauſa tamen materialis ſolùm petit [ſere, habere] exiſtentiam in illo inſtanti reali, in quo cauſat; ſed pro illo priori, in quo ſuam cauſalitatem exercet, ſufficit, quòd intelligatur [ſans. *Habere eſſe quiditativum*; & eſſe] extra nihil eſſentiæ, & in viâ, ſeu tendentiâ ad exiſtentiam. Cujus ratio eſt; quoniam Materia-prima pro illo priori id debet habere quod communicat Compoſito: Atqui ſolùm communicat propriam entitatem, quæ conſiſtit in ratione puræ potentiæ tendentis ad exiſtentiam: Ergo pro illo priori non præintelligitur [ſens] *actu exiſtens*, ſed in viâ ad exiſtentiam; quamvis verè exiſtat in toto illo inſtanti reali per exiſtentiam compoſiti. At hæc Materia in illo priori cauſat per modum puræ potentiæ nudæ ab omni actu, & receptivæ tùm formæ, cùm exiſtentiæ; aliàs eſſet ens in actu, & ultimò terminata per exiſtentiam, ex quâ proindè non poſſet fieri unum ens per ſe, quale eſt compoſitum: ergo pro illo priori ſolùm importat ſuam entitatem, ut proximè capacem recipiendi, mediâ formâ actualitatem exiſtentiæ, non verò ſub exercitio exiſtendi.]

Inter Sare. & Sere *ſecus Complutenſes diſtinguunt.*

Eſſentia ſecundum ſe conſiderata ſunt quaſi in via ad exiſtendum.

N. B. Prioritas rationis ratiocinatæ poſtulat, ut ex duobus rebus, quæ ſunt in unico inſtanti reali alteram eſſe priorem, & alteram eſſe poſteriorem Intellectus cōcipiat. Cæterùm Prioritas rationis ratiocinantis ex illis duabus rebus, quæ eſſe in unico reali inſtanti eſſe ſupponimus, non intelligit unam eſſe prioſem altera, ita ut prioritas ſe teneat ex parte objecti: ſed intelligit unā priùs, & poſteà aliam, ita ut prioritas ſe teneat ex parte cognoſcentis.

NON opiniones modò, ſed & Argumentorum ſolutiones, & interdum verba ipſa formalia à Complutenſibus P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate deſumit, impræſentiarumque pag. 175. ſic diluit Principale Argumentum. [Dicendum eſt (inquit) quòd ſolùm [ſemere] Agere effectivè neceſſariò præſupponit [ſere] exiſtentiam: actiones enim ſunt [ſentium] exiſtentium, & ſubſiſtentium: ut autem aliquid habeat rationem primæ cauſæ materialis, vel formalis, non eſt neceſſe quòd in illo priori [ſit ſens] exiſtat, ſed ſufficit, quòd ſit [ſans, *quòd habeat eſſe quiditativum*, & ſit] extra nihil eſſentiæ, & in eodem inſtanti temporis ſimul cum compoſito, & per illius exiſtentiam [fiat ſens] exiſtat. Ratio eſt manifeſta; quia hæc cauſalitas eſt reſpectu fieri, & reſpectu entis naturalis, prout nondum eſt in ſe, & extra cauſarum dependentiam, ſed prout habet primum eſſe eſſentiale compoſitum ex partialibus eſſentiis materiæ, & formæ; ideſt prout eſt in egredi, & fieri; & ideò non requiritur, imò pro illo priori non poteſt eſſe exiſtentia, quæ eſt ultimus terminus generatio-

P. Philippus ſequitur, & imitatur Complutenſes.

Semper inter Sare (eſſe quiditativum) & Sere (eſſe exiſtentiale) *diſtinguit.*

nis

Digitized by Google

Vltima, & perfectiſſima Subſtantiæ actualitas eſt exiſtentia.

nis ſubſtantialis; ſed ſufficit, quòd pro illo priori ſit vera realitas, ſive entitas realis eſſentiæ, quæ eſt in viâ ad actualem exiſtentiam ſive ſiſteutiam entis in ſe & extra cauſas: *Deinde*, Exiſtentia cùm ſit ultima, & perfectiſsima rei actualitas, in illo priori repugnat cauſæ materiali, quæ conſiſtit io potentialitate; uode dicendum quòd ſufficir cauſis intrinſecis, ut in illo priori habeant in ſe ſuo modo, quòd in priori eodem ponunt intrinſece in ioto, quod eſt effectus earum: unde cùm in illo priori tantùm ponant [Sare] eſſentiam totius, ſufficit illis tunc [Sare] habere eſſeutiam, licèt connotent exiſtentiam in illo eodem inſtanti reali emendicatam à toto.]

XX.

Etiam P. Raymundus inter ſare, & ſere *reperit differentiam.*

EIdem Principali Argumento his verbis P. Raymundus Mailatius ubi ſupra ſatiſfacit. [Reſpondeo (inſit) Majorem eſſe veram in Cauſis Efficicotibus, non verò in materiali, & formali: cùm enim materia, & forma non cauſent aliter compoſitum quàm communicando ſuas proprias entitates eſſentiales, ex quibus reſultat, ſufficit quòd eas habeant in eo priori quo intelliguntur cauſare: at verò cauſa efficiens, cùm cauſet per veram actionē, debet habere exiſtentiam, ut actionem hujuſmodi exerceat, *Actiones enim non ſunt niſi ſuppo-*

Actiones ſunt Suppoſitorū exiſtentiam.

ſitorum, & exiſtentium, ut habet Commune Axioma.]

Ad Confirmationem autem reſpondet diſtinguendo antecedens [Eſt extra cauſam efficientem, qooad [Sare] realitatem eſſentiæ, concedo: quoad [Sere] actualitatem exiſtentiæ, nego: hæc enim pendet à formâ inſurmaote, quæ in illo priori nondum intelligitur [*] exercuiſſe ſuam cauſalitatem, unde nego conſequentiam: & ad probationem reſpondeo efficientiam terminari ad exiſtentiam ſuppoſitâ cauſalitate aliarum cauſarum, non verò antecedenter ad illam.]

*] Nota illud *nondum intelligitur*, & collige P. Raymundum de prioritate rationis ratiocinantis diſputare.

PAter Lezardus fundamenta hujus Quæſtionis penetrat, & licèt aliter loquatur, nobiſcum, & cum cæteris Thomiſtis ſentit: quoniam *habere actum* eſt in ejus Vocabulario, quod eſt in noſtro Sere, & in aliorum *habere eſſe exiſtentiale*. Et hac terminorum intelligentiâ præmiſsâ, illum exactè intelligemus, reſponſurus enim Principali Argumento, ſic inſit. *Quod eſt* [ſemeno] *Cauſa Efficiens alterius debet* [ſere *habere eſſe exiſtentiale*: ſeu] *habere actum. Concedo. Quod eſt Cauſa alterius receptiva, & paſſiva, ut eſt Materia-prima. Nego. Quia id, quod patitur, & recipit actum, debet actu carere.*

Etiam Pater Lezardus inter ſare, & ſere *(inter habere eſſe quidditativum, & habere eſſe exiſtentiale) reperit differentiam.*

Magnos honores & favores Auctor à Reverendiſſimo P. Michaele de Fuentes Autor ſe recepiſſe profitetur

IGnoſce igitur, ſi tanquam coram ſuo Patre humillimus, & obſequentiſſimus Filius, & coram ſuo Magiſtro Diſcipulus fidiſſimus & religioſiſſimus, tam diffusè perorare auſus fuerim. Te enim jam dudum Cliens, Patronum, Protectorem, & ut vocabulo ſignificantiore rem ipſam exprimam, ὑπερασπιστὴν feliciſſimè expertus, ſub tui Nominis umbrâ, quales DIALEXIS, *de Non-certitudine* nuper, tales nunc meum iſtum Λεπτότατον Latinè, SUBTILISSIMUM, favores, honoreſque à Meis Salmanticenſibus conſequuturum ſuperſpero. *A meis*, inquam, quoniam Salmanticæ, ſub Manriquo, re, & nomine Angelo, & ſub aliis Profeſſoribus doctiſſimis & eruditiſſimis, operam navavi Theologiæ; & Salmanticæ in Actu Minori, & Majori, quos vocant, Doctrinas Angelici Doctoris defendi. *A Meis*, iterum dico; nam, ſiquidem Salmanticenſis & Lovanienſis Vniverſitas, Sorores ſunt, alterius-utrius Academiæ Doctores & Profeſſores ſumus Fratres. Et nominatim iterum *à Salmanticenſibus* favores me & honores conſequuturum ſuperſpero: quia, cùm meâ illi ſententiâ Orbis Literarii ſint Soles, ad eorum radios confidenter confugio. Et quia confidenter, non *ſpero*, ſed *ſuperſpero* dixi: quoniam ſi *ſperare* eſt habere ſpem, *ſuperſperare* erit habere aliquid quod ſit ſuper Spem. Et cùm ſuper ſpem ſola poſſeſſio ſit; eò meæ Confidentiæ Animoſitas generoſa devenit, ut ſub tuum patrocinium admiſſus, ſupponam, ut cum Plauto loquar, me Salmanticenſes univerſos Theologos, *Fautores* habere. Vale. Viglevani ipſiſmet Calendis Aprilibus Milleſimi ſexcenteſimi octogeſimi primi.

Salmāticenſem Academiam, ut Matrem colit: & ejuſdem Doctores veneratur ut Fratres.

Mihi lux Pſal mi 118. §. Deficit, & §. 10 quæ ad illum ... Et in verbum tuum ſuperſperavi.

Cur ab illorum dignatione aſſenſum, & approbationem ſuperſperet?

IOANNI DVNS SCOTO

Doctori λεπτῷ, *hoc eſt, Subtili*.

XXI.
De Scoti nomine. Cur ſic dicatur, cùm Σκότος *obſcuritatem ſonet, & ipſe clariſſimus ſit?*

TE Mihi repræſentat Memoria, & ſubdubitare incipio; An Te celebraturus ſim aliquo elogio, an tacitum prætermiſſurus?
Hoc poſterius Tuum ipſum Nomen perſuadere videtur: *Scotus* enim diceris, nomenque Σκότος, *caliginem cimmeriam* ſignificat. Vbi igitur claritas quæritur, tenebræ ſunt, aut fugiendæ, aut fugandæ. Et firmant Reſolutionem hanc Opinionũ divortia, quoniam in Oceano Scholaſtico, in quo D. Thomas quidam Navarchus eſt, qui

Et mulcere poteſt fluctus & tollere vento. — Virg. Æn. 1.

Si ille in Ortum contendat, in Occaſum tu properas, &, ſi in Meridiem ille, tu per vortices Hyperboreos feſtinas.

Placet verò illud prius: quoniam, quæ ſubtilia ſunt, debent à Subtilibus legi: &, ſi λεπτότατα (*ſubtiliſſima*) ſunt, quæ in hoc toto traduntur, & ediſſeruntur Volumine, Tuo adpropriantur & accommodantur Ingenio: nam & ipſum λεπτότατον (*ſubtiliſſimum*) eſt.

Nec Nos morari debet nomen: quia ſicut *Lucus* à lucendo, quòd minimè luceat: & *Parca* à parcendo, quòd nemini parcat: ſic Scotus ἀπὸ τοῦ σκότου à caligine per ἀντίφρασιν dicitur, quòd clariſſimus ſit, ſuâque luce illuſtret obſcuriſſimas difficultates.

Contradicit Angelico Doctori Scotus; fateor, ſed hæc ipſa Contradictio ſententias D. Thomæ dilucidat. Vnde Angelici Præceptoris ſeveriores Diſcipuli, SCOTUM, quem (*a*) *ut Ducem* non poſſunt, amplectuntur *ut Lucem*, tantâ enim fidelitate & perſpicaciâ ſuæ Doctrinæ oppoſitas Opiniones proponit, & tam efficacibus ratiociniis adoritur, ut ipſemet (*b*) Cajetanus, ſe quaſi quindecim annis laboraſſe, ut illa, quæ contra Creaturarum in Æternitate præſentiam effulminantur ab Scoto, inſiſtens legitimis fundamentis obtunderet. Invenient ergo in Scoto Thomiſtæ puras & putas Opiniones Præceptoris Angelici; Et, ſi ſemel Rationes diluant, quibus ipſæ oppugnantur, non habent cur alios Scriptores morentur, cæteri enim ſiquid lectu dignũ, contra Thomiſtas habent, id ipſum ab Scoto ſubripiunt.

a) Vide Notã tit.
D. Thomæ ſententias, etiam ubi illas contradicit, dilucidat.
b) Vide Notã II.
De Creaturarũ ſunctum. *(Præteritarum, & Futurarum in æternitate præſentia.*

Nec in omnibus D. Thomæ refragatur Scotus (*c*) illi enim in gravioribus Placitis aſſentitur. Et, quidquid de aliis ſit, illud, quod eſt inter ſare, & ſere, (inter eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale: ac propterea inter Creaturas Poſſibiles, & Creaturas Exiſtentes) diſcrimen, ab Angelico Doctore traditum, & minimè intellectum ab Antiquis Theologis, Scotus, & percepit & docuit; &, quia non habebat alia apriora vocabula τὰ ſentia (nempe, Habentia exiſtentiam) *Entia ſimpliciter*: τὰ ſantia autem (Habentia quiditatem) *Entia diminuta*, aut etiam, *Entia ſecundum quid* vocari juſſit.

c) Vide Notã I.
De ſare, *&* ſere.
Verùm illorum differentiam Scotus cognoverit, & expoſuerit?
De Ente Diminuto.
Quid illud ſit

Ergo, quia Gratitudo, ut Magiſtros Doctoreſque, per quos profecimus, fateamur & veneremur, præcipit; Ego, ne ingratitudinis notam incurram, ſandi & ſendi differentiam didiciſſe confiteor, tuo labore & induſtriâ quæ latuerat Veteres, inveniſſe & intellexiſſe veram Sententiam Opinionis Angelici: & ad illam totum hoc elimaſſe Volumen.

Finio ergo: Tibique (Doctor λεπτὸς, ſubtilis) qui in Terris Opinionum facilitate & claritate Lectores univerſos illuminas; & in Cælis (ſic ſpero) diviniùs illuminaris, laudes offero, Tuumque Ingenium, etiam ubi Fiduciam meam à Tuis Aſſertis ſubtraho, veneror & admiror.

NOTA I.

An inter Sare, *&* Sere *(hoc eſt, inter* eſſe quiditativum, *&* Eſſe exiſtentiale*) ſicut Doctor Angelicus, ſic etiam Subtilis, differentiam admiſerit?*

XXII.

Duo Theologiæ Lumina, D. Thomas & Scotus,

QUidquid ſit de Veteribus, jam hodie in iſtâ Controverſiâ Scholæ (Thomiſtica, & Scotiſtica) *ſunt labii unius, & ſermonum eorumdem.*

Fatetur hanc concordiã D. Auguſtinus Redingus, Sacræ Theologiæ Doctor, & Profeſſor Salisburgenſis, qui eſt Eximius Thomiſta, nam *tom.1.qu.5.art.3.controverſ.1.nu* 13 *pag.*161.*a.* ſic ſcribit. [Sicut Intellectus Divinus eſt virtualiter, & ratione noſtrâ prior omnipotentiâ, ita poſſibilitas Logica Creaturarum ex hoc Divino Intellectu derivata, poteſt abſolutè ſtare ſecundum reſpectum ad Omnipotentiam ex Doctore tam Angelico *cit.art.3. ad* 4. quàm Subtili *cit. diſt. 36. num.* 14. Patet proindè; hæc duo Sacræ Theologiæ lumina in hoc puncto ita inter ſe concordare, ut ex ipſorum mente dici poſſe videatur, Divinum intellectum *aſſentiendo*, ſeu attingendo in rebus creatis rationem Eſſendi, eſſe Logicè cauſam poſſibilitatis Creaturarum; è contrà *diſſentiendo*, ſeu attingendo in negationibus & Chimærâ *Non eſſe* habere rationẽ Cauſæ Logicæ, per quam à priori liceat inferre, quòd negationes, & Chimæra ſint ad eſſe improducibiles, atque adeò ſub ratione Eſſendi impoſſibiles.] Et poſteà *qu.5. art.6. controverſ.2, num.17.pag.235.b.* Yſamberto Sorbonico Doctori aſſerenti duplicem eſſe Ideam in Deo, alterã Formalem, alteram Objectivam, reſpondet, *Illam doctrinam cum fundamento, ibi deducto, minimè diſplicere, niſi quòd S.Benaventuram, & Divum Thomam in præſenti puncto minimè diſcordantes nitatur in concordiam reducere.* Ecce teſte Redingo, Theologo celeberrimo, D.Thomas, Scotus, & D. Bonaventura in hoc puncto conveniunt.

Sicut Poſſibilia, eſſe poſſibilia, ſic & impoſſibilia, eſſe impoſſibilia habent à Deo,

S. Thomas, Scotus, & Bonaventura conſentiunt.

Et probatur clariſſimè.

Certa eſt, ut exiſtimo, D.Redingi Reſolutio; & ut id clarè oſtendam, proponam priùs Divi Thomæ ſententiam, & poſteà cum illâ Scoti conferam opinionem. Profectò Præceptoris Angelici, quem jam Thomiſtæ univerſi ſequuntur, Concluſio generalis eſt hæc.

Quid ſint poſſibiles Creaturæ in ſeipſis?

Creaturæ poſſibiles, prout in ſe ipſis & extra Deum conſiderantur, pro materiali, ſant*. (hoc eſt, dicunt pro materiali ſuas eſſentias, & ſua prædicata quidditativa) & pro formali poſſe exiſtere, & poſſe produci: Et hæ potentiæ ſunt duæ Relationes: quarum utraque ſecundum* eſſe in *Creaturæ eſſentiam afficit: & ſecundum* eſſe ad, *prior exiſtentiam concernit: poſteriorque terminatur ad Omnipotentiam.* Et hîc *Omnipotentiæ* nomine ſignificatur Intellectus Divinus per decretum liberum determinatus.

Quid ſentiat D. Thomas?

Et eamdem Thomiſtarum Sententiam Dn. Auguſtinus Redingus *tom.1.Theol.qu.5.art.3.controverſ.1.concl.1.* his verbis, quæ à noſtris vix differre videntur, ingenioſè proponit. *Scientia Divina ſimplicis intelligentiæ* (ait) *pro objecto formali motivo habet eſſe eminentiale Creaturarum in Deo, quod formaliter eſt ipſa Eſſentia Divina, pro objecto autem materiali habet eſſe creaturarum reale, poſſibile, diſtinctum ab Eſſentiâ Divinâ, objectivè exiſtens in Intellectu Divino, à quo in æternitate non phyſicè, ſed in ratione intelligibilis, atque adeò Poſſibilis, repræſentati vè emanat.*

Hinc Angelici Præceptoris ſententiam ſe cit Scotus ſuam & ut eam clariùs dilucidaret invenit novos terminos, vocavit enim *Ens ſimpliciter*, quod vulgò *exiſtens*, & in Dialecto Metaphyſicâ dicitur ſens. Et appellavit *Ens ſecundum quid*, aut *Diminutum*, quod vulgò *Habere eſſentiam*, & in Metaphyſicâ Dialecto ſans.

Quid ſit Ens diminutum apud Scotum?

An in ſententia Scoti dicendus ſit Deus cognoſcere creaturas in ſeipſis? quod eſt quærere an Creaturæ in ſeipſis, & ut diſtinctæ à Deo habeant aliquod eſſe?

At inſurgit adverſus Nos (& neſcio, cur? nam cito ſuam, ut ſtatim videbimus) P. Franciſcus Macedo, qui *Collat.9. diff.2. ſect.4. Concluſ.*1. ſic ſcripſit. *Scotus non poſuit ullum eſſe reale eſſentiæ in Creaturâ cognitâ à Deo.* At contrà; *Poſuit*, inquam ego: oſtendamque hoc conſtare clariſſimè ex verbis, quæ pro ſuâ ſententiâ contra communem prædictus Macedus adducit. Citat enim *lib.1.diſt.36.qu.unic.* §.*Contra iſta num.3.* & hæc verba proponit. *Productio rei ſecundum illud eſſe eſſentiæ veriſſimè eſt Creatio.* Quibus verbis oſtendit, ſe credidiſſe aliquod *eſſe actuale* ab Henrico protrudi, & ideò actualitatis, ſeu exiſtentiæ circumſtantiam refellere. [Et conſultò illud *credidiſſe* poſui: non enim eſt Henrici Opinatio, quam Scotus impugnat; ut ſuo loco videbimus.] Dicit Scotus poſteà. *Ipſa enim eſt merè de nihilo, ut de termino à quo, & ad verum ens, ut terminum ad quem, Et productio iſta ſecundùm eos eſt æterna; Ergo & Creatio eſt æterna.* Non ergo ſare (habere eſſentiam) ſed ſere (habere exiſtentiam); in merè poſſibili Creaturâ, negat Scotus, & impugnat.

Scotus non negat creaturas poſſibiles ſare, *ſed* ſere.

An Mayro aſſentiatur Henrico?

Opponit Creationi Adnihilationem, & ſicut condemnat in Henrico, quòd ante creationem actualem eſſentiam admittat in creaturâ poſſibili; cum in Creaturâ poſt adnihilationem eſſe actualis eſſentiæ eſſe neceſſariò admiſſurum contendit, & ſic argumentatur. *Secundum eamdem viam per oppoſitum de annihilatione, ſequitur quòd non poſſit aliquid annihilari; Sicut enim producitur de ente ſecundum (actualem) eſſentiam, ita videtur redire in ens ſecundum (actualem) eſſentiam, & non in nihil.* Sic impugnat Scotus Henricum, aut quicumque ille fuit, qui aſſerebat creaturas poſſibiles habuiſſe eſſe actualis eſſẽtiæ ab æterno (nam eſſentia actualis, & eſſentia exiſtens, non differunt.) Et hæc impugnatio eſt juſta probatio noſtræ Concluſionis, quæ ex toto diſcurſu quæſtionis apparet, uti animadvertit Lychetus, qui impugnat Mayronem ex parte Henrico aſſentientem.

Chimæra & Homo poſſibilis non ſunt aliquid.

Quòd Scotus inter ſare & ſere (inter eſſe Eſſentiæ) diſtinguat, & quòd ita illud poſſibili Creaturæ accenſeat, ut hoc omninò neget, conſtat clariſſimè ex his quæ dicit *in* §. *Ad ſecundum argumentum.* Et præcipuè legi debet in §. *Ita in propoſito num.*14. ubi Hominem cum Chimærâ componit: aitque, *Homini in æternitate ineſt non eſſe aliquid & Chimæra non eſſe aliquid.* Modò videamus, quid de alterutro dicat? An utrique *non eſſe aliquid* eodem modo conveniat? *Homini*, inquit, *non repugnat affirmatio, quæ eſt eſſe aliquid: ſed tantùm ineſt negatio propter negationem actiùs, vel cauſæ, non ponentis in eſſe. Chimæra autem repugnat, quia nulla cauſa poteſt in eâ cauſare eſſe aliquid.* Quod perindè eſt, ac dicere. Nihil eſt, quod non eſt, non exiſtit. Ergo utraque (Creatura poſſibilis, & Chimæra) ſunt Nihil: hoc eſt in *Non eſſe*, & *Non habere exiſtentiam* conveniunt: differunt tamen, quia eſſentiam

crea-

Google

Chimæra & Hominis poſſibilis convenientia eſt in **non ſere**. *differentia in* **non ſare**.

creatura poſſibilis habet, & Chimæra non habet. Unde ſubjungit. *Aliter ergo ineſt iſta* (exiſtendi) *negatio*(*nihileitas*) *Homini in æternitate, & Chimæra: & tamen non propter hoc eſt unum magis nihil* (magis non exiſtens) *altero*. Quid manifeſtius?

Quomodo Deus per Intellectum cauſet creaturas poſſibiles?

Ut autem ſcias hanc Entis diminuti per Intellectum Divinum Productionem non eſſe ſimilem Phyſicæ Generationi *in eâdem qu.un.d 36. §. ad ſecundum num.10.* ait Scotus, *quod productio iſta eſt in eſſe alterius relationis tantùm, ſed etiam fundamenti abſoluti, non quidem ſecundum eſſe eſſentiæ, vel exiſtentiæ, quod eſt verum eſſe; ſed ſecundum eſſe diminutum, quod eſſe eſt eſſe ſecundum quid etiam entis abſoluti, quod tamen concomitatur relatio rationis*. Ut autem id ipſum, quod nobis dicit, ſuadeat, proponit Exemplum, quod non eſſe appoſitum ſuo loco oſtendo.

Quid ſit eſſe ſu genere repræſentativo?

Quid ergo eſt illud *eſſe diminutum*, quod Scotus appellat?

Reſp. *Illud eſſe cognitum, ſive productum, ſive diminutum eſt eſſe expreſſum & repræſentatum in Divinâ cognitione excitante, & declarante formaliter illud, quod erat eminenter & virtualiter in eſſentiâ Divinâ, quæ erat objectum primarium intellectûs divini*.

XXIII. Ut denique nobis Scotus exponat, quo in ſe ipſo modo Deus, & quo modo in ſe ipſis cognoſcit Creaturas, concipit aliqua inſtantia *dictâ diſtinct.35.qu.unic.§.hoc poteſt poni &c.* ſic enim inquit. *Deus in primo inſtanti intelligit ſuam eſſentiam ſub ratione merè abſolutâ*: [Et tunc cognoſcit in ſe ipſo omnes creaturas poſſibiles; quæ in Deo, quoniam non diſtinguuntur à Deo ſunt Deus.] *In ſecundo inſtanti producit lapidem in eſſe intelligibili, & intelligit lapidem*. [Tunc enim unam Creaturam diſtinguit & ſecernit ab alterâ: nam cognitæ in Deo unica ſunt eſſentia quæ innumerabilibus modis Creaturis poteſt communicari.] Et poſteà §.*Quod nunc.num.15.* ſubjungit. *In primo inſtanti intellectus eſt in actu per eſſentiam, ut eſt merè abſoluta, tanquam in actu primo ſufficienti ad producendum quolibet in actu intelligibili. In ſecundo inſtanti* [*] *producit lapidem in eſſe intellecto: Ita quod terminus iſte eſt, & habet reſpectum ad intellectionem Divinam: nullus autem reſpectus eſt è converſo in intellectu Divino*. Denique *d.43.qu un.§. aliter dico num.5.* ſic ait. *Licèt potentia Dei ad ſe ſit in Deo in primo inſtanti natura tamen per ipſam non habet objectum, quod ſit primò poſſibile, ſed per intellectum Divinum* [*] *producentem in primo inſtanti illud in eſſe intelligibili: & intellectus non eſt formaliter potentia activa, quâ Deus dicitur formaliter Omnipotent, & tunc res producta ab intellectu Divino in eſſe tali, ſcilicet intelligibili, in primo inſtanti natura, quia ſe ipſa formaliter non repugnat habere eſſe neceſſarium ex ſe*. Et infrà concludit. *Si tamen res intelligantur eſſe poſſibilis antequam Deus per Omnipotentiam producat eam, ſic eſt verum; Sed in illa poſſibilitate non eſt ſimpliciter prior, ſed producitur ab intellectu Divino*.

Diſtinguit Scotus intellectione divina duo inſtantia, ut illis poſſit meliùs unam intellectionem divinam ab alia intellectione diſtinguam.

*] Hic illud *producit*, objectivè ſumitur, non ſubjectivè; ſicut verbum facit, cùm dicimus, *Homo facit Entia rationes*.

Iſta inſtantia, quæ vocantur naturæ, ſuaviùs intelligũtur & exponũtur, ſi dicantur eſſe hypothetica, aut etiam rationis ratiocinantis, ut cujus non dicitur Deus priùs intelligere unum quam alterum, ſed me priùs concipere Deũ intelligentem unum, & poſtea me concipere Deum intelligentem alterum.

Non poſſum prætermittere alium Scoti locum: *quia in 1. diſt. 3. quæſt.4. §. Ad quæſtionem num 18.* ſic ſcribit. *Propter verba Auguſtini oportet concedere, quod Veritates Infallibiles videntur in Regulis æternis. Omnia intelligibilia actu in intellectu Divino habent eſſe intelligibile, & in eis omnes Veritates de ſe relucent*. Tunc. *Illa autem in quantum ſunt objecta ſecundaria Intellectûs Divini ſunt Veritates, quia conformes ſuo exemplare, Intellectui ſcilicet Divino & ſunt lux, quia manifeſtativa, & ſunt immutabiles ſibi & neceſſaria, ſed & æterna ſecundum quid, quia æternitas eſt conditio exiſtentis, & illa non habent exiſtentiam, niſi ſecundum quid. Sic ergo primò poſſumus dici videre ea in luce æternâ, hoc eſt, in objecto ſecundario intellectûs Divini, quod eſt Veritas, vel Lux Æterna*. &c.

Duplex hic objectum admittitur in ipſiſmet Creaturis poſſibilibus; nam priùs cognoſcuntur in Deo, & tùc ſunt Deus, & poſteà cognoſcuntur in ſe ipſis, & tunc cognoſcuntur à Deo.

Et hæc ultima verba, quia propter Auguſtinum ab Scoto ſunt dicta, propter eumdem Sanctum Hipponenſium Pontificem à nobis Scholiis aliquibus illuſtrabuntur.

Omnes Veritates infallibiles.] Sunt priùs in Intellectu Divino: & inde nobis communicantur. Et hoc ſenſu *Regulæ æternæ*, poſſunt dici: & *Paſſiones æternæ Veritatis* nominantur.

Habent eſſe intelligibile.] Hoc eſt **ſunt** (habent eſſe quidditativum; ſive *eſſe eſſentiæ*, quod intelligi poteſt, at ſenſu aliquo externo ſentiri non poſſunt.

*] Ut propoſitiones neceſſariæ æternæ eſſe veritatis dicantur.

Objecta ſecundaria.] Deus primariò Creaturas cognoſcit in ſe ipſo; & ſecundariò in ſe ipſis. Creaturæ igitur, prout in ſe ipſis cognitæ ad objectum ſecundarium Divini Intellectus ſpectant.

Differentia Objecti Divini primarii & ſecundarii.

Suo Exemplare.] Aliis in locis Scotus Ideas ponit in objectis Intellectus Divini; at hic, ut vides, illas in ipſomet formali Intellectu conſtituit. Ut ſciamus, ſicut apud D. Thomam, ſic etiam apud Scotum, Ideas in Deo, alias eſſe formales; alias verò objectivas.

De Ideis Divinis. An in objecto, an in actu formali ab Scoto ponantur.

Æterna ſecundum quid.] Quia nulla iis (rerum eſſentiis à Deo cognitis) intrinſeca competit Æternitas. Sed cur?

Cur Creaturæ poſſibiles in ſuo eſſe poſſibili non ſint ab æterno.

Quia æternitas eſt conditio exiſtentis.] Ergo, illæ Creaturæ poſſibiles, ſiquidem nullam habent exiſtentiam, ideò nullam prorſus dicunt intrinſecùs æternitatem; at dicunt eam extrinſecùs, nam cognoſcuntur à Deo, qui æternus eſt. At in hoc Poſſibiles, & Creaturæ exiſtentes conveniunt.

Quid Scotus docuerit?

Et tametſi præcedentia viderentur ſufficere, ut Scoti ſententiam exactè, & perfectè intelligamus, placet Meurſium producere, qui apud Lalemandetium *in Metaph.diſp.7 par.1.colum.130.* rem totam verbis iſtis exponit. [Scotus vocavit *Ens in potentia objectivum* ipſum ens poſſibile; quia ſe habet ut objectum potentiæ productivæ; poſſibilitas autem illa objectiva entis poſſibilis ex parte illius ſolùm dicit, vel ſupponit non repugnantiam, ut fiat; ex parte verò extrinſecæ cauſæ dicit virtutem ad illud efficiendum, & quidem quatenùs dicit [*] non repugnantiam ut fiat, dicitur *poſſibilitas logica*, quæ apud Scotum eſt non repugnantia: quatenus autem reſpicit virtutem cauſæ extrinſecæ, à qua fieri poteſt, dicitur poſſibilitas objectiva; & quia priùs eſt non eſſe repugnantiam in re, quàm objici virtuti cauſæ, ut fiat, ideò dicit Scotus *in 1.diſt.36.quæſt. unic.in fin.* poſſibilitatem objectivam conſequi poſſibilitatem Logicam, ſeu non repugnantiam.]

P. Macedus.
P. Lalemandetius.

*] Hæc non repugnantia eſt poſſe exiſtere.

Nec urgent, quæ ex P. Franciſco Auguſtino Macedo paulò ante ponebantur: cùm quia quid reverà ſentiat Scotus, ea ejus verbis quæ adduximus, manifeſtè colligitur, tùm, quia re meliùs perpenſa Macedus ſingularem, & cæteris Scotiſtis ignotam retractavit ſententiam. Quoniam *collat.9 diff.2. ſect 14 concl. 4.* amplectitur Opinionem communem; illamque proponit, & exponit his verbis. *Illud eſſe cognitum, ſive productum ſive diminutum, eſt eſſe expreſſum & repræſentatum in Divina cognitione, excitante & declarante formaliter illud, quod erat eminenter & virtualiter in Eſſentia Divina, quæ erat objectum primarium Intellectus Divini; & illa expreſſio & repræſentatio, eſt productio illius Creaturæ in eſſe intelligibili*.

NOTA II.

An Severe Thomiſtæ conſulendum omninò ſit, ne Libros Scoti attente legas?

Aſſertivè reſpondeo, non enim ſemper à Præceptore Angelico ſe ſubducit Scotus, & ubi eidem ſubſcribit, ejus nobis Mentem dilucidè, & exactè proponit. Sed & valde XXIV.

erit utilis Scoti lectio, etiam ubi D. Thomam impugnat: cùm, quia vera Mens D. Thomæ, clariùs in oppugnatione percipitur, tum, quia ſi ſemel diſſolvantur rationes, quæ ab Scoto objiciuntur, non erit cur ulteriùs fatigetur ingenium, quoniam ſicut unus Scotus, centenis, ubi argumentatur, æquivalet: ſic cùm ipſi ſatisfit, cæteris ſatisfieri videtur. Hac præventus Ideâ, ſubaudiens Ariſtotelem dicentem, *Oportet fateri per quos profecimus*, ſumpſi olim Calamum, & Numeros ſequentes ſcripſi.

a] Maximæ, atque Sciētiarum Προθεωρήματα, ex quibus multæ & variæ Concluſiones ducuntur, poſſunt[& debent *Antecedentes Veritates* vocari.

Artium Cultor ſiquidem Magiſtrûm
Pravià quorum face Veritates
Antecedentes [a] *didicit, fateri*
Nomina debet.
Ipſe Aquinatem (fateor) libenter
Qui ſequor, Scotum [b] *relego frequenter,*
Nam repræſentat Mihi vera Magni
Dogmata Thomæ.

b] Σκότος *Caligo, Tenebra*, nomen eſt appellativum, & primam corripit; at verò Σκώτος, *ad Scotiam pertinens*, primam protrahit.

Cur Thomiſtæ debeant Scoto gratias agere?

Placet igitur impræſentiarùm Joannis Dunſii, agnomento Scoti nomen cum gratulabundâ reverentiâ producere, ſemper enim (Nobis adſit, aut obſit) Nos juvat, ut veram Mentem D. Thomæ adſequamur.

NOTA III.

De Creaturarum **ſuntium** *(Exiſtentium in aliquâ differentia temporis) in Æternitate Præſentiâ.*

XXV.
Omnes Creaturæ Præteritæ, Futuræ, &c. **ſunt** *(non tamen ſunt) præſentes Deo, & huic Nunc Æternitatis.*

INter omnes, quas tradit Angelicus Præceptor, Opiniones, illam præcipuè, quæ agit *de Creaturarum omnium, in Æternitate Præſentiâ*, Terminorum defectus obſcuriſſimam reddit. In eâ hoc *Nunc Temporis* cum hoc *Nunc Æternitatis* plerique Scriptores confundunt; & ideò, ubi opinione Priſciani, aut alius cujuſcumque Grammarici, videntur inſolubilia Argumenta proponere, exorbitant, & ſcopum non tangunt. Solus Scotus, nam oculatiſſimus fuit, Sancti Thomæ candidè Concluſionem ediſſerit, eamque tam fortibus argumentis invadit, ut multum Thomiſtæ deſudaverint, antequam opportunas Solutiones invenerint. Fatetur id ipſemet Cajetanus *in 1. part. qu. 14. art. 13.* ibi enim, quantum adlaboraverit, ut Argumenta propoſita ab Scoto dilueret, ſincerè aſſeverat his verbis. *Ad has objectiones reſpondendo præmitto, quòd iſte locus ab adverſantibus judicatur plenus contradictionis & erroris; à ſequentibus autem doctrinam S. Thomæ reputatur adeo obſcurus, ut neminem hactenus viderim, ſive ſcripto, ſive verbo aſſertivè tueri hoc dictum; & me, jam uno & fortè quindecim fateor latuiſſe. Sed nudius tertius dum ſuper commentatione hujus Articuli meditarer, illuxit (ut arbitror) D. Thomæ ea veritas plana, & in manifeſto poſita, & ideò pauciſſimis verbis pertranſita.*

Quàm difficilis hæc Quæſtio, ſit Cajetani ſententia.

An ante Cajetanum fuerit à Theologis benè tractata?

Præterea, de Divinis Ideis accuratiſſimè D. Thomas ſcripſit, & Cajetanus, qui Summam legens non fuerat ejus veram adſequutus Sententiam, ab Scoto (cui tamen ſub initium obſtiterat) tandem habuit, dicendum eſſe Angelici Præceptoris opinione Ideam Divinam ab omni comparatione & relatione præciſam eſſe unicam; eamque per Rationis ratiocinantis Relationes, Expreſſioneſque multiplicari.

An D. Thomæ de Ideis Divinis Opinionem Nos Scotus docuerit?

Vide, quæ in Part. Theolog. Art. 3. de Ideis, à pag. 228. & præcipuè ſect. 7. pag. 239. dicuntur.

NOTA IV.

De Luce & Duce. *An ab aliquo Autore, quem ſequi ut Ducem nolumus, in obſcuris Quæſtionibus Lucem adipiſci poſſimus?*

XXVI.
An aliquis tibi lux eſſe poſſit, qui & tibi ſit Dux?

LOvanii olim in diſputatione Doctorali Argumentatori, qui contra Theſim, quæ propugnabatur, Ariſtotelis verba objiciebat, non ſine Academicorum applauſu reſpondiſſe me memini, *Ariſtotelem,* [a] *velut Lucem, non verò velut Ducem admitto.* Et hoc ipſum, mutatâ materiâ, impræſentiarùm debet quicumque Doctor Salmanticenſis dicere; ibi enim univerſi Theologi, præſtiti Juramenti virtute Angelico Doctori adhærere jubentur. Sed & Lovanienſes Profeſſores conſentire tenentur; Quia enim Salmanticenſis & Lovanienſis Univerſitates ſunt Sorores, ſunt earumdem Magiſtri *labii unius, & ſermonum eorumdem.*

Angelici Præceptoris Doctrinas Salmanticenſes profitentur.

Salmanticenſis & Lovanienſis Univerſitates, ſorores ſunt.

Igitur Subtilem Doctorem ſiquidem ſic diſponente Altiſſimo, non poſſum hodie IN DUCEM eligere; adſumam eum IN LUCAM, ut Mentem Angelici Doctoris adſequar in obſcuriſſimis Difficultatibus.

An Scotus lux eorum eſſe poſſit, quorum non eſt lux?

NOTA V.

Præcedens de Duce, *&* de Luce *diſtinctio, exemplo opportuno illuſtratur.*

XXVII.
Magno conſilio à Nobis hic Liber ſcriptus fuit, quoniam ſub illud tempus in multis Scholis leges ſinceræ Dialecticæ non ſervabantur.

S*Evera argumentandi Methodus*, Liber noſter eſt, qui prodiit Duaci in quarto. Et quia omnia ibi fuerunt Exemplaria diſtributa, recudi Francofurti ad Mænum debuit, & noſtræ Metalogicæ adjungi. *In ejus part. 1. diſput. 2. pag. 20. a.* ſic hanc diſtinctionem dilucido.

Admitto, inquam, *verba Ariſtotelis tanquam Lucis, non tanquam Ducis.* Et, ſi doceri velit Argumentator, quid ſit Ariſtotelem tibi lucem eſſe, ducem non eſſe, hoc exemplo vel altero ſimili expone. Mediâ hyeme ſub luce malignâ pervenis ad locum difficilem, quem tranſire non audes, venit ex aliâ parte Petrus face luciduſſimâ inſtructus. Præſentia ipſius locum illuminat, & tollit omnes difficultates. Tranſis, tranſit: nec quia luce illius uteris, illum ſequeris, ſed peragis iter contrarium. Sic ſæpe contingit nobis philoſophantibus. Venimus ad locum obſcurum & difficilem, invocantur Zeno, Plato, Ariſtoteles; eorum doctrina fax eſt illuſtriſſima, quæ fugat tenebras: tranſimus ſecuriſſimi, non tamen ideò lucem ſequimur, ſed aliò pergimus, quò impellimur vel à dictamine, vel ab urbanitate: à dictamine quidem cùm proprias; ab urbanitate autem, cùm amicorum ſententias propugnamus.

Apophthegma exemplo opportuno explicatur.

Canus *libr. 7. de Sanctorum authoritate* hæc inquit. *Reverà ſequi majores noſtros per omnia, & in illorum veſtigiis nos quoque pedes noſtros figere, ut pueri faciunt per luſum, nihil videtur eſſe aliud, quàm ingenia noſtra damnare judicio nos privare noſtro, & facultate inquirendæ veritatis. Sequamur veteres, bene habet, ſed ut duces, (dicerem ego, ſed ut luces) non ut dominos: non enim fides noſtra dominaturi ſunt, neque illis debebimus eſſe addicti & mancipati, ut in ſacris literis exponendis nullum habeamus arbitrium.*

Non tenemur neceſſariò illos ſequi, quorum luce juvamur.

Illu-

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini D. Laurentii Mayers de Caramuel Epiſcopi Cajetani, de his Oculatiſſimis Diſſertationibus & Inventis ad Autorem

EPISTOLA.

Illuſtriſſime, ac Reverendiſſime Domine. XXVIII.

IMpræſentiarum Mihi ſparta difficillima injungitur, ne enim Rhodi Apelles in Protogenis Padiâ illam lineam Λεπτωτάτην, *quæ etiam Plinii temporibus, loco miraculi conſervabatur, nunquam duxiſſet, ſi craſſo penicillo uteretur, ſic nec Ego, cujus pinguis Minerva linguam dirigit, elimare* λεπτώτατας *periodos potero, quibus quid ſentiam, & exprimam, de hoc Libro, qui inſcribitur & vocatur* ΛΕΠΤΩΤΑΤΟΣ. *Quid ergo faciam? Imitabor Virgilium, qui in ſimili circumſtantiarum concurſu, cùm non auderet loqui, ſe ſubduxit exclamans,*

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum, Georg. 2. Æneid. 6.
Ferrea vox, omnes poſſem comprehendere formas.

a] Vide in Caramuelis Triſmegiſto tomû II. qui vocatur *Harpocrates*, in cujus *Art.* 2. *pag.* 20. *b.* nullum Reſponſum eſſe magnum Reſponſum, luculenter oſtendit.

Silebo igitur: quoniam, ſicut nulla interdum Reſponſio [a] *maxima habet Reſponſionis virtutem; ſic ſimiliter, hæc ipſa mea Reſponſio, cenſeri magna Cenſura poterit, ſi nullam Cenſuram exhibeat.*

Tempus tacendi & tempus loquendi, *inquit Sapiens. Sed tot circumſtantiæ exiguntur, ut quis opportunè loquatur, ut ſatius ſit tacere, quàm loqui. Nam D. Gregorius prudentiſſimè exclamat,* Penſare Doctor debet, (1) Quid loquatur? (2) Cui loquatur? (3) Quando loquatur? (4) & Qualiter loquatur? Si enim unum horum defuerit, Loquutio apta non erit. *Et hoc Ego Scholaſtico Monitu prævenius, quatuor hæc Puncta debebo accuratè perpendere.* Eccleſiaſtæ cap. 3. D. Gregorius *Hom.* 11. *ſuper Ezechiel libr.* 1.

Primò igitur conſiderabo, Quid ſim eloquuturus? *Et Me eloqui Veritatem debere, manifeſtò ſuadebo. Nam de* λεπτωτάτῳ (Subtiliſſimo) *Opere non proderit eloqui non ſubtiliſſimè; & ſi quod verum eſt expandum, pronunciemque iſtum* λεπτώτατον (Subtiliſsimum) *Librum, ſcriptum fuiſſe ſubtiliſſimo calamo, Me manuducet Veritas, quæ exclamat Hiſpanus,* adelgaza, y no quiebra. *Unde liberè inferam,*

Candidus hunc Lector Librum λεπτώτατον eſſe
Pronunciat: cujus profectò contrahi,
In fruſta rumpi, non queat Subtilitas,

b] Stoa eſt Zenonis Gymnaſium: Lyceus ſeu Peripatus Gymnaſium Ariſtotelis.

Et inquirenti Symbolum, quo dignè poſſim ejus perfectiones exprimere, occurrit Capillus, quem Stoa [b] *Peripatus opponit, undique æqualis, qui frangi nequeat, & ſi Obeliſcum* [c] *ponderoſum ſuſtineat; nam cùm in omnes ſuas partes diſſolvendus non ſit, (quoniam, ut Philoſophus aſſerit) ſunt infinitæ; & non ſuccurrit ratio, cur hac potius quàm illac diſrumpatur, infractus remanet. Sanè dudum Cardanus & Scaliger, nuper Carteſius & Gaſſendus ingenioſas de Subtilitate Meditationes ediderunt; ſed quia inæquali ſtylo & curâ, habuerunt Adverſarii, unde illas eruditi proſcinderent. At non habebunt in præſenti* Λεπτωτάτῳ, *etſi enim in eo infinitæ Quæſtiones ſubcollentur, quia omnes ipſe æquali perſpicaciâ tractantur, invidia dentes non inveniet, quam jure, aut injuriâ proſcindant.*

c] Ariſtoteleorum opinione, Capillus ſi æqualis undique ſit, cùm in infinitas partes diſrumpi nequeat, nec ſuppetat ratio, cur potiùs hac rumpi debeat quàm illac, licèt immenſum pondus ſit, infrangibilis erit.

Olim Minerva ſubtiliſſima obſtetricabatur Maronianam Æneidem, & Ovidius priora ejus folia nactus, & pompa Eloquentiam admirans, inclamabat

Neſcio quid majus naſcitur Iliade. Ilias celebratiſſimus Homeri Liber eſt, quo Antiquitas elegantiorem & cultiorem non habet.

Et nunc Ovidio ſimiles Genii Peripatetici, ubi Λεπτωτάτου *conſpexerunt* SPECIMAN [d]

Conticuere omnes, intentique ora tenentes Æneid. libr. 2. verſ. 1.

altiori voce ingeminabant,

Neſcio quid majus naſcitur Acroaſi. [e]

Et hæc ſunto de primo Puncto dicta.

e] Ariſtoteles ſuos de Naturali Philoſophia Libros, qui ſine Magiſtro addiſci non poſſent, appellavit *Acroaſes*.

Nam in ſecundo monet S. Gregorius, ut Cui loquendum ſit, *conſideremus. Et quia Ego loqui Caramuelis hodie debeo,* Quis & qualis ipſe ſit, *jure optimo conſiderabo.*

Si Avos Paternos & Maternos conſiderem, eſt Nobilis: ſi Ingenium, & Doctrinam, Nobilior, ſi Pietatem, Virtutumque prærogativas, Nobiliſſimus.

Avitus ejus ſanguis, pro Auſtriaca Domo, & præcipuè ſub Carolo V. Imperatore fuſus honorat in Bohemiâ Lob Kovvitzianam Familiam, quæ in multis Inſtrumentis Publicis Sereniſſimæ *cognomentum obtinuit.*

Scientiarum Habitus in eo videntur potiùs congeniti, quàm adquiſiti; nam in tenerâ ætate, quando Hiſpanum Idioma balbutiebat, Latinè, Græcè, Hebraicè, Arabicèque eloquebatur. Crepundia Infantiæ fuerunt ipſi Mathemata, quæ Mantua Carpentana proſpectans, Spem ſummam concipiens, Quid tandem Puer iſte erit? *admirabunda interrogabat. Puto me illum comitari & audire, quando in Complutenſi Academiâ ad Examen vocatus, intrepido & ſedato animo ipſe prior, Examinatores adloquutus fuit dicens.* Lege Reverendiſſimi D. Leandri Baudrii Carmina, quæ in Critica Philoſophica poſt Dedicatoriam leguntur.

Veni huc, Clariſſimi & Ampliſſimi Domini, ut ſtudiorum meorum rationem præbeam; & ſtatim

tim ſubdubito, An oſtendere debeam, Quid Profeſſores & Libros audiendo & legendo didicerim: an verò, quò ſine Duce & Libris in Philoſophico ſtadio pervenerim, aut ſaltem perveniſſe me putem. Si enim de primo inſtituere diſquiſitionem placeat, paratus ſum oſtendere, omnia, quæ à meis Magiſtris fuerunt in Scholis dictata, reſciri à me memoriter ſicut *Pater* & *Ave*. Interim, ſi mei Ingenii ebullientes igniculos periclitari placeat, hanc nunc Theſim propugnandam adſumam, *Tota Ariſtotelis Philoſophia, quanta eſt, fuit in peccato originali concepta, & multis (præcipuè in Logicâ & [*] Pſychicâ) actualibus nævis ſcatet.* Jam video, puerilem in Me condemnatis audaciam: ſed parciùs obſecro. Puer ſum, & dedecorum Pueris non eſt committere puerilitates.

Concitatum fuit ad hac verba Academicum vulgus, Doctores evaginarunt linguas, exploſere Objectiones, & Caramuel Non dari propoſitiones Negativas *propugnans, & hinc contra Peripatum inferens Conſequentias mirabiles, ſatisfecit ſuo muneri, & obtinuit applauſum. Celebrarunt iſtam generoſam audaciam Poeta celebres. Et ipſemet Caramuel, ne memoria periret, poſteà ſcripſit & edidit Francofurti Ingenioſum Libellum ſub hoc Titulo,* Herculis Logici Labores tres (I) Nil negans. (II) Non omnis. (III) Contingens: *in quo omnia dilucidavit.*

Præter Corporis & Animi prærogativas, Pietas Caramuelem Nobiliſſimum reddit; ſed quia quæ poſſum dicere, ſunt univerſis nota; & hujuſmodi ante obitum laudes Modeſtia & prudentia non tolerant, claudam iſtam periodum, & ulteriùs me conferam.

Tertiò debet Vir Prudens Sancto Gregorio teſte, Quando ſit loquuturus, *diſquirere; oportet enim à temporibus ſecernere tempora, nec enim omnia, quæ ſciuntur, dici debent, nec omnia, quæ dicuntur, ſcribi.* Tunc loquere, *inquit S. Leo*, quando tacere non expedit. *Et ipſi conſonans*, Tunc ſcribe, *inquam Ego*, cùm Rem excidere à memoriâ non expedit. *Et hoc ipſum perſuadetur clariſſimè. Nam perorante Jeſu ad Populum Hieroſolymitanum, quæ taceri non poterat, Marcella, Martha ancilla, exclamavit dicens*, Μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας, Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. *Et Lucas, ne hæc hiſtoria, ſicut alia nec pauca, nec leves, periret, illam ſcripſit, & Evangelio inſeruit. Et hic Ego, tametſi quæ de Θεῷ dicuntur divinitùs,* Θεοῖς hominibus Deo plenis, *prudenter adplicantur humanitùs, etſi ad Caramuelem verſus poſſem dicere,*

Vide Caramuelis Theologiã Regularem, in qua Diſpot. LXXIV. accuratiſſimè diſſerit de Temporis diſtributione.

> Venter eſt, qui Te tulerit, beatus:
> Brachia & quæ Te tenuêre; nec non
> Quæque ſuxiſti puer, hæc beata
> Ubera ſunto,

Arias Montanus legit *Beatus uterus portans te*, &c. Conſultò volui exhibere Textum Græcum, cum hujus Linguæ Profeſſores Divo Auguſtino *tract. 10. in Joann. poſt init.* ſubſcribentes ſchema reperiunt Grammaticum, & non *quadam mulier*, ſed *ſonus fœmineus* vertentes, hanc vocem aſſerunt ſolius non fuiſſe vocem unius fœminæ ſed univerſalium communem,

Παρῳδία caret Latinè opportuno vocabulo; non enim idem eſt ac adliteratio vel applicatio: non caret Hiſpanicè, nam *trobo* ſignificantiſſimè dicitur.

nihilominùs, ne Panegyrica Oratio dicatur nimium ſe ad Cæleſtia ſubrigere, alio loco & tempore præmiſſos numeros, ex Hiſtoriâ Evangelicâ per παρῳδίαν *deſumptos Scholiis apertiùs illuſtraturi, Gento Maroniana indicamus, ut hunc Paragraphum abſolvas dicens.*

> Non Tibi terrigenæ fuerunt Vir Magne Parentes. [*]
> Nam ſuperâ regione Tuum generavit Olympus
> Ingenium, & Charites admôrunt ubera λεπτῷ.

Æneid.4.

Quarta Lex eſt, quæ Loquenti à D. Gregorio præſcribitur, & Modum concernit, & diſcenti jubet, Quo quis modo loquatur. *Debet enim ſe rebus Oratio coaptare, ita ut non grandi ore cani res tenues debeant, nec res eximia humili ſint ſermone illuſtranda. At illa, de quâ impræſentiarùm diſſeritur, admirabilis eſt: modum ergo in ſui dilucidatione poſtulat, qui ſit admirationi conſentaneus. Et qualis ipſe? Arſenius Philoſophus*, Admiratio, quando eſt maxima, non parit verba, ſed ſilentium.

*] Antonius Nebiſſenſis in Arte. Corripit interdum Antonius à durnitque Poeta.

Bos mutus *in ſuâ adoleſcentiâ à Condiſcipulis D. Thomas vocitabatur; quòd ſub Alberti Magni magiſterio taceret, & credere quàm diſputare mallet*, αὐτὸς ἔφα *dicebat*, Ipſe dixit & ſufficit. *Et ſemel, cur non loqueretur interrogatus*, Tunc, *inquit*, coram Alberto loquar, cùm occurrant tam magni & ſubtiles conceptus, qui dignè à Magno Alberto auſcultari poſſint, & intelligi. *Et quidem diſcurrebat prudenter; quoniam ut à Thomâ de Kempis monemur*, Facilius eſt omninò tacere, quàm verbo non excedere. *Et Ego* Bos *potiùs* mutus *quàm* Pica garrula *vocari malo: circumſpectio enim jubet, ut coram Caramuele loquuturus taceam, quouſque ſuccurrant verba, quæ dignè poſſint à Caramuele auſcultari.*

De Imitat. Chriſti libr. 1. cap. 20.

At, ſi ſilendum eſt, non ſatisfit obligationi, quam tempus & occaſio præſcribit. Liber (λεπτότατος Subtiliſſimus) *in lucem prodit, qui poſtulat Cenſuram & Laudes; & qui tacet, nec Cenſoris, nec Encomiaſtæ munus gerit. Loqui ergo debeo, & tacere in præſenti non valeo. Sed non, Quoniam, ut ipſe Caramuel nos docet, æquivalet & Cenſura & Enchomio ſilentium. Ergo ſi juxta Juris Apoſtolici Canonem (quem in ſuâ Theologiâ Fundamentali, & in Morali Logicâ Caramuel exponit & dilucidat)* Qui tacet, conſentire videtur, *Leptotati ingenioſis doctrinis me tacendo aſſentiri fatebor. Et quia eadem apud Hebræos vox, eodem Caramuele in Regulari Theologiâ aſſerente, ſonat & ſilentium & hymnum [Unde illo Pſalmi LXIV. Verſus* Te decet Hymnus Deus in Sion, *ab aliis* Te decet Silentium *transfertur] Altum meum in hac occaſione Silentium erit glorioſum Panegyricum, quod dignis laudibus librum hunc* Λεπτότατον (Subtiliſſimum) *ſubtiliſſimè celebrem. Sic ſentio, ſalvo. &c.*

Vide Synopſeos Logicæ Articulum X. Vide Caramuelis Theologiam Regularem lib. 9. diſp. 98. in expoſit. cap. 42. pag. 567 juxta Editionem Brugenſem.

Ex

Excellentiſs. & Illuſtriſs. D. Petri Franciſci Paſſerini I.V. ac Sacræ Theologiæ Doctoris ex Collegio Iudicum Parmæ, ac Placentiæ, olim in Parmenſi Gymnaſio Primarii Iuris Civilis Profeſſoris, poſteà Sereniſsimi Ducis Parmæ, ac Placentiæ Conſiliarii à Latere, nunc verò Excelſi Ducalis Conſilii Præſidis, &c. De eodem argumento ad Autorem

EPISTOLA.

Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Domine, Patrone, ac Domine Colendiſs.

QUÆ Subtiliſſima, ea ſimul Utiliſſima eſſe, vel ex ipſis eorum Nominibus, quorum Uni alterum ineſt, apertum, ac evidens eſt. Quæ verò Utiliſſima, ea pariter Optatiſſima nobis eſſe nedum perſpicaces, ac docti, quotquot ſub Sole degunt; ſed etiam Sol ipſe palam oſtendit, dum Novum hoc Opus, cui aptiſſimè LEPTOTATI, Latinè, SUBTILISSIMI, adeoque Utiliſſimi Nomen indidiſti, tam ardenter Optat, ut non niſi cum eo, & in eo perpetuo eſſe velit: hoc enim clarè LEPTOTATOS ipſe, clariùs autem ſingula ipſius Elementa, mutatis invicem ſedibus, cuivis aſſerunt, dum in ipſo, ac de ipſo jugiter concinunt SOLEM OPTAT, ſtatimq; ad eumdem LEPTOTATON converſa eidem, non ſine ingenti Eruditorum admiratione, ac plauſu, concorditer acclamant TE SOL OPTAT, Et jure quidem optimo. Quid enim unquam Subtilius, quid Utilius, quid Optabilius in Scholis, & Foris eſſe poteſt, quàm Novus, ac Mirus LEPTOTATOS iſte, à quo Uno Cuncti non modò Ingenuarum Artium Studioſi, ſed eximii etiam Sublimiorum Scientiarum Magiſtri, Literarumque omnium, ac Literatorum Orbis Univerſus Novam ſibi, atque perpetuam Lucem, Legem, ac Linguam haurire poterit, & quem idcircò, tanquam Sole ipſo ſplendidiorem, ac veluti Novum Solis Solem, Sol ipſemet toto corpore, omnique tempore incredibiliter Optat. Nec prædicta cuiquam, vel minùs vera, vel nimis mira videri debent; quandoquidem LEPTOTATOS iſte illius eſt Authoris Opus, qui non niſi Leones, & Aquilas, Gentilitia Nobiliſſimorum Virorum Inſignia, nec non Præclariſſimarum Virtutum, ac Subtiliſſimorum Ingeniorum Symbola, digniſſimè Suo geſtat in Stemmate, ac de quo cum Proteo ſinceriſſimè olim dixi

ISTE OMNEM CUIQUE AD REM, AUT MULTIS UTILIS EST LUX,

nunc verò de Ipſius LEPTOTATO cum eodem Proteo conſtantiſſimè denuò dico,

ISTE OCULUS CAELI AD RECTA, AC MUNDO UTILIS EST LUX.

Quod enim Sol (qui Cæli Oculus eſt) ejuſque Lux in Mundo præſtant, id ipſum in Orbe Literario LEPTOTATOS mirificè peragit, dum plurima tùm ad exactiorem Scientiarum omnium cognitionem, tùm ad perfectiores humanæ mentis conceptus diſtinctiſſimè formandos, eorumque Ideas facillimè verbis ipſis exprimendas apprimè neceſſaria denſiſſimis hactenùs in tenebris abſcondita, primus, ac ſolus non ſolùm vidit, ac invenit; ſed illa eadem mirum etiam in modum tam perſpicuè illuſtravit, egregièque dilucidavit, ut non tantùm Subtiliſſimi (quanquam LEPTOTATOS, utpotè SUBTILISSIMUS, TALES OPTAT) ſed Ingenioſi quoque omnes eadem ipſa ſemper ad id, quod Rectum eſt, rectà tendere, rectèque prorsùs rationi congruere planè, plenèq; intelligant, nec non pleno item ore tùm fateri, tùm profiteri debeant. Ut ſentit, ſic ſcribit, qui vel Tui glorioſiſſimi Nominis umbram devotiſſimè veneratur, æternùm Tuus

Placentiæ 10. Julii 1681.

Petrus Franciſcus Paſſerinus.

Reverendiſs. Domini Scipionis Carrocii Canonici, & in Epiſcopatu Cajetano Vicarius Generalis, &c. De eodem Libro ad Illuſtriſs. Dominum Epiſcopum Cajetanum

EPISTOLA.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. mi Domine.

Eccleſiaſt. cap. 19. n. 26.

EX Viſu cognoſcitur Vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Perſpiciens Ego Illuſtriſs. & Reverendiſs. Antiſtitem Joannem Caramuelem pervolantem florentes omnium Scientiarum Campos, ſtatim florilegam Apem putavi, animadverti enim, quòd à Bernardo Sanctiſſimo parente ſuo ſuavitatem mutuans, amarulentum jam Orbem, novâ parat melliſluâ doctrinâ renovare. Quod enim ille, & perfectiſſimæ olim vitæ exemplo, & igniti præſtitit efficacitate ſermonis, ita ut de eo dici potuerit, quod de Eliâ. Surrexit Bernardus, & verbum ejus quaſi facula ardebit; hoc ipſum Illuſtriſs. noſter Caramuel, & virtutum illius imitatione, & ignitorum præſtat ſcriptione Tractatuum. Fervens Caramuelis Lingua verè dici

Eccleſiaſt. cap. 48. n. 1.

potuit Calamus Scribæ velociter ſcribentis, imò Calamus ejus valet igneus appellari ſalubriter ſcribentis. At quid dixi? Aquilam appellabo Caramuelem: ex ſublimi enim Scientiarum cedro tulit medullam. Parum dixi: Ipſum Aquilæ contemplantur? Eſt igitur Sol, quia ab Ortu, uſque ad Occaſum, ab imo uſque ad ſummum ſcientiarum Oceanum ferè per deſidiam hominum corruptum ſapidum reddidit, omnes ad perfectionis apicem ſublevavit. Mirabilis fuit ſapientia Salomonis, qui ſcripſit a magno Cedro uſque ad Hyſſopum. Mirabilior hæc noſtri Caramuelis, quia de omni ſcibile ſcripſit, non ſummis digitis, ſed totâ manu illud tangendo. En ſua ſcripta manifeſtant Nobis, quod ab incunabulis, veluti Sol de Signo in Signum, ibat de virtute in virtutem, variis linguis, in omnibus gentibus varias ſeminando doctrinas. In præſenti Opuſculo in illis terminis Sare, *&* Sere *omnium difficultatum Caliginem, verè Sol, ſuo lumine fugavit, Thomiſtas illuminando, & ut Sal ab omni errorum putredine præſervando. Quid ergo utilius Sale? Quid jucundius Sole? in noſtro Præſule una ſunt Solis, & Salis effectus, unde meritò oportet dicamus ad ultimum perfectionis Culmen ſcientiarum perveniſſe, de quo ſolet dici:* Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci. *Vale Illuſtriſs. & Reverendiſs. mi Domine, & ſexcenties Vale. Cajetæ die 15. Menſis Julii 1681.*

Eximii, & Eruditiſsimi Patris Fr. Gregorii Panico Prædicatorum Ordinis Prædicatoris Generalis, &c. Ad eumdem Illuſtriſs. D. Epiſcopum Cajetanum

EPISTOLA.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. mi Domine.

LEPTOTATON, & Ingenioſiſſimum Epidigma Illuſtriſs. & Reverendiſs. Epiſcopi Joannis Caramuelis à Dominatione Veſtrâ Illuſtriſs. ſua gratia, ad me miſſum, magnâ animi alacritate, grandique parvæ meæ intelligentiæ profectu, diligenter evolvi. Non parvam pro ingeniis comperi utilitate. Hic namque mihi tanquam aquæductus videtur, hiſce temporibus exiiſſe, per ipſum enim fluunt, & propinantur nobis Scientiarum rivi: per ipſum hauriemus aquas in gaudio de fontibus. Fluvius autem hujus aquæductus eſt Doctrina ejus, quæ inſtar abundantiſſimi fluminis, cunctorum rigat ingenia, ab ignorantiæ ſiccitate eripiendo, radios Sapientiæ influendo, rorem claritatis imprimendo. Porrò hic fluvius propter exundantiam, & redundantiam ſuam propinquavit ad mare mentis Divi Thomæ, qui vocatur abyſſus: Quemadmodum enim omnia flumina egre diuntur à Mari Oceano, & revertuntur in ipſum, ſic Joannis Caramuelis Doctrina deſcendit, profunda penetrando, uſque ad abyſſum. Et ſicut illi Angelo Apocalypſis data eſt clavis putei Abyſſi; ita teneor affirmare, Caramueli datum eſſe legitimè ſenſum aperire mentis Divi Thomæ. Quis unquam noſtris temporibus, Illuſtriſs. mi Domine, tam πιςὸς, tam λεπτὸς Angelicę Doctrinæ Ε'ρμηνευτὴς ſicut Illuſtriſs. Caramuel extitit. Prę cunctis Scriptoribus, quis pleniùs, clariùs, atque profundius de ſententiis loquitur Doctoris Angelici. En in præſenti Epidigmate novos adinvenit modos ad adverſantia argumenta, intellectu eorumdem terminorum, penitùs

nitus diluenda. Nulla in ſuis dictis hæſitatio, quippe hauſtis ex hoc abyſſo, ut ipſemet, ore Angelico videatur loqui. Miraque ſolertia, ejus ſenſum colligit, aptat, eviſcerat, effunditque. In materiâ primâ, quæ ſecundùm ſe nullum habet eſſe, quæ, & quot lumina non invenit? Quantum potuit dici? Plus dixit. Diſco igitur ex ungue Leonem. Cogor aſſeverare: Quòd ſicut Divinæ voluntatis interpres eſt D. Thomas, ita Voluntatis Angelici Thomæ eſt interpres Epiſcopus Caramuel, & ſicut Verbum dedit vocem ſuam, dicendo: BENE SCRIPSISTI DE ME THOMA; Ita Abyſſus dat vocem ſuam; dicens BENE SCRIPSISTI DE ME, MI JOANNES CARAMUEL. Feliciter vale mi Domine. Cajetæ è Conventu Sancti Dominici Nonis Julii 1681.

JESUS MARIA.

Reverendi Adm. Patris Fr. Philippi Mariæ à S. Eraſmo Carmelitæ Excalceati, &c. Ad eundem Illuſtriſſimum D. Epiſcopum Cajetanum

EPISTOLA.

Illuſtriſſime, ac Reverendiſſime Domine,

AD Nominis Auram Caramuelis refulgentem, dum ſpirando gaudent Sacra Theologia candidati; dum ſpiritu præ jucunditatis inundantia ſibi & ſanguine, & moribus propinqui, gratulantur, & applaudunt amici, & ingenii ſui quiſque Xeniola mittit; ingeniolum quoque meum tripudiando congaudet. Etenim, dum praviis humanæ intelligentiæ facibus, Illuſtriſſimi Caramuelis ingenium inflammatum, accenderit deſiderium ſui, fœnerata per Orbem omnium Scientiarum lumina, mox adultâ luce eniteſcens Scholaſticam edendo Theoſophiam, meritò Ingeniorum miraculum à cunctis ſuſpicitur. Quod enim doctrinæ genus non eſt perſcrutatus Illuſtriſſimus noſter Caramuel, mirabilis ſiquidem in Dialecticâ arte adverſariorum fugenia torſit, Phyſicus indagator oculos trans Cælum levavit; amœnam Metrorum verè Sylvam in ſtudioſorum utilitatem diſtinxit, & congeſſit. Geometriæ, Muſicæ, & Arithmeticæ diſciplinas non modò novit, ſed mirum in modum illuſtravit; inſigniſque Mathematicus non in rerum obſcuritate, ſed in ſenſûs veritate res ipſas firmiſſimè demonſtraturus: adeò in cunctis verſatus; ſingula ita callens ut ſine adulationis notâ, quicquid ambitu ſuo natura complectitur Scriptionibus ſuis comprehendere prorſus videatur; talia enim neque concipere neque edere Caramuelis Mens potuiſſet, niſi ingenti flumine literarum inundaretur. Mercurii talariis indutus alarum remigio fauſtiſſimis evectus volatu, humana tranſgrediens ut ſuæ mentis acumen ferret indè quo poſſet; Sublimiſſimum Theologiæ Cælum penetraturus: herclè quidem in hoc mirabilior, dum Sapientiæ ſuæ aurum, Eloquentiæ ſuæ argentum in uſum ſalutiferæ eruditionis vertit; mox Aquilinis palpebris arduo in nitore defixis, concepto vividius jubare, in jubar ipſum figens obtutus, Aquinatem Solem potius explicat emergentem, quàm indicat latentem. Suâ enim Doctrinalûce clarior redditur, ſuo ſplendore illuſtratur: illuſtratque Chriſtianum Orbem, dum miniſtrat literario Orbi lucem, quam ſuo emendicat à Sole. Hic verè Joannes qui hujuſce in Angeli dexterâ ſtellas adeò clarè perſpexit, ut non ſolùm videret, ſed & diſtinctè computaret. Etenim Divi Thomæ mentem ità penetravit, ut illud audeam pro veritate dicere, inter omnes, ac eximios Scholaſticos, qui in ejus explanandâ doctrinâ inſudaverint, nullum eſſe, qui id, in quo D. Thomæ placitum nititur, nitatur circumſpicere attentiùs, probare nervoſiùs, fulcire validiùs, defendere potentiùs, feliciùs propugnare, faciliùs verſare: ea verborum formalitate, rationum profunditate, ſtyli puritate, reſponſionum acumine, ut ipſo prorſus excellentiorem Thomiſticæ Doctrinæ laureatum, deſiderare, ac invenire poſſint; Facit enim ſua celeberrima Doctrina, ut nemo vel judicio gravior, vel Sapientiâ locupletior habeatur. Novas enim, ac peregrinas ſpeculationes invenit, ac abditiſſimos de Prædeſtinatione Senſus, ut in fidelium ſolamen cederent, mirâ cum eruditione propalavit. Lætatur igitur è Vaticani vertice proſpiciens militans Eccleſia, dum Scriptionum ſuarum Clypeo Hæreticorum tela feliciter eludet, faciliter confringet, verſutias ſolvet, ſophiſmata ridebit, Gaudet ſæculi Infulatûs Gloria, & ſe tantum Pontificem, in cujus pectore cognita Veritatis Ratio alte relucet, gloriatur habere, lætabitur poſſediſſe; præclaras ſiquidem Animi ſui Dotes, pro virtutis decore impendens, & benè docendo, optimèque vivendo & lauream Doctoratûs, & dignitatem decorat. Sed quò me diſtraxit calamus, ubi nam vagatur mens mea! quæ tanti Præſulis virtutes addere non veretur. Didicimus enim ex amicorum Sermonibus nihil ſuo Præſulatu fulgentius. Et quidem parum ſibi foret, omnem ſuam Diœceſim ad morum reformationem, & reliqua Epiſcopalia munia vicatim perluſtraſſe, ægrotantes etiam, & miſeros inviſere ſolitus, atque magno pietatis fœnere dum Epiſcopum gerit Eccleſiæ Principem implet. Neque ſilentio premam, quod qui penè inconſultâ largitate liberalitatem colit, & comit, in conferendis tamen Dignitatibus, velut moroſitate electionem adornet; *dum favoris neſcius pertinaci tenena diſtrictione cenſuram quem nunquam niſi conſcientia ducit ad gratiam. Et ſanè quâ munificentiâ eminet, beneficia ſua, ut majeſtate præcellunt, ità mutuum non expoſcunt. Hinc ergà pauperes, qui gratiam rependere non valent, effuſior ſua largitas, & genere & munere ſuo digna, pietatis detrimen-*

Caramuelis Leptotatos. d tum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tum putans, niſi ſupplicationem pietas anteverterit. Sed quid ultrà? Magna quippè & divina, ſua eſt Clementia quà injurias beneficiis compenſat, & ſuam cum ſuis æmulis communionem ſervandam omni cum humilitate pollicetur; magnanimi perindè cognomen aſſecutus, quod nulla unget oblivio, nulla delebit invidia; neque prætereundum eſt quod vera doctorum relatio extollit; decantare enim unuſquiſque non ceſſat benignitatem illam ſuam, & innatam ergà literarum ſtudioſos propenſionem quæ ità de ſe elucet ut videatur ſe ad hanc unam virtutem natura genuiſſe, voluntas exercuiſſe, fortuna ſervaſſe; ſic geminatâ ornatur Sapientiâ, & ſuâ, & alienâ, dum tanta benevolentia, & beneficentia ſtudio, eruditos amat, colit, & laudum pretiis impensè cumulat, idcircò ſingularis Ingenii ſui Dotes ampliare ſtudent, & præclariſſimis ſuis Theoſophiæ tractatibus numeris omnibus jam abſolutis, non ſolùm communem plauſum, quem ſua fundamentalis Theologia eſt experta, verùm etiam coronam, & gloriam, & qualem poſſit præſtare ſæculum de famâ æternitatem, de memoriâ reſurrectionem augurari non deſinunt. E vaſtiſſimo enim exploſi Ingenio ut profectò in publicum Scholaſticarum felicitatem cedant, & ſibi plauſum cum gloriâ, laudem cum immortalitate parturiant, Elogiis ſanè æternis digni recenſentur. Hinc Sereniſſimos tanta lucis perpetuitati meditans candores, Plaudente Famâ, ſu veſtibus Sanæ Doctrinæ laurentis ampliſſimas Animi ſui garas veneror, quas promicantium Origo ſuarum Dotium condiderat, & triumphalibus Æternitatis caracteribus concinnarat, & quas ſua elucubrata Sapientia monumenta æquare ſermone non annitor, in ejuſdem Æternitatis Compendium ſuis laudibus litandam futuram invoco Poſteritatem. Sic Caramuelis nomen nulla delebit ætas præſens, & nulla diminuet ſequens, ac deindè ſemper ulterius aliquid ad venerationem conferet. Ergò mittens hanc meam Epiſtolam ad te Præſulem meum amantiſſimum, ad magnas Inſulas tuas, perpetua dignas, meritò purpuraſco, mitto tamen non quod meretur, ſed quod hoc dare amori meo, benevolentia tua erga me, & ſpeciatim ergà germanum meum. Affectum parem immò majorem in humili meo obſequio ſpero, etſi amplius judico, ſat expertus humanitatis tuæ non fallar, & ſi audacem me noveris, maximam Benignitatem tuam tuis pedibus provolutus accuſare non deſinam, & ſi vota mea evalent ſacco, ô tantum præluſtris Caramuelium ſoboles, ô nobiliſſima familia de Mayers nobilia germina; multos vobis ſimiles Orbi Heroas Cælum largiatur. Hæc vota alacri emitto manu, & calamo, majora pectori recondo, audi Deus. Surrenti die decimâ nonâ Septembris M.DC.LXXXI.

Illuſtriſs. & Reverendiſs. D. D. Ioanni Caramueli, olim Campaniæ Antiſtiti, nunc Viglevanenſium Epiſcopo, Zemidæ Comiti, nec non Celeberrimo Sacræ Theologiæ Doctori.

ELOGIVM.

JOANNES CARAMUEL
Eruditorum Optimus,
Optimorum Eruditiſſimus:
Ut Minervam raperet Salmanticam
Ut caperet Belgium profectus,
Neſcias ubi cæperit eſſe doctiſſimus.
E Monſerrato vocatus ad Inſulas;
Campaniæ factus Antiſtes.
Feliciorem ſuæ Doctrinæ reddidit,
Cujus heroicum Ingenium
Scientiarum omnium ditatum fulgoribus
Literarius Orbis eſt demiratus,
Cujus
Mentis ſublimitati, Profunditati
Viglevanum meritò plaudit,
Sic
Theologiam ignorat, qui Caramuelem neſcit:
LEPTOTATOS quod acerbis in annis
Promiſit,
Plaudente Sapientum Senatu
Sub Thomæ auſpiciis,
Auſpice Famâ,
Exhibet in poſtremis.
Dignus tanto Præceptore Diſcipulus
Dubites an æquiùs gloriari poſſit
In tali,
Tantoque Diſcipulo Magiſter,
Quem vincere unquam ſperavit,
Imitari ſtudet.
Novum in Eccleſiâ Doctorem;
Omnium in ſe uno ſophiam copulans;
Sui Sæculi Ingeniorum Miraculum,
Mundus non credit, quia videt.

Fr. Philippus Maria à S. Eraſmo Carm. Diſcal. ſe ſuaque dicat.

Digitized by Google

VITA
DIVI THOMAE AQVINATIS
Per Anagrammata diſpoſita.

QVÆ ſequuntur Anagrammata, natales, mores, ſapientiam, res geſtas D. Thomæ Aquinatis continent. Ea Joannes Montoya Clericus Regularis, quem nuper Neapolitana lues ſuſtulit, concinnavit; quàm arguté, quàm appoſitè, quàm aptè, tuum eſto judicium, Lector. Probabis enimvero, ſi leges. Neque enim ab unâ, eâdemque verborum complexione, tam multiplex, ac varia exiſtere dicendi materia, ac veluti è paucis ſeminibus tam ampla progerminare ſeges potuit ſine fœcunditate quâdam ingenii incredibili. Edita olim fuere Neapolitanis Typis. Sed quia facilè deciduum eſt, quod unica excepit pagina; ea in ſuis Quæſtionibus Quodlibeticis R. D. Carolus de Thomaſio, ex Palma Duce Clericus Regularis extare voluit. Inde illa aſſumpſi, ut Metametrica noſtra Apollinem Anagrammaticum pag. 39. honorarem: quippe par erat, ut expreſſus pulcherrimis Anagrammatis Aquinas, hoc in Opere, quod eo auſpice compoſui, perennaret.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.
S. THOMAS DE AQVINO
ORDINIS PRAEDICATORVM.
ΑΝΑΓΡΑ'ΜΜΑΤΑ.

NAſcitor è Theodorâ, ac quaſi Sol prodit in Muodum.
Honorandus Doctor, quaſi panem, ſic edit Ave Maria.
Quarto jam anno ſanctiſſimus puer cor Deo dicat.
Quooiam inter pios Monachos educandus traditur.
Sed modò ſtudiorom causâ hioc tranſit Neapolim.
Hic dum oravit convertit quoſdam panes in roſas.
A Domino inductus ſe Prædicatorum aſtris ornat.
Matriſque iram pati ooo curaos ſuâ domo diſcedit.
Sed ò! à Chriſto ad Domos maternas invitus capitor:
An noſti, quòd is homo Dei raptus, carceri damnatus?
Modò ad Caſtrum S. Joannis perducitur Heros.
Pro majori cuſtodiâ in quâdam arce innodatus eſt.
Modò in carcere invaſus de Satanæ odio triumphat.
Candidos homo ardorem carnis titione qoaſſavit,
De aquis orta Veous cadit, ſi hinc ardorem opponas.
Jam à ſomno correptus, candida corda munitus eſt.
Imò ſanè ad Crucem orans, puritatis dono ditatus.
Non cadit ſororum impetu, invaſus audacior adeſt.
Sic quia homo eſt prudens, oon audit dicta ſororum.
Quin imò è Mundo attrahit ad Divina ſorores ipſas.
Nec non addas, quia per muros dimittitur caſtus homo.
A Caſtro dono Dei jam miſſus Parthenopen ducitur.
Scies, quòd inde triumphandi causâ Romam tranſit.
Sed à Joaooe Theutonico Romam adductus Pariſium.
Numquam ſuo ſe dat ſtudio, niſi peractâ orandi horâ.
An homo priuſquàm doctrinas dediſſet, non tacuit?
Studio demit horas, orationi, ac precibus mandans.
Chriſti dona oratione magis, quàm ſudore adeptus.
Quiſnam hoc caſtior, aut ſapientior mundo adeſt?
Idcòque Dominus tantùm ipſi coronas dat ſacras.
A Domino Romanæ Sedi Cuſtos, ac Turris adponitor.
Quos, ut dicam, pro hac dilatandâ non emiſit ſudores?
Quos Hæreticorum ſua ipſius doctrina noo damnat?
Quos Chriſtianorum ipſamet doctrina non adjuvat?
A Romano Paſtore deſideratus ad Coocilium veoit.
Sed in Mooaſterio de Phoſsâ novâ cadit, ac moritur.
At moriens, quaſi candidus Olor cantus depromit.
Introductuſque à Chriſto Domino in Paradiſum eſt.
Sanctum Sacerdotem Paradiſi Domious coronavit.
Tu ſolus Mundi honor, ac mirâ ſapientiâ decoratus.
Quia candidus homo, à Dei Matre coronis ornatus es.
Quàm vera das nobis tua ſcripta de Chriſto Domino!
Novos, miroſque tua emicans doctrina dat radios.
Quâ novâ doctrinâ tuâ Hæreticos omnes diſperdis.
Tu ipſe Mundi oſor, Carnis, ac Dæmonis devaſtator.
A Deo quidem Sanctiſſimus Patriarcha dono datur.
Et quis tu? omnium corda rapis, ac Deo donans trahis.
Et addo, quòd innumeras tuo Chriſto animas carpis.

ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS DOMINUS

D. IOANNES CARAMVEL

EPISCOPVS VIGLEVANENSIS &c.

GLORIA INFVLAE, ET LITERARVM DECVS

Gratiarum, & Muſarum manibus coronatur.

Quid, Audax calame, JOANNI CARAMUELI levidenſe Elogium texere apparas,
Cui innumeri Codices ab eodem Æternitati conſcripti,
Pro luculentiſſimo, & æviterno Elogio ſtabunt?
Sed cohiberi nequit conceptus de JOANNE ſermo, qui etiam elingues reddere vocales ſolet:
Qui me antea mutú ſui admiratione fecerat, nunc ſuæ dignatione clementiæ taciturnũ meũ os in ſua præconia ſolvit.
At quæ digna illo pangam, in cujus ortu Natura, & Gratia viſæ ſunt contendiſſe?
Verùm ut ut Gratia in origine Naturæ ceſſerit,
Certè in nominis nuncupatione victrix, dum JOANNEM dicit, ſui juris, ſui æris totum fecit.
Hinc Trinæ Charites Caramuelem ſuum ſingulari ſingulæ munere exornarunt.
Euphroſynæ lætitiam ſonans, infantis oſculata frontem, lætos oculis afflavit honores.
Aglaja ſuo in nomine ſplendidè florida, dum roſeo ore illius ori oſculum imprimit;
Ut omniſi Roſas loqueretur,
Et quidquid calamo ſuo attingeret, venuſtaret, indulſit.
Thalia epularum miracula portans, apprehenſo illius pectore, ſuo dedit Alumno,
Ut Deorum cœnas, nectar, & ambroſiam literatorum palato inſtrueret.
Ut modò agnoſcas CARAMUELEM Magni PRODROMI eſſe Parelium,
Et hunc à teneris uſque annis Solitudo excepit.
Eremus illi Parnaſſus fuit: Univerſæ Muſæ fuere magiſtræ,
Miſſum & hunc Joannem à Deo dices,
Si divina magis, quàm humana ab eo promi animadvertes.
Ad imbuendos purioribus Sapientiæ lymphis auditores,
Jordanis undas Fons Hippocrenæ ſupplevit.
Sicut Eremi Palæſtinæ Cultor: ita hæc quoque Heliconis Luſcinia tota vox eſt.
An non CARAMUELIS lingua calamus ſcribæ velociter ſcribentis,
Dum ſuis lucubrationibus & præſentium, & poſterorum ingenia terret?
Multiforme illius ingenium novâ ſemper librorum prole ſubnaſcente fœcundum.
An non aurea illa Arbor, ex quâ uno fœtu avulſo, *non deficit alter*
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo?
Hunc *maris, & terræ, numeroque carentis arenæ menſorem* dum ipſe contemplor,
Capaciſſimo illius animo tàm ampla mens divinitùs eſſe tributa videtur,
Quàm amplum locum arena occupat, quæ in littore maris exiſtit.
Dum æthereum Globum examinat, dum Sphærarum radios, & Planetarum à tellure diſtantias metitur;
(Me ipſum interrogo) an fortè Hic ſummo Opifici adfuit, cùm certâ lege, & gyro aſtra diſponeret?
Denique videns (ſed adverſante ſemper rerum magnitudini fide)
Necdum meis oculis planè credens, unum calamum tam multa, tam varia ſcribere potuiſſe,
CARAMUELEM non ſecus, ac immenſum ſcientiarum Oceanum cum horrore ſacro veneratus,
Sic exclamare cum Vate cogor: DEDIT ABYSSUS VOCEM SUAM.
Quid plura? Cùm Muſæ virginitatis titulum, & gloriam ſummè affectent,
Jure tamen adoptionis CARAMUELIS Matres nuncupari poſtularunt.
Annuit Apollo; dein grato oraculo coronariæ lauri trunco inſcripſit:
INTER NATOS MUSARUM NON SURREXIT MAJOR JOANNE CARAMUELE.

CAROLVS FRANCISCVS CERESOLVS
Oblatus, & in Oppido Verdello Præpoſitus.

Digitized by Google

ΛΕΠΤΩΤΑΤΟΣ,

LATINE

SVBTILISSIMVS.

Cujus partes, ſeu Diſſertationes ſunt tres,
Prima Metalogica.
Secunda Philoſophica.
Tertia Theologica.

SCHOLASTICAE VELLEITATES

AVTHORIS.

VELLEITAS I.

Prælegenda doctrina.

VELLEM Primò, ut mei Eruditi Lectores antequàm Libros legant, præſciant hoc πεντάδοξον. (1) *Sunt in Linguâ varii modi loquendi, qui Idiomata, aut etiam Dialecti nominantur.* (2) *Quando aliquis opinionem, quam in uno Idiomate tradiderat, tradit, & reponit in alio, ſibi non contradicit, neque mutat ſententiam, ſed aliter propriam mentem exponit.* (3) *Analogia poſtulat, ut ſicut de Linguâ, ita etiam de Intellectu philoſophemur.* (4) *Sunt ergo in mente diverſi intelligendi, & diſcurrendi modi, qui Schola, vel Secta vocantur.* (5) *Ergo cum aliquis Philoſophus ſententiam, quam prius ad alicujus Scholæ Fundamenta elimaverat, iterum traditurus, vel repoſiturus uberioris doctrinæ gratiâ alius Scholæ Fundamentis attemperat, ſibi non contradicit, neque mutat ſententiam.* Quinque habet hoc πεντάδοξον partes, quæ poſtulant ſingulatim exponi.

De Idiomatibus, & Dialectis.

De Lingua Priſca & Nova.

PRIMA univerſis eſt nota; ſingulæ enim Provinciæ propria Idiomata, & in ipſis pleræque Civitates proprias dialectos habent. Quoniam loquendo univerſim, omnes linguæ dividuntur in Antiquas, & Novas: aliter enim loquutos eſſe ſub initium Hebræos, aliter poſteà demonſtrant propria nomina, quæ aliter in Priſcis Libris, & aliter in novis pronunciantur. Etiam & Lingua Græca ferè ſingulis ſæculis parallaxim eſt paſſa, ſed, & Lingua Latina laboravit hoc morbo, illoque infecit dialectos à ſe derivatas. Oculatiſſimè hanc obſervarunt differentiam Homerus, Virgilius, & alii; voluerunt enim cæleſtia numina, non ſermone novitio uti, ſed priſco tantùm, & apud homines jam antiquato. Et hoc eſſe certum, nos monet Nicolaus Erythræus, quoniam in Maroniano Indice verbo *Poteſtur*, ſic ſcribit. [*Poteſtur.* Vates ingeniorum omnium, atque doctrinarum Princeps & Autor Homerus, non ſua modò ipſe poëmata ex omnibus Græciæ [*] linguis, quos dialectos illi vocant, ita conflavit, ut unaquæque Græciæ gens ſua apud illum idiomata agnoſceret: ſed ea etiam Sacroſanctæ propriè Deorum linguæ honore conſecravit, ut illo loco, cùm ait, ὃν Ξάνθον καλέουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον: & in Odyſſ. 10. μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί: & item in 1. Iliad. ὃν Βριάρεων καλέουσι Θεοὶ, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα: & in 2. τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν· Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης. Et rurſus in 14. ubi ſomnus fit ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, & mox ſequitur ἥν τ' ἐν ὄρεσι. Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες κύμινδιν: & hoc genus alia, quæ Elenchus noſter, in ipſum Poëta nullo tibi negocio ſuggeret. Cùm igitur Divino vir ingenio Maro, æmulationis ſtudio hujuſmodi locorum ſplendorem intueretur, non abſimili colore ſuam ſe quoque Venerem fucaturum exiſtimavit, ſi & ipſe circa Deorum perſonarum dignitatem optimè verſans, eorum ſermoni priſca verba insereret quæque ſuâ ætate jam deſita, quaſi in Deorum conſuetudine permanſerint. Cujus conſilii (ni fallor) hæc fuit ratio, quòd maximè convenire videbat, ſicuti ætatem, ita etiam Deorum ſermonem immutabilem, immortalemque fore. Et profectò quâ linguâ magis decuit immortales ipſos, quum illos loquentes facimus, quàm priſcâ uti, atque eâ ipsâ, quâ primùm à majoribus ſolenniter conceptas preces exaudire conſueverunt? Hinc itaque Virgilianus Juppiter in 10. ſic inquit,

An antiquo, vel novo?

Vtrùm Antiqua lingua Hebræa differat à Moderna?

Qualis Homerus fuerit?

[*] Lingua Italica, Hiſpanica, Gallica ſunt Linguæ Latinæ Dialecti, & ſub ſe alias hypodialectos habent, & tamen non auderem permittere, quòd Virgilius ſi hodie vellet ſuam Æneidem reſcribere, uteretur promiſcuè Italicis, Hiſpanicis, vel Gallicis verbis, aut phraſibus.

Quonam Idiomate loquantur Dii?

Virgilius imitatur Homerum.

An Deorum, ſicut ætas, & ſermo opinatione Veterum immutabilis fuerit?

Tros, Rutulus-ve fuat, nullo diſcrimine habebo,

Et Juno ad Venerem

ILLUSTRISSIMUS AC REVERENDISSIMUS DOMINUS

D. IOANNES CARAMVEL

EPISCOPVS VIGLEVANENSIS &c.

GLORIA INFVLAE, ET LITERARVM DECVS

Gratiarum, & Muſarum manibus coronatur.

Quid, Audax calame, JOANNI CARAMUELI levidenſe Elogium texere apparas,
Cui innumeri Codices ab eodem Æternitati conſcripti,
Pro luculentiſſimo, & æviterno Elogio ſtabunt?
Sed cohiberi nequit conceptus de JOANNE ſermo, qui etiam elingues reddere vocales ſolet:
Qui me antea mutũ ſui admiratione fecerat, nunc ſuæ dignatione clementiæ taciturnũ meũ os in ſua præconia ſolvit,
At quæ digna illo pangam, in cujus ortu Natura, & Gratia viſæ ſunt contendiſſe?
Verùm ut ut Gratia in origine Naturæ ceſſerit,
Certè in nominis nuncupatione victrix, dum JOANNEM dicit, ſui juris, ſui æris totum fecit,
Hinc Trinæ Charites Caramuelem ſuum ſingulari ſingulæ munere exornarunt.
Euphroſynæ lætitiam ſonans, infantis oſculata frontem, lætos oculis afflavit honores.
Aglaja ſuo in nomine ſplendidè florida, dum roſeo ore illius ori oſculum imprimit;
Ut nonniſi Roſas loqueretur,
Et quidquid calamo ſuo atringeret, venuſtaret, indulſit.
Thalia epularum miracula portans, apprehenſo illius pectore, ſuo dedit Alumno,
Ut Deorum cœnas, nectar, & ambroſiam literatorum palato inſtrueret.
Ut modò agnoſcas CARAMUELEM Magni PRODROMI eſſe Parelium,
Et hunc à teneris uſque annis Solitudo excepit.
Eremus illi Parnaſſus fuit; Univerſæ Muſæ fuere magiſtræ.
Miſſum & hunc Joannem à Deo dices,
Si divina magis, quàm humana ab eo promi animadvertes.
Ad imbuendos purioribus Sapientiæ lymphis auditores,
Jordanis undas Fons Hippocrenæ ſupplevit.
Sicut Eremi Palæſtinæ Cultor; ita hæc quoque Heliconis Luſcinia tota vox eſt.
An non CARAMUELIS lingua calamus ſcribæ velociter ſcribentis,
Dum ſuis lucubrationibus & præſentium, & poſterorum ingenia terret?
Multiforme illius ingenium novâ ſemper librorum prole ſubnaſcente fœcundum,
An non aurea illa Arbor, ex quâ uno fœtu avulſo, *non deficit alter*
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo?
Hunc *maris, & terræ, numeroque carentis arenæ menſorem* dum ipſe contemplor,
Capaciſſimo illius animo tàm ampla mens divinitùs eſſe tributa videtur,
Quàm amplum locum arena occupat, quæ in littore maris exiſtit.
Dum æthereum Globum examinat, dum Sphærarum radios, & Planetarum à tellure diſtantias metitur;
(Me ipſum interrogo) an fortè Hic ſummo Opifici adfuit, cùm certâ lege, & gyro aſtra diſponeret?
Denique videns (ſed adverſante ſemper rerum magnitudini fide)
Needum meis oculis planè credens, unum calamum tam multa, tam varia ſcribere potuiſſe,
CARAMUELEM non ſecus, ac immenſum ſcientiarum Oceanum cum horrore ſacro veneratus,
Sic exclamare cum Vate cogor: DEDIT ABYSSUS VOCEM SUAM.
Quid plura? Cùm Muſæ virginitatis rivulum, & gloriam ſummè affectent,
Jure tamen adoptionis CARAMUELIS Matres nuncupari poſtularunt.
Annuit Apollo; dein grato oraculo coronariæ lauri trunco inſcripſit:
INTER NATOS MUSARUM NON SURREXIT MAJOR JOANNE CARAMUELE.

CAROLVS FRANCISCVS CERESOLVS
Oblatus, & in Oppido Verdello Præpoſitus.

Digitized by Google

ΛΕΠΤΩΤΑΤΟΣ,

LATINE

SVBTILISSIMVS.

Cujus partes, ſeu Diſſertationes ſunt tres,
Prima Metalogica.
Secunda Philoſophica.
Tertia Theologica.

SCHOLASTICAE VELLEITATES

AVTHORIS.

VELLEITAS I.

Prælegenda de Prima.

VELLEM Primò, ut mei Eruditi Lectores antequàm Libros legant, præſciant hoc πεντάδοξον. (1) *Sunt in Linguâ varii modi loquendi, qui Idiomata, aut etiam Dialecti nominantur.* (2) *Quando aliquis opinionem, quam in uno Idiomate tradiderat, tradit, & reponit in alio, ſibi non contradicit, neque mutat ſententiam, ſed aliter propriam mentem exponit.* (3) *Analogia poſtulat, ut ſicut de Linguâ, ita etiam de Intellectu philoſophemur.* (4) *Sunt ergo in mente diverſi intelligendi, & diſcurrendi modi, qui Scholæ, vel Secta vocantur.* (5) *Ergo cùm aliquis Philoſophus ſententiam, quam prius ad alicujus Scholæ Fundamenta elimaverat, iterum traditurus, vel repoſiturus uberioris doctrinæ gratiâ alius Scholæ Fundamentis attemperat, ſibi non contradicit, neque mutat ſententiam.* Quinque habet hoc πεντάδοξον partes, quæ poſtulant ſingulatim exponi. PRIMA univerſis eſt nota; ſingulæ enim Provinciæ propria Idiomata, & in ipſis pleræque Civitates proprias dialectos habent. Quoniam loquendo univerſim, omnes linguæ dividuntur in Antiquas, & Novas: aliter enim loquutos eſſe ſub initium Hebræos, aliter poſteà demonſtrant propria nomina, quæ aliter in Priſcis Libris, & aliter in novis pronunciantur. Etiam & Lingua Græca ferè ſingulis ſæculis parallaxim eſt paſſa, ſed, & Lingua Latina laboravit hoc morbo, illoque infecit dialectos à ſe derivatas. Oculatiſſimè hanc obſervarunt differentiam Homerus, Virgilius, & alii; voluerunt enim cæleſtia numina, non ſermone novitio uti, ſed priſco tantùm, & apud homines jam antiquato. Et hoc eſſe certum, nos monet Nicolaus Erythræus, quoniam in Maroniano Indice verbo *Poteſtur*, ſic ſcribit. [*Poteſtur.* Vates ingeniorum omnium, atque doctrinarum Princeps & Autor Homerus, non ſua modò ipſe poëmata ex omnibus Græciæ [*] linguis, quos dialectos illi vocant, ita conflavit, ut unaquæque Græciæ gens ſua apud illum idiomata agnoſceret: ſed ea etiam Sacroſanctæ propriè Deorum linguæ honore conſecravit, ut illo loco, cùm ait, ὃν Ξάνθον καλέουσι Θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον: & in Odyſſ. 10. μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί: & item in 1. Iliad. ὃν Βριάρεων καλέουσι Θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα: & in 2. τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν· Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης. Et rurſus in 14. ubi ſomnus fit ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος, & mox ſequitur ἥν τ' ἐν ὄρεσι Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες Κύμινδιν: & hoc genus alia, quæ Elenchus noſter, in ipſum Poëta nullo tibi negocio ſuggeret. Cùm igitur Divino vir ingenio Maro, æmulationis ſtudio hujuſmodi locorum ſplendorem intueretur, non abſimili colore ſuam ſe quoque Venerem fucaturum exiſtimavit, ſi & ipſe circa Deorum perſonarum dignitatem optimè verſans, eorum ſermoni priſca verba inſereret quæque ſuâ ætate jam deſita, quaſi in Deorum conſuetudine permanſerint. Cujus conſilii (ni fallor) hæc fuit ratio, quòd maximè convenire videbat, ſicuti ætatem, ita etiam Deorum ſermonem immutabilem, immortalemque fore. Et profectò quâ linguâ magis decuit immortales ipſos, quum illos loquentes facimus, quàm priſcâ uti, atque eâ ipſâ, quâ primùm à majoribus ſolenniter conceptas preces exaudire conſueverunt? Hinc itaque Virgilianus Juppiter in 10. ſic inquit,

Tros, Rutulus-ve fuat, nullo diſcrimine habebo,

Et Juno ad Venerem

Nunc

Margin notes (left): De Idiomatibus, & Dialectis. — *An antiquo, vel novo?* — *Qualis Homerus fuerit?* — *[*] Lingua Italica, Hiſpanica, Gallica ſunt Linguæ Latinæ Dialecti, & ſub ſe alias ſubpodialectos habent, & tamen non auderem permittere, quòd Virgilius ſi hodie vellet ſuam Æneidem reſcribere, uteretur promiſcuè Italicis, Hiſpanicis, vel Gallicis verbis, aut phraſibus.*

Margin notes (right): De Lingua Priſca & Nova — Utrùm Antiqua lingua Hebræa differat à Moderna? — Quonam Idiomate loquantur Dii? — Virgilius imitatur Homerum. — *An Deorum, ſicut ætas, & ſermo opinatione Veterum immutabilis fuerit?*

— Nunc quâ ratione, quod inſtat
Conſieri poſſit, paucis (adverte) docebo.

Et hoc loco ad eandem Venerem Vulcanus.

Quod fieri ferro, liquido-ve poteſtur electro.

De verbo *Poteſtur*, An etiamnum admitti poſſit?

Quam lectionem adhuc non modò referunt antiqua aliquot bona exemplaria, ſed etiam Novii Marcelli autoritas, cujus teſtimonio veluti locupletiſſimo ſtat Priſcia, cùm ait, *Poteſtur* pro *poteſt*, Pacuu. *Si qua poteſtur inveſtigari vias.* Lucret. in 3.

Quod tamen expleri nullâ ratione poteſtur.]

Et quidem, qui voluerit, quantam Latina Lingua ſucceſſu temporis fuerit perpeſſa varietatem cognoſcere, inſcriptiones antiquas & præcipuè illam, quæ Romæ in Capitolio etiamnum exſtat, & Roſtratæ Columnæ ſubfigitur, & à nobis in Meditatione Proœmiali ante Arithmeticam art. 13. pag. 71. proponitur, &c. cum Ciceronis Orationibus aut Virgilii carminibus, aut Scriptis Recentiorum componat. Quantum differat priſca Gallorum lingua ab illâ, quâ utuntur Novitii demonſtrant Caroli Magni Diplomata, quæ videntur toto cælo differre à ſermone communi. De Hiſpanicâ Linguâ nil addam, quoniam noſtra Theologia Fundamentalis exhibet Comitem de Licanor, quem balbutire credas, ſi cum Lupo de Vegâ, Ludovico Gongorâ, Franciſco Quevedo, aut aliis Hiſpanis Recentioribus conferas.

Qui variis linguis eandem ſententiam profert, dabit verba, quæ materialiter differant, & formaliter (*hoc eſt* in ſignificatione) coincidant.

Secunda demonſtratur clariſſimè, nam Moyſes v. gr. qui olim Hebraicè ſcripſit, labore & induſtriâ diverſorum Interpretum variis hodie linguis loquitur, & ſcribit univerſam prædiluviam hiſtoriam, & tamen licèt hebraicè dixerit, quòd ב אֱלֹהִים Elohim creaverit Cælum & Terram, & poſteà dicat Chaldaicè Elohoh, & Arabicè quòd Allá, Græcè quòd θεὸς, Latinè quòd Deus, Hiſpanicè quòd Dios, Germanicè quòd Gott, &c. idipſum fecerit, non eſt cenſendus ſibi contradicere, ſed eandem omninò rem alio modo (aliâ linguâ) proferre.

Tertia eſt manifeſta & univerſis nota; illam enim tradidit Ariſtoteles qui libr. 1. περὶ ἑρμηνείας cap. 1. ſic ſcribit. Ἔςι μὲν οὖν τὰ ἐν τῇ φωνῇ, τῶν ἐν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα: καὶ τὰ γραφόμενα, τῶν ἐν τῇ φωνῇ. *Quæ igitur ſunt in voce, ſunt notæ paſſionum, quæ ſunt in animâ; & quæ ſcribuntur, ſunt notæ eorum, quæ ſunt in voce.* [Et hîc obiter nota, non paucos nec inferioris ſubſellii Philoſophos in hujus Textûs intelligentiâ allucinari; non enim dicit Ariſtoteles, quòd verba ſignificent conceptus, & ſcripturæ verba, ſed vult tantummodò æquipollentiam explicare, nam ſicut in Linguâ Latinâ, *Enſis* & *Gladius* eandem rem ſignificare dicuntur, quin tamen una vox alteram ſignificet, ſic ſimiliter conceptus *Deus*, vox *Deus* & ſcriptura *Deus* eandem rem (nempe, ſupremum Numen) immediatè ſignificant, & inter ſe Analogiam & æquipollentiam obſervant.

Quarta à nemine negari poterit; nunquam enim Schola fuit *labii unius & ſermonum eorundem.* Aſcenderunt in Cathedras Scholarchæ diverſi, & eundem Ariſtotelem ex. gr. diverſis coloribus nobis repræſentarunt, & primo loco mihi recenſendus eſt Averroes, quem quia Ariſtotelis preſſit veſtigia, *Commentatorem* Peripatus appellat, quem illuſtriorem reddidere Chriſtiani, qui illi adhæſerunt, & Commentariis exornarunt, inter quos Joannes de Janduno eminere videtur; de illo apud Bonaventuram Baro in Scoti Monumento *part. 13. pag. 66.* hæc lego [Joannes de Janduno *Princeps Averroiſtarum*, quem Marcus Antonius Zimara ad Albertum Pium Carpenſium Principem impensè laudat, ab acumine in Dialecticâ, Philoſophiâ ac Theologiâ, atque etiam Græcarum literarum peritiâ.] Ariſtotelem alio modo intellexit D. Thomas; impugnat enim Averroem, qui illum vel invitum ad Platonem conabatur reducere. Et D. Thomæ Schola eſt hodie ubique in pretio, & in multis Academiis & Communitatibus ſub jure jurando obſervatur. Joanni Duns Scoto placuit eſſe Subtili, nam per formalitates decurrens, proſcriptâ Reali multarum Formarum diſtinctione per Formalem, quam *ex naturâ rei* appellat, denominationes omnes ſalvat. Ochamus, qui *Nominalium* Pater dicitur, non fuit primus, qui aperuit Expreſſivam Scholam, ſed qui illam promovit, & reſtituit ſuo jam tempore oblivioni mandatam: hic ingenioſè pleraque omnia exponit ad externa connotata recurrens.

De quatuor diverſis Scholis, quarum ſingulæ gloriantur ſe veram tradere, & exponere doctrinam *Ariſtotelis.*

Sed hîc ſtatim doceri volet Lector, in quânam ex iſtis quatuor Scholis, ut omittantur aliæ minùs claræ, verus ſit Ariſtoteles?

De oppido, in quo Homerus eſt natus.

Et mihi ante Reſponſionem occurrit ſimilis Controverſia de loco, in quo Homerus fuerit natus, quæ olim inter nonnullas Civitates in Græciâ gladio & ſanguine promovebatur. Proſtat apud Gellium libr. 3. cap. 11. iſtud antiquum diſtichon.

Ἑπτὰ ἐριδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου
Κύμη, Σμύρνα, Χίος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Septem Urbes certant de vatis origine Homeri,
Cume, Smyrna, Chius, Colophon, Pylus, Argus, Athenæ.

Ut illum ſibi vendicent, diverſæ Civitates etiam armis contendunt.

Quod Marcus Tullius Cicero pro Archiâ Poetâ declamans hoc Scholio dilucidat, *Homerum Colophonii ſuum eſſe civem dicunt, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant, &c. multi alii præterea pugnant inter ſe, atque contendunt.*

Et quia ſicut de Homeri natali loco in Græciâ multæ urbes, ſic de verâ Ariſtotelis intelligentiâ multæ Scholæ in Europâ decertant. Ciceronem imitatus ſic inquam. *Ariſtotelem Averroiſtæ ſuum eſſe Præceptorem atque Magiſtrum dicunt; Thomiſtæ illum ſuum vendicant; Scotiſtæ repetunt; Nominales verò ſuum eſſe confirmant; multaque alia minùs celebres Scholæ pugnant inter ſe atque contendunt.* Et quia ſicut Homerus, ſic etiam Ariſtoteles, qui de Poeticâ ſcripſit, in Parnaſſo apud Muſas eſt celeber, de hoc ipſo argumento ſic concinam.

*] *Scotia dicitur pro* ω.

** Theologi certant, & adhuc ſub Judice lis eſt,*
In quo ſit Lyceo verus Ariſtoteles.
Illi Averroes; illi ſubſcribere dicit
Scotus [*] *& Ochamus, Doctor & Angelicus,*

Pro-

Propoſuimus Quæſtionem, non decidimus. Dicimus igitur ſi reſpondere debeamus, Ariſtotelem diverſis temporibus & diverſis in libris diverſarum Scholarum Fundamenta jeciſſe; unde quidquid Scholiarchæ iſti velint, ſemper poterunt aliquo ejus teſtimonio firmare.

De Doctoribus Salmanticenſibus. An debeant eſſe pſrati omnium probabilium Scholarum propugnare ſententias?

QUINTA ex ſecundâ deducitur; ſicut enim ſibi non contradicit, qui cum Germanis germanicè loquitur, & cum Turcis Arabicè, ſic nec ſibi contradicere cenſendus eſt, qui in Scoti Gymnaſio loquitur Scotiſticè, & Thomiſticè in Angelici Præceptoris Scholâ. Et hoc quotidie proſpectamus Salmanticæ, nam ſicut Paulus omnibus erat omnia, gaudebat enim cum gaudentibus, & cum flentibus illachrymabatur; ita in Salmantino Gymnaſio debet Doctor ille, qui præſidet, eſſe omnia omnibus, & ſingulis ſingula, quoniam ſi ſit reſponſurus aliquis ex Societate, vel ex Patribus Sancti Franciſci, & Dominicanus ſit Doctor, qui præſideat, debet pro tempore diſputationis doctrinæ D. Thomæ obliviſci, & Jeſuitam vel Franciſcanum agere, adeoque ita loqui, ac ſi P. Molina, vel Scotus eſſet in illâ Cathedrâ. Nec ideo (& hoc ſpecialiter eſt obſervandum) aut ſibi contradicere, aut mutare ſententiam dici aut cenſeri poterit.

VEllem Secundò, ut dignareris legere Diſſertationem dudum inter P. Rodericum de Arriagâ, & P. Richardum Lynceum, doctiſſimos Viros inſtitutam, in quâ diſquiritur, & examinatur, Utrùm in ſaxo informi Cæſaris caput, aut quæcumque figura alia ſolida formaliter, an verò tantùm materialiter lateat? vel quod in idem recidit, utrùm in chartâ nigrâ omnes librorum Sacrorum, aut profanorum characteres, formaliter, an verò materialiter reperiri dicendi ſint? Lynceus enim oculis meâ opinione caligat, & Arriaga oculatiſſimè veritatem proſpectat; Cæſaris enim Caput, ut ut pro materiali ſaxi ſubſtantiam dicat, importat pro formali ſuperfluarum partium, quæ fuerunt exciſæ & amotæ, carentiam; quæ reverà carentia in rudi, & impolito marmore non reperitur. Et veniendo ad Paginam, in quâ vetus aliqui fuerint ſcripti, illi Characteres præter partes nigras, quas habent, conſtituuntur formaliter per illas partes albas, in quas nigredo non proreptat; ubi enim, nil præter nigredinem reperitur, non ſunt characteres, aut literæ, ſed quædam litura tantùm, vel ut hiſpanicè dicam *un borron*.

Hinc primò corrigendi ſunt Arithmetici, qui in Denario aſſerunt numeros univerſos includi. Corrigendi ſunt, inquam, quia quaternarius v.gr. formaliter in Denario non clauditur. Et hoc demonſtratur clariſſimè; non enim quaternarius eſt numerus, qui habet quatuor unitates, nam quatuor unitates etiam in quinario, & in majoribus numeris quibuſcumque reperio. Ergo quaternarius eſſentialiter conſideratus pro materiali dicit quatuor unitates & pro formali carentiam unitatis quintæ. Quaternarius igitur materialiter clauditur in denario. Quidquid enim ille materialiter dicit, in denario reperies. At ipſe Quaternarius formaliſſimè ſumptus non invenitur in denario, quoniam quintæ unitatis carentia, quæ formaliter quaternarium conſtituit, in denario non proſtat. Hæc eſt doctrina meâ ſententiâ clariſſima, nec ab illâ ſe ſubducunt Complutenſes, & alii Recentiores Philoſophi, cùm dicunt, Quaternarium numerum illum eſſe, in quo quarta eſt ultima unitas; ideò enim hæc eſt ultima, quia non datur quinta. Ergo ultimitas in unitate quartâ eſt quædam denominatio extrinſeca, quæ ab unitatis quintæ negatione deſumitur. Hinc ſecundò etiam Geometræ corrigi debent; non enim linea clauditur in definitione ſuperficiei, neque in definitione ſolidi ſuperficies. Linea enim pro materiali dicit longitudinem, & latitudinis carentiam pro formali; & Superficies dicit pro materiali longitudinem & latitudinem & carentiam profunditatis pro formali. In ſuperficiei autem eſſentiâ licèt elsudatur longitudo, non clauditur negatio latitudinis, atque adeò linea formaliter ſumpta non clauditur. Similiter in Geometrico corpore, tametſi longitudo, & latitudo reperiantur, quia non reperitur profunditatis carentia, non reperitur formaliſſima ratio ſuperficiei, ſed materialis tantummodò. Quamob rem, ſicut diviſio numeri, ſive quantitatis diſcretæ in Binarium, Ternarium, &c. non eſt immediata, ſic ſimiliter diviſio quantitatis continuæ in Lineam, Superficiem, & Solidum immediata non erit. Sed de hoc uberiùs in mei Pandectæ Mathematicâ Diſſertatione.

An numeri minores in numero majori includantur?

Quid dicat numerus pro Formali?

De Speciebus Quantitatis Continuæ. An una includatur in altera?

Hinc tertiò admonendi ſunt Theologi, qui in Eſſentiâ Divinâ aſſerunt Creaturas univerſas includi, ac propterea Deum eſſentiam ſuam intelligendo, in ipſâ & non in ipſis creaturas univerſas cognoſcere. Admonendi ſunt, inquam; Creaturæ enim formaliter ſumptæ non clauduntur in Eſſentiâ Divinâ. Ergo vel debent non cognoſci à Deo, vel debent in ſe ipſis cognoſci. Et hoc demonſtratur clariſſimè: quoniam anima rationalis, formaliter conſiderata non eſt ſubſtantia ſpiritualis, nam & Angelus eſt ſpiritualis ſubſtantia, & tamen eſt ab animâ humanâ toto Cælo diverſus. Ergo anima rationalis dicit pro materiali rationem ſubſtantiæ incorporeæ, & pro formali eſſe incompletam, imperfectè (hoc eſt diſcurrendo) intelligere: quam ob rem quidquid licèt illa pro materiali dicit, reperiatur in eſſentiâ Divinâ, imperfectiones autem, quas pro formali dicit, repugnant Deo. Ergo ſiquidem non ſunt in Eſſentiâ Divinâ, in illâ cognoſci non poſſunt.

Anima rationalis formaliter & materialiter conſiderata.

Dat iſti argumento manus P. Franciſcus Amicus *tom.* 1. *Theolog. diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 10. *pag.* 140. Supponit enim primò Deum cognoſcere Creaturas ſecundum rationes formales, quibus ipſæ conſtituuntur; inquit enim. [Suppono, Deum cognoſcere creaturas ſecundum eſſe participatum earum; quia cùm ſit agens liberum, debet diſtinctè præcognoſcere effectum, quem producit; ut enim poſſit effectum producere, debet illum per voluntatem determinare; ut autem poſſit voluntas effectum producendum determinare, debet illum diſtinctè præcognoſcere, cùm nequeat in incognitum ferri. Cognoſcit igitur Deus diſtinctè omnes Creaturas ſecundum eſſe participatum earum, cùm nulla ſit, quam producere non poſſit.] Hac doctrinâ tanquam certâ, & indubiâ præmiſſâ pergit, & ait [Eſt autem difficultas, quomodò Deus cognoſcat creaturas poſſibiles. Ratio difficultatis; quia nec illæ ſunt in Deo ſecundum eſſe proprium, nec in ſe ipſis, cùm antequam producantur, nihil in ſeipſis ſint; repugnat autem Deum cognoſcere cognitione propriâ & intuitivâ quod nullo modo eſt, neque in ſe, neque in alio. Cognitio enim propria, & intuitiva eſt, quam objectum per ſe ipſum immediatè terminat: non poteſt per ſe ipſum terminare immediatè,

quan-

quando nullo modo eſt. Nec ſufficit, quòd objectum ſit poſſibile, quia cognitio in actu poſtulat objectum in actu; quod ſolùm poteſt eſſe, actu non eſt: ergo non ſufficit ad cognitionem in actu, qualis [*] eſt divina.] Sic ille. Ergo ad mentem Amici inquam Ego. Deus Creaturas poſſibiles formaliter ſumptas non intelligit. Non enim illas in ſuâ eſſentiâ cognoſcit, nec illas, ut ipſe ait, in ſe ipſis proſpectat. At replicat dari tertium cognoſcendi modum, quem debemus doceri. Sic enim *num.* 19. ſtatuit. [Quartus & verior modus eſt, Deum cognoſcere creaturas poſſibiles in ſuâ cognitione, ut in ſpecie diſtinctè exprimente omnia ſecundum proprium eſſe ſingulorum, quod habet divina cognitio, quâ proximè determinatur à propriâ eſſentiâ, non ut causâ, ſed ut ſpecie intelligibili creaturarum.]

*] *Hinc poſſet aliquis inferre objectum intellectionis exiſtentis eſſe debere exiſtens, adeoq; cognoſci non poſſe Ens poſſibile.*

An Deus Creaturas poſſibiles in ſua cognitione cognoſcat?

Iſta autem Amici reſponſio ſupponit falſa, & ſi fortè admittatur, non ſufficiet ut defendatur Deum non cognoſcere Creaturas in ſe ipſis. Dico falſa ſupponere; ſupponit enim inter purum nihil & Ens actu exiſtens (hoc eſt inter **Non-ſans** & **Sens**) non dari medium; cùm tamen interſit **Sans** (habens eſſe quiditativum) quod in hoc Libro ſpecialiter perſuadere conamur. Addo doctrinam de Speciebus Intentionalibus, quam etiam hic Amicus ſupponit, eſſe ingenioſam quandam fabulam protruſam à Philoſopho, & à Peripateticis propter ipſum ſine examine admiſſam. Sed condonemus Amico omnia, quæ ſuppoſuerat eſſe vera; infero Ego, *Ergo Deus cognoſcit in ſe ipſis Creaturas formaliter ſumptas.* Probo conſequentiam. Similitudo eſt quædam Relatio. At, qui cognoſcit relationem, ut ſcire ab Scoto docemur, cognoſcit terminum relationis. Ergo Deus, ſi ſuam cognitionem cognoſcit, & iſta eſt ſimilitudo ſeu ſpecies repræſentativa creaturarum, cognoſcit hujus Intellectionis terminum, qui terminus non eſt ipſa cognitio, ſed aliquid ab ipſâ cognitione diſtinctum. [Nam cognitio dicit perfectionem infinitam; creaturæ autem, quæ ſunt hujus cognitionis terminus, limitatam & finitam important.] Ergo licèt concedatur Amico quidquid falsò ſupponit, adhuc manet, Deum cognoſcere Creaturas in ſemetipſis.

Utrùm inter purè Nihil & rem exiſtentem detur medium?

An ſpecies intentionales veniant neceſſariò admittendæ?

Omnis ſimilitudo eſt Relatio.

In cognitione Creaturarum debemus objectum cognitionis ab ipſamet cognitione diſtinguere.

VELLEITAS III.

Veterum Thomiſtarum opinio proponitur & impugnatur.

Vellem Tertiò, Lector Optime, mihi adeſſe hîc & nunc aliquem ex Thomiſtis Antiquis, qui Angelici Doctoris mente nondum bene exploratâ ex uno latere dicebant, Creaturas poſſibiles eſſe purum nihil antequam producerentur; adeoque non poſſe à Deo cognoſci in ſemetipſis; & ex alio latere aſſerebant Eſſentiam realiter à propriâ Exiſtentiâ diſtingui, quæ duo nullo modo poſſunt componi. Quoniam loquendo univerſaliter Forma Subſtantialis, aut quæcunque alia ſubſtantia ſecundum quiditatem ſuam conſiderata vel eſt aliquid, vel purum nihil: [non enim ut in ipſorum ſententiâ inter hæc duo extrema datur medium.] Sanè ſi forma ſubſtantialis ſine exiſtentiâ conſiderata eſt purum nihil, non poteſt informare materiam, nec conſtituere Subſtantiale Compoſitum. Sed nec poterit exiſtentiam recipere, quod enim nihil omninò eſt, & ſine exiſtentiâ eſt unum nihil non exiſtens, minimè poterit additâ exiſtentiâ eſſe quidpiam exiſtens. Prætereà, ſi eadem Forma ſecundū ſe conſiderata & ab exiſtentiâ præciſa eſſe dicatur aliquid; erit aliquid reverà exiſtens, quoniam ut ipſi ſtatuunt, quidquid non exiſtit, non eſt aliquid. Ergo illa forma, ut in rerum naturâ exiſtat, non indigebit aliquâ exiſtentiâ ſuperadditâ, ſed per ſe ipſam exiſtet. Prætereà loquendo magis in particulari, ſi in Angelo v. gr. eſſentia realiter diſtinguitur ab exiſtentiâ, inſtrui & doceri vellem, quid ſit illa eſſentia, ſi à me intelligatur à ſuâ exiſtentiâ præciſa: An ſit purum nihil; hoc enim dici nequit, nam Exiſtentia Angelo, ſtando Thomiſtarum ſententiæ, non dat prædicata eſſentialia, non dat eſſe quiditativum, ſed tantummodò dat eſſe exiſtentiale. Ergo illa prædicata eſſentialia, quæ præciſus ab exiſtentiâ dicit Angelus, ſunt aliquid, & tamen non ſunt aliquid **Sens** (exiſtens) ſed ſunt aliquid in alio eſſendi genere, nempe in genere **Sandi** (habendi eſſe quiditativum.) Et quia hoc ipſum **Sare** non habet Angelus à ſe, ſed à *Deo*, dicendus eſt Deus ſuo Infinito intellectu, Angelos poſſibiles **Samere** (nempe dare illis eſſentiam & prædicata quiditativa, quæ habent.) Et poſteà accedente Divinæ Voluntatis electione & decreto dicendus eſt Deus ex illis poſſibilibus Angelis quos elegit **Semere** (hoc eſt, dare exiſtentiam, quibus voluit.)

Qui eſſentiam ab exiſtentia diſtinguit, debet **Sare** à **Sere** (eſſe quiditativum ab exiſtentiali) neceſſariò ſecernere: & conſequenter dicere Deum cognoſcere creaturas in ſemetipſis.

Quid Exiſtentia det & ſuperaddat eſſentiæ, cui ſupervenit?

An Deus Creaturis poſſibilibus det illud eſſe poſſibile, quod habent?

VELLEITAS IV.

De diſtinctione ex natura rei. An ſemper purè formalis ſit? An coincidat aliquando cum reali?

Vellem Quartò diſcere, à Novitiis Scotiſtis, Cur non eſſentia realiter ab exiſtentiâ diſtinguatur? diſtinctio enim illa, quam Scotus nominat *ex naturâ rei*, latè patet, aut etiam æquivocè accipitur, & videretur hîc neceſſariò coincidere cum reali. Vel attende: Deus Angelum poſſibilem intelligendo, dat ipſi ut loquitur Scotus, quoddam eſſe diminutum. Et hoc eſt verum: nam intelligendo illum Deus, illum **Samit** (hoc eſt, illi dat eſſe quiditativum) Hoc *eſſe* ſive diminutum ſive quiditativum ſive **Sans** nominetur, eſt quoad ſpeciem, & numerum illud ipſiſſimum *Eſſe*, quod habet Angelus, quando exiſtit. Sed illud *eſſe*, antequam Angelus exiſteret, carebat exiſtentiâ: cùm autem Angelus exiſtit, exiſtentiâ non caret. Ergo eſſe diminutum, [*] eſſe quiditativum, nempe **Sans** realiter diſtinguitur ab exiſtentiâ.

*] *Nullius manifeſti erroris incriminabitur, qui dicat, Aerem ex tenebroſo ad clarum per lucis receptionem tranſire & Analogia ſervata Creaturam per receptionem exiſtentiæ ex poſſibili in exiſtentem promoveri.*

VELLEITAS V.

De Forma Corporeitatis. An à Thomiſtis debeat afferi, & ab Scotiſtis negari?

Vellem Quintò doceri; Cur Corporeitatis Forma negetur à Thomiſtis, & ab Scotiſtis aſſeratur? Putarem enim Scholarchas (Angelicum & Subtilem Doctorem) aliter ſtatuere; cùm enim D. Thomas Scholam Realem aperiat, & Formalem Scotus, videretur ille prior in Prædicamento Subſtantiæ per Formas Reales differentias conſtitutivas ſubalternarum ſpecierum poſſe aut debere exponere; & videretur hic poſterior, ſiquidem præſidet in Scholâ Formali non debere ad realitates recurrere, cùm poſſit rem eandem per Formalitates exponere. Nec eſt, cur Philoſophi Reales velint ab Animâ rationali pro negandâ formâ Corporeitatis argumentum deſumere, hinc enim potiùs contra illos argumentantur Adverſarii; indiget enim congruâ reſponſione hæc objectio. [Ideò anima rationalis D. Thomæ opinione eſt forma corporis, & formaliter conſtituit gradum Corporis in Prædicamento Subſtantiæ, quia tametſi

Realem Scholam Præceptor profitetur Angelicus & Subtilis formalem.

Digitized by Google

metſi ſit ſpiritualis *ut quod*, eſt corporea & materialis *ut quo*. Ergo poſſibilis erit alia forma, quæ ſit materialis *ut quod* & Spiritualis *ut quo*, per quam conſtitui poſſit Angelus: ſi non iſte qui exiſtit, aliquis alius qui ſit verè poſſibilis. Sed hæc ſecunda Forma (materialis *ut quod*, & ſpiritualis *ut quo*) repugnare videtur. Ergo illa forma prior (ſpiritualis *ut quod*, & materialis *ut quo*) cenſenda eſt repugnare ſimiliter.]

Vellem Sextò auſcultari aut audiri ab illis Scriptoribus, qui exiſtimant ſenſiſſe D. Thomam potuiſſe Deum mundum ab æterno producere. Omnia enim teſtimonia, quæ pro affirmativâ adduci ſolent, vel ſunt purè conditionata; explicant enim, quid eſſet, ſi Mundus fuiſſet ab æterno productus: aut agunt de Æternitate Syncategorematicâ (non ita ante quin priùs) adeoque non evincunt potuiſſe Mundum exiſtere ab æterno ſumptâ æternitate ſimpliciter & categorematicè. Moveor, ut ſic diſcurram, argumento, quo utuntur communiter Thomiſtæ contra opinationem Ariſtotelis: illud enim ſicut perſuadet Mundum non fuiſſe de facto ab æterno, eodem prorſus modo evincit Mundum eſſe non potuiſſe ab æterno. Argumentum, de quo loquor, eſt hoc. [Si mundus fuiſſet ab æterno, jam præceſſiſſent in illo generationes hominum categorematicè & ſimpliciter innumerabiles. Ergo iſti innumerabiles & infiniti homines habuerunt animas innumerabiles & infinitas. Inquiro ergo, quid factum ſit de iſtis Animabus? Perſtant enim aut non: ſi perſtant, datur in actu multitudo infinita ſimpliciter & categorematicè, quod negat Ariſtoteles & Peripatetici univerſi cum ipſo: Si non perſtant, Animæ hominum mortales ſunt, quod fuiſſe creditum ab Ariſtotele Peripatetici Chriſtiani non libenter admittunt.]

An Ariſtoteles cognoverit immortalitatem Animarum?

Hoc Argumentum omnium ſententiâ deſtituitur reſponſione opportunâ, & Ego ex illo probo D. Thomam non aſſerere, Mundum potuiſſe ab æterno produci, ſi Æternitatis nomine non ſyncategorematicam & Indefinitam, ſed Categorematicam & ſimplicem intelligamus; quia nemo negare poterit Divum Thomam aſſerere, Humanas Animas eſſe immortales. Id enim Fides orthodoxa nos docet, & ſæpe in ſuis ſcriptis id Angelicus Præceptor teſtatur, & in Empyreo modò Gloriæ lumine beatificatus experitur. Sed nemo negare poterit ſecundum D. Thomam multitudinem ſimpliciter infinitam impoſſibilem eſſe; hoc enim expreſsè 1. *part. qu.* 7. *art.* 4. necnon variis in locis profitetur. Hinc autem infero, *Mundus igitur produci ab æterno non potuit*: nam ſi ab æterno fuiſſet ille productus, eſſet hodie Animarum rationalium actu exiſtentium multitudo Infinita, quam impoſſibilem eſſe ſupponimus. Atqui illud eſt impoſſibile Antecedens, ex quo ſequitur Conſequens impoſſibile. Sed ex hoc *Mundus potuit eſſe ab æterno* ſequitur, ut videbamus Conſequens impoſſibile, illud igitur etiam eſt impoſſibile.

Et hæ ſunt, Amice Lector, Velleitates, in quibus patet, non quid volo & dico, ſed quid vellem & dicerem, ſi mihi uni relictus à nullâ autoritate extrinſecùs determinaret. Si interim reſcire volueris, quid impræſentiarùm ſentiam de his & aliis ſubtiliſſimis difficultatibus, perge ulteriùs, Diſſertationeſque ſubſequentes interlege.

Quod ſit impræſentiarùm Authoris Placitum vel opinio?

Dialectum Metaphyſicam eſſe neceſſariam fateris; linguæ enim communes habent verba, quæ defluant per tempora Politicis nota, non autem per Philoſophicas conſiderationes, quæ ſuperant captum civilem; verùm enim verò doceri vis, cur Metaphyſica Dialectus fuerit ex Idiomate Latino deſumpta, & an potuerit ex Græco aut Hebraico deſumi. Duo interrogas, & breviter

Reſpondeo ad Primum, non debere fieri per inſolentia & minùs nota, quæ poſſumus per media nobis nota & familiaria, quibus uti ſolemus. Cùm autem Latinum Idioma ſit hodie in Europâ commune, & à Philoſophis omnibus intelligatur, operæ pretium fuit ad illud, & non ad aliud elimare Dialectum Metaphyſicam.

Reſpondeo ad ſecundum, nullam viam inviam eſſe humano labori & induſtriæ; poſſeque reformari Græcum & Hebraicum Idioma, ut Philoſophis ſerviat. Et, ut videas, quid in alterutro prodeſſe etiamnum poſſit, Notas ſubſequentes ſcribo.

NOTA I.

De Primo Nomenclatore. *Quiſnam fuerit ille, qui omnium primus vocabula & dictiones invenerit?*

TAM eſt difficilis vocum articulatio, & vocabulorum impoſitio, ut multæ Regiones etiamnum nullas voces ſcribant, & non paucæ illas hodie ſatis inconcinnè pronuncient. Hanc difficultatem perpendentes olim Priſci Philoſophi literas eſſe Deorum Inventum crediderunt; earumque in combinatione Artificium vires humani ingenii ſuperare. Videtur veritatem hanc percepiſſe Philoſophus, qui ob ſublimium veritatum notitiam paſſim *Divinus* appellatur; qui fortè legerat caput II. Geneſeos; de illo enim Dn. Iſidorus Clarius ex Monacho Benedictino Epiſcopus Fulginatenſis in prædicti capitis commentario ſic ſcribit. *Opinor ex hoc loco Platonem veniſſe in eam opinionem, ut diceret in libro de rectâ nominum ratione, videri ſibi eam naturam, quæ rebus nomina impoſuerit, celſiorem fuiſſe hac humanâ. Nam cùm indidit Adam animantibus nomina, nondum legitur fuiſſe à ſuâ præſtantiâ lapſus. Impoſitio autem nominum ſignificat, & quòd Adam naturas animantium perfectè calluerit, nam id demum aut potius id ſolum proprium cujuſque rei nomen eſt, quod il-*

Americani ante Hiſpanorum adventum nullas literas ſcribebant.

An voces invenerit Adam? Verùm ad illarum inventionem ſpeciali Dei illuminatione indiguerit.

Sententia Platonis proponitur.

Digitized by Google

lius naturam exprimis; & quòd ipſa animalia hominis imperio ſubjecta eſſent. Etenim imponere ſolemus nomina iis, quæ juris ſunt noſtri. Textus autem, ad quem hæc verba teferuntur, eſt hic. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Omne enim, quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus. Appellavitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & univerſa volatilia cæli, & omnes beſtias terræ.* Primus igitur Nomenclator Adamus fuit divinitùs illuminatus,

Subjicitur Veritas Orthodoxa.

NOTA II.

De Linguâ Hebraicâ. *Utrùm in ipſâ Verbum Subſtantivum ſit capax, ut omnes Metaphyſicas eſſendi differentias exponat?*

De nominibus *Vox* & *Conjugatio*. Quo modò inter ſe diſtinguantur?

NOmina *Vox* & *Conjugatio* differunt in Linguâ Latinâ: *Vox* enim Actionis & Paſſionis differentiam, quæ in uno & eodem verbo reperitur, ſignificat: *Conjugatio* verò in Linguâ Latinâ verba per quatuor claſſes differentes diſtribuit, & ita ea diſcernit, ut pauca ſint; quæ per binas conjugationes decurrant.

Verùm Verba Hebraica unicam tantùm Conjugationē, & in ea octo voces diverſas habeant?

Hebraica Lingua octo paſſim dicitur habere Conjugationes; ſed ſi ſtemus Latinæ acceptioni vocabuli, unicam tantùm habent Conjugationem verba Hebræa, quæ per octo diverſas voces ingenioſè decurrit. Prima eſt PAHAL, quæ *levis* dicitur, & habet verba Intranſitiva & Tranſitiva. Secunda eſt NIPHAL, quæ eſt primæ paſſiva. Tertia eſt PIHEL, quæ *gravis* aut *fortis* vocatur, & comitatur vocem quartam, quæ eſt Paſſiva, & nominatur PUHAL. Quinta eſt POHEL, quæ cenſetur mediæ vel ambiguæ ſignificationis, & non eſt ita in uſu, nam rarò occurrit occaſio, in quâ ſit neceſſaria. Sexta eſt HIPHAL, quæ inſinuare videtur fuiſſe ab Adamo notam & admiſſam de Phyſicâ præmotione doctrinam; vox enim iſta ſonat *facere, ut operetur alius*: Paſſiva, quæ illi correſpondet, & eſt Septima in ordine, & vocatur HOPHAL. Octava & ultima eſt HITHPAHEL, quæ in ſeipſam reflectitur, & Actionis Immanentiam importat. His poſitis

Hæ voces proponuntur, & explicantur.

Dico Primò, *Hebraicum ſub initium Idioma civilibus rebus ſerviviſſe.* Quidquid enim de Adamo & hominibus, qui ante diluvium vixerunt & floruerunt, ſit, Moyſes, cujus libri alios antiquiores non habent, hiſtoriam ſcripſit & leges, & non voluit nec debuit diſcurrere per Metaphyſicas ſubtilitates.

An Lingua Hebraica propter Philoſophos inventa fuerit?

Dico Secundò, *idem Idioma Hebraicum ſervire Metaphyſicis poſſe, & quinque eſſendi differentias clariſſimè diſtinguere & dilucidare.* Et id certiſſimè ſuaderi poterit, ſi per ſingulas voces diſcurramus; prima enim, quæ eſt PAHAL, & *levis* dicitur, dat HAVAH, quæ intranſitivè eſt habere eſſe quiditativum, ſive prædicata eſſentialia: & tranſitivè eſt tale eſſe, aut talia prædicata dare & communicare. Secunda eſt NIVAH, quæ eſt præcedentis paſſiva, & importat tale eſſe, aut talia prædicata recipere. Tertiæ voci, quæ eſt PIHAL, correſpondet HIVEH, quæ intranſitivè ſignificare poteſt, habere exiſtentiam, ſive eſſe exiſtentiale: & tranſitivè dare alicui rei tale eſſe, ſive quod idem eſt, producere ſeu propagare. Quarta eſt paſſiva, quæ præcedenti correſpondet & proferunt HUVAH, & recipere exiſtentiam vel produci ſignificat. Primæ & Tertiæ vocis ſignificationem nomen Dei JEHOVA à Rabbinis importare cenſetur; illud enim *Eſſentiatorem* aut etiam *Exiſtentiatorem* vertunt, ut Joannes Alſtedius in Radicibus Linguæ Hebraicæ teſtatur. Quinta, quæ eſt POHAL, & in verbo Subſtantivo eſt HOVEH, ſicut in aliis verbis, potuiſſet nunc ſine reprehenſione intermitti, at placuit eam ſubjungere à Sancte Pagnino, necnon à Joanne Mercero, Antonio Cevallerio, & R. Cornelio Bertramo, qui ejus Linguæ Sanctæ Theſaurum recognoverunt, & Scholia opportuna interſerendo illuſtrarunt, admonito; ſcribunt enim. [Proverb. 19. 13. הות *Contritiones patri ſuo filius ſtultus.* Et poteſt, inquit R. Dav. eſſe ex hac radice & ſignificatione illud Pſalm. 62. 4. *Uſquequo cogitabitis* (vel ageritis) *prava contra virum* (vel nam quemque?) LXX. *Uſquequo irruitis in hominem?* Hieron. *Inſidiamini contra virum?* R. Himmanuel, *Prolongabitis linguam veſtram?* R. Menachem, *venietis?* Targhum, *tumultuatis?* Et eſt verbum ex conjugatione POHEL.] Sexta vox eſt HIPHAL, in quâ verbum Subſtantivum dare deberet duo HIHVAH, ſignificaretque *facere, quòd alius producat*: Et in paſſivâ, quæ eſt HOPHAL (impræſentiarum HOHVAH) quæ *determinari ad producendum aliquid* ſignificaret. Utriuſque uſus eſſe poſſet in Actionis & Paſſionis Prædicamentis; creata enim agentia à primâ Causâ prædeterminata operantur: & paſſa omnia formas cum dependentiâ ab Agente recipiunt. Supereſt, ut octava aut ultima vox interpretetur, quoniam paradigmati HITHPAHAL reſpondet in Verbo Subſtantivo HITHHAVEN, & importat eſſe ſecundum ſe, hoc eſt, eſſe à ſe ipſo: quæ vox, ſi rectè intelligatur, ſolummodò poteſt dici de Deo. Quarta eſſendi differentia, quæ erat *eſſe ſub*, vel *ſubeſſe*, vel quod idem eſt, *ſubſtare* exprimi etiam hebraicè poſſet additâ literâ ſervili ב in initio ſubſequentis dictionis, in quam ſuum officium verbum ſubſtantivum exercet. Supereſt adhuc quinta illa eſſendi differentia, quæ in Metaphyſico carmine à nobis ſyncategoremate *unquam* ſignificatur, quæ importat tempus indefinitum (ἀόριστον, Græcè) & in ſingulis verbis apud Hebræos reperitur; tempus enim, quod vocatur BENONI, potiùs eſt Participium quàm Verbum, & quia jam cum Præterito & jam cum Futuro conſtruitur, dicendum eſt importare abſtractiſſimam ſignificationem, nimirùm à præterito, præſenti & futuro præciſam.

An ita attemperari & reformari poſſit, ut Metaphyſicas eſſendi differentias exprimat?

Verùm vox POHEL abundat in Idiomate Hebræo?

N. B. Hic verbum Subſtantivum ſumitur per antiphraſin, & in rigore intranſitivè ſignificare debet *non eſſe*, & tranſitivè *adnihilari*.

De Prædeterminatione Phyſica. Quomodo in actionibus & paſſionibus rerum creatarum inveniatur?

Eſſe Dei ab *eſſe creaturarum* differt.

De differentia eſſendi, quæ vocatur *ſubeſſe*.

De tempore Indefinito. Verùm in Lingua Hebraica reperiatur?

De BENONI ſignificatione.

NOTA III.

De Linguâ Græcâ. *Utrùm in illâ, ſi Verba Subſtantiva oculatiſſimè conſiderentur, præ ſe ferant quinque differentias eſſendi?*

Quinam fuerint primi in Europa Philoſophi?

GLoriantur Græci, & præcipuè Athenienſes ſe fuiſſe primos, apud quos in incunabulis fuerit Philoſophia, quæ doctè nequidem balbutire poſſet, ſi non haberet opportuna vocabula, aut conformare ſcire in caſu alicujus gravis neceſſitatis. Ergo diſcurramus paulatim.

Google

οὐσία ſignificat *eſſe quiditativum.*

Eſſe quiditativum, quod prædicatis eſſentialibus repræſentatur, ſignificat in linguâ Græcâ nomen οὐσία, unde poſſunt verba convenienter deduci, ſicuti οὐσιόω, *eſſentiam do, eſſentiam facio:* paſs. οὐσιῶσθαι quod dicitur *ſubſtantiari, ſubſtantiam fieri.* Gregorius. Ita Joannes Scapula verb. *εἰμι.*

ὑπάρχω *eſt exiſto.*

Secundam eſſendi differentiam verbum ὑπάρχω exhibet, quoniam intranſitivè eſt *ſum aut exiſto.* Ariſtoteles *de part. Animal libr.* 1. πολλὰ κοινὰ πολλοῖς ὑπάρχει τῶν ζώων. Et Poll.§. ὑπάρχει μῖσος τοῖς τυράννοις, *in tyrannos odium exiſtit.* Activè *do exiſtentiam* ſonat, vel, ut alii loquuntur, *do initium,* ut Andoc. ὁ ὑπῆρξαν τὸ ἐλευθερίας ἅπασι τῇ Ἑλλάδι.

Αὐτοῶν *nomen Dei.*

Tertia differentia, quæ Deum ob oculos noſtros proponit, participio αὐτοῶν ſignificatur; eſt enim Deus ens à ſe, neceſſariò exiſtens, à nullo alio ante eſſe quiditativum aut exiſtentiale participans. Iſti nomini αὐτοῶντι Hebraicum יהוה correſpondere Joannes Alſtedius paulò ante citatus aſſeverat his verbis. *Hinc vocem* יהוה *quidam vertunt* αὐτοῶν, *alii* eſſentiator, *alii* exiſtentiator. Profectò vox Jᴇᴏᴠᴀ aut etiam αὐτοῶν cùm æternitatem involvat, omnia tempora includit. Et huc aſſerente Pagnino reſpiciebat Chriſtus, cùm Joann. 18.5. dixit, ἐγώ εἰμι *Ego ſum*, Hebraicè, ut vertit Joannes Baptiſta Jonas Eɴɪ Hᴏᴠᴇ, pro quo in Dialecto Metaphyſicâ diceretur **Ego ſym**, unde colliges Latinum, Hebræum, Græcumque quid debeat dici, inſinuaſſe, ſe non habuiſſe verba ſufficientia quibus exprimerent quod ſignificat vocula **Sym**.

An ὑπάρχω *ſit ſubſum?*

Verbum ὑπάρχω, quod in ſecundâ eſſendi differentiâ poſuimus, & ſtando acceptioni communi exiſtere quomodocumque importat ſi ratio habeatur compoſitionis, ſpectabit ad quartam; ὑπὸ enim eſt idem, ac *ſub*, adeoque ὑπάρχω in rigore loquendo, erit *ſubſum, ſubſto, ſubjaceo.*

De tempore Indefinito. Illud in verbis Græcis reperitur. An ſicut à præterito, ſic à futuro debeat abſtrahi?

Ultimam (ſeu Quintam) differentiam eſſendi, reperiri apud Græcos nemo negare poterit qui vel leviter horum linguâ ſit tinctus; in illâ enim ponũtur tempora indefinita, quæ ἀόριστα appellantur à Criticis, & à Græcis in ſingulis modis formantur. Laxari nihilominùs deſiderarem in præſenti Criticorum habenas: ipſi enim plerumque ἀορίστους χρόνους à præteritis abſtrahunt & noſtra Metaphyſica Dialectus poſtulat, ut illa à præteritis, præſentibus, futuriſque præſcindantur.

NOTA IV.

De S. Dionyſio Areopagitâ. *An ipſe in ſuis ſcriptis has eſſendi differentias expreſſerit?*

Quid fuerit in Græcia Areopagus?

Qualis in eo fuerit Dionyſius?

Utrùm in Lingua Græca Dialectum novam invenerit?

ERAT Athenis Areopagus quoddam Conciſtorium ſupremum, in quo præcipuè cauſæ, quæ religionem concernebant, agebantur, & expediebantur. Patres conſcripti in ipſo ex nobiliſſimis, modeſtiſſimis & doctiſſimis Viris deligi & aſſumi debebant. Unde colliges S. Dionyſium ſiquidem erat in illo Conciſtorio Senator, nobiliſſimum, modeſtiſſimum, & doctiſſimum fuiſſe. Invenit novam Dialectũ in Idiomate antiquo, & voces ſimplices intexens, & componens perorvavit doctiſſimè: &, ſi fuiſſet meis Ideis præventus, multa expoſuiſſet clariùs, quæ defectu terminorum non potuit.

Rom. 4.17.

Deus æquè intelligit non exiſtentia ac exiſtentia.

Ipſe itaque *cap. 5. de Divinis Nominibus* expoſiturus verba illa Pauli ἐπίστευσε θεῷ. &c. καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, hoc eſt, ut vertit Vulgatus, *credidiſti Deum,* &c. (*qui*) *vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt;* vel, ut interpretatur Arias, *credidit Deum,* &c. *vocantem non exiſtentia, ut exiſtentia:* per multas lineas ingenioſè diffunditur, qui preſſiùs, & breviùs potuiſſet mentem Pauli exponere, ſi aut noſtrâ Dialecto, aut aliâ ſimili voluiſset uti. Ibi enim vocare, eſt intelligere, & cognoſcere juxtà illud Pſalmi, *qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Et quia opinione Dionyſii, ut inferiùs videbimus, verum latiùs patet quàm Ens, verba ego Apoſtoli ad Dionyſii mentem ſic interpretor. *Credidit ei* (Deo) *qui intelligit, cognoſcitque veritates* **ſantes** (*verum habentium eſſe quiditativum, & non habentium exiſtentiale*) *eodem prorſus modo, ac veritates* **ſentes** (*hoc eſt, verum, quæ exiſtunt.*)

Pſalm. 146.4. Vocare in Sacra Pagina eſt intelligere. Utrùm ne Ens, an potiùs Verum ſit ſupremum prædicatum in Syſtemate Categoriarum?

Quid *emanationis* nomine intelligi velit Dionyſius?

Sed quia Vir oculatiſſimus ſciebat eſſentias rerum creatarum emanare ab eſſentiâ Divinâ, & res exiſtentes ab omnipotẽtiâ produci, multa de emanationibus dixit loco citato, *in Cæleſt. Hierarch. cap* 14. Deum αἰτίαν οὐσιοποιὸν *cauſam eſſentiatricem,* nempe quæ rebus ipſas eſſentias & prædicata quiditativa communicat ſapientiſſimè appellat; & indè verbum paſſivum οὐσιῶσθαι, quiditatem, aut eſſentiam recipere, *in Myſt. Theol. cap.* 3. deducit. Nos in novâ Dialecto ſub ipſiſſimâ ſignificatione illum **ſamentem** dicimus, & Creaturas, quæ ab ipſo **ſamuntur**, vocamus **ſamptas**.

Deus eſt eſſentiator, hoc eſt, in noſtra Dialecto **Sameno**.

Αὐτοζωὴ *Per ſe vita.*

Et, Divinum eſſe, quod infinitum, & æternum eſt, per aſſeitatem conſtituitur, *de Divinis Nominibus cap* 2. §. 8. Αὐτοζωὴν nuncupat, ut inſinuet omnia in Deo eſſe vitam, Deumque à ſe ipſo vivere, vitamque à nemine participare. Nec contra hoc, militat nomen Αὐτομετοχὴ quod eſt *Per ſe participatio, & de Divin. nomin. cap.* 5. §. 5. legitur, ibi enim participatio paſſivè ſumitur, non enim Deus à ſe habet, quòd aliquam ab alio perfectionem participet, ſed à ſe habet, quòd ſuæ naturæ perfectiones à Creaturis congruo, & opportuno modo participentur. Et hoc ipſum ſignificare voluit ibid. §. 1. cùm Deum Αὐτοϋπερούσιον hoc eſt, *Per ſe exiſtentem ſupra omnes quiditates & eſſentias* appellat, quoniam omnes inferiores perfectiones à Divinâ, velut à ſupremâ derivantur.

Αὐτομετοχὴ *Per ſe participatio.* Paſſivè ſumitur, cùm ſignificat Deũ.

Deus eſt αὐτοϋπερούσιος.

An Bonum ſupra Ens in Syſtemate ſit conſtituendum?

Quia ſupra Ens, ut vidiſti, conſtituerat Verum; nam oculatiſſimus erat, & eadem ratio, quæ demonſtrabat Verum ſupra ens collocari debere, perſuadebat ſimiliter Bonum debere apud Verùm conſtitui [nam ſicut Entia, & Non Entia intelliguntur ſic etiã amãtur, diligunturq;] & hanc ob rẽ *lib. de Divin. nom. c.* 3. *nu.* 1. ſic ſcribit Καὶ πρώτην, εἰ δοκεῖ, τὴν παντελῆ, καὶ τῶν ὅλων τοῦ θεοῦ προόδων ἐκφαντορικὴν ἀγαθωνυμίαν ἐπισκεψώμεθα, τὴν ἀγαθαρχικὴν καὶ ὑπεράγαθον ἐπικαλεσάμενοι Τριάδα, &c. *Ac primum, ſi videtur perfectum, & quod omnes Dei emanationes manifeſtat, boni nomen expendimus, invocatâ Trinitate, quæ boni principium eſt.* Et iterum cap. 5. quod paulò ante citavimus, §. 1. ſic ait. Μέλιτεος γὰρ νῦν ἐπὶ τοῦ ὄντως οὖσαν, τοῦ ὄντως ὄντος θεολογικὴν οὐ-

σιω-

Digitized by Google

σιωνυμίαν. &c. Καὶ γὰρ ἡ τἀγαθοῦ θεωνυμία τὰς ὅλας τοῦ πάντων αἰτίου προόδους ἐκφαίνουσα, καὶ εἰς τὰ ὄντα, καὶ εἰς τὰ οὐκ ὄντα ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ τὰ ὄντα καὶ ὑπὲρ τὰ οὐκ ὄντα ἐστίν. *Modò tranſeundum eſt ad Theologicum nomen entis verè exiſtentis, &c. Siquidem nomen boni de Deo declarat omnes emanationes naturæ omnium, & porrigitur hæc nominatio Dei à bono tùm ad ea, quæ ſūt, tùm ad ea quæ non ſunt, eſtque ſupra ea, quæ ſunt, & ſupra ea, quæ non ſunt.* Mulra S. Pater paucis verbis me docet, multa brevi tempore addiſco; & primò recognoſcendo teſtimonium poſterius, evidenter percipio Dionyſium duplex eſſendi modum cognoviſſe, & caruiſſe opportunis vocabulis, ut illud expreſsè diſtingueret, τοῦ ὄντως, & τοῦ ὄντος ſcripſit, & Antiquus Interpres mentem ejus viſus eſt percallere, ſic enim tranſtulit, *Modò tranſeundum eſt ad theologicum nomen entis verè exiſtentis.* Teſtatur ergo Authorem, quem vertit in Linguam Latinā eſſe quiditativum ab eſſe exiſtentiæ (hoc eſt, **ſare** à **ſere**) ſecernere. Sed & ipſe Dionyſius nam videbat Idioma Græcum non habere ſufficientia vocabula, quibus has duas differentias exponat, auſus eſt novum nomen fingere, ut alteram ab alterâ poſſet diſtinguere. Quoniam verbum εἰμί in participio generis neutrius dat τὸ ὄν τοῦ ὄντος, & hoc ipſe participium retinuit, & invenit alterum ignotum Philoſophis cæteris, nempe τὸ ὤν. τοῦ ὤντος, in quorum diſtinctione, ſicut veritatem in genere cognovit Interpres, illam in ſpecie non tetigit; dixit enim, *Modò tranſeundum eſt ad nomen entis verè exiſtentis*, pro quo ego vertiſsem, *Modò tranſeundum eſt ad nomen exiſtentis verè entis*, nam cùm plus ſit **ſere**, quàm **ſare** (habere exiſtentiam, quàm habere eſsentiam) meâ opinione. Dionyſius illud quod plus eſt per ω; illud, quod minus eſt per ο ſignificavit.

Emanationum nomine utrũq; creaturarum Eſſe intelligit, (nempe **Sare** & **Sere**) à Divina eſſentia dimanare.

An Dionyſium defecerint nomina, quibus ſuam mentem poſſet exponere,

De participiis τὸ ὄν, & τὸ ὤν. An illa diſtinguat Dionyſius? Et quid per alterutrum voluerit ſignificare?

An Lingua Græca, ut exprimat differentias eſſendi pauper ſit?

Exponitur participium τὸ ὤν. An ignotum ſit Græcis?

Et ad priorem autoritatem convertens oculos, quia omnes emanationes ab eſſentiâ Divinâ quà bonâ proveniunt, dicendum eſt, quòd non ſolùm creaturarum **Sere** (eſſe exiſtentiale) ſed ipſum **Sare** (eſſe quiditativum) divinâ bonitate profluere, quod teſtatus eſt D. Thomas cùm dixit, *Creaturas univerſas Deum in ſuâ bonitate cognoſcere.*

An **Sans**, an verò potius **Sens** illud ſignificet?

Vetùm Deus Creaturas poſſibiles in ſua bonitate cognoſcat?

Et modò ad alteram autoritatem rediens firmor in eâ ſententiâ, quæ docet non ſolùm res (**Sentes** & **non ſentes**) exiſtentes, & non exiſtentes ſecundum ſtatum & circumſtantiam exiſtendi & non exiſtendi à Divinâ bonitate procedere, ſed etiam res **ſantes** & **non ſantes** (quibus nominibus poſſibiles & impoſſibiles intelligendæ ſunt) totaliter à Deo dependere, & ſicut priores à Divino intellectu recipiunt, quòd ſint poſſibiles, ſic poſteriores res à priori habere, quòd impoſſibiles ſint. Et conſultò illud *à priori* poſui, nam res impoſſibiles in ſe ipſis repugnantiam & contradictionem involvunt; at hæc ipſa repugnantia, vel contradictio naſcitur ab aliâ contradictione vel repugnantiâ, quæ reperiretur in Deo, ſi per impoſſibile impoſſibilia eſſent poſſibilia.

Verùm ſicut Poſſibilia ſuū eſſe poſſibile, ſic impoſſibilia ſuum eſſe impoſſibile à priori naſcātur à Deo?

Hos duos locos oculatiſſimè legerat D. Thomas, & illorum occaſione 1. *part. qu.* 5. Articulum II. ſcripſit, inveſtigans in titulo, *Vtrùm bonum ſecundum rationem ſit prius quàm ens?* & his verbis fundamentum dubitandi proponit. *Videtur, quòd bonum ſecundum rationem ſit prius quàm ens. Ordo enim nominum eſt ſecundum ordinem rerum ſignificatarum per nomina. Sed Dionyſius inter alia nomina Dei primò ponit bonum quàm ens, ut patet* in 3. cap. de div. nom. *Ergo bonum ſecundum rationem eſt prius quàm ens. Præterea, Illud eſt prius ſecundum rationem, quod ad plura ſe extendit; ſed bonum ad plura ſe extendit quàm ens: quia ut dicit Dionyſius* 5. cap. de div. nom. *bonum ſe extendit ad exiſtentia & non exiſtentia; ens vero ad exiſtentia tantum: ergo bonum eſt prius ſecundum rationem quàm ens:* & poſteà dirimit diſputationem dicens, *ſed contra eſt quod dicitur* in libr. de cauſis, *quòd prima rerum creaturarum eſt eſſe, &c.* Nec hîc opinari velis Præceptorem Angelicum Dionyſio anteferre Ariſtotelem, ſed ſub diſtinctione concludere, nam ille theologicè loquitur, iſte autem philoſophicè, unde ſtatuit, ens, ſi philoſophicè conſideretur, eſſe prius Vero & Bono; ſi autem conſideretur theologicè, omne eſſe humanum tam **Sans** quàm **Sens** (tam quiditativum quàm exiſtentiale) à Divinâ veritate & divinâ bonitate profluere. Vide cætera, quæ à D. Thomâ in Artic. cit. ſcribuntur, & ſi ſuppetat tempus, lege Commentaria Corderii, quibus iſtos locos exornat.

D. Dionyſium Angelicus Doctor exponit.

Primum nomen Dei eſt eſſe bonum.

Vniverſaliora ſunt priora.

An Philoſophus D. Dionyſio præponatur?

Alium ordinē in formalitatibus eſſentiæ veritatis & bonitatis exponendis Philoſophus, alium Theologus obſervare teneatur?

Cùm quartam eſſendi differentiam vult Dionyſius exprimere, circumloqui cogitur, & poſſet ſe citò expedire, ſi materiam primam, quam nos vocamus **ſontem**, ὑποστασίαν diceret.

An materia prima vocari poſſit ὑποστασία?

De ultimâ eſſendi differentiâ, quæ mihi eſt **ſure**, non eſt, cur multa dicam, Dionyſius enim Aoriſtis delectatur, quibus non ſolùm tempora præterita, ſed, & futura aliquando complectitur.

An tempora Indefinita in Dionyſio legātur?

Diſ-

Digitized by Google

Diſsertatio

PRIMA

METALOGICA·

I.
Cur hęc prima hujus Syntagmatis Pars dicatur Μεταλογικὴ?

VOX, apud Græcos Λογος, *Sermonem*, & *Rationem* ſignificat;& Μετα eſt propoſitio quæ *Vltra*, vel *Trans* importat: & hanc ob rem hanc noſtri Libri primam partem Μεταλογικὴν nomino, quia ultrà voces, & ſermones Idiomatis Vulgaris, & communis ſe promovet, & Mentales Conceptus (qui, ut ſignificarentur, hucuſq; in Scholâ caruerunt opportunis vocabulis) dictionibus conſentaneis inveſtit; & obſcuras, difficileſque tollit λογομαχιας, quæ ex defectu terminorum abortæ, ingrediebantur ultrò (Hiſp. *ſe entraban de rondon*) in Philoſophiæ, & Theologiæ graviſſimas,& ſubtiliſſimas Difficultates.

An in illo, non vocum modò, ſed & rerum, & conceptuũ propagetur Theſaurus?

Et, ut puto, non ſolùm Dialectum Scholaſticam neceſſariis dictionibus dito; adeòque Scholaſticum Theſaurum, quem vocant opulentiorem, & pretioſiorem reddo; ſed & ipſammet Primam Philoſophiam Conceptibus Novis exorno; quoniam, etſi in mente Doctiorum fuerint realiter, virtualiter apud ipſos non erant.

Cur Iuriſperiti Prudentes in Iure vocentur?

Vera, & indubitata ſunt verba ultima præcedentis periodi. Et hoc ipſum evidenter perſuadeo. Apud Juris-peritos; qui, quoniã ſummâ integritate, & prudentiâ, legibus juſtè latis, & ſapienter expoſitis, mores publicos, & privatos gubernant, jure optimo *Prudentes* in Orbe Literario vocantur, ubi agitur de rerum dominio, hoc Protheorema, velut firmum Fundamentum admittitur, *Idem eſt dominum rei neſciri, ac nullum non eſſe*. Res enim amiſſæ, etſi quoad ſe habeant dominum, quoad nos ipſæ, quamdiù earumdem non cognoſcitur dominus, parère domino cenſendæ sũt. Et hinc Theologi in Reſtitutionis materiâ, Caſum, qui ſæpè occurrere poteſt, expediunt. Antonius Coronius in Summ. Dianæ verb. Reſtituere. nu.22. [Res inventæ, ſi Dominum habeant, reſtitui ei debent. Si autem non inveniatur, Salonius, & alii quamplurimi, dicunt reſtitui debere pauperibus, ex uſu receptâ conſuetudine, fundatâ in dominorum voluntate rationabiliter præſumptâ. Sotus verò *libr.5.qu.3.art.3.* probabiliter retineri poſſe inquit ab inventore: quia in jure perindè eſt, dominum ignorari, & rem nullius eſſe. Diana *p.2.tr.7.reſol.5.*] Ergo apud Metaphyſicos, qui inter ſe, non Angelitùs conceptibus loquuntur & diſputant, ſed humanitùs in ſuis Diſsertationibus utuntur conſentaneis vocabulis, debet conſtare hoc PROTHEOREMA, *In Scholâ idem eſt rem non eſſe, ac non habere congruum, quo ſignificetur, & intelligatur, vocabulum*. Novas igitur inveniendo dictiones (loquendo virtualiter, & quoad nos) non Intellectum modò Ideis, & Conceptibus Novis; ſed & ipſam rerum Naturam Entibus, & Eſſentiis Novis, & inauditis exornavimus,

An idem Politicè ſit, rem nõ eſſe, ac neſciri.

De rebus inventis.

An, & quando ſint reſtituendæ?

An idẽ Scholaſticè ſit, rem non eſſe, ac non habere, quo ſignificetur vocabulũ?

Digitized by Google

ARTICVLVS I.

Cur hoc Syntagma, cùm antè quadraginta, aut plures annos conceptum, & ſcriptum fuerit, jam tandem in lucem permittatur prodîre?

II. De Axiomatū autoritate.

*] *Nota illud, ſi bene exponantur: nam, ſi male, ſunt fallaciis obnoxia.*

SUNT Axiomata, quæ ab omnibus approbata, & recepta, quædã Æternæ Veritatis Theoremata; quæ, ſi bene [*] exponantur, admitti debeant, ſine erroris formidine. Multa poſſem producere, quæ argumento, & intento ſervirent; ſed ne Te multis onerem, unū proponam, quod totam hanc Philoſophicam Scholam ſubcollet. Et illud ſit, *Caret lege neceſſitas*. Quo uti & abuti Homines ſolent; puta, ſi aut Leges Neceſſitati præferant, aut illas violent præter neceſſitatem. Obviam it huic abuſui Boniſacius VIII. qui hunc Canonem toti Eccleſiæ præſcripſit. *In argumentum trahi non debent, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.*

Neceſſitas caret lege.

Reg LXXVIII. Canonici Iuris in Sexto.

Quibuſnam ſcribatur hic liber?

Jam ergo meum Conceptum expoſui: &, ut video, inſinuavi, Cur, & Quibus, hunc Libellum ſcribam? Illis enim deſudat meus Labor, quibus prodeſſe poterit; illis videlicet, qui vocum præpediri penuriâ, aut res, ut loquuntur, concipiunt, & tunc eas malè intelligunt: aut illas, in ſe ſeducti, benè intelligunt & tunc ſibi & Muſis diſcurrunt, quin aliis poſſint contemplationes ſuas manifeſtare.

De vocabulorum penuria.

Quinam hominum Ordines hac Nova Grammatica non indigeāt?

Nil ergo ſcribo Civibus, nil prorsùs Aulicis, nil Oratoribus: & denique nil Medicis, aut Juriſconſultis, quoniam Vitam Politicam, quam agunt Urbium Incolæ, Honores, qui in Palatio exhibentur, Tropos, Figuraſque, quibus exornatur Oratio, Morbos Animi, & Corporis, quorum præſervatio, & correctio, ſunt Juriſperitis, & Medicis ſolicitudini, non deficiunt ſufficientia vocabula. Sed neque Philoſophis univerſis ſcribo: cognoſco enim nonnullos, qui præjudiciorum gaudent poſſeſſione præſcriptâ, &, quia ſupponunt, ſe ad Sapientiæ ſummum perveniſſe Faſtigium, ultrò cœcutiunt, nec dignantur oculos aperire, Veritatemque (tametſi in ſuo illa horizonte copioſis exornata ſplendoribus adluceſcat) reſpicere. His ergo, & illis, quos recenſui, nil ſcribo: illis, quia Novis Vocibus ipſi, ut ſuos nobis Conceptus, Ideaſque propalent, non indigent; his, quoniam etſi indigeant, & μεγαλοπτωχοι ſint, aut ſuam miſeriam neſciunt; aut, ſi fortè ſentiſcunt, diſſimulant, & fateri non volunt. His, inquam, nihil prorsùs ſcribo. Poterunt ergo (per me ſtat) hunc libellum claudere, & illectum relinquere.

Non omnes ſemper pauperes ſuam paupertatem cognoſcunt.

Μεγαλοπτώχης, Magnus pauper.

Quinam ſint, quibus hoc Opuſculum ſervire poterit?

Sed quibus denique meus iſte ſudat labor? quibus (quæſò) meus labor iſte ſudat? Philoſophiæ & Theologiæ Studioſis, qui hac Dialecto Scholaſticâ, & indigent, & ſe indigere noſcunt: hos enim indulget, & concedit Neceſſitas novâ Methodo Verbum ſubſtantivum inflectere, cæteris in Jure Communi relictis; non enim locum habet apud ipſos Neceſſitas; nec in argumentum debent trahi, quæ Philoſophis Speculativis, aut etiam fuerunt aliis Neceſſitatis providentiâ conceſſa.

Erit iſtud Opuſculum Ciceroniani Lectoris opinatione fortè tenue: immò etiam, & ſuperfluum, & inſolens: & quod præbere nequeat cauſam, aut occaſionem obloquendi; quoniam, ut Horatius ſcitiſſimè, & veriſſimè cecinit.

Quale Iudiciū de hoc Syntagmate ferêt Grammatici Ciceroniani?

Pro captu Lectoris habent ſua Fata Libelli.

At ego, quando hanc Grammaticam in lucem mitto, non illam Grammaticorum inconcinnæ, & ſuperbæ Cenſuræ, ſed ingenioſo Philoſophorum, & Theologorum Judicio, & Arbitrio concredo. Et ſic inquam. *Graviſſima de Ente, Eſſentiâ, & Exiſtentiâ, Æternitate, & Tempore, quæ inter Thomiſtas, & Scotiſtas magnâ animorum contentione agitantur, ſi utamur Vocibus, quas præbet Nomenclator Antiquus, poſt prolixas, & ſtudioſiſſimas* Λογομαχίας *manent indeciſa, & obſcura: & tamen illa eadem, ſi tantùm transferantur in Dialectum hanc Novam, reſolvuntur, expediuntur, & dilucidantur. Nova ergo hæc philoſophicè loquendi Methodus ab omni Viro Docto, præjudiciorum libero, admitti, & laudari debebit.*

An ſint idonei, Iudice imprǽſentiarū?

Quid præſtet hæc Nova Grammatica?

An ſit omninò neceſſaria?

III.

At clamat adhuc Grammaticus Ciceronianus. *Loquendum eſt cum multis, & ſentiendum cum paucis.* Ergo, etſi cum paucis, aut etiam cum nullo Autor hujus Libelli ſentiat, adhuc cum multis loqui debet, nec habet jus, quod ſibi σολοικίζειν indulgeat? Sic ille; cui verbis Pontificis Hipponenſis reſpondeo. *Evidentia diligens appetitus aliquando negligit verba cultiora; nec curat, quid benè ſonet, ſed quid benè indicet, atque intimet, quod oſtendere intendit. Unde ait quidam, cùm de tali loquendi genere ageret, eſſe in eo quamdam diligentem negligentiā. Hæc tamen ſic detrahit ornatum, ut ſordes non contrahat.* Et poſt pauculas paginas, *Sicut enim gratus eſt, qui cognoſcenda enubilat, ſic oneroſus eſt, qui cognita inculcat, iis dumtaxat, quorum tota exſpectatio in diſſolvendâ eorum, quæ panduntur, difficultate pendebat.* Conſonuit Senecæ, *Epiſt.* 75. qui ſcripſerat. *Non, me hercule, jejuna eſſe & arida volo, quæ de rebus tam magnis ducentur, neque enim Philoſophia ingenio renunciat, multum tamen operæ impendi verbis non oportet.*

Auguſtinus lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 4. Idem ibid. c. 10 Ajebat, & non *ait,* ſcripſit, ut puto, Auguſtinus.

An noſtri Philoſophi ſentiant ingenioſ

Me inſtruit Auguſtinus, me Seneca: & hujus ultimi verba recognoſcens, ſic inquam. Juret per Herculem Seneca, cujus eſt minimè religioſa religio, nam vanâ ſpe deluditur, ubi à

ſom-

ſomniato, aut veriùs deliraro, Numine, favorem, & auxilium eaſpectat. Ego potiori jure in verba Herculis Logici [*] jurare poſſem, cujus ſum ſæpè patrocinium expertus. Et quidem probat Logica, ingenio renunciaviſſe illos Philoſophos, qui ſanè verborum, & terminorum ſufficienti apparatu auſi ſunt de Ente & Eſſentiâ, nec non de aliis Conceptibus Metaphyſicæ (hoc eſt, Primæ Sapientiæ) diſputare.

[*] Hercules Logicus, eſt Autoris Liber, in quo multa panxit notatu digna.

An Autor quoad verba debeat de nimia cura, an de nimia negligentia in̄cuſari?

Addebat Seneca: *Multum tamen operæ impendi verbis non oportet*. Quibus ille me verbis, veriùs accuſat, quam excuſat. Nam, ſi hoc ultimum æſtimas, quoniam in hoc ſyntagmate verba ignota concipio, inviſa ſcribo, inaudita pronuncio, & à nemine, ante hoc tempus, cogitata protrudo; &, ut putas, meus Hercules monet Antagoniſtas, ne de vocibus diſputent, *verbis enim multum operæ impendi non oportet*: te monebit Sinceritas, illud prius æſtimari debere: quoniam, *ſi verbis multum operæ non oportet impendere*, & temporis, & ſtudii fuit prodigus, qui quadraginta, aut plures annos, & hic quadraginta, aut plura folia in examine quinque verbulorum impendit.

An aliquando verba minùs culta, ſint cultiſſimis ſignificantiora?

Impendi, fateor: at impendere; non eſt prodigere: quoniam, ut ab Auguſtino monebar, inter obſcuras tenebras evidentiam reperire deſiderans, neglexi *Sum, es, eſt*, quæ ſunt verba cultiora: nec curavi, an **ſam. ſem. ſym, ſom. ſum**, &c. benè ſonent; ſed, an bene indicent, aut intimet Ideas cóceptas, quas oſtendere intendo: unde hanc in me eſſe negligentiam diligentem, & delectam (& dilectam, ſi volueris) fatebor. Nec inde vereor, ne ſordeſcat oratio, non enim verba nova cenſui debent ſordidorum adfingi.

Et relego alteram autoritatem Auguſtini. Siquidem cognoſcenda hoc in Libello enubilo, gratus ero, ut ſpero, Lectoribus: & oneroſi, qui contra inſurgent, erunt, dum pluries dicta inculcant, & difficultates, quarum diſſolutio petebatur, & exſpectabatur, non exponunt.

Quis Lectori gratus, & quis oneroſus Scriptor ſit?

Sanè manere in viâ tritâ non poſſum, nam exorbitat: novam aperire non debeo, me enim & meos ignotæ inexpertus concrederē: Quid ergo faciam? *In vetere viâ novam ſemitam quæram, & in antiquâ detritâque materiâ eadem Artis excogitem elegantiam; ut eadem ſint, & eadem non ſint. Unum ecce: ſed, ut pervenire, quò cupias, multa compendia.*

Nec omnia eſſe debent antiqua, nec omnia nova, quæ ſcribuntur.

Hieronymus ad Cerontiam.

Ego igitur, ut te tandem dimittam, multas obſcuras controverſias, de quibus Metaphyſici diſſerunt, ad Compendia reducens; nihil, quod ſciri, aut dici debeat, intermittam, nihilque quod debeat uberiùs, & diligentiùs pertractari, ob nimiam verborum parcimoniam confundam, ut enim *lib. 1. epiſt.* ad Cornelium Tacitum, ſcribit Plinius, *Prævaricatio eſt tranſire dicenda: prævaricatio etiam curſim & breviter attingere, quæ ſint inculcanda, infringenda, repetenda: nam pleriſque longiore tractatu vis quædam, & pondus accedit.*

Quæ omitti debeant, & quæ non debeant?

An, & quæ poſſint inculcari & reponi?

ARTICVLVS II.

De Nominibus, quibus inſcribi hic Liber potuit. Et cur, neglectis cæteris, maluerit dici Πένταθλος (*Ad quinque Certamina Provocans*) *Et cur præterea inſigniri auſus fuerit* Λεπτότατε (Subtiliſſimi) *generoſo vocabulo?*

IV.
De Modis eſſendi.

SUbtili Ariſtoteles Calamo ſex Metaphyſicarum Meditationum Libros abſolverat, & præparato altero novo, Septimum incepit his verbis. Τὸ ὂν, ſcribit, λέγεται πολλαχῶς. *Ens multipliciter dicitur*. Quæ verba tametſi pauca, à D. Thomâ ſyntagmate, quod *de Ente, & Eſſentiâ* inſcribitur, ingenioſiſſimè dilucidantur. Quinque in illo differentes eſſendi modos Sanctus Doctor ediſſerit: quos Cajetanus eruditis Commentariis exornat. Ego ergo poſt tres iſtos Philoſophos, Παραλειπόμενα colligere, & ſcribere aggredior: & quia idem argumentum exoendendum, & dilucidandum aſſumo, *Eſſendi quinque modos*, fore hujus Operis Objectum aſſero; &, ut id altiùs dilucidare poſſim (Hiſp. *para poder mejor darme a entender*) has quinque differentias eſſendi, quæ licèt ignoræ Veteribus, ſunt in Hyperphyſicâ neceſſario admittendæ: has quinque Intellectus Ideas, quibus ea concipiuntur: has quinque Linguæ voces, quibus ſignificantur; & quinque hæc ſigna [*] Calami, quibus illæ repræſentantur, comprehendere debebo opportuno vocabulo, quod in primâ Libri fronte adſumatur, & ponatur pro Ἐπιγραφῇ. Sed quod, & quale hoc Vocabulum erit.

Olim ſcripſit Ariſtoteles.

Dudum Doctor Angelicus & Cajetanus.

Poſt illos autem Nos alia & aliter de eodem argumento dilucidabimus.

Quinque eſſendi modi inter ſe diſtinguuntur.

[*] Sub initium has eſſendi differentias ſecernebam calamo, ita ut eſſe ſignificaret primam, eſſe ſecundam & ſic de cæteris.

Quinque occurrunt, videlicet, Πενταφυλλος: Πενταγλωττος: Πενταλογος; Πενθεσιλεια; & Πένταθλος: ex quibus primum, nimis generale videtur: & duo ſequentia ad Scholam ſpectant: & duo poſteriora Militaria cenſentur.

De nomine, quo inſcribi deberet hoc Syntagma.

Non pario itaque hoc ſyntagma Πενταφυλλον inſcribi: hoc enim nomen, quod *Quinquefolium* Latinè redditur, non ſolùm eſt nimis generale, ſed damnatum ad hortos, ut Olitores de illo diſputent; quia in Scholam, Aulam-ve ingredi permittatur. Illud nata fuit herba, aut, ſi volueris, herbula, de quâ Pli-

Cur non nominetur πεντάφυλλος?

Quænam herba iſto notetur nomine?

Plinius *lib.25.cap.9.* Dioſcorides *libr.4.cap.45.* & alii Veteres & Recentiores diſputant. Liber igitur, qui de Ideis intellectualibus, uique ſubtiliſſimis differit, ad vegetativa tempe amādari non debet, adeoque nec poteſt Πενταφυλλος vocari.

De Scholaſticis hujus Libri vocabulis.

Scholaſtica nomina, quæ in mentem ſubveniebāt, erant Πενταγλωττος & Πενταλογος; (hoc eſt, ſi per Criticos Latinos liceat *Quinquelinguis*, & *Quinquevocalis*: &, ſi magis arrideant circumloquia, *De quinque Linguis*, aut *De quinque Voculis ingenioſus Tractatus*.)

V.
Cur non dicatur Πενταγλωττος.

Non poterit Liber hic Πενταγλωττος inſcribi; non enim de quinque Linguis differentibus diſputat, ſed de quinque Novis, ut Lingua Latina dicetur, & Controverſiæ Philoſophicæ clarius expediantur, vocabulis. Accedit, quòd etiam nomen hoc non mediocri ignominiâ laboret, quoniam, ſi vocem Πενταφυλλος, ne Olitoribus inferremus injuriā non voluimus admittere, neque vocem Πενταγλωττος uſurpare poterimus, ne contra nos conquerantur Grammatici. Heri Calepinus Quinquelinguis [*] proſtabat: & hodie inter alios Grammaticus ſuper hac menſâ jacet unus, cujus liber inſcribitur, *Græca, Latina, Hiſpanica, & Gallica Vocabularium*.

[*] In Calepino, ſicut Schola, ſic etiam crevit Linguarum numerus, ille enim, quo Ego utor & anno 1634. Lugduni prodiit octo linguas exponit.

Cur hic liber non dicatur Πενταλογος?

Profectò, ſi rem merè ſpeculativè perpenderem, & conſiderarem, Librum hunc Πενταλογον vocare vellem, hoc eſt enim pulchrum, & glorioſum Vocabulum: quoniam Πενταλογος eſt vox ex πεντε, & λογος coaleſcens. In eâ prima, ut in univerſis aliis pars *Numerum Quinarium* ſignificat: ſecunda autem *Rationem, Sermonem, & Vocem*. Eſſet ergo Πενταλογος, aliquod Argumentum, ad cujus compoſitionem quinque voces, aut rationes concurrunt.

An λόγος præceptum ſignificet?

Sanè Λογος pro *precepto* aliquandò uſurpatur: ideo enim Divina Lex, quæ decem in ſe Præcepta continet, apud Orthodoxos appellatur Δεκαλογος. Ergo Libellus iſte, ſiquidem dicitur contemplari Πενταλογον, hoc eſt, decem Canones, ſeu Præcepta Primæ & Sublimis Metaphyſicæ, hoc poſſet titulo indigitari: ut vel nomine ipſiſſimo Lectorem ingenioſum moneret, ſe de quinque Philoſophicis Legibus, ſeu Præceptis (quæ hic Πενταλογος, nempè **Sam**, **ſem**, **ſym**, **ſom ſum**: complectitur) diſſerere, quas Philoſophus doctus ex obſcuriſſimi Laberynthi Scholaſtici tenebris (hoc eſt, æquivocationibus, & allucinationibus) in lucem meridianam ducatur.

Quænam ſint illæ quinque Voculæ, quæ in hoc Libello ediſſeruntur?

Initium Autoris non eſt Lectoribus legem imponere.

Hoc autem nomen, tametſi ex aliis capitibus videretur aptiſſimum, diſplicuit nihilominùs propter imperii circumſtantiam. Mihi nunquam fuit animo in Lectores exercere tyrannidem, ſed proponere tantùm; Quid fieri expediat? utrùm autem illa ſint facienda, vel non, eorum committere, & commodare libertati, cui nunquam noſtra præjudicat ſpeculatio. Dilucidant id pulcherrima verba Præceptoris Melliflui, quæ *in libello de precept. & diſpenſ. cap.1. num.2.* leguntur *Itaque, ut ſentio ego*, ait S. Abbas, *Regula S. Benedicti omni homine proponitur, imponitur nulli; quia prodeſt, ſi devotè ſuſcipitur & tenetur; non tamen, ſi non ſuſcipitur, obeſt*. Sunt me Judice verba pulcherrima, quibus uberioris intelligentiæ gratiâ, hoc Scholion adjicio. *Scripta eſt annis 1650 poſt Chriſtum, & ſine illâ fuerunt Viri in Eccleſiâ Sanctiſſimi: qui proculdubiò ſanctiores fuiſſent, ſi ad illius Regulæ Canones mores ſuos elimaſſent*. Et ego verbis his auſcultatis, Melleam Reſolutionem noſtro argumento attempero; & ego ſic ſcribo. *Caramuelis Liber, in quo* de quinque eſſendi modis *accuratè diſſeritur, omni Viro docto proponitur, ejus autem uſus, aut defenſio Doctrinæ nulli imponitur. Proderit ſi accepietur, & teneatur in praxi; non tamen oberit, ſi non ſuſcipiatur. Hujus enim Libri ſub annum MDL ſcripti fuerunt Canones, & tamen ſine ipſis ante & poſt Virgineum partum, per multa, & longa ſæcula, floruerunt in Scholâ & Eccleſiâ Philoſophi, & Theologi erudiţiſſimi. Sed ipſimet (quod omnium pace dixerim) oculatius perſpectaſſent Formalitates Hyperphyſicas, ſi ad prædicti Libri Canones ſua Mentis conceptus elimaſſent*.

De Regula D. Benedicti.

Nulli invitu præſcribitur aut imponitur.

Idem omninò de hoc Syntagmate dicendum eſt.

Nulli invito præſcribitur.

An debeat nomen militare ſortiri.

Omiſſis ergo iſtis nominibus, aliquod Militare adſumamus. Sed utrùm? An-ne Πενθεσίλειαν, Librum iſtum vocabimus? Eſt liber ipſe, qui Indiget Autore, & viribus; Autoritate, quia ſingularis eſt, qui Conceptum ediſſerit, qui nullius poſſit Priſci, aut Novitii Scriptoris autoritate roborari, aut firmari. Viribus; quia egreditur ex prælo in prælium, & contra eum inſurgent omnes, qui oderunt ſuum Autorem gratis. Ejus ergo, & Autoritati & Viribus conſulitur, cùm *Pentheſileæ* nomine condecoratur. Fuit enim Pentheſilea, Regina Amazonum, qui aſſerente Juſtino lib. 2. Otreræ (quam *Orithyam* vocant alii) in Regno, & in Imperatorio militum gubernandorum munere immediatè ſucceſſit. Hæc in Trojano bello contra Græcos heroica virtutis ſuæ documenta reliquit: ſed tandem, dum temerariâ audaciâ in hoſtes furit, ab Achille interficitur. De illâ 1. *Æneid.* Virgilius.

An, & cur egeat autoritate?

An, & cur viribus?

De Pentheſilea.

Quænam ipſa fuerit?

Quo ipſa modo perierit?

> *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis,*
> *Pentheſilea, furens mediiſq; in millibus ardet,*
> *Aurea ſubnectens exſerta cingula mammæ*
> *Bellatrix, audetq; Viris concurrere Virgo.*

Quàm fortis & generoſa fuerit?

Ergo, ne fortè aliquis Zoilus, Achillis agere perſonam velit, Syntagma hoc Πενθεσίλεια non nominetur.

Concluſio.

Ergo denique Πένταθλος inſcribatur. Nomen eſt militare & heroicum, & illis tantùm accenſitum in Græciâ, qui quinque certaminis generibus congrediebantur; videlicet, πυγμῇ, δρόμῳ, ἅλματι δίσκῳ, πάλῃ, *cæſtu, curſu, ſaltu, diſco*, & *luctâ*. Latini hujuſcemodi Viros *Quinquertios*, aut etiam *Quinquertiones* appellant.

Cur denique hic liber inſcribatur Πένταθλος?

Denique, quod fauſtum, felixque ſit, noſter Πένταθλος in arenam literariam deſcendat, quintuplici congreſſurus certamine; & contra quoſcumque Philoſophos quinque modos eſſendi, qui his voculis, **Sam**, **Sem**, **Sym**, **Som**, **Sum**, ſignificantur, eſſe neceſſariò admittendos.

Quæ ſint ejus quinque Certamina?

VI.

Sed cur Λεπτότατος (*Subtiliſſimus*) vocari voluit? Ut vel ex ipſo nomine ſciri poſſit, *Qualia in ipſo ſcribantur? & Quales eſſe debeant qui eum legant?*

Vide Lexic. Epitomen ... Schola Bremenſi vulgatam ann. 1614.

Sanè Λέπος, eſt cortex: & λέπω, ſ[illegible] *decortico, ſquamam, aut corticem detraho*. Unde

Quid λεπτὸς, & quid λεπτὸν ſit?

de λεπτὸς ὁ: *Subtilis*, quaſi *exquamatus*, & *decorticatus*. Unde λεπτὸν ſignificat inſtrumentum acutum, Hiſp. *un eſtoque, un puñal, un punçon*. Unde Scholaſticæ Reſolutiones, quæ ſubtiles, λεπταὶ poterunt denominari. Et tales ſunt, quæ Modos eſſendi concernunt, quorum Ariſtoteles, & Priſci ævi Philoſophi; nequidem ſuſpicionem habuerunt: quorum Doctor Angelicus claram notitiam habuit, & quâ per receptas voces licuit, inſinuavit tantummodò, non enim illas Terminorum defectu potuit perfectè exprimere, & ut deſiderabat, explicare.

Veros eſſendi Modos nec Ariſtoteles, nec Veteres cognoverunt Philoſophi.

Et hinc conſtabit iterum, non omnibus, ſed λεπτοτάτοις, Ingeniis Subtiliſſimis tantùm, hunc fuiſſe Librum ſcriptum, *Hæc enim* (quæ toto hoc exhibentur Syntagmate) *pro Metaphyſicis, & Ingenioſis dicta ſunt, non verò pro his, qui rudi Minervâ omnia conſiderant*. [*]

[*] Verba ſunt P. Dominici Bañeſii 1. part. quæſt. 3. art. 4. pag. 103. a.

Tibi ergo & ſoli λεπτότατε (*Subtiliſſime Lector*) & ut repeto & repeto, hæc ſcribo; & inſcribo: (nam cæteri, quos, ut cum Euripide loquar λεπτὸς νοῦς, *Acuta, & Subtilis Mens* deficit, fruſtrà interlegent, quæ non intelligent; nec eſt, cur, quæ ſibi non dicuntur, auſcultent) Subtiliſſima ſunt; iterum dico; pleraq; omnia, quæ in hoc Libro tractantur: & ideò à Subtilitate nomen ſumpſi, quo ille inſcriptus, à cæteris ſecerneretur. Sanè Λεπτότατος, hoc eſt, *Subtiliſſimus* dicitur, quod περὶ τῶν Λεπτοτάτων Θεωρημάτων diſputet, hoc eſt, *de Subtiliſſimis Meditationibus*.

Cur inſcribatur Subtiliſſimus?

Sed clamabis ſtatim, nimiam eſſe, ſuperbam, arrogantemque Επιγραφὴν: &, quæ non ſolùm æmulis, ſed & benevolis, Amiciſq; non poſſit arridere, aut placere. Sed cur? Nemini unquam poteſt diſplicere Sinceritas. Et, ſi ἡ τοῦ Πάρνυ σκάφη vocari σκάφη debet; quæ reverà λεπτότατα, (*Subtiliſſima*) ſunt, ſuum proprium poterunt retinere vocabulum.

An ſuperbia & arrogantia laboret hæc Inſcriptio?

Parnus, fuit homo universis moleſtus, qui de Scaphula, quam fortè amiſerat, temerarias & contentioſas lites cū obviis quibuſcunque agitabat.

At ego, paucis verbis, ab hac Exclamatione me expediam; nimirùm dicens, ſinceritatem elatione carere. Quæ enim Λεπτότατα, (*Subtiliſſima*) ſunt, *craſſa* non poſſent illæsâ veritate vocari.

Sanè in toto iſto Libro tractantur Subtiliſſima. An ideò ſolidiſſimè? Id non dico. Nam ſicut aureis diſcis viles in menſâ cibi; fictilibuſque pretioſi apponi poſſunt: ſic argumenta humilia ſublimi, & ſubtili; necnon alta, & heroica, languidâ, & humili ſolent oratione tractari. In Eclogis, & Georgicis Virgilius Maro tenue, & ruſticum argumentū adſumpſit, quod tamen ediſſeruit, ornavitque Subtiliſſimis Numeris: cùm contrà Marſus Amazonum glorioſos triumphos propter calami negligentiam dedecoret. Eſt prætereà Παρήλιον, qui ſub initium eſſe *Sol* putabatur. Et ſunt Παρηλίων ſimiles multa Illuſtrium Philoſophorum Theſes, quas Subtilium cenſui adſcribebat Antiquitas, cùm fuerint (ut jam hodie re meliùs perpensâ, & perſpectâ intelligitur) à Pingui Minervâ dictatæ.

In libro patiā memoratur Perſius nos.

Quod in levi in vaſta mar. ſſus Amazonide Parbelium eſt imago Solis.

Craſſa nonnunquam Lemmata tranſeunt ſub ſpecie Subtilium.

VII.

An omnia ſubtilia ſint pretioſa?

Sanè non ſunt omnia Subtilia quæ videntur. Jam dixi. Sed neque omnia, quæ reverà Subtilia, pretium, aut laudem habent. Nam Aranearum telæ Subtiliſſimæ, & Viliſſimæ ſunt: & quia immundæ, exeſſe jubentur à quocumque Palatio. Unde Odyſſ. U. Homerus:

—— νῦν τ' ἀράχνια λεπτὰ:

De Aranearū telis.

non ergo potero appellari temerariæ elationis, quod Syntagma hoc λεπτότατον, *Subtiliſſimum* dixerim: ſunt enim Aranearum telis ſimillima multa Philoſophorum Placita, in quorum inutilibus ſubtilitatibus rimandis, & contemplandis tempus prodigas; & unde aucupabaris gloriam, Cenſuram adverſariam incurras, Et ideò illa *in nub.* Ariſtophanes, ſiquandò occurrebant, λεπτοτάτους λήρους, *Subtiliſſimas* nominabat *ineptias*.

Illiſq; Sententiæ aſſimilantur.

Ergo, Candide Lector, ne fortè aliquâ æquivocatione laboremus, moneo, ut memineris ἐπίθετον, quod à Quintiliano appellatur *Appoſitum*, hoc nomen fuiſſe apud Græcos ſortitum, παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὑπαρκτικῷ. Ergo non poteſt eſſe ἐπίθετον, quin illud aliqua dictio ſubſtantiva tacitè, aut expreſsè ſubcollet. Hoc ſuppono, & ideò in Libri ἐπιγραφῇ Adjectivum expreſſi, Subſtantivum ſubticui: Tuæ Urbanitati, & Prudentiæ relinquens; ut ſi apud Te gratiam, & laudem aliquam promereatur hoc opus, jubeas Euripidi, ut ubi in Titulo λεπτότατον *Subtiliſſimum* legat, ſubſcribat Νοῦν, *Mentem, Ingenium-ve*: ſin minùs, per me ſtat, (quoniam

Quid Epithetum ſit, & unde dicatur?

An ſub eo ſemper ſubſtantivum ſubintelligatur?

Sed quodnam debet impræſentiarùm ſub intelligitur?

Id Lectoris Dignationi relinquitur.

—— *non indebita poſco*
Regna meis fatis)

permitte Ariſtophani, ut λῆρον ſubintelligat, hoc eſt, *ineptiam quamdam*, aut *laborem ſine fructu ſuſceptum*.

Virgilius Æn. libr. 6.

Præſcia venturi da (non indebita poſco Regina meis fatis) Latio conſidere Teucros.

AR-

ARTICVLVS III.

Cur Autor timidè audax: aut, ſis, audacter timidus, iſtum Libellum evulget?

VIII.
Quanta fuerit noſtri Regis Philippi II. Magnanimitas?

UT eximiam Pectoris ſui tranquillitatem, æqualitatemque Philippus II. Prudentiſſimus Hiſpaniæ Rex, hæc mirabilia ſanè verba, NEC SPE, NEC METU, Heroico in Lemmate præſeferebat. Erant generoſa, & ſublimia: neſcio, an vera: quoniam Hollandi ſoli (ut Populos alios prætercam) dum Mars ambiguus acies utraſque dirigit, præbuerunt ei multas, & varias occaſiones ſperandi, & timendi.

Heroicum Regis Dictum *Nec Spe, nec Metu*,

Ego autem contrà, quia Miles gregarius ſum, & meâ præſentiâ Literario Exercitui, non vires, ſed numerum augeo; cum Academiæ Regibus, & Imperatoribus (quales ſunt Scholarchæ, ſub quorum labaro merent Scholaſtici) componi nolo; & quia ſincerus malo, quàm generoſus, aut etiam animoſus videri, verba hæc, CUM SPE, ET METU in meo Lemmate ſcribo; nam plenus Spe, non tamen expers Metûs in arenam deſcendo. Cum ſpe quidem: propono enim, quæ judico valdè neceſſaria, & utilia, adeòque aſſenſum ab erudita Lectorum dignatione confidenter ſpero; immò, ſi verbo uti Biblico liceat, [*] ſuperſpero. Cum Timore etiam; quoniam panſas Spei alas decircinat irrequieta Formido, ex duplici Dubio abortum faciens. Ambigo enim primò, An rem medullitùs examinaverim? nec enim impoſſibile eſt, ut ubi Doctorum, qui Orbis Literarii ſunt Lumina, errores noto, ego ſim Noctua quæ cœcutiam; & illi, ſi de Terrenis tractetur, Lynces; ſi de Cælestibus agatur, Aquilæ, qui obtutu ſecuro, & immoto Solem Veritatis proſpectent. Et ambigo ſecundò; An, qui Heraclito ſcribo, in ea incidam Fata, ut tandem à Democrito legar: quoniam ſæpè contingit, ut quæ dexterâ manu traduntur, ſumantur lævâ: &, quæ laudari, aut ſaltem non contemni deberent, rideantur, & vilipendantur. Ut ergo has duas Timoris cauſas explicem, in duo Segmenta hunc Articulum divido.

Autoris verò Dictum, *cum Spe & Metu*.

Cur cum ſpe?

*] Sperare *eſt habere ſpem. Ergo* ſuperſperare *erit habere aliquid, quod ſit ſupra Spem. Supra Spem eſt Poſſeſſio. Erit igitur* Superſperare, *poſſeſſionem habere.*

Cur cum timore?

Reſolutiones Scholaſticæ non ſemper animo, quo ſcribuntur, leguntur.

SECTIO I.

Quia Novam aperire, & ſternere Viam, res eſt profectò difficillima; &, quia ſine Præcurſore, nulla exactè poteſt Controverſia decidi; non animosè, & arroganter, ſed modeſtè (aut etiam ſi volueris timidè) hæc Nova Doctrina proponitur, fatemur enim liberè, neminem Nos in hac Subtiliſſimâ Diſputatione Doctorem habere, quem ſequamur.

Ex Annalibus Regum Hiſpaniæ Hiſtoria curioſa recenſetur. Morali eadem penicillo repingitur. Et ex ea tandem deducitur Controverſiæ Deciſio.

IX.
An, & cur Scholaſticus Stylus horridus ſit?

EST ſiccus, & interdum horridus, Stylus, quem Rigor Philoſophicus poſtulat: nam, ſi per Rhetoricos Flores luxuriari juberetur Oratio, Conceptus ſubtiles, & ingenioſos non exprimeret. Hìc tamen ſub initium à Vocularum nuvitate, & aſperitate abſtinebo: te enim terrerem ſub ipſum initiũ, Lector Optime, ſi hæc ipſa, quæ propono, in Philoſophicâ Dialecto loquerer. Recreetur ergo animus per Rhetorica Tempe, & Oratio exornetur Metaphoris, ut Schematum flores pertæſus, ſe in [*] Metaphyſicæ Spinetum aliquandò proripiat: cujus ſcrupulis totus hic Tractatus exacuet. Ergo attende.

*] *Diſputatio* de Ente, Eſſentia, & exiſtentia *tam eſt ſcrupuloſa, ut jure optime* Spinetum Metaphyſicæ *vocari poſſit?*

Quàm ſint antiquæ apud Autorem iſtæ Meditationes?

Quæ ante annos quadraginta (Lector Optime) florente tunc ætate, & ingenio ebullicnte conceperam, & in Logicâ priùs, & poſteà in Fundamentali Theologiâ inſinuaverã, jam tandem in ætate provectâ (& fortè alii in decrepitâ, dicent) manu trepidâ Calamum, reſcripturus, & dilucidaturus adſumo. Et cur trepidâ manu? Reſpondeat Rex Hiſpaniæ, qui in ſimili occaſione conſtitutus vacillãtes characteres ſcripſit. De illo Poeta ſic cecinit.

El Rey Don Juan el Segundo,
Turbado toma la pluma,
Para firmar la ſentencia
De Don Alvaro de Luna.

Cur cum timore illas, ſcribat?

Fuerat Alvarus, Primus Regis Miniſter, Politicarum, & Militarium rerum Arbiter: de cujus nocente, aut innocente vitâ, affectibus ducti, aut ſeducti, diverſa (& interdum adverſa) Hiſpani Autores, qui Cornelium [*] Tacitum imitantur, ſcribunt. Rem relinquam in medio: nec enim Alvarum, Heroem aliàs Egregium, aut defendo, aut incriminor: ſed Hiſtoriam adſumo, ut Oratoriis, & Moralibus exornata coloribus, cur manu timidâ hæc ſcribam exponat: & meam, ſi qua eſt, puſillanimitatem excuſet. Socrates ſummam apud Græcos Philoſophos laudem promeruit, quòd realia, & phyſica Veterum Placita cooptarit, & at-

*] *Cornelius Tacitus, ubi rem ipſam nequit, Agentis intentionem condemnat.*

Quis, & qualis Dn. Alvarus de Luna olim fuerit?

tem-

Digitized by Google

Primus inter Philoſophos Antiquos fuit Socrates, qui incepit ingenioſè de Moralibus agere. An intrepidè quis ferre ſententiã poſſit, ubi Partium probationes non liquent?

temperarit Politicæ. Ero igitur impræſentiarùm alter Socrates. Hiſtoriam propoſitam conſiderabo: & ex his, quæ in eâ, aut realiter aut politicè dicta, eruam Moralitates, quæ Scholaſticis Magiſtris, & Doctoribus ſuadeant, ne ſine formidine, & tremore alicui Probabili Concluſioni ſubſcribant. Recognoſco igitur præmiſſum Poetæ Hiſpani Tetraſtichũ: voces ſingulas metaphoricè uſurpo: & à Reo, quem inexorabilis Judicum condemnavit Severitas, exordium ſumo.

X.

a] Alva *ab Hiſpanis Aurora dicitur. Conſonat MĀmanus, que coeunt.* Sed cùm jam Lucifer albæ Nuncius Auroræ. *&c. Hinc* alborear *eſt idem ac* amanecer. *Unde nomen propriũ* Alvarado *deducitur.* Dicitur *Alba*, quod albos ſplẽdores præ ſe ferat. *Albã* autem provenit à Radice לבן *Laban*, quæ *dealbare* eſt.

In *Alvari de Lunâ* nomine, Auroræ [a] & Lunæ dubios, & incertos ſplendores conſidero.

Dubios, & incertos Auroræ, de quâ acturus Ovidius, Cælum offundit nubibus, & Spondaicos numeros (qui parùm ſunt regulares) adſumit. Libro Transformationum tertio cecinit,

Nubibus eſſe ſolet, aut purpurea Aurora.

De Lunâ Æneidos lib. 1. Virg.

Ille canit errantem Lunam, Soliſque labores.

Statiuſque tertio libro Sylvarum.

Lumina noctivaga tollit Pharos æmula Lunæ.

Et Martianus Capella.

Et toties varia flammantia cornua Luna.

Et iterum libro ſexto Virgilius.

Sit mihi fas audita loqui; ſit Numine veſtro
Pandere res altâ terra, & caligine merſas.
Ibant obſcuri, ſolâ ſub nocte per umbras,
Perque domos Ditis vacuas, & inania regna.

Rationes ſunt ponderandæ, & librandæ.

Scholaſtici, à quorum Voluntate, & Arbitrio, Controverſiæ alicujus, hinc indè diſcuſſæ, & examinatæ Reſolutio dependet, quando Calamum ſumimus, ut alteri Parti ſubſcribamus convertamus ad Regem Joannem oculos, & in eo fluxum, refluxumque Mentis, & Manus imitemur. Sedet pro tribunali, prolaturus ſententiam. Sedemus etiam Nos, & à noſtro calamo Definitivam Orbis Literarius exſpectat. Debuit ille procedere ſecundum adlegata, & probata. Debemus etiam Nos librare Probationum momenta: & ad Veræ Logicæ leges Reſolutiones elimare. Sed quales Joannes Rex, in illo ſuo proceſſu Probationes invenit? Refertas nubibus, irregulares, noctis obſcuritate plenas: vagas, varias. In eo Teſtes de umbris auditis (aut ſubauditis veriùs) merſis caligine, obſcuris, vacuis, inanibus, incertis: & de luce interdum, tantùm de malignâ deponunt. Et quid tunc ipſe? Hæſit. Sumpſit calamum titubans. Suumq; tandem nomen, à ſe lectorum Judicum Reſolutioni, trepidans, & vacillans ſubſcripſit,

In multis Provinciis Capitales Sententiæ Regia debent ſubſcriptione firmari.

Et ego, quando Joannem Regem cum noſtri ævi Doctoribus, & Magiſtris compono: & illum trepidantem ſuſpicio: neſcio, unde iſti habuerint, poſſe reſolvere ſine erroris formidine.

XI.

Multa incerta docemur à Magiſtris in Logica.

Univerſa profectò, quæ ediſſeruntur in Dialecticâ, plena

Nubibus eſſe ſolens, & purpureâ aurorâ.

Et ideò hunc verſum ſic intelligo. *Purpurea*, [b] prima Modalium Propoſitionum Claſſis: & *Iliace, Amavimus*, nec non *Edentuli* ejus aſſeclæ, obductæ ſolent eſſe difficultatum nubibus, & ſiquando adlucere videntur, Auroræ crepuſculinum ſplendorem, & non candidum, & purum Solis habent. Et cæteræ, loquendo generaliter, Propoſitiones, Lunæ videntur ſimiles: ſunt enim errantes, vagæ & variæ. Et, ſi fortè contingat eſſe Solis imagines, laborantem Solem, hoc eſt eclipſim patientem nobis repræſentabunt. Etiam ficta, nova, & duriſſima nomina ſunt, quibus Dialectici Syllogiſmos diſtinguunt. Nec id ipſimet negant, nam ut illa eſſe barbara univerſis innoteſcat, *Barbara Celarent*, &c. ſtatim in initio pronunciant.

*] Purpurea, Iliace, Amavimus, Edentuli *ſunt quatuor illa nomina, quibus inſigniuntur, & ſecernuntur Modalium Propoſitiones Claſſes* De nominibus Syllogiſmorũ. Incerta etiam docemur à Magiſtris in Phyſica.

Nec certiora ſunt, quæ in Philoſophiâ Naturali leguntur. Multi illam Veteres, diverſo ſtylo, & methodo in libris ſuis ad poſteritatẽ tranſmiſerunt. Sed quia Ariſtoteles præ cæteris, celebratur in Scholâ, intenti ora teneamus, quoniam niſi fortè fallor ſic ipſe ſub initium perorat.

Cur Philoſophici Ariſtotelis libri *de Mirabili Auſcultatione* inſcribantur?

Coram vobis, ô Puriſſima Muſa, Scholaſtici Parnaſſi incolæ,

Sit mihi fas audita loqui.

Non ſcribam, quæ vidi, nam ut Naturæ arcana propriis oculis videas, Ingenium modò ſit humanum eſt cæcum. Et hanc ob rem Phyſicæ libros decerno inſcribi Acroaſes, *quoniam, quæ audivi in illis, non autem quæ vidi, narrabo.*

—— Igitur ſit (fas mihi) Numine veſtro
Pandere Naturæ Cauſas, rutilantia Cæli
Sydera, reſque altâ terrâ, & caligine merſas.

Ariſtotelis eſt confuſus & obſcurus ſtylus.

Scribam, quaſi non ſcripſiſſem; obſcuritatem enim in ſtylo, diligentiâ & ſtudio affectabo. Et ideò mei Diſcipuli, quando per Phyſicas Acroaſes decurrent,

Ibunt obſcuri, ſolâ ſub nocte, per umbras.

Sanè obſcuri; quia non habebunt, unde lucem recipiant: ſolâ ſub nocte, quia numquam, ſed ſemper per umbras; non enim Veritatem Philoſophi, ſed umbram meram Veritatis ſectantur, Conceptuum, & Speculationum theſauros non polliceor: quoniam

De hujus Operibus ingenioſi Philoſophi jam alibi luculenter ſcripſi. Latuerunt ejus Scripta multis annis: fuerunt ſepulta: & à tineis corroſa, à Sylla Romã vecta: &, ut manerent Lucunæ, Grammaticorum manus, ut loca reſtituerentur, fuit adhibita.

Promiſſis dives quilibet eſſe poteſt. Et in hoc decepti, & falſi à Veteribus ſumus; pollicebantur enim montes aureos; & quando putabamus Ditis (qui eſt divitiarum dominus) theſauros & flaviſſas inire, per caliginem inopem,

Perque domos Ditis vacuas, & inania regna,

fuimus, vel inviti, conducti. Et hanc ob rem nolis mirari Lector, ſi tot meandros, & ſemitas in materiis Philoſophicis videas; quoniam Phyſica eſt Iter, quod a Logicâ ad Metaphyſicam uſque decurrit, illudque his numeris Poeta, appoſitiſſimè, ut opinor, aliquandò deſcribet.

Quale per incertam Lunam, ſub luce malignâ
Eſt iter in ſylvis, ubi Cælum condidit umbra
Juppiter, & rebus nox abſtulit atra colores.

Hucuſq; eſt permiſſus Ariſtoteles loqui, ſuamque lecturos Phyſicam, monere, ne claritatem aut certitudinem ſe reperturos cogitent, ubi omnia ſunt & obſcura & incerta.

Quàm eſſe claræ debeant Probationes, ut ex iis Sententia definitiva deducatur?

Redeo ergo ad Joannem Regem, ſiſto Philoſophiæ, & Theologiæ Profeſſores, qui in rebus obſcuris, dubiiſque Controverſiis nimis confidenter decidunt; Et ſic inquam

Solares radios Sententia danda [*] requirit,
Quos Aurora negat, quos dare Luna nequit.
Cui Luna adluxit, non Sol, cui Aurora refulſit,
Rex jus dicturus mente, manuque tremit.
Et Vos obſcurâ ſubmerſi nocte, tuliſtis
Quo jure abſque ullo Jura tuenda metu?

Hominum eſt errare.

Et dum admirabundus quantâ nonnulli Doctores confidentiâ Jus dicunt Scholæ, legeſq; Ingeniis tuendas, & propugnandas ferunt, diverſis in locis obſervo, me moneo, ne intrepidè in Philoſophicis Controverſiis procedam: ſum enim homo, cæteris ſimilis, ſi ſpecificam

na-

Digitized by Google

An omnia ſint in una ſpecie æqualis perfectionis individua?

naturam ſpectem: &, ſi inæquales ſuut perfectiones ſortitæ formalitates illæ, quæ diſpeſcunt Speciem, & Perſonas ſingulares conſtituunt, habeo iterum, uude timere debeam, fortè enim

Illorum finxit corpus, meliore Prometheus
Divino luto; deteriore meum.

Autoris Confidentia, & Sinceritas.

Ergo, ubi nobiliores, & doctiores Philoſophi exorbitant, & allucinantur; Ego, qui propriæ tenuitatis conſcius, in hoc Tractatu CUM SPE, ET METU, à toto Orbe Literario diſcedo, & ſingularem Viam ingreſſus, novum iter ſine Duce promoveo, dum ſincerè timorem meum, & ejus cauſam & occaſionem fateor, à Lectorum Dignatione, & Prudentiâ, ſi fortè erravero, veniam confidenter ſpero.

SECTIO II.

De alterâ Timoris Causâ, quæ præpediebat Manum, ne hunc Librum ſcriberet.

Neſcio, quo fato, aut fructu inſultat Scoto Cajetanus: Gundiſalvo Correæ Academicum Vulgus Salmanticæ: uterque injuſtè. Ergo, qui ſumit Calamum, etiam ſi doctè ſcribat, debet à Doctis, & indoctis timere.

XII.
Qualis fuerit Scotus?

Qualis & quantus Cajetanus?

SCotum, quis ignorat ingenio fuiſſe feliciſſimo præditum? *Doctorem Subtilem* non tantùm ejus Diſcipuli, ſed uuiverſi alii (etiam Antagoniſtæ) per Antonomaſiam appellant. Et tamen Cajetanus [Vir pius, & doctus, qui S. Thomæ Libros Commentariis ingenioſiſſimis illuſtravit, & dilucidavit: & tandem ob vitæ & doctrinæ merita fuit Collegio Cardinalium adſcriptus] Scotum ridet, rationemque illam, quam Eximii Theologi recognoverunt, & à ſubtilitate commendarunt, *puerilem* vocat, indignamque eſſe ſeriâ aliquâ reſponſione pronunciat, Ejus verba ſunt hæc, *Ad probationem autem ſuperfluum eſt reſpondere, adeò puerilis videtur.* Lychetus *in Comment.* §. *Et cum num.*26. contra Cajetanum expoſtulat, eumque jure queri [*] P. Franciſcus à S. Auguſtino Macedo *collat.9.differt.4.ſect.3.pag.*333. pronunciat. At dices, *Una hirundo non facit Ver*, & non debent cum nimiâ advertentiâ cenſeri verba, quæ ex inadvertentiâ Cajetano excidere. Et à te eſſem, ſi fuiſſet ſemel auſus Cajetanus in Subtilem Doctorem. Audi Macedum, *qui Collat.9.diff.2.ſect.4.pag.*308. ſic inquit, *Hic locus eſt egregius, & graviſſimus, & confutat Cajetanum dicentem*, hanc rationem philoſophandi eſſe Chimæricam, &, qui hanc teneat, in medium lumen offendere; *cùm hæc mera ſit Veritas, non Chimera, nec in lumen offendatur, ſed in Meridiem occurratur.*

Cajetanus in 3. part. quæſt. 34. art. 13. §. Ad probationem.

*] Ibi, ne *Quæritur hic Lychetus*, ſed *Queritur*, &c. legito.

Scotum Cajetanus cõtemnit.

. N. B
Et hic peto à prudente Lectore, utro plus Scoto, an Cajetano ipſi, hæc verba Cajetani nocuerint?

Ergo, ſi Scotus, Vir toto Mundo celeber, ubi de Creaturarum Poſſibilium Eſſentiâ, & Exiſtentium in Æternitate præſentiâ (re graviſſimâ) ſubtiliſſimè diſputat, à Viro tanto (nempe, Cajetano) ridetur; & proponere puerilia, & offendere in medium lumen dicitur, quid ſperare Ego potero, & à Viris imperitis præcipuè, dum in meâ ſenectute, incipio diſſerere de *Sum, es, fui*, Verbo Subſtantivo, pueris univerſis, qui primâ in Linguâ Latinâ Rudimentorum cognitione tinguntur, ſatis noto?

Qualis fuerit Salmanticæ Magiſter Gundiſalvus Correa?

Cognovi Magiſtrum Corream, trium Linguarum Profeſſorem Salmanticæ, qui dum de Literarum valore, & Calami Hiſpani correctione accuratiùs, & ingenioſiùs diſputat, ab Academico Vulgo ridetur. Vulgi tandem opinio etiam ad doctos tranſiit, nam à Vulgi profluvio docti interdum ſunt ducti, & præcipuè ubi agitur de Grammaticâ Speculativâ, quam ignorant prorſus non pauci eminentes Theologi. Ut oſtendam eſſe vera, quæ dico, aperiam Bibliothecam Hiſpanicam, [Opus verè digniſſimum, à D. Nicolao Antonio, doctiſſimo Viro compoſitum.] In illâ ergo ſic lego.

D. Nicolaus Antonius laudatus.

Quid ipſe ſcripſerit de Gundiſalvo?

*Gundiſalvus Correa in Salmantinâ Academiâ Græca Lingua, Chaldaica, & Hebraica Profeſſor Primarius; Vir quidem doctus, atque eruditus, ſed qui transformanda in alium uſum vi, ac poteſtati Literarum, quibus nos jam à tot annis utimur, pervicaciâ quâdam ingenii addictus, non ſine aliquâ exiſtimationis jacturâ apud Collegas vixit Rei ſpecimen fecit, in eo Libro, qui ſic inſcriptus parique Orthographiâ editus prodiit Salmanticæ ann.*1627. *in* 8.

De Calami Hiſpani correctione.

ORTHOGRAFIA *Kaſtellana, nueva, y perfecta: juntamente el Manual de Epikteto, y la Tabla de Kebes Filoſofos Eſtoikos, traducidos de Griego en Kaſtellano.*

XIII.
Quid ſit Orthographia?

Et petra ſcandali indè oriebatur, quòd neſciant multi, *Quid ſit Orthographia? An Calamus ſit Vicarius Linguæ? & ideò illam debeat religioſe imitari?* Si aſſerant, poſtulabo, *An Modus ſcribendi in Hiſpaniâ receptus, poſſit vocari* Orthographia? Nam eſt certum, quòd non aliter enim loquitur, & aliter ſcribit Hiſpanus. Si ſcribendi Modus apud Hiſpanos eſt imperfectus, quam tibi, aut alii injuriam inferet, qui illum conetur reſtaurare: & præcipuè, ſi id præſtare (aut conari ſaltem) ex proprio officio debeat: nam Correa Cathedraticus erat Grammaticæ? Nec video, cur literæ *Ph* proſcriptionem, & literæ K introductionem Periti horrere debeant, nam *Ph* & *F* apud Hiſpanos hodie in pronunciatione non diſſentiunt, adeòque in ſcriptione diſſentire non deberent: & ſiquidem *C* durum, hoc eſt K, frequenter profert lingua, expediret, ut *C* etiam durum notaretur à calamo. Nec in ſuis apprehenſionibus erat ſingularis Correa, nam, ſi agamus de *Ph*, multi Itali, & Hiſpani Scriptores illam ex Abecedario vernaculo expungunt; & Author ille, qui Petri Abaylardi Opera nuper in lucem miſit, illam abſolutè proſcribit.

An ſemper Calamus ſequatur linguam?

Agere de correctione Orthographiæ ex officio debebat Gundiſalvus?

De literis *Ph*, *F*, *C*, & *K*.

Utrùm pro Græca Φ, litera *Ph*, an potiùs *F*. in aliis Linguis debeat ſcribi?

Cæterùm, ſi agamus de *K*, eſt cauſa gravis, (aut etiam neceſſaria, ſi velis) quæ eam introducit in ſermonem Latinum. Illam propono. Omnes ſciunt *C* ante quaſcumq; vocales eodem modo ſcribi, ſed non eodem proferri: nam ante A, O, & U ſonat durè, & ante E, & I leniter & ſuaviter. Deberet ergo unus character ſcribi, qui ante omnes vocales eſſet lenis; & iſte poſſet eſſe ç, & alius qui ſemper eſſet durus, & iſte poſſet eſſe *K*. Hanc calami, & linguæ diſſonantiam, præter alios *lib.1. de Arte Gramm cap.*28. obſervat Voſſius, celeber hac ætate Grammaticus; inquit enim. [Spiſſus error eſt, quòd hodie *C* ante *E*, *I*, *Y*, *Æ*, & *OE* aliter ſonat, quàm ante *A*, *O*, & *U*. Quippe eodem modo efferimus *cella*, quo *ſella*, *Cilicē*, quo *Silicem*: *Cyrus*, *quo Syrus*; *Cade*, quo *Sede*, *Capi*, quo *Sepi*. &c. At verò *C* habere aliam poteſtatem, quàm S uno ore docent Veteres

An non errent univerſi Europæi, cùm unũ & eumdem characterem duobus modis pronunciant?

Gram-

*] *Legi debet, ut puto*, Falſũ huic quoque literæ ſonum tribuunt, *&c.* cùm *Scapha* ita pronunciamus, ac ſi *Skapha* ſcriptum eſſet. *Ergo, ſi ubique* C *debet proferri leniter*, Scapha, *ut* Scapha *profertur*,

Grammatici omnes. Tum etiam ratione evinci poteſt. Nemo enim *Nec, Dis, Las*, ait, pro *Nec, Dic, Lac*. Falſum quoque huic Literæ ſonum tribuimus ante *A* & *O*, quando *S* eam antecedit, ut cùm *Scapha*, aliter pronunciamus quàm ſi *Skapha* [*] ſcriptum eſſet. *&c.*] Hujus igitur celeberrimi Scriptoris ſententiâ, *C* deberet ſemper proferri leniter; puta, ſi juberetur *Ca, ce, ci, co, cu*, ſonaret *ça, çe, çi, ço, çu*, & pro durâ pronunciatione ſcriberetur *K*, hoc modo, ſcilicet, *Ka, ke, ki, ko, ku*. &c.

XIV.

An etiam φιλοκαινία hoc eſt, novitatum amore, laboret, & præpediatur Voſſius?

Et, ne quis audeat dicere, me ut excuſem Corream, produxiſſe Voſſium, qui ſimiliter poteſt φιλοκαινίας (*novitatis ſtudii*) incriminari, recurram ad ætatem antiquam. Sanè Saluſtius: non quidem,

Criſpus, Romanâ primus in Hiſtoriâ,

ſed alius ejuſdem nominis, qui aſſerente Iſidoro erat Ludimagiſter, primus fuit, qui literam K, ex Alphabeto tranſtulit in [*] Abecedarium; ſub initium K in paucis vocabulis admittebatur. Auſonius.

Quis fuerit primus, qui literam *K* invexerit in Abecedarium?

Hæc tribus in Latio tantùm addita nominibus Ka.

Ka, ut vides, vocat, & non *Kappa*, ſed Suidas eamdem literam Κάππα Ῥωμαϊκόν nominat. Sed quæ ſunt hæc tria Latina nomina, quæ etiam antiquitùs ſcribebantur per K? Reſpondet Terentianus Maurus.

Litera *K* à Latinis olim in tribus tantum nominibus ſcribebatur. Sed in quibus?

K. *Similiter otioſa eſt cæteris ſermonibus*,

Tumque in uſu eſt, cùm Kalendas *adnotamus*, *aut* Caput.

Sæpè Kæſones *notabant hac Vetuſti literâ*.

Quæ Mauri verba *lib. 1. de Arte Grammat. cap.* 17 Gerardus Joannes Voſſius, hoc Scholio dilucidat [Intellige autem, cùm legis, non cùm *hominis* [a] *caput* ſignificat. De *Kapite*, & *Kalendis*, aſſentit etiam Martianus Capella; de tertio non item in cujus locum ſubſtituit *Kalumnia*. Quoniam *libr.* 3. ſic ſcribit. *K verò, nunc nota eſſe putatur, nunc* [b] *litera; nam ejus effectus* C *integrare, non dubium eſt abſque hu* Kaput, Kalendæ, Kalumniæ. *&c.* At eaſdem, quas Capella ponit voces Diomedes *lib. 2. cap. de interrogatione literarum*. Verùm Terentius Scaurus, dum voce tertia neutri vult repugnare, parti, diſcedit ab utràque; nam ut is ſentite nonnullos dicit, *Recepta eſt* K, *quoniam Notas quaſdam ſignificaret, ut* Kæſonem, *&* Kaput, *&* Kalumniam, *&* Kalendas. *&c.* Et ſane hæc per *K* ſcribi ſolere ex veteribus quoque monumentis cognoſcimus, alia quoque in quibus uſurpari K ſoleat, ſuggerent Valerii Probi, Magnonis, & Paulli, Diaconi Collectanea *de literarum Notis*. Cùm autem is ſcribendi modus obtinuerit florente Româ, nequaquam puto neceſſe habeat deprecari φιλοκαινίας (ſtudii novitatis) qui in vocibus his *K* uſurpet. *&c.*] Hæc omnia Voſſius; quibus evidenter oſtenditur, Corream, onde laudes promeruit apud doctos, à vulgaribus, & indoctis hominibus (ne à Morionibus dicam) dicteriis, & ſcommatibus fuiſſe vexatum.

a] *Sunt qui exiſtiment, literam K, caput concernere, non quòd ſcribi* Kaput *debeat, ſed quòd ad Calumniatores dignoſcendos, hac litera in eorum frontibus inuſta fuerit*.

b] *Lipſius loco hujus ſecundi nunc legit* nôt *& hanc correctionem Voſſius approbat*.

An, qui utatur litera *K*, reprehendi poſſit?

At dices, quod tolerari in Idiomate Latino debet, non poteſt ullo modo in Hiſpanico. Sunt enim qui hanc profitentur linguam rigidi, & ſeveri Catones, qui in labio, & calamo mores priſcos obſervari præcipiunt. Ergo, quidquid de Idiomate Latino, ſit litera K protrudi in Hiſpanum non debet.

Infelix illud ſaeculum eſſe, inquit Macrobius, in quo Sapientum dicta aut facta ab Indoctorum judicio & ſententia dependeant.

Caramuelis Leptotatos.

At contra obſiſtit D. Franciſcus de Quevedo qui noſtri Idiomatis Materni elegantiam ad ſummam perfectionem evexit; & D. Joſephus Antonius, qui librum poſthumum edidit, illumque Anteloquiis eruditis exornat, eſt Poeta celeber, interim *K*, quam ſcripſerat Quevedus, retinuit, nam *in Parnaſſo Hiſpano pag.* 617 hoc producit Tetraſtichon.

XV.

Verùm, quæ in una toleratur lingua, poſſit reprehendi in alia.

Son las torres de Xarái,
Calavera de anos muros
En el eskeleto informe
De an ia caſtillo difunto.

An admitti K debeat in Idiomate Hiſpano: & Correa bene diſcurrat, examine Tract. II. de Artium incertitudine. *art. 2. pag. 137.*

Et quia illud *ia* & non *ya*, legis, ſcias D. Joſephum Antonium literam *y* ab Abecedario Caſtellano, in quo per poſſeſſionem per annos millenos continuatam præſcripſerat, ne Entia (literas) multiplicaret ſine causâ, ejeciſſe, quin vel unus Grammaticus obloqueretur.

.Porrò Literæ cum ætate creverunt: Hebraicæ paucæ erant ſub initium, quibus ubi inceperunt homines diſtinctiùs loqui, novos etiam characteres in Alephbetho addi debere judicarunt. Crevit etiam paulatim Alphabetum in Græciâ: & Abecedarius in Latio. Spurius Corvilius literam G invenit, quæ priùs cum C confundebatur. Claudius Imperator, ut *lib. 11. Annal.* refert Tacitus, tres literas antiquis conabatur addere. Aliis tribus, Daniæ Rex Childericus, ditavit Linguam Rhunicam: & Imperator Carolus Magnus, quia non benè Germanica Lingua decurrebat, ſcripſit ingenioſam Grammaticam. Non ergo in Correâ damnari jure potuit, quod olim Reges, & Imperatores præſtiterunt cum laude. Cæterùm, quod jure non debuit, injuria potuit: & quia factum non dependet à Jure, Correa, ut tunc Salmanticæ propriis oculis vidi, fuit à Vulgo traductus; à Vulgo, inquam, imperiti enim homines omnia, quæ ignorant, ſupervacanea, & inutilia eſſe, vociferantur.

Literæ ſub initium in Lingua quacumque fuerunt paucæ

Literam *G*, diſtinctam à *C*, Spurius Corvilius invenit.

Claudius Imperator tres literas volebat addere.

Alias tres Childericus Rex Daniæ.

Ergo, ſi Analphabetos & ſtupidos homines (qui ſunt literarum opprobrium, nec non Scholarum abjectio) temerariâ præcipitari audaciâ Experientia quotidiana demonſtrat, quid mirum, ſi dicat præſaga ſuſpicio, *Inſurget illicò quidam Marſus, qui occlamet Voculas illas novas* [*videlicet*, ſam ſem. ſym. ſom. ſum.] *pueros, non ſenes; Grammaticos, non verò Theologos, qui Divina Myſteria meditantur, concernere. Marſus, qui addat ſuperflua eſſe, & ab ingenio otioſo naveata. Marſus, qui inculcet, Grammatica à nobis Theologicis (una ſumus) immiſceri, & confundi. Marſus denique qui dicet alia*. Ego autem omnia hæc, & graviora fortè, tolerabo ſubridens, quamdiu ab imperitis effutiantur. Cæterùm ſi aliquis Doctus (quod abſit) velit cum vulgo ſapere, hac ego illũ Cõcluſione dimittã. *Qui ſciunt ſuas Poſitiones tales eſſe, ut ſublatâ æquivocatione debeant ruere, nobis contradicendi cauſam habent: illi autem, quibus loquendi claritas non eſt nociva, &, ſi ſub initium, re nondum penetratâ, obſiſtant; ubi hunc Tractatum legerint, & quos, & quanti ex illo emanent lucis radii, perceperint, à Me erunt, ut ſpero; nec hanc Metaphyſicam Dialectum noſtram, ut inutilem, aut minus neceſſariam contemnent*.

Carolus Magnus Imperator ſcripſit Grammaticam Linguæ Germanicæ.

An ne puerile ſit de Verbo *Sum, es, eſt*, diſputare?

Nemini injuriã infert, qui ex eſſe juſſis æqui vocis emanbus terminis, alios certo & determinatæ ſignificationis loco illorum ſubſtituit.

Eſt neceſſarium Temporis, Loci, & Perſonarum circumſtantias perpendere, antequam ſumat calamũ, qui ſcribere Librum deſiderat: nam, ſicut ineptè, & inſulsè dialecticaretur

XVI.
MONITVM
Generale.

Qui eſt dicturus aut ſcripturus, labium, calamumque Auditoribus & Lectoribus debet attemperare.

(ſeu Scholaſticis terminis abuteretur) Romæ Cicero, aut Athenis Demoſthenes pro roſtris corã Senatu, & Populo orationẽ inſtituens, ſic ineptè & inſulsè in Lyceo, & Peripatu rhetoricaretur (ſeu eloquentiæ Floribus abuteretur) in conſeſſu Philoſophorum Ariſtoteles: & ſicut appellaretur imprudentiæ, qui aut Belgas Turcicè, aut Turcas alloqueretur Belgicè: ſic etiam, qui Metaphyſicas Ideas, quæ ſubtiliſſimæ ſunt, in Tabellâ aliquâ delineaturus, adſumere vellet, pro delicato penicillo ſcopã rudem (Hiſp. *un broche*) aſſumeret: *Prima enim Prudentia pars* (lib. 1. cap. 1. ait Palladius) *ipſam, cui* (Magiſter) *percepturus ſit æſtimare Perſonam: neque enim Formator Agricola debet Artibus, & eloquentiâ Rhetores æmulari; quod à pleriſque factum, qui dum disertè loquuntur Rusticis, adſequuti ſunt, ut intelligi doctrina eorum non potuerit.* Veriſſima ſunt, & continent Monitum Generale iſta verba: prima enim, ut ſcitè dicebatur, Prudentiæ pars, jubet, ut dicturus in foro, aut præcepturus in Scholâ, ſe attemperet Auditorum ingeniis; neque enim formaturus Philoſophum debet Rhetores æmulari, & per Metaphoras, Hyperbolas, & alia Circumloquutionis Schemata Orationem perducere: quod à nonnullis factum; qui cùm disertè, & eloquenter volunt dicere, adſequuti ſunt, ut eorum doctrina non potuerit intelligi.

Apud Hiſpanos craſſus, & ſcopa ſimilis penicillus eſt Broche.

Quibus verbis inſtituendus ſit Rusticus?

Prima Prudẽtiæ pars.

Stylus Philoſophicus in ſignificatione verborum proprietatem affectat, & non luxuriat per Metaphoras.

Libri, & præcipuè Scholaſtici, ut intelligantur, ſcribuntur: Ergo, ſi antiquæ voces obſint &, ſi ſonoræ, & pulchræ, excesse debent, &, ſi neceſſariæ ſint novæ, ipſæ poſſunt inveniri, & admitti. Artes enim ſimplici ſtylo tradi debent earumque Inſtitutionem reſpuunt omnem ornatum. Et id tam inviolabili, & ſevero præcepto, ut nec Grammatica quidem, cùm Diſcipulis traditur, comptam, & phaleratam elegantiam admittat. Audiunto Gerardum Joannem Voſſium, cujus in Orationibus, & Panegyricis calamus exornatur Charitibus, & tamen Grammaticas Diſſertationes voluit ſimpliciſſimè ſcribere, ut vel ſic ab Analphabetis, & ſimplicibus intelligeretur. In ipſo initio ſic exclamat, *Scribere aggredior de Re Grammaticâ: tenui, ut creditur, argumento; & in quo jam multi deſudarunt. Quare exiſtimet aliquis vix aliud mihi relictum, niſi ut à plurimis dicta, novo aliquo flore veſtiam Orationis. Sed, ut Tullius* lib. 3. de Finib. *de rebus Philoſophicis ajebat,* [Iſtiuſmodi res dicere ornatè velle, puerile eſt: planè autem, & perſpicuè expedire poſſe, docti, & intelligentis Viri.] *quantò magis hoc in re Grammaticâ obſervari debet?*

Cur libri ſcribantur, & edantur?

Voſſius, licèt Orator ſit eloquens, ubi de Re Grammatica ſcribit, non rhetoricatur.

Quo ſtylo tradenda ſit Philoſophia?

Alii alia in verbis Voſſii, aut Ciceronis adnotent, ego illud *puerile eſt* ſubdelineo, Ciceronem, qui loquitur, Gerardumque, qui ejus verba recenſet, & approbat Catoni redivivo oppono: nam ſi ille puerile eſſe ſomniabat, nova reperire vocabula, ubi, ut res ipſa intelligatur, non ſufficiunt antiqua, hi ejus Cenſuram puerilem judicare videntur, relinquere enim voces novas (aut barbaras, etiamſi velis) quibus res explicatur dilucidè: & loco illarum cultas (aut veriùs occultas) quæ rem totam intelligibilem reddant, ſubſtituere, ut ſua Catoni reddam; puerile eſt,

Non, qui contra Priſciani leges ſcribens præſtat, ut ab omnibus intelligatur, ſed qui non intelligi mavolt, quàm à Priſciani Dictionario diſcedere, Puerilitatis, ſi ſinceritas judicet, incriminatur.

ARTICVLVS IV.

Cauſas, ob quas Autor Dialectum Scholaſticam augere debeat, Viris doctis proponit; eorumq; arbitrio Deciſionem totius Controverſiæ relinquit.

XVII.
An interdum loquela demiſſa & humilis, animi arrogãtis ſit index?

IAM audio. Verba, quæ leguntur in Titulo, ſunt demiſſa, & humilia; (ais) ſed tamen Animo arrogante, & audaci prolata. Quorſum Lector advocatur in Judicem, ubi Cauſa eſt expediti Juris, ſciturque Rationes, quæ adhibentur, ſolutione carere, Scapham vocare *ſcapham* præſtat, & non per Metonymias rhetoricari, Lectoremq; *Arbitri*, & *Judicis* honorare vocabulis; ſiquidẽ eò tendit tota Anteloquii urbanitas, ut ille aſſenſum præbeat; & tametſi in Magiſtrum ſit lectus, velit appellari *Diſcipulus*.

Qui ictericio morbo laborãt omnia eſſe flava exiſtimant.

Et, ſi oculatiſſimus videri velis, quicumque hæc dicis, icterico laboras morbo, & oculos (ut cum Plinio lib. 21. cap. 20. loquar) habes felle perfuſos. Lege attentè, quæ ſcripſero. Quæ benè cogitata, aut dicta invenias, adproba. Quæ ſine fundamento gravi poſita, indigita: ſummâ enim ego humilitate correctionem admittam: habebo gratias: & opinationibus meis exceſſe juſſis, Demonſtrationi Tuæ, ubivis exhibeatur, ſubſcribam.

Interim Concluſiones, & Rationes, quæ ſincero Eruditi Lectoris judicio, & examini committuntur, ſunt hæ.

De Verbo Subſtantivo. An defectivum ſit?

Prima. *Verbum* Sum, es, fui, *quod* Subſtantivum *vocant Critici, non habet ſufficientes voces, ut omnes eſſendi differentias exponat.*

Cur Nomenclator in Verbi Subſtantivi promotione deficiat?

An *Nomenclatoris* nomine Vulgum intelligamus?

Ergo ne cæcus fuit Nomenclator, qui Linguam Latinam compoſuit: cœci Veteres univerſi Grammatici, cœci Juniores, & ſolus Caramuel habet oculos, quibus quæ cæteris ſunt inviſa perſpiciat? Id non dico. At nemo, ut exiſtimo mihi negare poterit, Vulgum eſſe Inventorem Idiomatum: eumdemq; ignarum, immò dementem, aut ſaltem imprudentem eſſe. Ejus Ovidius ignorantiam carpit, dicens,

Omnia, quæ ignarus credit miracula Vulgus.

Dementiamque Silius lib. 1.

Impia dementis Vulgi,

Et Fauſtus hanc Cenſuram remittit, Dementiam

Notetur hoc Lupi de Vega Diſtichum. *Al Vulgo es neceſſo, y por aqueſo es juſto, hablarle en necio para darle guſto.* ut Vulgi ingenium melius intelligatur.

tiam donans honeſtiore vocabulo; inquit enim,

Nititur imprudens & ſpe nos ludit inani.

Ergo ubi Nomenclatorem Latinæ Linguæ incuſo, *Nomenclatoris* nomine Vulgus intelligo, cujus nemo, ut opinor, cauſam defendendam adſumet. Si enim ignorans; & imprudens eſt (ne illum dementem dicam) quid Idioma requirat, ut omnibus ſuis numeris perfectum ſit, prævidere non potuit.

Lingua Civilis & Politica habet ſufficientia vocabula.

SECUNDA. *Eſſendi Differentia, quæ Verbum Subſtantivum deficiunt, non ſunt neceſſaria in Dialecto Politicâ.* Et demonſtratur: nemo enim eſt, qui, ut cum cæteris agat in communi colloquio, ſe non habere conqueratur ſufficientia vocabula.

XVIII.
De Lingua Latina.
An neceſſarios terminos, ut Philoſophica tractet, non habeat?

TERTIA. *Magna in Philoſophiâ, & Theologiâ Æquivocationes (aut etiam Allucinationes) irrepſerunt Terminorum defectu: & ideò præcipuè, quia voculas, quibus eſſendi differentias exponat, Idioma Latinum non habet.* Sed neque habet Græcum, nec cætera, quæ ſunt in uſu, ſed Latini in Concluſione memini, quia Latinis ſcribo & Linguam Latinam, & non aliam, impræſentiarum gliſco perficere, & vocibus Philoſopho neceſſariis ornare.

Hanc differentiam admiſerunt univerſi Philoſophi quando Ens dupliciter (nominaliter, & participialiter) ſumunt: Ens enim primo ſenſu dicit ſuam Eſſentiam & opponitur Nihilo: & in poſteriori exiſtentiam includit.

QUARTA. *Subſtantivum in Idiomate Latino Verbum caret vocibus, quibus, quæ inter Eſſentiam, & Exiſtentiam exercitia inveniuntur, & differentiam exponat.* Et probatur clariſſimè, quia non habemus vocem, quâ eſſendi modum, qui mente percipitur in Definitionibus, linguâ exprimamus. Vel attende.

Supponamus, in rerum naturâ nullum eſſe Triangulum: & te, *Quid ille ſit?* interrogari: Reſpondes, *Triangulus eſt Figura habens tres lineas.* At illud *eſt* militat contra ſuppoſitionem. Quo enim modo aliquis Triangulus eſt, quando ex ſuppoſitione nullus eſt.

Eſt non ſemper eſt idem ac *exiſtit.*

Et in his Propoſitionibus, *Alius Mundus eſt poſſibilis, Adamus eſt præteritus, Antichriſtus eſt futurus.* &c. eadem reperitur allucinatio. Sunt enim veræ. Et tamen quo veræ modo, ſi nec alius Mundus eſt, nec Adamus eſt, nec Antichriſtus eſt.

Sunt novæ Voces neceſſariò quærendæ.

Ergo aut inveniendæ voces ſunt, quibus hæ eſſendi differentiæ exprimantur, & inter ſe diſtinguantur, vel aliàs ſemper erit Eſſentia cum Exiſtentiâ, objectaque Simplicis Intelligentiæ & Viſionis in Deo, non poterunt accuratè explicari.

Duratio eſt triplex.
Verbum *Eſt*, quo illa ſignificatur eſt æquivocum.

QUINTA. *Duratio eſt triplex: Temporanea, Æviterna, & Æterna. Tempus eſt purè ſucceſſivum: Æternitas eſt purè ſimultanea; intereſt Ævum, quod partim ſimultaneum, & partim ſucceſſivum eſt. Et has eſſendi Differentias, quæ inter ſe ſummè diſtant, non diſtinxit Nomenclator Latinus, illas enim unico Verbo* Sum, es, eſt, *confuſè, & æquivocè ſignificavit.* Tolerari in Ariſtotele potuit iſta allucinatio, non enim ipſe habuit notitiam Ævi, Æviternitatemque per modum Temporis ſucceſſivi, ab æterno, & in æternum decurrentis, concepit. Non autem in Chriſtianis, quorum non paucos, nec indoctos, deficiunt legitimi æternitatis, & æviternitatis conceptus. Stat igitur Subſtantivum Verbum æquivocatione laborare, à nemine negari poſſe. Audiri poterit Lalemandetius, qui in Apparatûs Iſagogici partit. 6. de Verbo column. 26. ſic ſcribit. [Nota, quòd dum Ariſtoteles definit Verbum per *ſignificare cum tempore*, nomine *Temporis* velit intelligi [*] omnem Durationis menſuram. Utitur enim in illâ Definitione, menſurâ rerum corporalium; ſcilicet, Tempore; utpotè, nobis notiſſimo: nam, dum dicitur, *Deus eſt*, ubi Verbum *eſt* non ſignificat cum Tempore, ſed cum illâ menſurâ, quæ eſt æternitas: Item, cùm dicitur *Angelus eſt*, ibi Verbum *eſt*, non ſignificat cum Tempore, nec cum Æternitate, ſed cum ævo, quod eſt propria menſura Durationis Angelicæ. *&c.*]

*] *Videtur Lalemandetius aſſerere, differentias, quæ inter Æternitatem, Ævum, & Tempus inveniuntur, meminiſſe Ariſtotelis: at eſt verum oppoſitum.*

Poſſem meam Concluſionem multorum aliorum teſtimoniis probare; ſed quia in hoc tantùm Articulo res inſinuo, non probo, tantùm dicam, in hanc allucinationem incurrere, omnes, qui cum Ariſtotele dicunt, *Ad præteritum nullam eſſe potentiam.* Hæc enim Propoſitio eſſet vera, ſi reſpectu Dei eſſent præterita futura, ſed quia hæ differentiæ temporum ſunt reſpectu noſtri, quiſquis hanc eandem Propoſitionem eſſe veram exiſtimet, non habet æternitatis genuinum, & germanum conceptum. Sed de hoc jam alibi ex profeſſo diſſerui.

Eſſe Dei ab Eſſe creaturarũ, ſicut re, ſic etiam voce debet neceſſariò diſtingui. *Pſalm.* 2. 7.

SEXTA. *Quærenda etiam, & deſignanda eſt in Subſtantivo Verbo aliqua dictio, quæ exprimat modum exiſtendi Divinum.* Caret hac voculâ Hebræa Lingua, & ideò legitur in Pſalmo, *Dominus dixit ad Me, Filius meus es Tu, Ego hodie genui Te.* Quod hunc Verſum legentes, & audientes concipimus, verbis his imperfectè tantùm ſignificatur.

XIX.
Debent quæri vocabula, per quæ Eſſe Logicum, Phyſicũ, & Metaphyſicum inter ſe diſtinguantur.

SEPTIMA. *Differt eſſe Phyſicum à Logico, & Metaphyſico. Indiget ergo à voculâ, ut propriè ſignificetur, & ab aliis eſſendi modis ſecernatur.*

An Materia exiſtat exiſtẽtia Formæ?

Et quidem hujus defectu voculæ obnubilatur illa Quæſtio, quæ interrogat, *An Materia prima exiſtat exiſtentiâ Formæ?* quæ ut ſuo loco videbimus, in Scholis eſt celebris; & præcipuè inter Thomiſtas, & Scotiſtas agitatur. Utrique enim habent pro ſe Ariſtotelem, apud quem *Forma dat eſſe Materiæ*, Et *Materia recipit eſſe à Formâ*, & etiam *Materia eſt per Formã*. Ubi per *eſſe* Thomiſtæ *exiſtentiam* intelligunt: at *Phyſicam ſpeciem* Scotiſtæ.

De Tempore Indeterminato.
An neceſſariũ ſit?

OCTAVA. *Idem Verbum Subſtantivum in Linguâ Latinâ caret aliquâ voce, quâ ſignificetur Tempus indeterminatum à Præterito, Præſenti, & Futuro præciſum.*

De Scientiæ Viſionis objecto.

Hujus voculæ neceſſitatem tenebuntur confiteri Theologi; nam quando objectum ſcientiæ Dei, quam vocant *Viſionem*, exponunt, in illo comprehendi aſſerunt omnes Creaturas, quæ ſunt in aliquâ differentiâ temporis. Et addunt, ſe iſtarum differentiarum nomine ſe intelligere Tempus Præſens, Præteritum, & Futurum. Et ego illis, me benè intelligere hanc Propoſitionem, *Hæc charta, quam video, eſt in differentia temporis Præſentis*, non autem has, *Adamus eſt in differentiâ Temporis Præteriti*, & *Antichriſtus eſt in differentiâ Temporis Futuri*. Quoniam, ſi neuter eſt, quo modo in Temporis Præteriti, aut Futuri differentiâ eſt.

Quid ſit eſſe in aliqua differentia temporis?

Res manet obſcura terminorum defectu.

An Creaturæ omnes (præteritæ, præſẽtes, & futuræ) ſint Deo præſentes in hoc *nunc* æternitatis?

Hinc naſcitur, quòd hæc Propoſitio, *Omnis Creatura eſt Deo præſens in hoc* nunc *æternitatis*: quæ, ſi benè intelligatur, & exponatur, veriſſima eſt, & ab Ang. Doct. traditur, à Thomiſtis ſæpiſſimè malè exponatur, & à Scotiſtis propter meram æquivocationem negetur. Dicunt enim. [Si hæc Propoſitio *Adamus eſt Deo præſens in hoc* nunc *æternitatis*, eſt vera, etiam erit vera hæc, *Adamus eſt*. Atqui hæc eſt falſa:

quoniam Adamus nunc non eſt. Altera ergo, tametſi Angelici Doctoris ſit, non eſt vera.] Ergo, ut Thomiſtæ Angelicum Doctorem benè intelligant, & directè à Scotiſtis poſſint impugnari, aut defendi, neceſſe erit, ſicut ab Homine, Leone, Elephante, & rationem Animalis communem omnibus Animalibus, abſtraxerunt Philoſophi; ſic etiam ab *Eſt*, *Fuit*, & *Erit*, unum verbum abſtrahere, quod ſit commune & indeterminatum, & ſicut de Homine, Leone, & Elephante Animal, ſic de *Eſt*, *Fuit*, & *Erit*, prædicetur, & verificetur.

Neceſſitatem hujus Temporis Indeterminati Græci percepiſſe videntur; nam duo habent ſpecialia Tempora Indifferentia, qui à Grammaticis Χρόνοι ἀόριςοι nominantur. Hæc autem Indeterminata Grammaticæ Latinæ tempora, non poſſunt Theologiæ ſatisfacere; Primò, quia ſunt duo inter ſe differentia, (nempè ἀόριςος πρῶτος δεύτερος) Species in duobus immediatis generibus convenire non poſſunt; ſecundò: quia Tempora Præterita indefinitè ſignificant, & Futura nullo modo concernunt.

Græci habent Tempora indeterminata, quæ dicuntur *Aoriſtica*.

Nulla ſpecies ſubjicitur duobus generibus.

Aoriſti Græcorum nō pertinent ad Tempus Futurum.

ARTICVLVS V.

An liceat formare Nova Nomina, ubi Res Novæ reperiuntur, quibus ſignificandis Antiqua non ſufficiunt vocabula?

Reſpondetur aſſertivè. *Nulla enim eſt in Mundo Literario Facultas, quæ, niſi Novos fingat, Terminos ſufficientes, & neceſſarios habeat.*

XX.
An omnes Facultates & Scientiæ proprios Terminos habeant?
Lalemandetius in Apparatus Iſagog. part. 1. colum. 1.

QUID mirum, quæſò, ſi Philoſophiam, & Theologiam voces, & literæ neceſſariæ deficiant, ſi eſt generalis iſte morbus, & ſcientias univerſas pervadit? Nulla Scientia traditur in Scholis, quam doceri poſſimus, quin priùs vocabulorum ſignificationem ſupponamus. [quoniam ut 1. Elench. (apud Lalemandetiū) aſſerit Ariſtoteles, *Qui Vocabulorum ſignificationem ignorant; facilè paralogizant*.] Quod, ut puto, eſt veriſſimum, & nullo alio probari modo meliùs poterit, quàm ſingulas breviter examinando.

SECTIO I.

De Grammaticâ.

De Grammaticæ partibus.

TRIA ſunt in illâ nomina, quæ non ſolent benè exponi, aut intelligi. Videlicet, Ὀρθολογία, Ὀρθογραφία, & Καλλογραφία. Primum nomen ab ὀρθος, quod eſt *rectus*, & λόγος, quod eſt *ſermo*, aut *loquutio* deducitur: & ſignificat Scientiam, & Facultatem omnium primam, quæ balbutientibus Puellis præſcribitur; in ipſiſque operationes, & motus linguæ, ut benè literas pronuncient, dirigit: Hanc Ὀρθογραφία, ab ὀρθῶς *rectè*, & γράφω *ſcribo* dicta, ſequitur, quæ ſingulis linguæ motibus, ſeu pronunciationibus proprios characteres accenſet. Et hæc fuit imperfecta in initio, & jam poſt multa annorum millia, nondum eſt ad neceſſariam perfectionem promota. Utramque Καλλογραφία concomitatur, quæ ad Pictoriam ſpectare videtur, nam κάλλος pulcher eſt, & ejus munus eò ſolummodò reſpicit, ut pulchros characteres efformet. Calographiam igitur, & Orthologiam relinquendo, de Orthographiâ in ſpecie tractabo.

Quid Orthologia ſit?

Quid Orthographia?

Quid Callographia?

XXI.
De Hebraicis Literis.

Lingua profectò Hebræa paucas literas ſub Mundi initiū habuit. Teſtis eſt Irenæus, quem Gerardus Joannes Voſſius lib. 1. de Art. Gram. cap. 27. dilucidaturus, ſic infit. [*Hebræi primum decem fuerunt literis contenti; ſi ſtare in hac re licet B. Irenæo* libr. 1. adverſus Gent. cap. 41. *ubi ſic ſcribit*. Antiquæ, & primæ Hebræorum literæ, & *Sacerdotales* nuncupatæ, decem quidem ſunt numero. *&c.*] Sed quæ? Hermannus Hugo *libr. de ſcribendi orig. & literarum antiquitate, cap.* 4. prudenter hæret: & ſibi non conſtare aſſeverat. Franciſcus Fevardentius, Theologus Pariſienſis, audacter hanc quæſtionem decidit. Putat enim ab Aleph ad Jod, fuiſſe veteres Hebræorum literas, & cæteras cum tempore, & ætate creviſſe. Sed id nulli Viro erudito Fevardentius ſuadere poterit: ſunt enim in Alephbethi primâ lineâ aliquæ literæ, quæ minùs neceſſariæ videntur, & in alterâ multæ, ſine quibus legitima pronunciatio non ſtaret. Ego autem non tam divino, aut ſuſpicor, quàm probabiliſſimè aſſevero, omnes ſub initium literas, quæ eodem organo proferebantur, diſtinctione caruiſſe, & poſteà fuiſſe paulatim diſcretas & inter ſe ſeparatas. Ut firmem hanc meam Reſolutionem, audiam D. Franciſcum Maria Maggium, qui in Linguarum Orientalium Syntagmate, p. 1. c. 1. pag. 10. Literas in claſſes ſubſequentes diſtribuit.

Quot ſub principium Mundi fuerint?

An illæ, quæ in primo Canone Alephbeti ponūtur?

Literæ, quæ ſunt pronunciatione ſimiles, coincidebant antiquitùs.

Li-

Decem illarũ Claſſes.

Literæ ſunt, vel
- *Vocales* — I
- *Conſonantes*
  - *Mutæ.* — II
  - *Gutturales.* — III
  - *Uvales.* — IV
  - *Palatinæ.* — V
  - *Sibilantes.* — VI
  - *Balbutientes.* — VII
  - *Flexa.* — VIII
  - *Labiales.* — IX
  - *Molles.* — X

Sic digerit literas Ibericas Maggius: & eodem modo poſſunt literæ in Idiomate quocumque diſtribui.

XXII. Quo modo & quando ejuſdẽ claſſis literæ inceperunt ſecerni?

Literas, quæ prolatione & charactere coincidebant priùs, & poſteà, & pronunciatione, & charactere fuiſſe diſcretas probabo liquidò ſi Priſciani & Philippi Melanchthonis tempora, & verba componam. Priſcianus *libr.* 1. ſic ſcribit. *K, & Q, quamvis figurâ, & nomine videantur aliquam habere differentiam, cùm tamen, eamdem tam in ſono vocum, quàm in metro continent poteſtatem.* At ſequentibus annis occœperunt inter ſe diſſidere, nam Philippus *in Inſtit. Gramm. Linguæ Latin. pag.* 7. *juxtà Editionem Witebergenſem anni* 1590. ſic ſcribit. *C autem, K, & Q, quamquam apud Veteres Latinos ejuſdem poteſtatis fuerint, eodemque modo* [a] *proferantur; hodie tamen, corruptâ* [b] *videlicet verâ pronunciandi conſuetudine, C quidem ſequente E, vel I, eodem ferè ſono, quo Z effertur, ut in dictionibus* Cera, Cinis, *&c.* Q *autem à conſonante* [c] V, *cum quâ ſola ſcribitur, poteſtatem mutuatur; mixtumque quiddam ex K, & V reddit; ut in* Equus, Obliquus, *& ſimilibus, in quibus apud Antiquiores V. prius quieſcere ſolebat.*

De K, Q. & C.

a] *Ponit Præſens pro Præterito: Ego enim diverem*, proferentur, *aut* prolatæ fuerint.

b] *Hodie Latinam Linguã, aut etiam Græcam omnes, efferunt ut Maternam.*

c] *V, quæ poſt Q. ponitur videtur eſſe vocalis, at hic Philippus conſonantem vult eſſe, quem ſequitur Doctor Romanus Lovanii, nam in impreſſis libris,* Qvi, Qvæ, Quod, *& non* Qui, Quæ, Quod *habet.*

C etiam, & G eodem prorſus modo antiquitùs proferebatur, & ſcribebatur. Conſtat ex Columnâ roſtratâ, quæ hodie Romæ in Capitolio viſitur. Quæ dicata fuit à C. Duillio in bello Punico primo ob navalem victoriam. Nam in iſtâ Columnâ expreſſis characteribus [d] *Maceſtratos, Leciones, Cartacinenſes, pucnando*, & ſimilia leguntur. Firmant id alia argumenta, quæ Rodulphus Furnerius *rerum quotidianarum lib.* 1. *cap.* 15. adducit. Interim, quia obſervabat unam, & eamdem literam C duplicem jam in Linguâ prolationem habere, Spurius Carvilius [non Corruſius, ut corruptè apud Scaurum legitur] lineolâ additâ G à C etiam charactere diſtinxit. Et hinc conſtat, cur libr. 2. cap. de literâ, ipſa G, *litera nova* à Diomede dicatur. Proderit legere Marium Victorinum *lib.* 1. *Extremo cap. de Orthogr.* & Auſonium *in Idyllio de literis* canentem. [e]

De Roſtrata Columna.

C. Duillii victoria.

d] *Totam hujus Columnæ inſcriptionem in Meditatione Proœmiali, quæ noſtræ præfigitur Arithmeticæ, exhibui.*

Literæ Nova, quæ?

Prævaluit poſtquam Gamma vice functa priùs C

Quia B, & P ad unum pronunciationis organum ſpectant, [Et idem dicendum de D, & T] à Latinis olim confundebantur: & vix hodie poſſunt à Germanis ſecerni. Unde loco citato addit Voſſius [Par vicinitas Mutarum aliarum, ut B, & P item D & T, quæ tanta, ut etiam (Fabii libr. 1. de Gramm. cap. 4. verbis utor) *in vetuſti Operibus Urbis, & celebribus Templis legantur*, Alexanter, & Caſſantra. *&c.*

De B, & P.

De D. & T.

De F. & Φ Ph.

F, & Φ, ſeu *Ph* coincidebant in ætate decrepitâ; at jam Julii Cæſaris ævo lata erat differentia: ridet enim *in Oratione pro Fundan.* Cicero teſtem Græcum, qui Fundanii nomen, pro quo adducebatur, pronunciare neſciret (Φυνδάνιον enim dicebat, quem *Fundanium* debetet) vide Fabium *libr.* 1. *cap.* 5. & Philippum, qui *loc. cit.* ſic ſcribit. Hanc *literam* (nempe, Φ. Ph *Germani per* Pf *ferè reddunt, loco adſpirationis* (literâ) F. *adſumptâ: quemadmodum ex voce* φεῦ, *quam Noſtri* Pfeu *dicunt, & ſimilibus quibuſdam aliis animadvertere licet.* Ubi in margine Joachimus Camerarius hoc Scholion adſcribit. *Inter* F *autem, &* Φ. Ph. *hoc ſolùm intereſt, quòd non tam fixis labris eſt pronuncianda* F, *quam* Φ Ph. *&c.*

De litera Germanica *Pf.*

e] *Græcarum literarum nomina indeclinabilia eſſe ſolent: at hic* Gamma, mæ, *habet Auſon*[s], *&* Sigma, tis, *inflectunt alii.*

XXIII. De novis literis à Claudio inventis.

Tres ſuo ævo fuiſſe in linguâ literas, quæ calamo non exprimebantur, Claudius Imperator aſſeruit: & ut Tacitus teſtatur *libr. Annal. XI.* Cæſareâ authoritate addi juſſit Abecedario. Et hanc inventionem & juſſionem Tranquillus in *Claud. cap.* 41. commendat, aſſeverans *illas ipſas tres literas eſſe maximè neceſſarias.* Non conſtat apud Criticos, Quænam eæ fuerint? Variant enim Autores ut Voſſius *libr.* 1. *cap.* 25. teſtatur. Ipſe videri poteſt: non enim Grammaticam hîc Latinam doceo, ſed contendo tantummodò poſſe novum characterem ſcribi, quoties nova reperitur prolatio: & novam poſſe conformari dictionem, quoties nova ſuccurrat res, quæ nomen ſpeciale non habeat.

An fuerint neceſſariæ?

De intento Autoris.

Sicut Latinum Abecedarium Opinione Imperatoris Claudii, etiam poſt Hortenſii & Ciceronis curas, aliquæ deficiebant Literæ, maximè neceſſariæ; ſic & nonnullæ in Abecedario Rhunico, Danico, & Gallico, Childerici judicio deſiderabantur. Audiunto Voſſium, qui *de Art. Gramm. libr.* 1. *cap.* 9. rem exponit his verbis. *Aimoinus* de geſtis Franc. libr. 3. cap. 40. *auctor eſt, Childericum Regem mandaſſe Gallis, ut quatuor Græcorum literis uterentur* Θ. Φ. Χ. Ω. Ac de numero iſto conſentit quoque Gregorius Turonenſis libr. 5. Hiſtor. Franc. cap. 45.: *ſed alias memorat nempe* Ο. Ψ. Ζ. Π *niſi locus hic ſic corruptè in omnibus codicibus legatur. Saltem pro* Ο. *deberet* Ω *ſcribi; nam* Ο *prius erat ſignum tam longæ, quàm brevis Vocalis. Et pro* Π *reponẽdum* Φ: *quia pro* Φ *anteà erat* Π[c] *cum ſpiritus notâ.* &c. Ecce Regia Providentia laudatur, quòd ex Alphabeto, [*f*] quatuor literas ſumpſerit, & in Abecedarium tranſtulerit, ut Maternæ linguæ conſuleret pronunciationi, quæ ſine illis characteribus in ſcriptis non poterat repræſentari.

De literis à Childerico inventis.

Quænam eæ fuerint?

f] *Omnium literarum Adgregatum, quod à Latinis* Abecedarius *dicitur, à Græcis* Alphabetum, *& ab Hebræis Alephbethum* vocatur.

An ſaltem in Græcâ & Latinâ Linguâ hodie nulla prorſus eſt Litera, quæ charactere careat ſibi correſpondente? Nego: nego. Plures enim Linguâ literæ ſunt, quàm in Calamo. Subſcribo Voſſio, qui rem Criticam oculatiſſimè periclitatus, *libr.* 1. *cap.* 20. ſic inquit. *Poteramus jam manum tollere de Mutarum & Liquidarum Tabulis, niſi quædam eſſet litera* ἀνώνυμος (nomine deſtituta) *quæ intermediam habens naturam inter Mutam* G *& Liquidam* N *unde à Græcis per adulterinum* Γ *ſcribitur: à Latinis per N adulterinum.*

An plures literæ in lingua ſint, quàm in calamo.

De litera anonyma.

De litera, quæ ſonat inter G, & N.

Firmat id authoritas Nigidii Figuli, qui apud Agellium *libr.* 19. *cap. ult.* ſic ſcribit. *Inter literam* N, *& G eſt alia vis, ut in nomine* Anguis *&* Angaria, *&* Ancoræ, *&* Increpat, *&* Incurrit, *&* Ingenuus. *In omnibus enim his non verum* N, *ſed adulterinum ponitur. Nam* N *non eſſe, lingua indicio eſt. Nam ſi ea litera eſſet, lingua palatum tangeret.* Apponam & egregium locum Marii Victorini, quem emendatiùs Voſſius exhibet quàm legitur vulgò. Ejus hæc

XXIV. De adulterina litera N.

verba

An detur litera aliqua media inter M, & N?

verba libr. 1. *Clari in ſtudiis viri, qui aliquid de Orthographiâ ſcripſere, omnes fere ajunt, inter M & N literas, mediam vocem, quæ non abhorret ab utrâque literâ, ſed neutram propriè exprimat, tàm nobis deeſſe, quàm Græcis: cùm illi* Samhix *ſcribant, nec* M *exprimere, nec* N. *Sed hæc ambiguitas in his fortaſſe vocabulis, ſicut in* Ampelo, Lycambe. *Nam in noſtris ſupra dictis non eſt, quia non inter* M *&* N *medium ſonat, ut* Unquam *&* Nonunquam, *& ſimilia, ſed inter* N *&* G. *Nam & Græci cùm ſcribunt* ἄγγελος, ἄγγος *& ſimilia, ſi ſyllabam* A N *ſequatur ſyllaba, quæ initium habet à* G *& à* C, *convertunt* N *literam in* G, *& pro* N, G *ſcribunt, ut* ἄγγελος, ἄγχιστα, ἄγνυμα; *cùm inter* N *&* G *medium ſonet vocis producta, non ut aliis videtur, inter* M, *&* N.

Quæ ſit litera illa, quæ ſecùdo in loco profertur in ἄγγελος?

Concluſio.

Ex literis tranſeamus ad Voces, quæ conſtruuntur ex ipſis, videamuſque; An novas auſi fuerint confingere, aut etiam innovare Grammatici? Reſpondeo, hanc ex levi causâ licentiam, videlicet, ut cæteros & inferioris fortunæ homines imitarentur [*] Poëtas, & Comicos præcipuè uſurpaſſe. Aliter enim apud Plautum loquuntur Divi, Heroes, & Principes; aliter Servi & Ruſtici: nam illos decet ſermo caſtigatiſſimus: his autem licet nonnulla interdum balbutire vocabula. Et hoc etiam in Autoribus Græcis Critici aliquando obſervarunt. Et inter eos Alexander Scotus *in Grammatica Græca Editione ſecundâ, Lugdonenſi (ann. 1614.) pag.* 11. ſic ſcribit. [Nullum Græcum nomen exit in ε, vel α. Nam τὸ χρεῖττε, *confidere*, in Ariſtophanis Equitibus, fictum eſt; ut barbarè loquentes ſervos [*] imitaretur. Ut quidam inducit Militem dicentem, *Ubi vadis?* Nam τοιόσδε, *talis*, & τοσόσδε, *tantus*, compoſita ſunt ex δὲ *&c.*]

*] Imitari, *pro quo etiam habet Hiſpanus* imitar, *verbum eſt generale, & ad nullam eſt, aut materiam reſtringitur. At* in voce & geſtu aliquam perſonam imitari, *eſt apud Hiſpanos* remedar.

Poetæ nova fingunt vocabula.

Non ergo omnes, quæ ſunt in linguâ Literæ, habent in calamo characterem ſibi correſpondentem. An-ne omnes Res ſpeciale in Vocabulario nomen habent? Negamus: & Nos bene negare oſtenſuri, per præcipuas Scientias & Facultates diſcurramus.

De Magnete.

XXV. Vtrùm ad Matheſim, an verò ad Philoſophiam pertineat, Magnetis Cótemplatio?

HUJUS Lapidis conſiderationem Philoſophiæ, & Matheſi præmitto: nam habet virtutes ſecretiſſimas, quarum examen viam ſternet, ut Phyſicas, & Mathematicas conſiderationes Doctores Eruditi promoveant. In ipſo Magneticæ Artis limine P. Athanaſius Kircherus, illum deſcribit, dicens, *Magnes eſt, magnum illud Naturæ miraculum, Ingeniorum cos, Philoſophorum labyrinthus, & abyſſus impenetrabilis.* &c. Et expoſiturus illa, quibus inſignitur vocabula, ſubdit. Eum alii à tractivâ ferri *virtute* σιδηρίτην *appellant: quidam* Lapidem Herculeum, *à viribus forſitan Herculis, eò quòd ferrum, rerum omnium domitricem materiam, ſubigat, deſumptâ ſimilitudine. Nonnulli à virtutum ſuarum magnitudine, aut à Magneſiâ regione, circa quam, Lucretio teſte, eruitur. Alii denique à Magnete quodam, authore Plinio, Idæi Montis Paſtore, ejus Inventore, quem reperiſſe fertur, clavis crepidarum, & baculorum ferramentis Magneticis ſaxis adhæreſcentibus.* &c. Et ſic de illo Claudianus.

Quænam nomina fuerit ſortitus?

Vbi, & à quo fuerit inventus?

Reſtituitur Claudianus.

Quiſquis ſolicitâ Mundum ratione ſequutus,
Semina rimatur rerum: quo Luna laboret
Defecta; quæ cauſa jubet [*] palleſcere Solem:
Unde rubeſcentes ferali crine Cometæ;
Unde fluant Venti; trepida quis viſcera Terræ
Commoveat Motus; quæ Fulgura ducat Origo;
Unde tenent Nubes; quo lumine floreat Arcus:

*] *Quia Contextus poſtulat, ut* jubeat, *& non* jubet *dicatur: & tandem dicere juvet Claudianum ſcripſiſſe, & non* jubet.

In iis ſpeculationibus cum laudo alii ſuum tempus & ingenium impendant; ſed non ego. Sed cur? Quoniam

Hic mihi quærenti, ſiquid deprendere Verum
Mens valet, expediat; Lapis eſt [a] *cognomine*
Magnes.

a] *At Magnes hujus Lapidis nomen eſt, non cognomen. Ergo ſic loqui Claudianus voluit, ut conſuleret Carmini.*

Et in hoc ego Lapide, relinquam Mathematicis linearum, circulorumque exorbitantias, quas in ejus Operationibus oculatiſſima Juniorum experientia proſpectat; relinquam Philoſophis inquiſitionem cauſarum, unde illæ profluunt; & in meâ manens lineâ, agam Criticum, & examinabo, An iſte Lapis probet, *Nova debere admitti neceſſariò vocabula?*

Videretur quòd non; P. Nicolaus Cabeus, S. J. Opus curioſum, & ingenioſum edidit, quod inſcripſit, *Magneticam Philoſophiam*, illudque anno 1629. Ferrariæ edidit: & tamen in ipſo jubet loqui cum multis, & verborum novitates ſeverâ Cenſurâ condemnat. Alia poſſem ex aliis ejus Operis locis exſcribere: ſed quia *lib.2.cap.16. pag.*175. clariſſimè videtur loqui: ejus verba hic exhibeo.

Philoſophia Magnetica, liber eſt à P. Nicolao Cabeo compoſitus, & ann. 1629. in lucem miſſus.

[Non ego *(ait)* tantam hujus Lapidis ignorationem eſſe dixerim, nec tam effusâ lamentatione hujus Philoſophiæ fatum deploro ex hoc capite, quòd homines etiam ſapientes Septentrionalem appellant etiam illam partem, quæ in Septentrionem dirigitur: verba enim ſigna ſunt, quæ ad ſignificandum ex liberâ hominum voluntate aſſumuntur; nec ſolùm inter ſapientes verba tanquam rerum teſſeræ tranſmittuntur, ſed etiam vulgus promiſcuè cum ſapientibus illis utitur. Debent ergo tales aſſumi voces, & in illo accipi ſenſu, qui poſſit etiam à vulgari ingenio percipi, ne duplicem cogamur habere ſermonis uſum, quorum uno utamur inter ſapientes, alio plebeculæ ſententias aperiamus. Quare, ut ſerviamus debiliori parti, quia hæc aſſurgere nequit, cùm altera poſſit, ſi velit, ſe ſpontè demittere, melius fuit Philoſophi uti conſilio, & loqui ut multi intelligunt, ſentire ut pauci ſapiunt. Quo poſito, quis dicat inter vulgares homines, & non ſe timeat exſibilari, [*] illam eſſe verè partem Auſtralem in magnete, quæ convertitur in Septentrionem, illam Septentrionalem, quæ convertitur in Auſtrum? Damnaretur communi ſenſu, qui ſic loqueretur. Si placet, ergo non diſcedamus à communibus vocibus, & demus hoc uſui loquendi, qui jam obtinuit, ut illa appelletur Septentrionalis, quæ in Septentrionem dirigitur; Auſtralis, quæ in Auſtrum, quâ etiam loquendi formâ hactenùs uſi ſumus.]

An ex illo probetur, nec novæ eſſe fingenda nomina, nec antiqua afficienda noviſ ſignificatis?

*] *Nota illud* Vulgares homines *& illud* exſibilari; *ne ſcias, exſibilare ignorantes omnia, quæ non intelligunt.*

Et videretur, quòd ſic. Quia Veritas à Philoſophis quæritur: &, ſi inveniatur, non debet, nec poteſt negari, propter præjudicia & opinationes Vulgi, quod audax eſt & imperitum. Ergo ſiquidem illa Magnetis pars, quæ nunc reſpicit Boream, in fodinâ antequam à toto ſaxo excideretur, reſpiciebat Meridiem (quod & Cabeus fatetur, & experientiæ quotidianæ confirmant) *Meridionalis*, & non *Septentrionalis* dici debet.

XXVI. Non debemus cum Veritatis jactura Vulgares homines in ſermone imitari. Quænam Magnetis Pars, Borealis, & quæ re vera Auſtralis ſit?

Ego autem breviter, etiam in Magnete, ſtando

do

Qui loquitur aut ſcribit, linguam, ſtylumve Auditoribus, aut Lectoribus debet attemperare.

do Meæ Reſolutioni, Controverſiam deciſo. HANC ANIM CONCLUSIONEM *propugnandam adſumo*. Inter Auditores & Auditores debemus neceſſariò diſtinguere. Quoniam, ſi ſint vulgares, & Magneticæ Philoſophiæ imperiti, loqui oportet, ut Vulgus: & illa Magnetis pars, quæ Septentrionem reſpicit, *Septemtrionalis* dici debet. Si autem ſint Viri docti, & Magneticam Philoſophiam percalleant, ſtandum eſt à Veritate, & quia ſentimus cum paucis: etiam cum paucis diſcurrere & loqui poterimus. *Et addo* HOC COROLLARIUM. Ergo, ſi agamus cum Priſciani Idololatris: qui malunt in Ariſtotelis & D. Thomæ expoſitione & dilucidatione defectus manifeſtos committere, quàm in Priſciani Grammaticas leges impingere, loqui oportet cum ipſis, & ab Scholaſticâ Dialecto expedit abſtinere. Cæterùm, ſi illi cum quibus agimus, ſublimiori ſint ingenio prædíti, uti debemus vocibus, quæ noſtras Ideas repræſentent, Et quia communes & Veterea id præſtare non poſſunt, ad Novas, quas Nova ſubminiſtrat Dialectus, debemus (Nos Providentiâ, & Prudentiâ conducente) recurrere.

Aliter loqui debemus, ubi cum Grammaticis: & aliter ubi cum Philoſophis agimus.

Conſentit Cabeus noſtræ Reſolutioni.

Et quidem hanc noſtram Concluſionem eſſe à Cabeo deſumptam, hæc ejus verba manifeſtè perſuadent. *Mihi* (loc. cit. pag. 178. ait) *ita loqui magis placet, quod eò libentius facio, quò magis invitus diſcedo à communi loquendi formâ. Si nihilominus propter rationem ſupra poſitam, melius alicui videatur, ſi pars illa, quam Septentrionem dirigitur, Auſtralis appelletur, & ſic errores facilius præcavere judicet, integrum ſit unicuique loqui ut lubet.*

XXVII. Verùm enim verò, tametſi in hac Quæſtione, quæ de re ſenſibili eſt, frui poſſimus licentiâ, quam Cabeus impertitur, in aliis, quæ inſenſibiles res in examen appellant, Doctis non licet loqui ut placet. Multæ enim ſunt in Magnete Virtutes, & multæ de illis Propoſitiones, quas non cognoverunt Priſci Nomenclatores, à Mathematicis, & Philoſophis ediſſeruntur: debentque illas, ut intelligant, exponantque, quibuſdam novis, & à ſe fictis ſignare vocabulis; non enim aliàs ſcite poſſent Lectores, de quâ re ipſi tractarent. Unum, aut alterum Scriptorem in exemplum proponam, nam in re, quam uniformi conſenſu faciunt omnes, idem erit adducere unum, quàm alium.

Phyſiologiam Novam (ſive Diatriben de Magnete) quam ante multos aliquot annos Gulielmus Gilbertus Medicinæ Doctor ediderat, Wolfgangus Lochmannus auxit, & illuſtravit, & anno 1628. Sedeni edidit. Et quia, ut Res nova explicetur, Termini Antiqui non ſufficiunt, ante Libri I, Caput I. præmittit Paginam cum hac Epigraphâ. *Verborum quorumdam Interpretatio.* Et in ipsâ declarat, quo ſenſu intelligat, uſurpetque ſubſequentia vocabula.

Videlicet.

Terrella. Ipſe Magnes. [a]	*Crux.*
Verticitas.	*Cortex,*
Electrica.	*Radius Orbis.*
Magneticum Excitum.	*Orbis virtutis,*
Verſorium. [b]	*Orbis oſitionis.*
Magnes armatus.	*Oſtenſio.*
Meridionaliter.	*Coïtio.*
Parallelèticè.	*Declinatorium.*
Cuſpis.	

a] *Terra eſt quidam magnus Magnes opinione Gilberti: & Magnes eſt quadam parva Terra. Juſſus autem fuit P. Kircherus dicere illum non eſſe Terram parvâ, ſed Corpus Magneticum Vide* Libri ejus de Magnete tertii part. 1. qu. 1. ſect. 1. §. 1.

b] *Nomen Verſorium apud Plautum, & alios Antiquos reperitur, ſed fortè in ſignificatione diverſa*

P. Athanaſius Kircher.

Produit etiam anno 1654. tertia Libri de Magnete editio, in quâ Author (P. Athanaſius Kircher) novis frequenter terminis utitur, ſed illos, ubi occurrunt, exponit.

Cur plures nô citentur Authores?

Alii ſimilia præſtitere: quorum Autorum nomina, & dictiones novas, quas componunt, aut ſignificationes novas, quas vocibua antiquis adſcribunt, conſultò omitto, ſunt enim multa; &, ſi recenſerentur ſingula, adgravarentur Lectores ſine causâ.

De Matheſi.

XXXVIII. Omnes in Operibus ſuis Mathematici, ut ſuas Ideas exponant, nova inveniunt vocabula.

QUIA Quantitates (Continuas, aut Diſcretas) conſiderat, ab omni materiâ (ſenſibili, & intelligibili) abſtractas, uti debet Nominibus, quæ non cognoverunt Politici Nomenclatores. Ut id manifeſtè perſuadeam, perindè erit iſtum, aut illum Scriptorem producere. Ergo exhibebo illum, qui primò occurrat.

Habeo ob oculos, hic in mensâ, in quâ ſcribo, *P. Gaſparis Schotti Mathematicum Curſum, in libros XXVIII. digeſtum.* Multa in illo Author iſte ad rem noſtrâ ediſſerit; & libr. 1. capite 3. in quo de Terminis, ſeu Vocabulis Mathematicis diſputat, in ipſomet initio, ſic ſcribit. *Termini Mathematici, qui hoc Capite explicantur, ſpectant ferè ad ſolas illas Species, quæ circà Continuam Quantitatem verſantur. Alii, qui ad Species, quæ circa Diſcretam verſantur, pertinent, ſuis locis explicabuntur.*

Habet vocabula ſpecialia Geometria.

Et lib. II. Part. II. Cap. I. in quo de Numerorum Integrorum Elementis diſſeritur, ait. *Integros Numeros appello.* &c. In ejuſdem Libr. I. Part. II. Cap. I. ſic ſcribit. *In eâ Geometriæ Practicæ parte, quæ ſuperficierum dimenſionem, ac diviſionem docet, & Embadometria, ac Geodeſia, vel potiùs Agrimenſoria, & Agridiviſoria appellatur.* Et inferiùs. *Ut ſciat Tyro, Arithmeticus, ac Geometricus, quid Numerorum Geometricorũ, & quid Calculi Geometrici nomine Mathematici intelligant, ſciendum eſt,* &c. Et ib. cap. II. *Arithmeticam Aſtronomicam, ſeu ut alii loquuntur, Aſtronomicum Calculum hic appello, illam numerandi praxim, quæ circa Numeros Aſtronomicos verſatur,* &c. Et cap. III. *Politicum, ſeu Civilem Arithmeticam voco, quæ vulgaris Arithmeticæ Operationes, ac Regulas applicat monetis, ponderibus, menſuris aridorum, liquidorum, intervallorum in Politicâ, ſeu civili vitâ uſitatis,* &c. Cap. IV. *RhabdoLogicam Arithmeticã appello modum artificioſum numerandi per virgulas.* Et cap. V. *Calcularis, ſeu Linearis Arithmetica eſt ars numerandi per calculos, & lineas.* Et cap. VI. De Arithmeticâ Divinatoriâ. *Ita voco,* inquit, *praxes quaſdam ſolvendi Arithmeticarum operationũ ope nonnullas quæſtiones adeò occultas, ut Divinationis ſpeciem præſeferant.*

Habet & Arithmetica.

De Agrimenſoria.

De Civili Arithmetica.

Quid ſit Rhabdologia?

De Arithmetica Divinatoria

Lib. III. complectitur Geometriam Elementarem ſic dictam, quòd Euclidis elementa dilucidet. Hic Author in initio Elementorum ſingulorum præmittit, quas nominat, Definitiones, quæ nihil aliud ſunt, quàm terminorum, ſeu vocabulorum expoſitiones.

Quæ, & cur Geometria *Elementaris* nominetur?

Libr. IV. eſt de Trigonometriâ, & in Cap. I. de Definitionibus, ſeu Terminis in eâ uſitatis diſputat.

De Trigonometria.

Liber V. Practicus eſt, & Dubia excitat, quæ, ut ibi inquit, non aliter quàm per Regulam proportionum, quam *Auream*, ſeu *Regulã*

De Aurea Regula.

Trium

Trium in Arithmeticæ part.I.cap.III.artic.I.appellavimus, abſolvuntur.

De tribus Speciebus Geometriæ.

Liber VI. in ipſo initio de Geometriæ nomine diſſerit, & ſubjungit. *Hinc in tres veluti ſpecies Geometriam Practicam dividunt plerique, quas Græci Euthymetriam, Epipedometriam, & Stereometriam; Latino-Græci Longimetriam, Planimetriam, & Solidometriam nuncupant.*

De Aſtronomia.

Liber VII. nos conducit ad Cœlos, & incipit à nominis definitione, inquit enim. *Aſtronomia, hoc eſt, Aſtrorum lex & ratio, ſcientia eſt, quæ ſitam, ordinem, motum, magnitudinem, diſtantiam, aliaque phænomena & accidentia ſyderum conſiderat*, &c. Per totum Librum iſtum circulorum, aſpectuum, & habitudinum nomina, & rationes exponit.

De Planetarũ Hypotheſibus.

Liber VIII. ſingulorum Planetarum periodos delineat, & metitur: & cap.III. agit in particulari de Planetarum Theoriis, & hypotheſibus, & de nominibus Punctorum, Linearum, Arcuum, aliorumque ad eas ſpectantium.

XXIX. De uſu Globi.

Liber IX. de Globo & Armillis diſputat: & Terminos neceſſarios exponit.

De Aſtrologia Iudiciaria.

Liber X. tractat de Stellarum effectibus, & initium ab his verbis deſumit. [Aſtrologiam, hoc eſt, ex Aſtris, Aſtrorumque qualitatibus, motibus, congreſſibus, adſpectibus, ſimilibuſque accidentibus Judicium atque Prædictionem, ſi intra limites ſuos conſiſtat, honeſtam eſſe, utilem, ac probandam, & inter Diſciplinas Mathematicas numerandam, &c.] Ubique Terminos neceſſarios exponit. Et in ejus Capite III. exhibetur, *Tabula complectens* ordinem, Appellationem Latinas & Græcas cum ſignificationibus Domorum Cæleſtium. Et clauditur tandem hic Liber iſto prudentiſſimo Monito. *Cum igitur ex aſtris nihil præter levem conjecturam habere poſſimus, ſtultè agunt & peccant, qui avidè genituris inhiant, ſuâ & aliorum curioſitate inquirunt facta, & tam incertis rebus fidem habent; ſtultiùs agunt & magis peccant, qui ſe rès futuras ab hominum arbitrio pendentes certo poſſe prædicere dictitant. Sapienter ergo leges tàm canonicæ, quàm civiles, hujuſmodi Aſtrologos exagitant.*

N. B. Multa Autores & præcipuè Arabes de hac materia, ſcripſere, & ſcribũt, non pauca Philoſophi etiam Græci: ſunt verò Latini magis ſobrii, aſſerunt enim duo. Alterum, Medicinam, Agriculturam, Nauticam, utiliter de Syderum effectis diſſerere. Alterum, Ethicam non pendere ab Stellis, haud enim in Liberas hominum voluntates non influunt.

Liber XI. Chronographiam dilucidat: Tempuſque in Aſtronomicum, Politicum, & Eccleſiaſticum diſtribuit: & Terminos illa concernentes exponit.

De deſcriptione Telluris.

Liber XII. de Geographiâ diſputat, & cur hic Globus, in quo degimus, *Terraqueus* nominetur, ſub initium exponit. Et præter alia Cap. VI. varia proponit & explicat nomina, quibus qui diverſum in Globo Terraqueo ſitum habent, ſignificantur. Poſteà diverſis nominibus Terræ partes, regiones, regna, provincias, inſulas, &c. diſtinguit. Et tandem part.IV. pag.376. proponit in copioſo Indice præcipuarum Civitatum nomina; & ſingulis longitudinem latitudinemque convenientem deſignat.

De Globo Terraqueo.

De variis nominibus hominum, qui reſpectu Polorũ, & Æquinoctialis, diverſas habent inter ſe relationes.

De Nautica. De Hydrographia, & Geographia.

Liber XIII. nos docet Nauticam, & ait in Proœmio. *Ut Geographica, ita & Hydrographica Scientia plus ambitu ſuo complectitur, quàm Nominis Etymon promittit*, &c. Et, quia eam in duas partes diſpeſcit, ſubjungit. *Ejus Artis ſeu Scientiæ duo ſunt capita; primum eſt de inveniendo portu, ad quem tenditur; & dicitur* Limeneutitica, *quaſi dicas, Portum inveniendi ſcientia, à* λιμήν, *quod portum, &* εὑρετής, *quod inventionem ſignificat, deducto vocabulo; alterum eſt de viâ ſeu curſu ad portum deſtinatum tenendo, & dicitur* Hiſtiodromica, *hoc eſt, de mali aut navis viâ ſeu curſu ſcientia, ab* ἱςός, *quod malum navis, &* δρόμος, *quod curſum ſignificat, nomine derivato.*

De Limeneutitica. De Hiſtiodromica.

De delineatione Horologiorum.

Liber XIV. Horologia delineat: & ne ſit æquivocationi ullus locus, part.1.cap.1. Terminos præcipuos exponit. *Horologium*, ait, ὡρολόγιον *Græcè*, ἀπὸ τῆ ὥρας λέλειν, *organum, & ſeu Inſtrumentum, quod loquitur, aut quaſi loquendo horas indicat*, &c. Et ſub ejus Capitis finè varia Horologiorum nomina & ſpecies proponit.

XXX. De Mechanica

Liber XV. qui Mechanicam exhibet, in Capitis V. titulo pollicetur, Definitiones Mechanicæ, ſive Terminorum in Mechanicâ uſitatorum explicationem.

De Statica.

Liber XVI. tradit Staticam, & incipit Cap. 1. Propoſ.1. Definitiones Staticas, ſive Terminos in Staticâ *uſitatos explicare*.

De Hydroſtatica.

Liber XVII. qui Hydroſtaticam tradit, gravia in liquido ponderat; & toto Cap. I. Definitiones, ſeu rerum, quæ in hac Arte dilucidantur, nomina interpretatur & exponit.

De Hydrotechnica.

De diverſis Machinarum generibus.

Liber XVIII. Hydrotechniam exponit, ejuſque partium & inſtrumentorum explicat ſub initium vocabula. Organa Hydrotechnica in tria genera dividit. Et ait, *Primi generis Machinæ appellari poſſunt Tractoria, quoniam plerumque tractione aquas adtollunt. Secundi generis Hydraulica, quoniam per ſiphones ac tubos, quos Græci* αὐλὲς *appellant, aquas in altum adtollunt. Tertii denique generis Hydraulico-neumatica, quaſi dicas*, Aquatico-Spiritales, *quoniam aquæ & ſpiritûs, ſive aëris ope conſtruuntur &c.*

De Optica ſeu Perſpectiva.

Liber XIX. Opticam traditurus, ſic incipit. *Optica eſt Scientia, quæ conſiderat radios viſuales ſub ratione linearum, ſuperficierum, angulorum, conorum, pyramidum, aliarumque proprietatum Mathematicarum, modoſque & cauſas variæ objectorum projecturæ atque apparentiæ demonſtrat. Et quoniam triplex eſt radius viſualis, Directus, Reflexus, & Refractus; ideò Optica dividitur in tres ſpecies; Opticam videlicet propriè dictam, quæ radium directum; Catoptricam, quæ reflexum; & Dioptricam, quæ refractum conſiderat. Omnes tres ſubdividuntur in Speculativas, quæ nudâ cognitione contentæ ſunt, & Practicas, quæ operi ſunt intentæ. Optica Speculativa retinet generis vocabulum, nec aliam, quàm Opticæ nomenclaturam ſortitur; Practica verò communiter nunc appellatur Perſpectiva. Et hæc notitiam à Speculativâ hauſtam applicat variis uſibus, interque alia innumera corporum, ſuperficierum, linearum projectiones ſeu delineationes in planis quibuſcunque molitur ac perficit, ſeu eorum ſolùm veſtigia ſint exhibenda, ſeu frontes erigenda, ſeu cum frontibus abſcedentia latera monſtranda. Atque huic originem ſuam debet Ichnographice, Orthographice, & Sciagraphice.*

Ejus ſpecies.

De Catoptrica.

Liber XX. Catoptricam exhibet. Eſt autem Catoptrica Specularis Scientia, quæ verſatur circa radios viſuales è ſpecularibus corporibus reflexos. Et Cap. I. Definitiones tradit, hoc eſt, Terminos uſitatos exponit.

De Dioptrica.

Liber XXI. Dioptricus dicitur, quia conſiderat radios luminis & coloris refractos. Et Cap. I. *de Definitionibus Dioptricis, ſeu Terminis in Dioptricâ uſitatis* diſputat.

De Architectura Civili.

Liber XXII. ut Architecturam Militarem dilucidet, Caput I. *de Terminis, ſeu vocabulis in*

Mu-

Munimentorum delineatione uſitatis præmittit.

De Architectura Militari.

XXIII. Polemicus, qui aut propugnat munimenta propria, aut adverſaria expugnat. Et part.1.cap.2. Fortificationum partes metitur, & denominat. Et part. 3. cap. 10. varia Tormentorum Bellicorum nomina proponit & illuſtrat.

XXXI. De Caſtrametatione.

Liber XXIV. Tactivam Hodiernam, hoc eſt. Caſtrametationem & Aggerum Inſtructionem exponit. Et ut id clariùs poſſit, Cap. VII. Terminos ſitui neceſſarios exponit.

De Muſica Enharmonica?

Liber XXV. Muſicam, ſeu Scientiam Enharmonicam explicat. Totamque Cap.I.§.IV. reducit ad Tabulam, in cujus primâ Columnâ Græca exhibentur nomina, Græco-latina in ſecundâ, Purè-latina in Tertiâ &c. Et §. V. additur altera Tabula, in cujus primâ columnâ Chordarum nomina exhibentur charactere Græco, & in ſecundâ charactere latino, & in tertiâ additur eorumdem nominum ſignificatio.

De Chordarū nominibus.

De Algebra.

Liber XXVI. proponit Algebram, quæ nihil eſt aliud, quàm quædam ſublimior Arithmetica. Fuit inventa à Junioribus, & ideò ut illam traderent, nova debuerunt invenire vocabula. Part.I. Cap.II. proſtat Tabula cum hac epigraphe. *Algebraicorum Numerorum denominationes noſtra*. Et altera cum iſtâ. *Eorumdem Numerorum Denominationes noſtra, & aliorum*.

Technica Numerorum vocabula.

De Logarithmica.

Liber XXVII. Logarithmos exponit: quorum nomen à λόγος & ἀριθμος deducitur, ſunt enim & dicuntur Numeri rationales. Et quando pro Sinibus ſumuntur, nomen retinent, quando enim ſubſtituuntur pro Tangentibus Meſologarithmi dicuntur, & Tomologarithmi quando accipiuntur pro Secantibus.

De Mechanicis Theoreſibus.

Theoreſes Mechanicæ, quas M. Adamus Adamandus excogitavit, in Operis fine adduntur: Et in ipſis ſub initium Definitiones proponuntur, quibus Termini neceſſarii explicantur.

Et ſimilia apud alios, qui in Ingenioſis libris ſua expoſuerunt, & dilucidaverunt Mathemata, Lector Studioſus inveniet.

PRoderit interlegere Librum, qui inſcribitur *Lexicum Mathematicum*; in quo ejus Author (D. Hieronymus Vitalis) multa Græca, Latina, & Arabica nomina (ab Antiquis facta, vel etiam à Novitiis conficta) eruditè exponit, & interpretatur. [Et, quia mentionem hujus Operis feci, notari ſpecialiter volo, illa omnia, quæ Paradiſo Voluptatis ſcribit. De illo enim [*]iterum & iterum tractat: rurſus *verbo, Lucifer*, & rurſus *verbo, Paradiſus*. Et iis in locis de globo Lunæ diſputat. Utrùm ille ab hominibus habitetur, examinat: Et quem eſſe habitatum negat, habitabilem aſſerit. Et tandem [N.B.] in eo collocat Paradiſum. Hanc fatetur Sententiam eſſe Novam, negat eſſe improbabilem: quoniam §. *Luna* 270. *num* 46. ſic ſcribit. *Id, etſi novum, non adeò tamen intolerabile dicerem, nec Sacra Scriptura, aut Fidei Dogmatibus, ullo modo repugnans*.

*] *Quæ pluries dicuntur, non ex inadvertentia, ſed ex conſilio & deliberatione dicuntur*.

An Lunæ globus habitabilis ſit?

An nova, ſive intolerabilis?

De Juris-prudentiâ.

De Iuriſprudentia.

IMmediatè poſt Mathematicos placet conſtituere Legiſtas, profitentur enim Politicam & Civilem Matheſim, quæ in pondere, numero, & menſurâ actus humanos librat, & quia diverſis ipſa nominibus & vocabulis utitur, illa Vocabulariis differentibus expedit. Prodierunt diverſis temporibus, diverſorum Imperatorum Codices, & Pandectæ: & ſemper in ipſis proponuntur eruditi ſyntagmata de Verborum ſignificatione. Et, quia, quæ præſcripſerant Imperatores, mutatis cum ætate moribus, minimè videbantur ſufficere, noſtro ævo Recentiores Juriſtæ ſcripſerunt erudita Volumina, quæ cum applauſu & utilitate leguntur. Et inter eos Joannes Kahl (qui Latinè Kahlinus, & non *Calvinus* debuit dici) Lexicum *copioſum* evulgavit; quod, ſi corrigantur errores, quos in Eccleſiam Orthodoxam committit, erit cæteris anteferendum.

De Lexici Iuridici Authore

An *Kahlinus*, an verò *Calvinus* dici debeat?

De Philoſophiâ.

XXXII. De nomine Φιλοσοφία.

EIus nomen ante Pythagoram fuit inauditum: & [1] confictum ab illo, etſi [2] male intellectū ab omnibus, jam [3] eſt in Scholis commune. Tria dixi, quæ debebo breviter explicare.

Primum (nam univerſis notum eſt) verbis Complutenſium narrabo; inquiunt enim. [Cùm Pythagoras, interrogatus à Leontio, Phlyaſiorum Rege, quam Scientiam profiteretur, modeſtè reſpondit; ſe non Sophum, ſed Philoſophum eſſe.]

Complutenſes tom 2. Philoſ. diſp. 1. in initio qui citant D. Thomam 1. Metaph. lect. 5.

Ut ſecundum perſuadeam, ſupponam, opinione communi Φιλόσοφον, *Scientia Amatorem eſſe*. Ita iidem Complutenſes, qui *ubi ſupr.* ſic inquiunt. [*Philoſophia* nomen, propriè loquendo, ſolùm ſignificat *Amorem, & Studium Sapientiæ*, uſu tamen Doctorum pro ipsâ *Sapientiâ* communiter uſurpatur.] Sanè hanc eſſe communem Nominis interpretationem fateor; bonam autem eſſe diffiteor. Illam jam pluries impugnavi, & rejeci: & modò breviter recognoſco, & impugno. Relinquo illas nominum compoſitiones, quas aliàs ex Linguâ Germanicâ ſumpſi; nunc ob oculos pono nomen Græcum Θεολόγος, in Orbe Literario receptū: ſuppono, me bene nomen Φιλοσόφος interpretaturum, ſi illud ita interpreter, ſicut omnes nomen Θεολόγος interpretantur.

Verùm hoc nomen Φιλοσοφία, non *Amorem Scientiæ*, ſed *Scientiam Amoris* ſignificet?

Quid ſignificet nomen Θεολόγος

Sanè Θεολόγος cum penultimâ acutâ [*] vox eſt compoſita à Θεός, hoc eſt *Deus*: & λόγος, *ſermo*, quoniam λέγω, unde λόγος, & λογία deducuntur, activè ſumitur & ſignificat *loqui*. Ille igitur nominatur Θεολόγος, *qui de Deo loquitur*, & eſt Θεολογία, illa Scientia *quæ de loquitur Deum*, Ergo in hujus nominis cōpoſitione, in recto ultima pars, & prior in obliquo uſurpatur, Ergo Θεολόγος, nō *Deus loquens*, ſed *De Deo loquens* debet interpretari.

*] *Sicut* θεοτόκος *eſt* Deum generans, & θεότοκος *eſt* à Deo genitus: *ita ſimiliter* θεολόγος *erit* Deum dicens, & θεόλογος, Dictus à Deo.

Et hinc rationis paritas poſtulare videtur, ut eodem modo de nominibus Φιλοσόφος, & Φιλοσοφία ſtatuamus; ſi enim poſterior pars in recto ponitur, & in obliquo prior, Φιλοσοφία non erit φιλία Σοφίας, *Amor Scientiæ*, ſed φιλίας Σοφία, *Amoris Scientia*. Eſt autem *Amor innatus*, ut ab *elicito* diſtinguitur, rerum omnium Naturalium connexio illa, illa, nimirùm, quam Pandecta Philoſophicus noſter, per varia Syſtemata diſtributus dilucidat.

De Compoſitis vocibus. Quando prior earum pars, & quando poſterior accipiatur in recto.

Quid ſit innatus appetitus, aut Amor?

De Tertio, non eſt cur multa ſcribam, quoniam videmus propriis oculis omnes φιλοσοφία eſſe nomen in Scholis univerſis receptum.

Et hæc de Scientiæ nomine inſinuaſſe ſufficiat: ad rem veniamus.

XXXIII. Quiſnam *Philoſophi* nomine per Antonomaſiam intelligatur?

Poſt Pythagoram Ariſtoteles floruit, & κατ' ἐξοχὴν Philoſophi cognomentum promeritus, multos libros ſcripſit, qui ab Angelico Præceptore, & ab aliis Doctoribus Eximiis Commentariis illuſtrati & expoſiti, cum magno applauſu, numeroſo Auditorum concurſui, non ſolùm in Europâ, Aſiâ, & Africâ; ſed etiam in Americâ, prælegunrur. Iſte igitur ſubtiliſſimus, & ingenioſiſſimus Vir, cùm primùm ſe reponere [*] voluit (hoc eſt, Magiſtrum agere) quia ſublimes res conceperat, quas receptis vocabulis non poterat, ut optabat, exprimere, ſtraturus Novæ Dialecto viam Librum Procemialem, quem περὶ ἑρμενείας *De Interpretatione* inſcribi voluit calamo curioſo, & erudito concinnavit. Et hic eſt, qui inter ejus Opera primum habere locum debuit, & neſcio, quâ de causâ non habet.

*] *Se reponere*, eſt *Adſcendere cathedram*, juxta illud. Nũquid Ego auditor tantùm, nunquam reponar?

De libro peri hermenias.

Idem præſtant Recentiores Philoſophi.

Ariſtotelem imitati ſunt univerſi Doctores, qui Curſus Philoſophiæ ediderunt: nam ante Logicam, quam in principio tradunt, præmittunt *Summulas*, quas vocant: quarum Liber primus, aut ſaltem ſecundus, impenditur in Terminorum, ſeu Vocabulorum ſignificatione explicandâ.

a] *Aſſero debere ſemper, ne æquivocatione præpediamur, vocabulorum ſignificationem præmitti: & id Ariſtotelem præſtitiſſe aſſevero; at ipſum rebus, à ſe cogitatis, ſemper impoſuiſſe vocabula opportuna, non dico: quia ex partibus & non ex terminis componitur Propoſitio: unde ſicut Materiam & Formam* Principia Phyſica *eſſe dixit, ſic debuiſſet dicere; Nomen, Verbum, &c. eſſe* Principia Logica, *ſeu* Dialectica. *Sed de hoc uberiùs in Prologica diſputavi.*

Ariſtoteles 1. *Elench.*

Complutenſes *in Inſtitut. ad Logic. libr.* 2. qui de Terminis, ſeu Vocibus Simplicibus diſputat, ſic ſcribunt. *Suppoſitâ aliquali notitiâ Inſtrumentorum diſſerendi, poſſumus jam ad alia gradum facere. In quibus tradendis obſervabimus Methodum Compoſitionis* [a] *ſecundum quam à Simplicioribus inchoandum eſt: & ideò ſtatim agemus de Terminis ſeu de Vocibus Simplicibus*, &c. *Voces non pertinent ad Inſtitutum Dialecticum, quatenus important entitatem materialem, ſed prout ſignificativæ ſunt; ita quippe conducunt ad directionem Intellectûs. Quo circa, antequam agamus de Terminis, opus eſt ſigni, & ſignificationis rationes prælibare*. &c. Et, quia cognoſcebat Lalemandetius eſſe neceſſarium ſignificationem Terminorum ante omnem diſputationem præcognoſcere, *in Apparatûs Iſagog. part.* 1. *columm.* 5. exclamat, *Qui Vocabulorum ſignificationem ignorant facilè paralogizant, id eſt, apparentes, & non veros conficiunt Syllogiſmos. Ne ergo in Philoſophia proceſſu paralogizemus, Vocabulorum, ſeu Terminorum intelligentiæ ſtudeamus.*

De Metaphyſicâ.

PRæter Terminos, quibus utuntur Logici, ſunt alii Metaphyſici, quibus Philoſophi uti ſolent: qui ut barbari videantur & dicantur Grammaticis, à Viris Eruditis & Doctis, quandiu non occurrunt meliores, debent eloquentes cenſeri. Præcipuos in ſpecimen pono.

N. B. Voces, quas non eſt aſſuetus Auditus audire, vocat barbaras: & ego ſtatim quærerem, cur voces, & non illo verius debebant barbariſmi cenſeri? Voces illæ neceſſariæ ſunt; ut quòd Aulici ignorantes ſint, neceſſarium nõ eſt. Si eſſent docti, hujuſmodi vocibus eſſent aſſueti.

Ens. Dividitur in *Subſtantiam*, *Accidens*, & *Modum*.

Subſtantiam Exiſtentia & *Subſiſtentia* comitantur.

Quantitas eſt *Diſcreta*, aut *Continua*.

Qualitas: *Habitus* & *Diſpoſitio*: *Potentia* & *Impotentia*: *Paſſio* & *Paſſibilitas*: *Forma* & *Figura*.

Relatio: *Mutua*, & *Non-mutua*.

Duratio; *Æternitas*, *Ævum*, *Tempus*. *Tempori* accidit *Quando*: illudque in *Præteritum*, *Præſens* & *Futurum* diſtribuit.

Locus: *Internus* & *Externus*; & huc pertinet *Ubicatio*; quæ eſt *Definitiva* aut *Circumſcriptiva*: & *in ordine ad ſe*, & *in ordine ad locum* conſideratur.

Situs. Et hujus differentiæ ſunt *Stare*, *Jacere*, *Sedere*, &c.

Habere; nempe res ſyſtematicas, ut *capillos*, *dentes*, *cornua*, *conchas* &c. in Corporeo Syſtemate.

Huc etiam pertinent hæc Abſtracta, *Univerſalitas*, *Prædicabilitas* &c. *Genereitas*, *Specieitas*, *Differentieitas*, quæ Formæ ſecundò-intentionales ſunt, quæ Prædicabilia Porphyriana conſtituunt.

Logica, & Metaphyſica Terminos & voces habent particulares.

XXXIV. Lingua, & Penna debent ancillari Intellectui, & ejus operationibus attemperari.

Lingua & calamus ſervire menti debent, nec ideò cogendus ſum conceptum meum ſupprimere, quia Cicero non habet verba, quibus illum exponam. Eloquentiſſimus fuit Plato, & ejus lingua tanti ab Athenienſibus facta, ut aſſererent, Jovem, ſi Græcâ loqui vellet, non-niſi Platonicâ uſurum; & tamen millena ipſe nomina invenit, quæ prioribus omninò ignota. Naturas enim univerſales, prioribus ignotas Philoſophis, in Scholas invexit, & illis indidit ſpeciale vocabulum, nam ἰδέας vocari voluit: quod nomen S. Auguſtinos retinuit, excuſſis juſſis erroribus, in quos Plato erat lapſus. Formas ipſe abſtractas adſtruxit, quas à nominibus vulgaribus denominavit: Nam à menſâ, ſcypho, flore, roſâ, ligno, &c. *menſeitatem*, *ſcypheitatem*, *floreitatem*, *roſeitatem*, *ligneitatem* deduxit. De quibus cùm coram Philoſophis diſſereret, Diogenes verborum novitate perculſus, *Ego*, inquit, *Plato mi, menſam quidem & ſcyphum video; at menſeitatem, ſcypheitatem non video*. Cui animo ſedatiſſimo Plato; *Nec mirum, menſam, ſcyphumque videas, qui corporeos oculos habes; ſi intellectuales haberes, etiam menſeitatem & ſcypheitatem videres*. Sic Plato, non illi ſolùm, ſed omnibus noſtri ævi Grammaticis, qui emunctos oculos & perpolitas aures habent, mentem omninò cæcam habent, nec vim earum vocum intelligunt, quas vocant barbaras, quòd Ciceronianæ non ſint. Sed duo mihi ſummi momenti occurrunt; alterum, Ciceronis periodos non eſſe fidei regulas, à quibus non liceat diſcedere, ubi ratio & neceſſitas urget: alterum, eundem Ciceronem uſum hiſce vocabulis, quæ noſtri Oratores condemnant. Nam teſte Philippo du Trieu, *in Dialect. p.* 1. *c.* 1. *art.* 5. *pag.* 10. ſcitè ait. [Sicut nos à Petro & Paulo *Petreitatem* & *Pauleitatem*, ſic ille à Lentulo *Lentulitatem* dixit.] Et Viri docti *libr.* 10. *de Civit. Dei cap.* 23. aſſerente Auguſtino, *Liberis verbis utuntur, nec in rebus ad intelligendum difficillimis religioſarum aurium offenſionem pertimeſcunt*. Sed & Ariſtoteles, ubi cœpit de Formâ Hominis altiùs philoſophari, demonſtraturus illam ab aliorum Animalium Animabus toto cœlo differre, *Entelechiam* novo nominavit vocabulo. Illudque à perficiendo & habendo deſumpſit, ut ſpecialem habere perfectionem oſtenderet. Et volunt Critici illam Latinè, etiam nomine novo dicendam eſſe *Perfecthabiam*. Audiunto Joannem Scapulam, qui in Lexico, verbo ἔχω, ſic ſcribit,

Nomina abſtracta videntur deberi Platoni.

Apophthegma de Abſtractis.

Cũ opus fuit, illis etiam uſus eſt Cicero.

Lentulitas.

Præſtat linguã quàm mentem eſſe barbaram.

ἐντελέχεια Perfecthabia.

bit. [Ἐντελέχεια, ἡ, exp. actus & perfectio. Cicero *Tuſcul.* 1. vult ſignificare continuatam quandam motionem & perennem. Ariſtot. libr. 2. de Anim. dicitur autem quaſi ἡ τοῦ ἐντελοῦς συνοχὴ] Alia prætereà invenit nomina, ut in Dialecticâ & Phyſicâ mentis ſuæ conceptus explicaret. *Terminum voco, in quem reſolvitur Propoſitio,* inquit ipſe, neceſſariò dicturus *Terminum vocant,* &c. Si nomen illud receptum eſſet paſsim in illâ ſignificatione, Voces *Principium, Materia, Forma, Privatio,* etſi in Platone legantur, novæ in Ariſtotele ſunt: nam aliam apud ipſum ſunt ſignificationem indeptæ.

Quid apud Ciceronem ſignificet?

An vox *Terminus* nova?

De aliis vocibus.

De Theologiâ: & Gentili, & Chriſtianâ.

XXXV.
De nominibus Dei.

VLtima Paragraphi præcedentis linea, jubet, ut oſtendam Ariſtotelem in Theologiâ Naturali (non enim Supernaturalem cognovit) ut Deum indigitaret, nova inveniſſe vocabula, ab ejus operationibus ſumpta. Eum oculis Metaphyſicis meditans τὸ τῶν ὄντων ὂν *Entium Ens*; dixit: & Phyſicis illum conſiderans τὴν τῶν ἀρχῶν, *Principiorum Principium*. [vel, ſi velis, *Cauſarum Cauſam*: & *Moventium Motorem*, &c.]

Sed re bene perſpectâ, nonpercipio, cur antiquum Dei nomen mutare ille debuerit; quoniam, ut in Lexici Epitome Bremenſis Schola reſtatur, à verbo θεάομαι, vel à θέω, quod eſt *facio*, quia Deus univerſa creavit, πάντα τιθείς, *omnia faciens*, vel abſolutè Θεός, *Faciens* dicitur. Ergo qui erat *Cauſarum Cauſa*, retento antiquo nomine, Θεός, *Faciens, Cauſans, Producens,* &c. vocari potuit.

Vnde dicatur Θεός?

SUNT Ariſtotelem in Hebræa Linguâ imitati Rabbini, & nuper in Latinâ P. Valerianus Magnus Capucinus: nam omiſſis aliis Dei nominibus, quæ à diverſis adtributis ſumuntur, ipſi ad Æternitatem oculos converterunt: & quia hæc principio & fine caret: & propter eam

De Rabbinorũ Theologia.

Principium ſine principio, & Finis ſine fine,

Deus dicitur: *Præexiſtentem* Deum Valerianus nuncupat; non enim in toto tempore præterito eſt iuſtans poſſibile vel cogitabile, ante quod Deus præexſtiterit. Eumque Rabbini (& qui volunt vocari Cabaliſtæ præcipuè) nominarunt אין סוף, EIN-SOPH, *Carentem fine*, & potuiſſent, ſi Valerianum imitari voluiſſent, eumdem *Poſtexiſtentem* dicere; non enim in toto tempore futuro inſtans poſſibile, vel cogitabile, poſt quod Deus non exiſtet.

Præexiſtens.

En ſoph.

XXXVI.
Proponuntur multa Gentilium Deorum nomina.

ETHNICI, quia non habuerunt conceptum legitimum Divinitatis, ideò multos Deos, ipſoſque intèr ſe inæquales admiſerunt; diverſiſque ſingulos nominibus indigirarunt. Et, ut Critici videant, non ſemper ſuavia illos inveniſſe vocabula, ſed horrentia & aſpera ſuis interdum adfinxiſſe Numinibus, proponimus ſubſequentem Catalogum, in quo illa exhibeutur, quæ fuerunt apud Romanos magis nota.

Saturnus *à ſaturitate*.
Juppiter, *quaſi Juvans Pater*.
Mars *à morte*.
Caramuelis Leptotatos.
Sol *quia ſolus*: eo enim ſplendente, nulla Fixa relucet.
Luna, *quia eſt illa una*.
Ops *ab ope*, Credebatur enim hominibus cæleſtem opem ferre,
Vagiranus *à vagitu*.
Cunina *à cunis*.
Rumina *à ruminando*.
Statilinus *à ſtando*.
Adeona *ab adeundo*.
Abeona *ab abeundo*.
Venus *à veniendo*, accepto vocabulo in immundâ ſignificatione,
Volumnus *à volendo*.
Vertumnus *à vertendo*.
Flora *à floribus*. Fuit celeberrima apud Romanos meretrix; & poſteà ludis publicis, & ſacrificijs condecorata.
Tructeſca *à fructibus*,
Spinienſis *à ſpinis*.
Bellona *à bello*.
Æſculanus *ab ære*.
Mercurius *à mercibus*.
Argentinus *ab argento*.
Janus *à januâ*.
Cluſius *à claudendo*.
Patulſius *à patendo*.
Feſſania, *quod feſſa anus ſit*.
Carna *à cardine*.
Verra *à verrendo*,

Et quis non videat totam veterum Gentil[ium] Theologiam, cũ hæc Deorum nomina audiat; cùm animadvertat illos, quia ficti ſunt, nonniſi fictis poſſe vocabulis denominari? Videntur profectò caci fuiſſe, & habuiſſe intellectum tu[n]c calcois.

Hæc ſunt non omnia (integrum enim librum deberemus, ut omnia ponerentur, ſcribere) ſed præcipua & magis nota ſaltem Gentilium Numinum, & Deorum nomina, quæ paſſim in libris leguntur. Et quidem, ut exiſtimo, non videbor iniquus, ſi permitti poſtulem Orthodoxo Philoſopho, quod Theologo Gentili conceſſum. Quicumque olim, ut vidiſti, novam inveniebat Deitatem, novum nomen cudebat; Ergo, & nunc inventâ novâ formalitate, novo illam nomine inſignire poterimus.

Ratio à fortiori procedens.

Et quidem (aures emunctas, & benè temperatas tanquam integerrimas Judices ad Tribunal appello). Ethnica nomina cum noſtri ævi Scholaſticis terminis comparata, duriora, aſperiora, & minùs neceſſaria videntur. Ergo ſi datur Eloquentia, erit virtus, &, ſi virtus, erit æqua; & ſi æqua, æqualis; nec patietur licuiſſe Ethnicis, ut delirarent, invenire vocabula; & Chriſtianis, ut ſuos conceptus exponant, non licere. Unde Eccleſiæ Orthodoxæ Patres Græci, cum veritatis jacturâ noluerunt ſubjacere Grammaticorum, aut cenſuræ, aut tyrannidi; & ideò in Concilio Nicæno, ut Æternum Dei Verbum eamdem habere eſſentiam, & naturam cum Patre, univerſos docerent; illud vocarunt ὁμοούσιον, uſi novo, & ante illud ævum ignoto in Eccleſiâ vocabulo. Sed & Patres Latini, ſcientes Patrem Filium, & SpiritumSanctum non eſſe Deum triplicem, nec eorum Identitatem *Triplicitatem* dici poſſe, voces formarunt novas, & Deum *Trinum* dixerunt: & Triunitatem (hoc eſt, Trium Perſonarum unitatem) Trinitatem vocarunt.

Theologica ab Ethnicis inventa nomina, duriora ſunt, quã Chriſtianorum Scholaſtica.

Eccleſiæ Antiquæ Patres, æquè Græci & Latini, nova invenerunt nomina, ut Fidei dogmata clariùs dilucidarent.

Deus Trinus, Trinitas.

Porrò eloqui purè, caſtè, & dilucidè, laude eſt digniſſimum: at eloqui cum conceptuum jacturâ morbus antiquus eſt; nam & Platonis ævo multi Logodædali, dum Philoſophorum

Melius eſt in linguam, quàm in mentem peccare.

Digitized by Google

verba ad Grammaticæ commuoes regulas elimabant, corrumpebant ſententias, altioribus ſcientiis injutii. Cicero in Oratore. *Hæc tractaſſe Thraſymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium, multoſque alios, quos* λογοδαιδάλ8ς *appellas in Phædro Socrates*. Cùm ejuſmodi Scriptores lego, quod de Gange Hieronymus epiſt.4. ad Ruſtic. Tom.1. olim ſcripſit, ad Philoſophicas ſcieotias retorqueo; *In quibus Montes aurei* (ſententiæ pretioſæ, & ſublimes) *naſcuntur, quos adire propter Gryphas* (γρίφ8ς vocum involucra, & ænigmata) *& Dracones* (δρακόντια, & oculorum morbos) *& immenſorum corporum* (qui ratione abutuntur *merè corporei, & materiales* dici ſolent) *monſtra hominibus impoſſibile eſt*. Hæc Scholarum monſtra, Logodædali artifices, pugiles logomachi, *quibus in legendis* (loquar cum Agellio lib.20. cap.11. noct. Att.) *ante animus ſenio aut tædio languebit, quàm unum alterum-ve repereris, quod ſit, aut voluptati legere, aut cultui legiſſe, aut uſui meminiſſe*.

Ganges inacceſſibilis.

Agelli Cenſura.

De conſenſu Populi in ſignificatione dictionum.

XXXVII. Quænam ſit inter Idioma, Dialectum, & Paraglosſam differentia?

GRæci παράγλωσσαν appellant, quam *Gerigonza* Hiſpani: nempe, inſolitum quemdam loquendi modum, in quo privatâ autoritate interſeruntur aliqua inaudita, & ignota vocabula. Et conſultò *privatâ autoritate* dixi; nam quandò illa publicâ autoritate recipiuntur, non jam ille loquendi modus παράγλωσσα, ſed διάλεκτος vocatur. Et cenſentur privatim admitti vocabula, cùm â paucis hominibus recipiuntur: & cenſentur admitti publicè, cùm recipiuntur in totâ Civitate, aut Provinciâ.

Oriuotur ſanè, occidunt, & renaſcuntur in lioguâ quâcumque vocabula. Scitè Horatius, *in Arte*.

Ut ſylva foliis pronos mutantur in annos
Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas
Et juvenum ritu florent modò nata, vigentque
Debemur morti nos, noſtraque ſive receptus
Terra Neptunus, claſſes Aquilonibus arcet,
Regis opus, ſterilis-ve diu palus, aptaque remis
Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum,
Seu curſum mutavit iniquum, frugibus amnis
Doctus iter melius, mortalia facta peribunt
Ne dum ſermonum ſtet honos & gratia vivax.
Multa renaſcentur, quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.

De vocabulorum interitu & palingeneſia.

N. B. Opiniones Doctorum ſuos ortus & occaſus habent. Et id oſtenſurus & demonſtraturus David Origuus in Epiſtola Dedicatoria, illas componit cum vocabulis, & hos Numeros Horatii producit; ſcribit enim.

Quod de Verbis (Illuſtriſſime, &c.) jam olim Horatius *in Arte ſua* cecinit, & comprobavit luculenter, cùm inquit.

Ut ſylva foliis. &c.

Id ipſum, & Opinionibus, ſeu ſententiis de rebus in Natura mani-

Multæ voces, qoæ hodie receptæ ſunt in Scholâ, & Eccleſiâ, fuerint Novæ aliquando, & â paucis admiſſæ priùs, paulátim extenſæ, & propagatæ fuerunt. Illo tempore, quo fuit Nicænum celebratum Concilium, in re differebant Orthodoxi, & Arriani: verùm iſti inter ſe, immò etiam illi, in dictionum ſignificatione differebant. Quoniam multi Catholici, ſentiebant benè, & loquebãtur malè. Et Heterodoxi non pauci, abutebantur bonis vocibus & loquebantur Catholicè, cùm ſentirent Hæreticè. Obſervavit id, Oculatiſſimus Scriptor, P. Joannes de S. Thomâ, cujus Pietatem, & Doctrinam, ſum adhuc juvenis veneratus

Compluti, quoniam *in 1. p. qu.29. diſp.14. art.2. pag.127.b.* ſic ſcribit.

[S. Hierooymus *in epiſt.57. ad Damaſum* ὑπόστασιν *hypoſtaſim* non dicit eſſe idem quod *ſubſiſtentiam*, ſed idem quod *ſubſtantiam*, ſeu 8σίαν, *Uſiam*, juxtà ſæcularium literarum eloquentiam. *Tota*, inquit, *ſæcularium literarum ſchola nihil aliud* hypoſtaſin, *niſi* uſiam *novit. Et certè interpretatio Græca illi è latino correſpondens, magis* ſubſtantiam *ſonat, quàm* ſubſiſtentiam. *Dicitur enim* ὑπόστασις, ſeu ὑπ8σία ab ὑπὸ, quod eſt *ſub*, & 8σία, quod eſt *eſſentia*, quaſi *Subuſia*, vel *ſubeſſentia*, quod directè eſt Subſtantia. Et ſic D. Thomas *in hac quæſt.29. art.2. ad 2. & art.3. ad 3.* docet quod ſubſtantia ſecundùm propriam ſignificationẽ correſpondet hypoſtaſi. Et quia nomine *ſubſtantiæ* oos ſignificamus eſſentiam, contendebant olim Arriani ſub hoc vocabulo *hypoſtaſis* tres ſubſtantias, ſeo uſias, & eſſentias in Deo introducere; propter quod dicit Hieronymus *ibid.* ſub hoc nomine *hypoſtaſis* veoenum latere, quia videlicet illo directè ſignificabatur ſubſtantia, & non ita clarè ſubſiſtentia. Loquendo verò de ſubſiſtentiâ, ut â oobis accipitur, ſubdit Hieronymus loco citato. *Una eſt Dei, & ſola natura, quæ verè eſt: id enim quod ſubſiſtit, non aliunde habet, ſed ſuum eſt*. Ubi ly *Natura, quæ verè eſt*, idem eſt ac natura, quæ perfectè eſt, quæ ſimpliciter dicitur eſſe, & oon in alio eſſe. Et cùm addit; *id quod ſubſiſtit, non aliundè habet*, ly *non aliundè*, intelligitur non ex alio conceptu, ſed ex proprio talis naturæ. Fatetur ergo in Deo abſolutam ſubſiſtentiam, ſeu in eſſe Naturæ, quidquid ſit de ſignificatione *hypoſtaſis*, quæ tunc ambigua erat, nec ſumebatur etiam ab illis antiquis pro ſubſiſtentiâ, quæ eſt eſſe per ſe, ſed pro ſubſtantiâ, vel perſonâ. Et dicebant Catholici, ut ibi refert Hieronymus. *Si hypoſtaſis eſt ſubſtantia, non ſunt tres hypoſtaſes, ſi perſona ſubſiſtens, ſunt tres hypoſtaſes*. De ſubſiſtentiâ verò non perſonali, ſed pro per ſe exiſtente, & ut *quod*, oon fuit controverſia, ſed aſſerta fuit â Patribus, ut patet in Hieronymo citato.

Idem dicitur ex Hilario 7. *de Trinitate circa finem*, ubi loquens de Patre, & Filio dicit, *ineſſe ſibi invicem, ut ſubſiſtentia natura habeant perfectã unitatem*, vel ut alii legunt, *ſubſiſtentiis naturæ*, idem enim ſenſus eſt, quòd ſit oaturæ ſubſiſtentis unitas, vel ſubſiſtentiæ naturæ: Si enim natura eſt ſubſiſteos, datur ſubſiſtentia naturæ. Et ſubjicit Hilarius de Naturâ Divioâ, *ita eſſe, ac ſubſiſtere, ut in ſubſiſtente inſit, ita verò ineſſe, ut & ipſa ſubſiſtat*. Item Auguſt. 7. *de Trinitate cap.4.* ſcribit. *Omnis res ad ſe ipſam ſubſiſtit, quantò magis Deus*, quæ propoſitio affirmativa non tollit, quòd etiam relativè ſubſiſtat, ſed affirmat, quòd etiam abſolutè, ut omittam dictum Agathonis Papæ *in epiſt. quæ habetur in 6. Synodo act.4.* ubi dicit, *Tres perſonas, eſſe unum Deum, non trium nominum ſubſiſtentiam, ſed trium ſubſiſtentiarum, ſeu perſonarum unam ſubſiſtentiam*. Sic enim habet antiqua lectio, nova verò, quæ habetur in Conciliis Coloniæ 1606. legit *Trium perſonarum unam ſubſtantiam*, ſed non præjudicat hæc lectio priori: Quarè enim condemnabimos antiquam lectionem tot annorum uſu firmatam? De ſenſu D. Th. jam ſatis diximus.]

feſtiſſimis cõvenire, & meritò acconmodari aſſerimus. Nam & hæ ſingulis fere ſeculis cum Hominibus mutãtur: &, quæ priùs citra cõtroverſiam poſita, veriſſima ſunt habita, hunc dubia, in ancipiti cõſtituta, & ſæpe falſiſſima judicantur. &c.

Multa ſucceſſu temporis, invenerunt vocabula, quæ ignota Antiquioribus fuerant, ut dilucidarent obſcuriſſimas difficultates.

De P. Joanne à S. Thoma. Qualis fuerit?

N. B. Olim non conveniebant Chriſtiani in vocum ſignificatione; alii enim ὑπόστασιν, *&* 8σίαν, *nec non* Subſiſtentiam, *&* Subſtantiam, *perſonaliter, & alii eſſentialiter uſurpabant. Hinc ortũ fuit, ut ſæpe, qui in re conveniebãt, conferentur diſſentire, quia diverſis utebãtur vocabulis.*

Et certè λογομαχίαι *conturbaverunt Eccleſiam quouſque S. Athanaſius obtinuit, ut ante colloquium, aut diſputationem, quo ipſo ſenſ dictiones acciperent dubia, explicaret.*

NO-

NOTA.

XXXVIII. *An liberum ſit novas voces ſine neceſſitate conformare?*

PRæcedens Quæſtio alteram excitat, quam proderit explicare, & decidere. Erat Dubium, quod hucuſque illuſtravi, *An liceat formare nova Nomina, ubi Res Nova reperiuntur, quibus ſignificandis Antiqua non ſufficiunt vocabula?* Reſolutio fuit affirmativa: quæ aſſerendi Ratiooem à oeceſſitate deſumit. Sed quia nonnulla interdum fiunt, nullâ neceſſitate cooperante, aut cogente, interrogas, *Utrum ubi nulla eſt neceſſitas, ad nova conformanda vocabula poſſit aliquando ſufficere Perſonæ perorantis Autoritas?*

Analogia *Veritas* & *Ratio* dici poteſt, nā eſt ratio aut proportio, quæ inter duas veritates verſatur.

Gerardus Joaones Voſſius, ioter Criticos hoc ævo celeber *lib.1. de Analog. cap.5.* ſatis prodenter, his verbis proponit, & decidit hoc Dubium. [In Quæſtionem, ait, venit, An cùm Varro, ut diximus, *ἀναλογίαν veritatem*, & *rationem* appellet, eique conſuetudinem opponat: non æquiſſimum videatur, ut homines eruditi rationem potiùs ſequantur, quàm conſuetudini obſequantur. Noſtra eſt hæc ſententia, ſimilium verborum ſimilem declinationem, quam Analogiam dicimus, conſuetudine ſubnixam eſſe debere, non ſolâ doctorũ, nec ſolâ vulgi; ſed illâ doctorum, cui bona pars vulgi conſentiat. Quemadmodum enim in navi obtemperamus gubernatori; eum autem ratiooem ſequi oportet: ita doctiores populo morem gerunt; is verò rationis ſequi ductum debet. Sin populus univerſus rationi dverſetur: cedendum prorſus, cùm nemo id ſibi juris debeat vindicare, ut omnem corrigat populum,

An, & quando ſit loquendum cum vulgo?

Quem penès arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

Et tamen aliquandò contingit, ut populus magno alicui viro quiddam permittat. Ut Oratori Hortenſio, qui primus in proſâ oratione *cervix* pro *cervices* dixit, ferente id populo Romano, multis etiam exemplum poſteà ſequentibus, itaut tandem uſu planè fuerit receptum. Sed quotuſquiſque non, ſimile ſi tentaſſet, paſtoritiâ eſſet exceptus fiſtulâ? Quare ex præſcripto magni Stagiritæ noſtri, *ſic cum paucis ſapiamus, ut cum populo loquamur.*] Hæc ille.

Hortenſio, ſine reprehenſione novum vocabulum formare licuit. *Cervix* eſt nomen novum.

Sic Controverſiam hanc decidit Voſſius, cujus nos opinionem uberioris doctrinæ gratiâ propoſuimus, non ut imitaremur Hortenſium, ſed ut oſtenderemus, quoſque ſine offenſione Vulgi, ſuam propagare autoritatem poſſit Eruditi Scriptoris autoritas. Sanè, Lector Amice, propriæ Nos autoritati non confidimus, nec abutimur Amicorũ patientiâ, quando Nova fingimus, aut formamus vocabula; ſed demonſtramus objectivas, nec non formales, dari Ideas, quibus Latinus Nomenclator nullum nomen accenſuit: quæ qoia in Diſputationes Philoſophicas frequentiſſimè irrepunt, & ſignificari nequeunt verbis, offundunt mentem tenebris, ita, ut, quæ ſentit Magiſter, neſciat dicere, aut ſcribere; ab eo ſub tali adlucinatione fuerunt dicta, aut ſcripta, Auditores, & Lectores non poſſint intelligere exactè.

ARTICVLVS VI.

An, non ſolùm in Linguarum Theſauris (in quibus congregatur Materia) ſed etiam in Grammaticis Inſtitutionibus (quæ Formam, & Artem concernunt) Philoſophia; & Theologia defectus manifeſtos inveniant?

XXXIX. [*] *Quoniam nomen, quod à Grammatica ſumitur, videtur humile, ideò* Critici *vocari volunt ſuperbiores Grammatici.*

A Concluſione incipio: dicamq; aliquid, quod omnib⁹ videbitor mirum, & erit aliquibus fortè non gratum. Ergo ſic iuquam. *Critici* [*] *neſciunt ſæpè Orationem Activam in paſſivam convertere.*

Ubi haoc Reſolutionem audiverunt, turbantur illicò; & ſibi fieri manifeſtam injuriam, irâ perciti vociferantur; conqueruntur que Magiſtris negari cognitionem, & ſcientiam, quam omoes habent primo menſe tyrocinii Diſcipuli.

Grammaticorum præjudicium.

Sic Grammatici judicant. Sic ſupponunt. Sunt adſueti ſic ſtatuere & credere, non facilè hoc præjudicium, quo laborant, dediſceot. Magna eſt profectò Conſuetudinis vis: & tanta, ut Philoſophi Veteres ab experientiâ moniti, *Illam ipſam alteram eſſe Naturam* pronunciaverint. Loquimur cum multis; & quia illos benè loqui ſupponimus, nec phraſes, nec dicendi modos in examen producimus, ſed ſine recognitione, & delectu approbamus. Quo Cicero, quo Virgilius modo loquuti ſint, à Magiſtris docemur; & benè, ſi in Aulâ cum Principibus, in oppido cum Civibus, in caſtris cum Militibus acturi ſumus: ibi enim ſuperficie tenus univerſa noſcuntur, nec profundior requiritur ſpeculatio. Pontius enim Pilatus, etſi Senex, & Juris-Cæſarei peritus, nam erat Aulicus, Veritatem, ne quidem cognoſcebat ex nomine, & ideò interrogabat, *Quid eſſet Veritas?* Cæterùm, ubi ad Philoſophicas, & Theologicas Scholas conducimur, quia materuâ dialecto noſtri Magiſtri utuntur, & eâdem & nos uti permittimur (aut etiam, ſi velis, jubemor) emenſo annorum non paucorum curriculo, non ex facie, ſed ex nomine Veritatem cognoſcimus, & ejus loco Umbras, caligine plenas ſectamur. Ergo, ne te multis fa-

Quanta ſit Cõſuetudinis vis?

Cur Conſuetudo *Altera Natura* nominetur?

Dialecto communi & politica tractari nequeũt Scholaſticæ ſubtilitates.

Veritas ignoratur ab Aulicis.

Cur Veritatem ex nomine, & non ex facie cognoſcamus?

fatigem, retundamque, ſiquos habes Elationis ſpiritus, & occaſionem præbeam, ut mecum te ab ineunte ætate præjudiciis laboraſſe cognoſcas, pronuncio.

Retundit Superbiam, & præbet homini ſe humiliandi occaſionem, tandé aliquando cognoſcere, ſe neſcire, Orationé Activam in Paſſivam convertere.

Putabam dudum iſtam Propoſitionem, Ego hîc & nunc cognoſco & conſidero lapidem *tranſire in hanc*, Ergo lapis hîc, & nunc cognoſcitur & conſideratur à me. *At nunc Domine Deus,* quia ſignatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Domine, *quia aperuiſti oculos meos, ut adlucentem Veritatem ſuſpiciam,* dediſti lætitiam in corde meo. *Me erraviſſe; & à meis Magiſtris (aliàs Viris Eximiis, & Eruditiſſimis) perperam fuiſſe in pueritiâ inſtitutum, multaſque ex præjudiciis optimâ cooperante Dialecticâ, in materiis graviſſimis Conſequentias deduxiſſe, recognoſco, & admiror: illaſque te adjuvante ut ſpero, tandem aliquandò reformo.* [Vide noſtram Grammaticoſophiam §. De Verbo.]

De verbis intentionalibus.

Rebus ergo Philoſophicè conſideratis, & à Grammaticorum communi, & præſcriptâ opinione ſubductis, eſto Nostra Conclusio. *In Oratione illâ, quam* Primam Activæ *vocant Critici, ſi Verbum ſit intentionale, Loci, & Temporis circumſtantia, quæ Perſonam agentem afficiunt, in Converſione manent apud Perſonam agentem, & non debent ad patientem tranſire.* Et ut hanc Concluſionem benè intelligas, verba, quæ in illâ poſſent æquivocatione aliquâ laborare, breviter explicemus.

An perſona agens & patiens in eodem loco & tempore eſſe debeant?

Primam activæ.] Oratio Verbi tranſitivi, in quâ præter Verbum, Accuſativus, quem illud regit, ponitur, *Primam Activæ* dicitur à Grammaticis.

Quæ ſit Oratio Prima Activæ?

Critici.] Grande nomen profectò; nam κρίσις *Judicium* eſt, & κριτής, *Judex*, illud ſibi adrogant Grammatici Speculativi, quia de omni Scriptore, argumento & materiâ ferre judicium, & ſententiam præſumunt. Illorum Genium D. Franciſcus Borgias, Princeps de Eſquilache in ſui Libri Prologo, hoc Decaſtichn (cujus numeros ab Inventoris nomine *Spinelios* vocamus) ſcitè & verè depingit.

Qui & cur Grammatici *Critici* nominentur?

Quàm ſint ſuperbi, & arrogantes?

Grammaticorum Ingenium

Con un poco de Latin
Un Grammatico atrevido,
De ſi preſume, que há ſido,
Punto menos, que Aguſtin.
Y que es ſu Ignorancia el fin,
Donde toda Ciencia cabe,
Y que el mas docto le alabe
Por lo que raçona y mueſtra
Su Latin, llave Maeſtra
Para entrar donde no ſabe.

Arrogantia eorumdem.

Et, ſi eſſent omnes profectò Critici, qualis iſte, quem hîc deſcribit Borgias, maneret ſaltem Auguſtinum ſuus honos, qui enim *Punto menos que Auguſtin*, ſe eſſe ſomniat, Divini Doctoris Majeſtatem non deprimit; at alii faſtu magis temerario tumentes, non dubitant ſe Auguſtino præponere. Inter quos ad inſolentiæ apicem ille Criticus perveniſſe videtur, qui apud P. Nicolaum Cauſſinum *lib. 2. de Eloquentiâ cap.* 10. in D. Auguſtinum ſic audet. *Auguſtinus*, [*] *Literarum Sacrarum proculdubiè Princeps, & Vexillarius; fœdo pudendoque errore, miſerè, & pueriliter allucinatus eſt: & quod mirius, non minimum incognibili maculâ.* Quæ Cauſſinus verba hac inurit Cenſurâ. *Verum os turpius, an ſtylus? Eſto, erraverit (quod tamen rectè negari poteſt, & accuratiùs in Criticis expendi) ideo-ne Divus ab homuncione ita fuit perſtringendus?* Et hoc de Grammaticorum, & Criticorum genio, & ingenio adnotaſſe ſufficiat. Progrediamur ad alia.

Cujuſdam Grammatici in D. Auguſtinũ ignorantia & temeritas.

*] *Literarum Princeps eſt Auguſtinus non verò Vir literatus, aut in literis eminens.*

XL. De Actionibus realibus, & intentionalibus.

Verbum Intentionale.] Actionum aliæ reales & aliæ intentionales ſunt: prioris generis cenſentur eſſe, quæ ſine cognitione procedunt, ut Calefactio, Frigefactio, &c. & poſterioris illæ, quæ à ſenſu, & ab intellectu proveniunt, ut Viſio, Auditio; &c. Intellectio, Contemplatio, & Conſideratio. &c.

Quomodo diſtinguantur?

Loci, & Temporis.] Hæ circumſtantiæ notæ ſunt: ad Locum enim pertinet, eſſe Madriti, Pariſiis, Romæ, Conſtantinopoli. &c. ad Tempus verò, eſſe hoc, vel illo Die, Menſe, Anno, Luſtro, Sæculo. &c.

Quid, & quotuplex Converſio ſit?

In Converſione.] Duplex eſt Converſio, alia Logica, & alia Grammatica. In illâ Subjectum tranſit in Prædicatum, & contrà: ut, cùm dicimus, *Aliquis homo eſt animal.* Ergo *Aliquod animal eſt homo.* In hac Verbum Activum tranſit in Paſſivum, & cætera mutantur juxtà leges communes, ut Oratio ſit congrua. Exemplum ſit hæc, *Ego amo Deum*, quæ tranſit in hanc *Deus amatur à me.* Et hæc eſt Converſio, de quâ in Concluſione ſpecialiter agitur.

Aliud eſt *poſſe*, aliud *debere*.

Non debent.] Conſultò hæc verba poſui, & nolui ſcribere *non poſſunt*; ſolet enim contingere, quòd ob aliam rationem in eodem loco, & tempore, quo eſt Agens, ſit etiam Terminus, ſeu Patiens: licèt enim, quando Ego video hanc chartam, & Ego, & Illa ſimus in hoc Muſæo, non eſt in eo ipſa, quia Ego ſum, ſed ob aliam rationem.

Noſtra perſuadetur Concluſio.

Ergo ſemel expoſitâ, & intellectâ, quoad ſenſum, noſtrâ Reſolutione, illam eſſe Veram perſuadeamus. Ponatur primo loco

Non eſt neceſſarium, quod oculi videntes & res viſæ ſint in eodẽ loco.

Demonstratio ocularis. Quando Petrus in monte Veſuvio conſtitutus, hinc Neapolim Urbem antiquiſſimam, & opulentiſſimam conſpicit, & indè Triremes, ſulcantes illud Mare proſpectabat, circumſtantia loci, quæ Petrum proſpectantem afficit, non afficit domos, aut triremes proſpectas. Et id evincitur evidentiſſimè, hæc enim Propoſitio eſt vera, *Petrus in monte Veſuvio exiſtens domos Urbis & naves Maris conſpicit*; hæc autem falſa, *Domus Urbis in Monte Veſuvio exiſtentes, & naves Maris ſimiliter in eodem monte Veſuvio exiſtentes conſpiciuntur à Petro.* Stat ergo, quòd circumſtantia loci, quæ afficit Perſonam videntem, in Orationis converſione non debet tranſire in rem viſam. Sed, quo illa prior Oratio modo debuiſſet in Paſſivam converti? Hoc ſanè. *Domus Urbis Neapolitanæ, & Triremes quæ in Mari, à Petro, in monte Veſuvio exiſtente, conſpiciuntur.*

Veſuvius mons eſt, flammivomus, in quo Plinius periit; & paucis leucis removetur à Neapoli.

Anima Oculus eſt Intellectus.

Hæc doctrina, de Intellectu, qui eſt Animæ Oculus, ut inferiùs videbimus, etiam verificatur. [Et, ne putes me ſine Autore *Oculi* nomen intellectui adtribuiſſe, ob oculos tuos ponam unam, aut alteram lineam Bernardi. Audi igitur meum Mellifluum Doctorem, qui *Serm. LXXXI. in Cantic.* diſputans de Libero Arbitrio, ſic exclamat. *Nihilominùs inter ipſa, Cenſorius quidam Arbiter, Animæ Oculus dijudicat, & diſcernit: ficut Arbiter in diſcernendo, ſic in eligendo Liber.* &c.]

Quale liberum arbitrium ſit?

XLI. Quid, & quotuplex ſit Providentia?

Ipſi Verbo *Video* eſt affine *Prævideo*, Græcè προορῶ. [Paſſeratius. *Hinc Prævidentia* πρόνοια,

ποια,

vota, duplex eſt: aut enim animo, aut oculis prævidemus.]

In futuro tempore ſunt, quæ prævidentur, & in præſenti, qui illa prævidet.

Scribit Plinius. *Id nos futurum prævideramus.* Et ego interrogo, An & qui prævidebatur, ſimul in eodem momento coëxſtiterint? Non certè. Nam, ſi anno ſequenti eſt Sol perpeſſurus eclipſim, & illam *nunc* Aurelius prævidet: non exiſtit nunc eclipſis ea, quæ prævidetur, ſed manens (ſumo) in ſuo tempore, ab Aurelio, Aſtronomiæ perito, in hoc *nunc* temporis Theoricas Cæleſtes examinante, prævidetur.

Eodem ſenſu intelligenda ſunt illa Ciceronis verba 3. in Verr. *Res mihi tota præviſa, atque præcauta.* Res ergo illa, antequam eſſet (hoc eſt, quando nondum acciderat) prævidebatur.

Petrus, v. gr. hoc *nunc* temporis meminit, cernit, & prævidit: & tamen horum duum objecta ſunt in diverſis temporibus.

Firmant hæc verba, quæ *lib. 1. de Divin.* idem ſcribit Cicero. *Tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prævidet.* Ergo in inſtanti C v. gr. in quo Florindus eſt, præſentia cernit, quæ etiam ſunt, & exiſtunt in C: & tunc in inſtanti C, præteritorum, quæ non ſunt in C, ſed fuerunt in A, Florindus meminit: & ipſe in C, ut dicebam exiſtens, prævidet ſutura, quæ non ſunt in C, ſed erunt in F, aut in G.

Cur, ſicut *prævideo* dicimur, non poſſimus dici *poſtvidere*?

Sicut de Verbis *Prævideo*, & *Memini* (cujus loco, *Poſtvideo* ponere deberemus, ſi pateretur Nomenclaror Latinus) ſic etiam de *Intelligo, Cognoſco, Meditor, Contemplor, Conſidero*, & aliis multis ſimilibus, debemus diſcurrere, & philoſophari. Ergo quando dico. *Ego hic, & nunc Adamum conſidero*, illud *hic*, & illud *nunc* me, & non Adamum afficiunt: nec enim Adamus hîc, & nunc eſt; nec ego illum veluti hîc & nunc exiſtenrem, ſed ut primo Mundi ſæculo viventem intelligo, & conſidero. Ergo illa Oratio, *Ego hic & nunc Adamum conſidero*, non poterit converti in hanc, *Adamus hic, & nunc conſideratur à Me*, quia illud *hic*, & illud *nunc*, quod in priori me, & non Adamum afficiebant, in hac poſteriori videntur non me, ſed Adamum afficere. Ergo Philoſophus, ut omnem erroris, aut æquivocationis occaſionem ſubmoveat, debebit dicere. *Adamus in Paleſtinâ, & in ſuâ ætate vivens, conſideratur à Me*; *hic* (Romæ) *& nunc (anno 1678.) exiſtente.*

An, quando intelligo Adamum intelligo, tunc Adamus etiam intelligatur?

Hanc, quæsò, doctrinam, firmâ memoriâ retine, videbis enim propriis oculis, multos Viros ingenioſos, & doctos, ob ejus inadvertentiam (quia de illâ non cogitarunt) in magnos errores, & allucinationes incidiſſe: nec aliter dedoceri præjudicia, quibus turbantur, & præpediuntur, poſſunt, quàm hanc doctrinam addiſcendo.

Quàm ſit neceſſaria hæc doctrina, & quàm multi errores ex illius ignoratione committantur?

NEC mira videri alicui debent, quæ dicta ſunt de Actionibus Intentionalibus ſiquidem ſimilia de Realibus ab Scriptoribus Eruditiſſimis aliquandò traduntur. Rem exemplo opportuno dilucido.

XLII.

An in Deo Immenſitas, Vbiquitas, & Omnipotentia coincidant?

S. Thomas 1. *p. qu. 8. art. 1.* interrogat, *Vtrum Deus ſit in omnibus rebus?* Et reſpondet *Quod ſic*. Et hoc argumento perſuadet. Omne Agens, ubi operatur, debet eſſe. At Deus in omnibus rebus operatur. Ergo in omnibus eſt. Ecce Angelicus Doctor exiſtimat, Cauſam, quæ facit, & Effectum, qui fit, eſſe debere in eodem, vel proximo loco. Ergo in ejus ſententiâ hæc Propoſitio, *Ignis exiſtens hic, & nunc Petrum calefacit*, in hanc illæsâ veritate tranſibit. *Ergo Petrus hic, & nunc exiſtens ab Igne calefit.* At illam priorem Propoſitionem, in poſteriorem poſse verti, non admittit Scotus *in 1. diſt. 37. qu. unic.* negat enim illam Majorem. *Omne Agens, ubi operatur debet eſſe.* Et benè eam negaviſſe probat P. Macedus *collat. 9. differ. 3. ſect. 2* & id ipſum ex eodem S. Doctore, & Cajetano perſuadere conatur. Et ego Scoti Doctrinam recognoſcens, adfirmo meam Reſolutionem, & inſero. *Ergo, ſi Realis Operatio Agentis, & Paſſi præſentiam localem non poſtulat; nec eam Intentionalis Operatio poſtulare debebit.*

NOTA.

An Linguæ Latinæ morbi capaces ſint alicujus remedii?

IN morbis, qui ſunt immedicabiles, ſuperfluum eſt accuratum examen: mala enim ſine fructu noſcuntur, quæ vitari non poſſunt. Ergo, ne fortè aliquis morbos, quibus Linguã Communem laborare perſuaſi, immedicabiles eſse aſseveret; & inſerat, ſuperflua, & inutilia omnia eſse, quæ hucuſque de hoc argumento ſcripta; ſupereſt, demonſtrem, hos ipſos Idiomatis Latini morbos, & nœvos tolli poſse. Quod nullo meliùs modo oſtendi poterit, quàm in praxi remedium, & medicinam adhibendo. Ergo, ut id ipſum præſtemus, ſequentem ſubſcribamus Articulum.

Reſolvitur affirmativè.

AR-

ARTICVLVS VII.

Morbo (hoc eſt, Terminorum, ſeu Vocabulorum Defectui) quo Idioma Latinum laborat, novos Metaphyſicæ Grammaticæ Canones exhibendo, neceſſariam (eamque ſufficientem) adhibet Medicinam.

XLIII.
Latinum idioma laborat terminorum penuria.

Linguam Latinam eſſe ægrotam, jam ſatis clarè oſtendimus: compoſita enim fuit à Politicis Nomenclatoribus, qui res, quas proſpectabant, vocibus voluerunt opportunis exprimere: & de mentis Ideis, quas neſciebant, nunquam fuerunt ſoliciti; unde evenit, ut Univerſalia Prædicata (qualia ſunt illa quinque, quæ in ſuâ Iſagoge, proponit & exponit Porphyrius) ægrè vocibus communibus repræſententur: at verò ne ægrè quidem illa, quæ de Eſſentiâ Divinâ, ejuſque Simplici Intelligentiâ, Viſione, Æternitate, Immenſitate, Omnipotentiâ, &c. Et etiam ne quidem ægrè illa, quæ de Creaturarum Quiditate, Poſſibilitate, Contradictoriarumq; Incompoſſibilitate, Præſentiâ in Æternitate, aut etiam in Immenſitate, conſiderantur ab Humano Intellectu. Et poſſet hîc Criticus, ſi intelligeret iſta, non ſine ingenii laude aſſerere, *à latendo* illam nominari *Latinam*: latent enim Metaphyſicæ Speculationes, & multis obnoxiæ ſiunt æquivocationibus, cùm Latinè explicantur. Ergo, ſiquidem habemus jus, ut noſtræ Mentis interiores conceptus aliis manifeſtemus, & non ſubminiſtrarunt nobis modum Nomenclatores Veteres, per neceſſariam conſequentiam infertur, Nos ſimiliter habere jus, ut Nova conformemus Vocabula: ut illa per Novas Inflexiones variemus: & (verbo dicam) ut omnia illa præſtemus, quæ Prudentia judicet neceſſaria.

Ideò Conceptus Metaphyſicos explicare non valet.

An hanc ob cauſam poſſit *Latinum* dici.

Natura, rerum mater, conceſſit jus hominibus, ut opportunis verbis cogitationes proprias exprimant.

Hoc ſuppoſito, ſupereſt, ut inquiramus Modum, quo Lingua Latina debeat propagari & augeri; & ubi fuerit opus Novâ Dictionum variatione ditari. Et, ut inveniamus opportunum & aptum, audiamus Joannem Keplerum, trium Imperatorum Mathematicum, qui *in Præfatione ad Rudolphinas Tabulas pag. 7.* ſic ſcribit. *Ptolemæus comminiſci jubet (Planetarum) Hypotheſes, quantum fieri poteſt, ſimpliciſſimas.* Ergo Ptolemæus, ſi redivivus, impræſentiarùm Mihi adſiſteret, & præberet conſilium & auxilium in Dialecti Metaphyſicæ concinnatione, *comminiſci juberet Dictiones, & earum Inflexiones, quantum fieri poſſet, facillimas & ſimpliciſſimas.*

Quales eſſe debeant Aſtronomicæ Hypotheſes?

Quales Dialecti Metaphyſicæ Canones?

Ut igitur Ptolemæi conſilio (quod datur, aut daretur) obediam, & Lectorum commodo & utilitati proſpiciam, omnes Novos Dialecti Metaphyſici Canones, ad unicam pagellam reſtringam, & ad tantam omnia claritatem & facilitatem reducam, ut vel horæ quadranti addiſci poſſint, omnia quæ addiſcenda præſcribo. Ago de Verbo Subſtantivo priùs, & quæ notari in illo debeant, conſervando Inflexiones antiquas: & quæ addi adhuc poſſint, juxta Inflexiones Novas, quæ παρήλια quædam Veterum, eſtimari valerent, ſunt enim, ut loquar Hiſpanicè, *unos claros Reſoles*, qui fugant tenebras, quibus præpediuntur ſubtiliores, & ſublimiores Metaphyſicæ Difficultates.

Quàm brevis & facilis ſit iſta Nova Dialectus?

Παρήλια, *Reſoles* nominantur Hiſpanicè.

NOTA.

XLIV.
Inſtantia, objecta à non paucis, proponitur.

Juvat hîc profectò reſpondere Objectioni, quæ mihi dudum fuit à Viris perdoctis propoſita. Plato, inquiunt, Ariſtoteles, & Priſci omnes Philoſophi, de rebus Metaphyſicis, ſubtiliſſimè fuerunt philoſophati. Ergo, ubi Latina Lingua Terminorum laborabat inopiâ, recurri ad Græcam debuit, quia

Dulciùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Quoniam à Græcorum Ingeniis, prodierunt omnia Metaphyſicorum, & Naturalium Theologorum Axiomata. Unde cecinit quidam.

—— Ex hoc ceu fonte, Sophorum
Parnaſſo Æthereis Ora rigantur aquis.

An Scientiæ à Græcis ad Latinos tranſiverint?

Quod firmat, & roborat alter Poëta dicens.

Grajis Ingenium Grajis dedit ore rotundo
Muſa loqui, &c.

Quò reſpiciens *in Orat. pro Flacco* exclamat Cicero. *Verumtamen hoc dico de toto genere Græcorum, Tribuo eis Literas, & multarum Artium Diſciplinam. Non adimo leporem, Ingeniorum acumen; dicendi copiam; Deinde ſiqua ſibi alia ſumunt, non repugno, &c.*

Vera, Græca aut Latina Lingua, latiùs pateat?

Et addunt iſtum laborem meum, utiliorem fore, ſi linguâ Græcâ conſcriberetur, quoniam Latina Lingua intra breves terminos continetur, Græca autem per omnes provincias propagatur. Quod & fatetur Cicero, nam in Oratione pro Archiâ Poëtâ exclamat. *Græca leguntur in omnibus ferè Gentibus; Latina, ſuis finibus, exiguis ſanè, continentur.*

Quàm nobilis ſit Lingua Græca?

Ut diluam, diſſolvamque poſitam Objectionem, tria præſtabo. Primò enim fatebor Linguam Græcam, cùm propter Nobilitatem, eſt enim Hebrææ filia, Romanæ Genitrix: tum propter antiquitatem, quoniam Joſuæ ætate fuit nata: etiam propter copiam, & ubertatem, abundat enim theſauris

Digitized by Google

ſauris vocum, quas per numeroſas Declinationum, & Conjugationum Variationes inflectit. Secundò oſtendam Græcam Linguam, ut erat in uſu apud Vulgus, ineptam fuiſſe, ut Ideas Philoſophicas dilucidaret. Et Tertiò probabo, perſuadeboque illam Ariſtotelem (quod Nos in Latinâ præſtamus) novis vocabulis exornaviſſe, ut in eâ poſſet Conceptus Metaphyſicos dilucidare.

*] *In hac Propoſitione propter defectum Articuli non poteſt Latinus prædicatum à ſubjecto diſtinguere. Id tamen poteſt Græca, & quæcunque Vernacula.*

Ut innoteſcat Primum, audire proderit Profeſſores Bremenſes, qui ante initium Grammaticæ Græcæ ſic inquiunt, *De Javanores indubia eſt; quoniam in Danielis Prophetiâ cap.* 8. 21. Rex Javanis *dicitur Rex Græciæ*[*] *& cap.* 10. 20. *Alexander* יון שר SCIAR JAVAN, Princeps Javanis *nominatur. Paulò poſt Linguarum confuſionem, anno* 1080. Palladion *Athenas condidit. Et jam Abrahami tempore celebre fuit Regnum* Ægiale, *in Græciâ, eo loci, qui idem* Ægialia, Apia, Sicyoma, *&* Peloponeſus, *ex diverſis Regionibus nuncupatus fuit.* Argevi *quoque centum annis poſt cœperunt celebrari, quorum primus Rex, fuit* Inachus. *hujus filius* Phoroneus, *quem Acuſilaus, antiquiſſimus Hiſtoricus*, Primum Hominem *vocavit, teſte Clemente Alexandrino* libr. 1. Stromat. *& Nonnus* ἀρχέγονον. Græcia *autem nomen poſterius accepit à* Græco, *ſeu* Grajo, *qui fuit filius* Theſſali: Theſſalus *verò* Hæmonis, *nepos* Deucalionis, *abnepos* Promethei, *atnepos*[a] Japeti. Theſſali *tamen patrem alii dicunt* Hæmonem: Hæmonis Pelaſgum; *qui incidit in tempora Moyſis: in annum ſcilicet Mundi* 2300. Cadmus *circa eam tempeſtatem, quâ Iſraelitæ Chananæam, tranſito Jordane, occupabant, è Phœnicià ut planè videtur,* Joſuam *fugiens, in maritimam Aſiæ Minoris oram tranſfretavit; & cum literis (quæ hinc* Καδμεῖα γράμματα dicuntur) *doctrinas in Græciam attulit. Hinc eſt, quòd Jonica Litera, ſeu Græca, Phœniciarum non ſolum figuras manifeſtè referant, ſed & imprimis nomina ſervant,* Alpha, Beta, Gamma, *pro* Gamla, Delta, *&c. terminationes Aramæas ſine ullâ dubitatione habent: eaque orta ſunt ab Hebræis nominibus* Aleph, Beth, Gimel, Daleth, *&c. quod etiam Euſebius demonſtravit.*

A quo, & quãdo fuerint Athenæ cõditæ?

Quando Argivi innotuerint?

Vnde Græcia dicatur?

a] Atnepos *hic ſignificat Abnepotis filium: Hiſpan.* el tartaraniero

Quando Cadmus in Græciã venerit?

Græcarum literarum nomina ab Hebraicis proveniũt.

XLV.
An Græca Lingua capax ſit, ut explicet Philoſophicas Difficultates?

Ut Secundum perſuadeam, ob ſinceros Lectorum oculos ponam Græcæ Linguæ Syntaxim: nam Philoſophia ſeveriſſimam & exactiſſimam Linguam, ut ediſſeratur, requirit, & licentioſa, aut etiam exlex ſæpe eſt Græcarum dictionum connexio. Qui de hoc dubitet, conſulat P. Jacobi Gretſeri Librum Secundum, qui de Rectâ Partium Orationis conſtructione diſputat, & demonſtrat clariſſimè ut plurimum conſtrui non rectè.

Tertium rametſi ex iis, quæ ſuprìus ſunt dicta, manet ſufficienter probatum, addam hîc verba Profeſſorum Bremenſium, qui aſſeverant, ſicut Ego in Linguâ Latinâ, ſic Platonem, & Ariſtotelem in Græcâ uſos fuiſſe ſpeciali Dialecto, ut ſubtiliores Ideas dilucidarent. *Plotinus* (inquiunt) *alter Plato, ex Ægypto Lycopolitanus, eodem, quo Plato Athenienſis ſermone, Philoſophia Arcana eſt exſequutus* &c. *Ariſtotelem explicarunt, non modò Græci Homines, ſed & Alienigenæ, loquelâ tamen Ariſtotelicâ; Porphyrius Phœnix,* Jamblichus, *Syrus, Ammonius, & Philoponus Ægyptii, Simplicius è Phrygiâ*, &c. Nota illud, *eodem, quo Plato, ſermone*, & illud *loquelâ Ariſtotelicâ*, & illud denique *Philoſophia Arcana*, & infer utrumque Philoſophum ſpeciali uſos fuiſſe dialecto, ut Mentis ſuæ arcanas Speculationes exprimerent, & illuſtrarent.

An Plato & Ariſtoteles, ut Philoſophicas Quæſtiones expedirẽt, nova fuerint uſi dialecto?

SCHOLIUM.

Aliqua circa Metaphyſicas Verbi Subſtantivi Differentias neutraliter ſumptas adnotantur.

XLVI.
De modis eſſendi imperfectis.

SIC ut habuiſti in Grammaticâ Tabulâ, ſicut inflectuntur Verba Subſtantiva Metaphyſicæ ſignificationis perfectæ, ubi enim ratio poſtulet, ut ſignificationis imperfectio exprimatur, loco Vocalium Literarum A, E, Y, O, U, quæ puræ ſunt, Diphthongi (ſint in uſu, aut non ſint) AI, EI, YI, OI, UI. poterunt collocari.

Curandum fuit, ne Novæ Dialecti Perſonæ, cum Perſonis Verbi Antiqui Subſtantivi coïncidérent: ſi enim hujuſmodi coïncidentia admittatur, non tollentur, aut diminuentur, ſed augebuntur æquivocationes. Et hanc ob rem in tertiâ differentiâ non dicimus, **Sím, ſis, ſit: ſimus, ſitis, ſint**, ſed **Sym, ſys, ſyt; ſymus: ſytis, ſynt**. Cæterùm, quia Differentiæ quintæ [videlicet, **ſum, ſus ſut: ſumus ſutis, ſunt**.] aliquæ perſonæ in Verbo antiquo reperiuntur, ab illis abſtinere decrevimus, putamus enim **ſut**, quæ eſt tertia ſingularis, ſufficere: quòd, ſi Plurali aliquando indiguerimus, dicemus **ſuunt**, ut æquivocationem tollamus. Quod hic adnotare ſufficiat, Sed & ad majorem claritatem conducet Characterum varietas, cætera enim omnia charactere ordinario exprimentur: illa autem, quæ ad Novam hanc Dialectum pertinent, charactere Germanico.

De æquivocatione vitanda.

Cur **Sym** & non **Sím** ſcribatur?

Cur uſi fuerimus diverſis Characterum generibus?

GRAMMATICA DIALECTI METAPHYSICAE,

Ad Formalitates abſtractas intelligendas, & ediſſerendas maximè neceſſaria.

VErbum Subſtantivum dicitur, [quod ſignificat ipſam eſſendi actionem, & eſt Æquivocationum ſcaturigo ditiſſima, locupletiſſima,] præter alia, quæ poſſunt ſine gravi damno neſciri, quatuor veniunt ſpecialiter conſideranda; videlicet. *Differentia, Significatio, Qualitas,* & *Tranſſcendentia*; de quibus poſteà uberius & accuratiùs diſſerturi, hæc Protheoremata præmittimus impræſentiarùm.

Differentia eſt, quæ Modum eſſendi proponit & exponit, & dividitur in Antiquam & Novas. Antiqua eſt *ſum*, quæ ſcribitur charactere communi, & *Hiſtorica* vel *Politica* vocari poſſet, quia ſervit rebus communibus dilucidandis. Ejus Participium eſt *Ens*. Verbumque *Sum*, Artic. VIII. & Participium *Ens* Artic. XI. dilucidantur. Novæ ſunt Sam, Sem Sym, Som Sum. quæ, quia pertinent ad παραγλῶσσαν quæ Hiſpanicè *Germania* nominatur, ſcribuntur charactere Germanico, & appellantur *Metaphyſica*, quia Intellectum μετὰ φυσικὴν promovent, quò aliàs pervenire non poſſet.

Significatio Verbi Subſtantivi eſt in ſingulis Differentiis diverſa. De aliis agemus ſuis in locis, nunc non niſi de Differētiæ Antiquæ ſignificatione prænotabimus. Eſt abſtracta, & *exiſtere* univerſim importat, & ad exiſtentiam, ſeu Durationem Æternam, Æviternam, & Temporaneam à Subjecti circumſtantiâ reſtringitur, aliud enim eſt dicere, *Deus eſt*. aliud *Angelus eſt*, & aliud toto cælo diverſum, *Lapis eſt*,

Qualitatis ratione Verba in Neutra, Activa, & Paſſiva diſtribuuntur. Et tametſi apud Veteres tantùm neutraliter Verbum *ſum* uſurpetur, ut cùm ex. gr. dicitur, *Mundus eſt*; jam à Nobis in Metaphyſicâ Dialecto, accipi activè & paſſivè poterit; rectè enim dicitur; activè, *Deus eſt Creaturas*; & paſſivè *Creaturæ ſunt à Deo*.

Tranſſcendentia Prædicata dicuntur, quæ ultimas Differentias permeant, & de omnibus verificantur. Illa negari in Verbo Subſtantivo non poteſt; & ut bene intelligatur, & exponatur, bifariam accipi debet Nomen *Ens*, ſubſtantivè videlicet & adjectivè. Quâ diſtinctione admiſsâ conſtabit Tranſſcendentiam non eſſe accidens Proprium ſolius Entis, ſed eſſe quid commune univerſis Generibus & Speciebus.

NOVÆ VERBI SUBSTANTIVI INFLEXIONES.

ACTIVA	Differentia I. A	Differentia II. E	Differentia III. Y	Differentia IV. O	Differentia V. U
Indicativus.	Sam. as, at. Samus, atis, ant Habeo Eſſentiam.	Sem es, et. Semus etis, ent Habeo Exiſtentiam	Sym, ys, yt. Symus, ytis, ynt. Habeo Æternitatē Simultaneam.	Som, os ot. Somus, otis, ont Habeo Actum Phyſicum.	Sum. us, ut. Sumus, utis, unt Habeo aliquā Durationem.
Imperativus.	Sa. Sate.	Se. Sete.	Sy. Syte.	So. Sote.	Su. Sute.
Subjunctivus.	Sarem, es et. Sarem', etis, ent	Serem, es et. Serem', etis ent	Syrem, es, et. Syrem', etis, ent	Sorem es et. Sorem', etis, ent.	Surem, es, et. Surem', etis, ent.
Infinitivus. Gerundium. Partic. Subſtan. Partic. Ajdectiv	Sare. Sandi, o, um. Sans, antis. Saans, aantis.	Sere. Sendi, o um. Sens, entis. Seens, eentis.	Syre. Syndi, o, um. Syns, yntis. Syyns, yyintis.	Sore. Sondi, o, um. Sons, ontis. Soons, oontis.	Sure. Sundi, o um. Suns, untis. Suuns, uuntis.
PASSIVA Indicativus.	Satur. Santur.	Setur. Sentur.	Sytur. Syntur.	Sotur. Sontur.	ſutur. ſuntur.
Subjunctivus.	Saretur. Sarentur.	Seretur. Serentur.	Syretur. Syrentur.	Soretur. Sorentur.	ſuretur. ſurentur.
Infinitivus. Participium. Verbale.	Sari. Satus. Satio.	ſeri. ſetus. ſetio.	ſyri. ſytus. ſytio.	ſori. ſotus. ſotio.	ſuri. ſutus. ſutio.
Participiale.	Sabile.	ſebile.	ſybile.	ſobile.	ſubile.
VERBA Tranſitiva.	Samo ſamis. Samere, ſampſi Samptum.	ſemo ſemis, ſemere, ſempſi ſemptum.	ſymo, ſymis, ſymere, ſympſi, ſymptum.	ſomo, ſomis. ſomere, ſompſi ſomptum.	ſumo, ſumis. ſumere ſumpſi, Sumptum.

Digitized by Google

DE VERBIS ADIECTIVIS,

Et eorum Participiis præcipuè.

SIcut Litera, quæ *duplex* dicitur, non eſt unica Litera, ſed eſt unicus Character, qui licèt unicus ſit, duas tamen Literas repræſentat; ſic Adjectivum Verbum, tametſi vocaliter ſimplex ſit dictio, duabus correſpondet mentalibus, nempe Copulæ & Prædicato, quoniam idem eſt dicere, *Petrus amat, & Paulus legit*, ac dicere *Petrus eſt amans, & Paulus eſt legens*. Et hanc ob rem hæc Nova Metaphyſicæ Dialecti Grammatica exhibebit hic de Participiis Novas Inſtitutiones. Et ipſæ in Neceſſarias & Eruditas diſpeſcentur. Et quidem

NECESSARIÆ

dicentur, illæ videlicet, ſine quibus decidi & dilucidari non poterunt in Metaphyſicâ & Theologiâ multæ graviſſimæ Difficultates, Ergo hæc erunt Participia & Participialia, quæ non poterunt à Viro Ingenioſo neſciri; nempe

In Activâ.

Participium Potentiale	Amativus.
Ejus Abſtractum.	Amativitas.
Part. Actuale Præſ.	Amans.
Part. Actuale Fut.	Amaturus.
Ejus Abſtractum.	Amaturitas.

In Paſſivâ.

Participium Potentiale.	Amabilis.
Ejus Abſtractum.	Amabilitas.
Part. Actuale. Futur.	Amandus.
Ejus Abſtractum.	Amanditas.

Vide Artic. in quo demonſtrabo clariſſimè in materiâ de Legibus; nec non de Fide Supernaturali, & Divinis Auxiliis, nihil poſſe ſolidè dici, niſi hæc Participia admittantur.

ERUDITÆ

vocari poterunt Inſtitutiones, quæ exhibent Participia, quæ tametſi ſimpliciter neceſſaria non ſint, ad magnum Metaphyſicæ Dialecti ſplendorem & ornatum conducerent, ſi illis aliquando uteremur. Et poſſent hac lege, ſi placerent, formari.

Participium Activum ex tertiâ Perſonâ Numeri Pluralis deducitur. Et Paſſivum ab Activo procedit.

Conſidera lineas ſequentes.

In Indicativo.

Amant.	Amans, antis.	Amatus
Amabant,	Amabans, antis.	Amabatus.
Amarunt,	Amaruns, untis.	Amarutus
Amaverunt.	Amaveruns, untis.	Amaverutus
Amarant.	Amarans, antis.	Amaratus
Amaverant,	Amaverans, antis.	Amaveratus
Amabunt.	Amabuns, untis.	Amabutus
Amarint.	Amarins, intis.	Amaritus
Amaverint,	Amaverins, intis.	Amaveritus.

In Subjunctivo.

Ament,	Amens, entis.	Ametus
Amarent.	Amarens, entis.	Amaretus
Amaſſent.	Amaſſens, entis.	Amaſſetus
Amaviſſent.	Amaviſſens, entis.	Amaviſſetus.

Hæc ſunt Participia, quibus carere poſſumus, nam ut textum aliquem Græcum explicemus, poſſumus periphraſi aut etiam circumloquio juvari. Audiunto P. Jacobum Gretſerum, qui *Inſtit. Linguæ Græc. libr. 2, cap. 16.* ſic inquit,

Uſus Participiorum in Linguâ Græcâ adeò frequens eſt, & elegans, ut non immeritò Græci dicantur, φιλομέτοχοι, *id eſt,* Participiorum amantes. *Plurima enim, quæ Nos, non niſi periphraſi adhibitâ, pluribus efferre poſſumus, ipſi unico Participio venuſtiſſimè exprimunt: Quod Latinis mirari, rarò verò imitari licet, præſertim pari lepôre, & gratiâ,* &c.

Igitur, ſicut in Linguâ Græcâ ſunt diverſæ Dialecti, quarum aliæ poſſunt, quæ aliæ non poſſunt; ſic etiam in Latinâ Dialecti opportunæ admittantur, & inter ipſas Metaphyſica primum locum obtineat; & tunc quod Communis Dialectus tantummodò mirari poterit, Metaphyſica non ſolùm mirabitur, ſed gratiâ, & energiâ ſignificandi ſuperabit. Cæterùm *lib. 1. cap. 13. mihi pag. 167.* dixerat idem Auctor.

Omne Tempus apud Græcos habet Participium, non item apud Latinos. Hinc multa, non niſi paraphraſi adhibitâ Latinè exprimere poſſumus. Licèt enim Præſens & Imperfectum ὁ τύπτων *rectè interpretemur per Præſens Latinum,* Verberans, *quod iiſdem Imperfecti ſignificationem habet; & ſimiliter Futurum Primum & Secundum per Futurum Latinum (puta,* Verberaturus*) tamen* Præteritum & Aoriſtos circumloqui neceſſariò debemus, ὁ τετυφὼς. ὁ τύψας. ὁ τυπών, qui verberavi, vel qui verberaſti, vel qui verberavit; *per omnes caſus & perſonas, prout locus & ſententiæ ratio exigit.*

At quod Lingua communis non poteſt, Dialectus Metaphyſica poteſt, habet enim Participia Præterita, *Verberaveruns, untis, & Verberans, antis,* Græcis correſpondentes.



ARTICVLVS VIII.

De Verbo Subſtantivo (Græcè εἰμὶ *, Latinè* Sum *) univerſim ; & in ſpecie de qualitate, & regimine. Vtrùm non ſolùm Neutrum, ſed etiam Activum, & Paſsivum ſit ? Vtrùm activè ſumptum regat Accuſativum ; & paſsivè ſumptum cum Ablativo conſtruatur ?*

XLVII. Quæ ſit in Verbis qualitas ?

Quænam ex illis Neutra, Activa, aut Paſſiva dicantur ?

IN Grammaticæ Latinæ Capite XIX. Bremenſes, de Verborum diſputant qualitate; & ut illam dilucident, ſic inquiunt, *Perſonale Verbum eſt, quod in omnibus Perſonis uſurpari poteſt. Eſtque primæ formæ in* O, *vel ſecundæ in* OR. *Verbum in* O *eſt Activum, aut Neutrum. Activum eſt, cujus Thema deſinit in* O, *& flecti poteſt in* OR, *ut* Amo, Amor. *Neutrum (ſive Abſolutum) eſt cujus Thema deſinit in* O, *& flecti non poteſt in* OR, *ut* Sto, Sedeo, Curro. *Unum deſinit in* UM, *ut* Sum. *Quod olim* Fuo, *unde adhuc* Fui. *Hoc* Subſtantivum *dicitur*. *Verbum in* OR, *eſt Paſſivum, aut Deponens*, &c. Et ſic ſtatuunt Univerſi Grammarici; volui tamen adlegare Bremenſes, quia eorum librum habebam hic in menſâ præ oculis, & alii non erant ad manum. Ergo Grãmaticorum Opinione Verbum *Sum*, quod *Subſtantivum* dicitur, in ſententiâ communi, nec Activum, nec Paſſivum eſt; ſed tantùm Neutrum. Hæc eſt in re Grammaticâ, & Hiſtoricâ vera doctrina, quæ ad Philoſophiam, & Theologiam tranſmiſſa præſtitit, ut multi, qui fortaſſis ſentiebant, ut Catholici, & Doctidum vellent profundiùs, & accuratiùs ſuos Cooceptus exponere, loquerentur, ut deliri, aut Hæretici. Interim antequam ad Activam, Paſſivamque Verbi Subſtantivi acceptionem ediſſerendam veniamus, nonnihil de Neutrali, quod ſcitu dignum ſit, præmittamus.

De Verbo Subſtantivo. An, & quando activè, aut paſſivè ſumatur ?

Nocet in Philoſophia & Theologia nimia obſervatio legum grãmaticarum.

Sanè Duratio eſt triplex, Æterna, Æviterna, & Temporanea, Duratio Æterna, Deo ſoli competit: & eſt unum ſimpliciſſimum *Nunc*, principio, & fine carens, unde à Boetio definitur, *Interminabilis vitæ, totu ſimul & perfecta poſſeſſio*. Æviternitas, quæ Angelorum eſt propria, eſt partim ſucceſſiva, & partim permanens: quæ verba communiter accipiuntur ab omnibus, & à ſingulis vario modo explicãtur. Et Opinionem noſtram Pandecta, & Criticâ noſtrâ uberiùs explicatam jam habes. Tempus, quod Corporibus convenit, eſt quædam totaliter ſucceſſiva Duratio.

Quotuplex ſit Duratio ?

De Æternitate, Ævo, & Tempore.

Verbum Subſtantivum, etiam cùm neutraliter ſumitur, homonymum, ſeu æquivocum eſt, aut abſtractum ſi velis; quoniam *eſſe*, ſeu *exiſtere* ſignat, ab Æternitatis, Ævi, & Temporis differentiis præciſum. Nec obeſt Philoſophi autoritas, non enim Ævum, & Æternitatem [*] cognovit, & ideò univerſim dixit, omne Verbum cum tempore ſignificare. Audiunto Lalemandetium *in Apparatûs Iſagogici part. 6. de Verbo. colum. 26* dicentem. [Et hic nota, quòd cùm Ariſtoteles definivit Verbum per *ſignificare cum tempore*, nomine *Temporis* [*] velit intelligi omnem Durationis menſuram. Utitur tamen in illâ definitione menſurâ rerũ corruptibilium: nimirùm Tempore, utpotè nobis notiſſimâ. Nam, dum dicitur *Deus eſt*, ibi verbum *eſt* non ſignificat cum tempore, ſed cum illâ menſurâ, quæ eſt æternitas Item cùm dicitur *Angelus eſt*, ibi verbum *eſt* non ſignificat cum tempore, nec cum Æternitate, ſed cum Ævo, quæ eſt propria menſura Durationis Angelorum. &c.]

An Verbum Subſtantivum ſit æquivocũ ?

*] *Dixi, & dico Ariſtotelem, etſi docuerit Mundum fuiſſe ab Æterno, non cognoviſſe Æternitatem, & ideò non eſſe cur à Lalemandetio interpretetur: nec mirum eam non cognoviſſe Ariſtotelẽ ſiùm non pauci Chriſtiani per modum Temporis ſucceſſivi, ab æterno, & in æternũ profluẽtis illam intelligant.*

Ut ergo omnem à Verbo Subſtantivo æquivocationem auferamus, eum ſumamus neutraliter, & primò in hac Propoſitione *Deus eſt*, conſideremus reſtrictum ad æternitatem.

XLVIII. Simonidis Apophthegma de Deo.

Notiſſima, & celeberrima eſt illa Hiſtoria, quæ recenſet, quomodò Hiero, Siculorum Tyrannus, reſcire deſiderans, *Quid ſit Deus?* Simonidem, quem cenſebat Sapientiſſimum eſſe ſtudiosè conſuluit. Et quomodò iſte, petierit ad rem meditandam, unum diem; & hoc elapſo duos; & poſteà plures: & tandem prorupiſſe in hæc verba, *Eſt Deus, Ens quoddam, tam obſcurum, & difficile cognitu, ut quò illud diutiùs, aut etiam accuratiùs contemplor, denſioribus tenebris, difficultatibuſque, magis, & magis implicatus præpedior.*

Qualis ſit Deus ?

Eamdem olim Quæſtionem Moyſes ſibi fore ab Ægyptiis proponendam prævidens, ut reſpondere ſciret. Et tunc. Exhodi 3. 14.

Καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς μουσῆν. ἐγώ εἰμι ὁ ὤν καὶ εἶπεν, οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς.

Deus eſt ὁ ὤν.

Dixit Dominus ad Moyſem. Ego ſum, qui ſum. *Ait. Sic dices filiis Iſrael*. Qui eſt, miſit me ad vos.

Vtrùm Deus ſit illud Ens generale & univerſale, quod de omnibus rebus prædicatur & verificatur ?

Sic ſenſum expreſſit Vulgatus. Et quia ad literam transferre verba Græca non potuit; Ego reddam Hiſpanicè.

Dixò el Señor a Moyſes, Yo ſoy el Ente, *y añidiò*. *Aſſi diràs a los hijos de Iſrael*. El Ente me inviò a voſotros.

Hiſpanicè. *Dios es el Ente.*

Et hic Textum Græcum attentè relege, & audi P. Jacobum Gretſerum *in ſua Græca Grãmatica lib. 2. cap. 16.* dicentem. [*Aliquandò adjunguntur Participia Verbis, ut eorum ſignificationem*

Cur Participiũ Verbo, & Articulus Participio adjungatur ?

nem augeant, ut οἶδα ἰδών. Videns vidi, ſciens, ſcivi. &c.] Et quia multa exempla id firmantia in Sacrâ Scripturâ ſuccurrunt, ſufficiet unum tantum producere. Matth. 2. 10. ſic lego ἰδόντες δὲ (Μάγοι) τὸν ἀστέρα ἐχάρησαν χαρὰν μεγάλην σφόδρα. *Videntes autem (Magi) Stellam, gavisi ſunt gaudio magno valde*; vel ut vertit Montanus, *Gaviſi ſunt gaudium magnum valdè*. Ergo plus eſt dicere ἐγώ εἰμι ὤν. *Ego ſum Ens*, quàm ἐγώ εἰμι. *Ego ſum*. Ergo vel hinc conſtare poterit, eſſe Divinum Humano noſtro perfectius, & nobilius eſſe,

*] *Tam neceſſarius eſt Articulus in quantâ que Lingua, ut D. Thomas, ne Latinis ille deſiceretur, particulam ly ejus loco poſuerit.*

At hunc ipſum conceptum promovet altera Animadverſio: non enim dixit Deus, ἐγώ εἰμι ὤν. Latin. *Ego ſum Ens*, & Hiſp. *Yo ſoy un Ente*, id enim dicere poterat, quicumque homo: ſed dixit, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν Latinè *Ego ſum* [*] *ly Ens*. Hiſpanicè, *Yo ſoy el Ente*, hoc eſt, *Ego ſum ille, qui* κατ' ἐξοχὴν, *per excellentiam, & antonomaſiam* Ens *denominatur*.

II.
An omnia ſint Deus, & Deus ſit omnia?

Elaboravi librum, qui inſcribitur Empedoclis Philoſophia.

Et hunc Textum legiſſe videtur Empedocles, verba enim ſumens, & legitimum ſenſum non capiens, cenſuit omnia eſſe Deum, hoc vel illo modo diſpoſitum, nam ſicut in Anagrammate, ex diverſâ literarum combinatione, & coordinatione, reſultant differentia vocabula: ſic ex Primi Entis perfectionibus variè & variè diſpoſitis reſultat omnium Entium quæ in Mundo proſpectantur, varietas,

An Deus omnium rerum ſit forma?

Et alio modo erraruut alii; conſueverunt enim particularia omnia Entia differre materialiter tantùm, formaliter verò coincidere, & eſſe illud Generale Ens, quod vocabant ſpiritum. Et iſta adriſit Virgilio opinatio, nam apud illum Æneid. 6.

*] *Ergo Virgilii tempore, Cœlos eſſe liquidos aſſerebatur*

Dicam equidem; nec te ſuſpenſum Nate tenebo.
Suſcipit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.
Principio Cœlos, ac Terras, Campoſq; liquentes [*]
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque Aſtra,
Spiritus intus alit: totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum, pecudumque genus, vitaque Volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub Æquore Pontus.
Igneus eſt ollis vigor, ac Cœleſtis origo. &c.

Vtrùm Mundus ſit Deus?

Hinc ortus eſt ille Gentilium error, *Mundus eſt Deus*, ac *Deus eſt Mundus*. Hinc nomen *Deus* juſſum eſſe commune, & de Sole, Lunâ, Planetis, & Syderibus prædicari. Hinc Almaricus quidam, apud Bañes *in 1. p. qu. 4. art. 2. pag.* 123. cui adhæſerunt non pauci, Deum eſſe Corpus, & Corpora eſſe Deum deliravit, Et eum, ut ſtatim videbimus, ſequuti ſunt Wicleffus, & alii ſeculi exacti Hæretici, ſi verba, quæ proferebant, intelligebant in ſenſu communi, & grammatico. Et conditionem iſtam pono, nam videtur difficile, homines, qui volebant dici, & cenſeri docti, Propoſitiones has, *Deus eſt canis, Deus eſt Platanus, Deus eſt lapis, Deus eſt Cœlum, Deus eſt Sol, Deus eſt Luna*. &c. cum à ſenſu proferrent.

An Deus ſit Corpus?

An credibile ſit illos homines adeò ſtupidos fuiſſe, ut ſeriò dicerent *Deum eſſe canem?*

Ergo, ut confundantur Heterodoxorum errores, Orthodoxas Concluſiones ponamus, Et ſit

An *Ens*, quod de Prædicamentis dicitur ſit ipſe Deus?

Prima. *Deus non eſt ille generalis Conceptus* Ens (*Græcè* τὸ ὄν *Hiſp.* el Ente) *quod eſt Tranſcendens, & res univerſas pervadit*. Eſt contra Empedoclem, & ejus Diſcipulos; quorum reliquiæ ſupererant tempore Præceptoris Angelici: nam contra eos in libell. de Ente, & Eſſentiâ cap. 5. ſic ſcribit.

Nec oportet, ſi diximus, quòd Deus eſt eſſe tantùm, *ut in errorem eorum* (Empedoclæorum) *incidamus, qui dixerunt Deum eſſe illud* Eſſe Univerſale, *quo qualibet Res formaliter eſt. Hoc enim* Eſſe, *quod Deus eſt, hujus conditionis eſt, ut nulla ſibi additio fieri poſſit; Unde per ipſam ſuam Puritatem eſt* eſſe *diſtinctum ab omni* Eſſe. *Propter quod* in Commento nonæ Propoſitionis Libri de Cauſis *dicitur, quòd individuatio Primæ Cauſa, quæ eſt* Eſſe tantùm, *eſt per puram Bonitatem ejus*. Eſſe *autem* Commune, *ſicut eſt in intellectu ſuo* [*] *non includit aliquam additionem, ita nec includit in intellectu ſuo* [*] *aliquam præciſionem* [a] *additionis: quia, ſi hoc eſſet, nihil poſſet intelligi eſſe, in quo ſuper eſſe aliquid adderetur.*

Omnis perfectio eſt Ens poſitivum: & omnis perfectio eſt in Deo.

Nulla Deo poteſt addi perfectio.

At prædicato communi Entis multæ perfectiones addi poſſunt.

*] *in conceptu ſuo.*

a] *negationem*

L.
An omnia Entia, Corporea ſint & Materialia?

Secunda. Ens, & Corporeum *non ſunt voces ſynonymæ, ſed ut Superior, & Univerſalior ab Inferiori, & minus Univerſalis diſtinguuntur: nam Ens in Corporeum, & Incorporeum adæquatâ diviſione diſpeſcitur.*

Vtrùm Priſci Philoſophi res immateriales cognoverint?

Et quidem omnia Entia eſſe Corporea, & *Incorporeum* eſſe vocabulum expers ſignificationis, fuit communis Gentilium Antiquorum opinio: Deum enim aſſeruerunt Corporeum & Materialem eſſe, non quòd rem aliquam (poſſibilem, aut exiſtentem) Deo perfectiorẽ, & nobiliorem delirarent, ſed quòd de Spiritualium Entium Syſtemate, nec minimam ſuſpicionem habuerint. Et hoc ſenſu eorum venit accipienda opinatio, qui apud P. Sebaſtianum Izquierdum *in Operis Theologici tom. 1. tr. 5. diſp. 11. qu. 2. pag. 348. b. nu. 21.* recenſentur. Quoniam ut ibi legitur,

An cenſuerint Ethnici ſuos Deos, quos colebant, corporeos, & materiales eſſe?

De multis Ethnicis refertur, eos ſibi ſuos Deos corporeos confinxiſſe. Sic refert de Anaximene Tullius *lib. 5. de natur. Deor.* de Anaxagorâ Ariſt. *lib. 4. Phyſic. text.* 57. de Pythagorâ, & Democrito Auguſt. *epiſt.* 56. de Stoicis Origen. *lib. 2. contra Celſum* & de Epicureis Sextus Empyricus *lib. 5. Pyrron. cap.* 24. Hunc errorem aliis plurimis, quibus inficiebantur, teſte Arnobio *libr. 3 contr. Gentes* Saducæi addiderunt; cætera cuncta, præter entia viſibilia, atque adeò & Angelos, & Spiritũ Sanctum, ne ullum ſpiritum admitterent, prorſus negabant. De quo videndus eſt Epiphanius *cont. hæreſ. hæreſ.* 14 Inter multos, qui amplexi fuerunt eorum Hæreſim, videtur poni debere Philo, nam *Allegor. libr.* inquit enim *De Divinâ Subſtantiâ definiri non poſſe, ſit-ne corporeâ prædita qualitate, vel non.* Et errorem quidem Saducæorum tranſiiſſe poſteà ad Saracenos, teſtatur Vives *libr. 4. de veris. Fidei cap.* 8. Mahomethus enim, quem iſti homines, ut Legis latorem obſervant, Camelorum fuit ductor, & Artium Sublimium imperitus, nihil de rebus incorporeis & ſupernaturalibus ſcivit; & ideò ſuo genio, quam finxit Religionem attemperans, in ebrietate, crapula, & voluptate beatitudinem Vitæ æternæ conſtituit.

Saducæi erant inter Iudæos peſſimi Hæretici.

Opinatio Philonis.

De perſona & doctrina Mahometi.

LI.
De Audianis Hæreticis, ſeu de Anthropomorphitis.

Fuerunt Saracenorum ſimiles Hæretici, Audiani, ſive Odiani, ſive Vadiani, ſic dicti à ſuo duce Audio, ſive Audæo, Deum enim corporeum eſſe affirmarunt, imò præditum corpore hu-

humano, ſimili-ve corpori humano, quoad membrorum diſtinctionem, & formam. Quo jure ἀνθρωπομόρφιται appellati ſunt. Quaſi Deum inſtar hominis figurantes. De quibus, deque eorum errore agunt Epiphanius *contr. hæreſ.hæreſ.*70. Theodoretus *lib.4. hæretic.fabul. cap.*13.*& lib.*4.*hiſtor.cap.*19. Triparti.*lib.*7.*cap.*11 Nicephorus *lib.*11.*cap.*14. Auguſtinus *lib.de hæreſ.cap.*50. & Caſſianus *collat.*10. *cap.*2. Quem errorem Melitoni etiam attribuunt Iſidorus, *libr.de doctr.& fid.cap.*5. & Theodoretus *qu.*10. *in Gen.* niſi textus fuerit vitiatus, ut obſervat Sixtus Senenſis *lib.*5.*Biblioth.ann.*18. qui à dicto errore penitùs purgat Melitonem. Quod latè etiam præſtat Vaſquez *in* 1.*par.diſp.*11.*cap.*1.

An Melito húc errorem habuerit?

An Tertullianus loquutus ſit cum Paulo, & *Corpus* pro *Realitate* uſurpet?

Sanè difficile eſt ferre de Sententiis veterum Scriptorum judicium. Non conveniebant olim in ſignificatione Terminorum Philoſophi, & ideò etſi eorum verba legamus; quid illis dicere voluerint, neſcimus. Et hanc ob rem de Tertulliani mente dubitatur. Eum exiſtimaviſſe *Deum eſſe corporeum*, cenſuit Auguſtinus *libr.*10. *de Geneſ. ad lit. cap.*25, tametſi eum excuſet *lib.de hæreſib.cap.*86. quaſi corpus pro ſubſtantiâ uſurpaverit, corporeumque pro ſubſtantiali & reali. Quo ſenſu *ad Coloſſ.* 2.8. dixit Paulus ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς *In quo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter*; hoc eſt, *realiter*, *& ſubſtantialiter*. Hoc enim ſenſu, & non alii locum hunc exponunt univerſi Doctores. Quo ſenſu etiam dixit Hilarius *in Matth. can.*5. *Nihil eſt, quod non in ſubſtantiâ ſuâ & creatione corporeum ſit; nam, & animarum ſpecies, ſive obtinentium corpora, ſive à corporibus exulantium corpoream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam ſortiuntur.* Et ipſe Auguſtinus apud Petavium *tom.*1. *de Theologicis dogmatibus cap.*1. *num.*15. eodem ſenſu nomen *Corpus* uſurpat, ſic enim ait. *Incorpoream quoq; eſſe animam etſi difficilè tardioribus perſuaderi poteſt, mihi tamen fateor, eſſe perſuaſum. Sed ne verbi controverſiam, vel ſuperfluè faciam, vel meritò patiar; quoniam, cùm de re conſtat, non eſt opus certare de nomine; ſi corpus eſt omnis ſubſtantia, vel eſſentia, vel ſi quid aptiùs nuncupatur id, quod aliquo modo eſt in ſe ipſo, corpus eſt anima. Item, ſi eam ſolam incorpoream placet appellare naturam, quæ summè incommunicabilis & ubique tota eſt, corpus eſt anima: quoniam tale aliquid ipſa non eſt. Porro, ſi corpus non eſt, niſi quod per loci ſpatium aliquâ longitudine, latitudine ita ſiſtitur, vel movetur, ut majore ſui parte majorem locum occupet, & breviore breviorem, minuſque ſit in parte, quàm in toto non eſt corpus anima.*

An eodem modo loquatur Hilarius?

An etiam Auguſtinus?

Quando conſtat de re, de vocibus non eſt diſputandū

Tranſit poſteà ex inferiori Grammaticorū Scholâ, ad ſublime Theologorum Gymnaſiū; hoc eſt ex Terminorum, & Dictionum examine ad perpendendam, & examinandam Hiſtoriæ veritatem procedit, & ſic ait. [Cæterùm, quanquam *Corpus*, & *Ens corporeum* in iſtâ latiſſimâ, & valdè impropriâ acceptione nonnulli interdum uſurpaverint, ſcilicet pro *Subſtantiâ*, ſivè *Eſſentiâ* & pro *Ente ſubſtantiale*; reliqui verò commemorati conceptum *Corporis*, aut *Entis Corporei* ſtrictè, & propriè accepti, qualem definivimus *ſupr.diſp.*10.*qu.*7 per errorem tribuerunt Deo. Qui quidem error rurſus eſt renovatus anno Domini 954. ut videre eſt apud Gualter. *in Chronic*, & iterum anno 1118. ſub Baſilio quodam Medico. De quo Genebrardus *in Paſchatis libr.*2. & Sand. *hæreſ.* 138.]

Error antiquus de Deo Corporeo renovatur.

LII.
De ſenſu hypothetico. Quid ille ſit?

Tertia. *Dei Perfectio eſt abſolutè ſimplex, & hypotheticè multiplex.* Quia eſt infinitus, (& attentè conſidera illud *quia*) quoniam, ſi per impoſſibile eſſet finitus, Perfectiones in Deo, realiter eſſent plures, & inter ſe realiter diſtinguerentur. Hanc doctrinam ediſſero *in Dialexeet de Non-Certitudine, par.*2.*art.*14. *aſſert* 10. *pag.*242.*a.* & adducto argumento Geometrico manifeſtè perſuadeo. Quoniam Corpora Regularia Platonica (videlicet Tetraedrum, Icoſaedrum, Hexaedrum, Octaedrum, Dodecaedrum) differunt inter ſe, quia ſunt finita, nam ſi per impoſſibile ita creſcerent, ut eſſent infinita coinciderent. Pyramis enim infinita, eſſet corpus, cujus centrum ubique eſſet, & nullibi circumferentia: & ſimiliter Cubus infinitus; immò etiam Globus infinitus, &c. ubilibet haberet centrum, & circumferentiam nuſquam. Omnia ergo iſta Corpora, quæ quamdiu erant infinita, diſtinguebantur inter ſe, ſi in moles infinitas tranſirent, & inter ſe nullatenùs diſtinguerentur. Ergo idem de perfectionibus dicendum eſt. In Creaturis ipſæ, quoniam finitæ ſunt, ſunt plures, & diſtinctæ inter ſe: in Deo autem, quoniam ſunt infinitæ ſunt unica, coincidunt, & non diſtinguuntur inter ſe. Et hanc Doctrinam D. Thomas ubi ſuprà eruditè dilucidat: ſcribit enim.

*Plato in Timæo Elementis harum Corporum figuras adtribuit Vide Clavium in Sphærā Ioannis de Sacrobosco. cap.*1, *pag.*157.

Corpora Platonica, ſi eſſent molis infinitæ, coinciderent.

Cur in Deo univerſæ perfectiones ſint una?

Similiter, quamvis (Deus) *ſit* Eſſe tantùm, *non oportet, quòd deficiant ei reliquæ perfectiones, vel nobilitates; immò habet omnes perfectiones, quæ ſunt in omnibus generibus, propter quod* Perfectum ſimpliciter *dicitur, ut Philoſophus & Commentator* in quinto Metaphyſicæ *dicunt*; *ſed habet eas modo excellentiori omnibus rebus, quia in eo omnes illæ perfectiones conveniunt ſibi ſecundum ſuum* eſſe ſimplex. *Sicut ſi aliquis per unam qualitatem poſſet efficere operationes omnium qualitatum, in illâ unâ qualitate omnes qualitates haberet, ita Deus in ipſo* eſſe *ſuo omnes perfectiones habet.*

De eſſe Divino. Quale ſit?

An, & cur omnes perfectiones contineat?

LIII.
Omnes perfectiones reperiuntur in Deo

Quarta. *Hæc Dei Perfectio, tametſi unica, & ſimplex, continet in ſe formaliter omnes Perfectiones ſimpliciter ſimplices: & eminenter omnes alias.* Terminos exponamus.

Perfectio ſimpliciter ſimplex illa dicitur, quæ eſt adæquatè perfecta: hoc eſt, quæ nullam in ſuo conceptu dicit imperfectionem.

Quid ſit ſimpliciter ſimplex perfectio?

Perfectio non ſimpliciter ſimplex, eſt, quæ non eſt adæquatè perfecta: nempè, quæ eſt perfecta ſecundum quid, hoc eſt, quæ in ſuo conceptu claudit aliquam imperfectionem.

Quid vero nō ſimpliciter ſimplex?

Res aliqua continetur formaliter, quando ſecundum omnia, quæ eſſentialiter dicit, continetur.

Et continetur eminenter, quando non ſecundum omnia, quæ eſſentialiter dicit continetur, ſed ſecundum formalitates perfectas, imperfectis excluſis.

Quid ſit continere formaliter: & quid continere eminenter?

Hinc patet Intellectum v.gr. in Deo reperiri formaliter, quia ſecundum omnia, quæ eſſentialiter dicit, convenire Deo poteſt, quia in ſuo conceptu quiditativo nullam imperfectionem continet.

Qualem perfectionem intellectus importet?

Et hinc etiam patet rationem Subſtantiæ, ſi hoc nomine intelligatur, quod accidentibus ſubeſt, [quo ſenſu accepit Auguſtinus vocabu-

Qualem Subſtantia.

Res ſecundum quid perfectæ ſunt in Deo ſublatis imperfectionibus.

bulum, ut à Subſtantiæ Prædicamento Deum excluderet.] Eſſe in Deo eminentialiter; nã in ejus conceptu duo ſunt: nempe, eſſe per ſe, & ſubſtare Accidentibus; è quibus illud prius eſt perfectio, & eſt imperfectio hoc poſterius. Et hanc ob rem eſt in Deo eminenter Subſtãtia, quoniam in eo ſecundum formalitatem, quæ perfectionem importat, continetur; & ſecundum alteram, quæ imperfectionem imbibit, non continetur.

De Propoſitione Deus eſt lapis.

An & qualiter admitti poſſit?

De ſenſu Metaphorico.

Hac doctrinâ præmiſsâ ingreditur Quæſtio, quæ inquirit, *An illa Joannis Wicleffi Propoſitio*, Deus eſt lapis, *& alia, quæ ſunt ipſi ſimillimæ in aliquo vero, & proprio ſenſu, à Catholicis poſſint admitti?* Et conſultò de proprio, & vero ſenſu dubito: quoniam de Metaphorico difficultas excitari non poteſt, illa enim verba, *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*, de Chriſto ab omnibus intelliguntur; nam latiſſimè patent impropriæ, & Metaphoricæ ſignificationes. Et huic Dubio Concluſio

LIV. Quot modis Verbum Subſtantivum ſumatur?

QUINTA reſpõdebit. *In hac Propoſitione* Deus eſt lapis, *illud eſt poteſt quadrifariam (videlicet,* formaliter, eminentialiter, activè, *&* paſſivè) *deſumi. Eſt autem falſa & impia primo ſenſu: ſecundo eſt vera, ſed ſcandaloſa, niſi cautè ponatur: tertio & quarto erit vera.*

Illa Propoſitio formaliter ſũpta eſt hæretica.

Primo illam ſenſu impietatis incriminor: nam lapis eſt imperfecta, & corporea ſubſtantia, & Deus eſt infinitè perfectus, & immaterialis formaliter. Unde ſuſpicari auderem Wicleffum, quia Concionator & Philoſophus erat, habebatque Spiritualium & Supernaturalium Entium ſufficientem notitiam, Metaphoricè, vel eminenter, & non formaliter hanc & alias ſimiles Propoſitiones pronunciaſſe.

Qualis ſit ſi eminenter ſumatur?

Ita loqui debemus, ut nemini præbeamus ſcandalũ.

Secundo enim ſenſu illa & illæ ſunt veræ: quoniam in Lapide Entis per ſe reperitur perfectio, & materialis imperfectio Subſtantiæ: & Deo poteſt illa perfectio attribui ab imperfectione defæcata. Monui tamen eam propoſitionem cautè eſſe proferendam [Et cautè proferetur, ſi dicatur expreſsè, *Deus eminenter eſt lapis*, vel talia verba in contextu ponantur, ut Lector intelligere poſſit, non in formali ſenſu, ſed in eminenti ipſam accipi.] quia ſapientibus & inſipientibus ſunt debitores, qui Theologica ſcribunt, & debent vitare puſillorum ſcandala.

Alii ultimi ſenſus, Priſciani pace, à Theologis admitti debent.

Si tertio aut quarto ſenſu illa, & aliæ ſimiles Propoſitiones accipiantur, habebimus, cur cum Priſciano, & Grammaticis ſeveris diſputemus, non verò unde Theologiæ Peritis diſpliceamus. Et, quia *Deus eſt efficienter lapis* videtur eſſe Aſſertio legitimo intellectu carens [nam, ſi illud *efficienter* expreſsè non ponitur, non intelligitur aut ſubanditur: &, ſi expreſsè dicitur, aut ſcribitur, repugnare videtur quod illud verbum *eſt* quando neutraliter de facto ſumitur [pom enim inter duos nominativos character eſt neutralis acceptionis] efficienter & activè ſumatur.

An hæc Propoſitio, Deus eſt efficienter lapis careat ſenſu legitimo?

An, & quando Verbum SVM regat Accuſativum?

Quando Ablativum?

Alia eſt Grammaticorum, & alia Theologorum Cenſura.

Dicendum ergo eſt Primò, Verbum Subſtantivum *Sum, es, eſt*, quando activè ſumitur, eſſe tranſitivum, & Accuſativum poſtulare, adeoque non eſſe dicendum *Deus eſt lapis*, ſed *Deus eſt lapidem*, quæ Oratio eſt Prima Activæ, & tranſit in iſtam Paſſivam, *Lapis eſt à Deo*. Quoniam, tametſi contra iſtam, *Deus eſt lapis*, nihil habeat quod objiciat Grammatica, eam Theologia ut impiam & deliram condemnat & quidquid Grammatici vociferentur, loco ejus hanc Orthodoxam & prudentem ſubſtituit: nimirùm, *Deus eſt lapidem*.

LV. Activa Verbi Sum acceptio eſt ſignificantiſſima.

An homo ſit aliquando rẽ?

**] Dignentur hinc reſcire Phyſici, Quid ſit educere Formas de potentia Materiæ.*

Et ſecundò eſt dicendum, eſſendi activum modum, quem illa phraſis exprimit, eſſe ſignificantiſſimum, & non habere ſimilem aut æquipollentem in toto Latino theſauro. Et addendum eum ſoli Deo convenire, Homo enim *nullam rem eſt*, quando operatur. Quoniam Auriſaber, Faber Ferrarius aut Lignarius, &c. auri, ferri, aut ligni materias præexiſtentes præaccipiunt, ut torquem aureum, cratem ferream, aut cathedram ligneam cõforment. Præhabet in tabellâ Apelles præexiſtentes colores, ut Alexandrum ex. gr. imaginet. Præhabet præexiſtens marmor Phidias [*] ut ſuperfluis partibus exciſis Dianæ Statuam educat de potentiâ Materiæ. Et denique Vitruvius præexiſtentes præhabet lapides, trabes, aſſeres, &c. ut novum Julio Cæſari erigat, & conformet Palatium. Sic in ſuis operibus omnes procedunt homines, quin ſit vel unus, qui ſine præexiſtente Materiâ producat aliquod artefactum.

Homines ex materia præexiſtente ſua artefacta concinnant: & ſolus Deus ex nihilo produxit univerſa.

De Temporibus & Spatiis.

Solus autem Deus, qui teſte Alſtedio in Hebrææ Linguæ Theſauro, ideò יהוה, JEOVA, in Oraculis Divinis dicitur, quòd Eſſenrlator, & Exiſtentiator ſit: & hoc inſigniri debeat nomine, quòd non tantùm Exiſtentias, ſed etiam Eſſentias det rebus, & ſine ullâ præexiſtente Materiâ *Mundum fuerit*, hoc eſt, *Mundum creaverit*. Qui tamen tametſi Mundum in tempore, & in loco produxerit, non reperit præexiſtens tempus, quod in ejus conformatione impenderet; nec præexiſtentem locum, in quo eum collocaret. Unde in Mundi creatione producendo Materiam, Tempus & Locum comproduxit. Vide P. Georgium Rhodeſium *in Philoſophia Peripatetica libr. 2. diſp. 4. ſect. 2. pag.* 218. *b.* ibi enim pulchrè de Tempore, & Spatio diſcurrit.

AR-

humano, ſimili-ve corpori humano, quoad membrorum diſtinctionem, & formam. Quo jure ἀνθρωπομόρφιται appellati ſunt. Quaſi Deum inſtar hominis figurantes. De quibus, deque eorum errore agunt Epiphanius *contr. hæreſ.hæreſ.*70. Theodoretus *lib.*4. *hæretic.fabul. cap.*13. & *lib.*4 *hiſtor.cap.*19. Triparti. *lib.*7. *cap.*11 Nicephorus *lib.*11.*cap.*14. Auguſtinus *lib.de hæreſ.cap.*50. & Caſſianus *collat.*10. *cap.*2. Quem errorem Melitoni etiam attribuunt Iſidorus, *libr.de doctr.& fid.cap.*5. & Theodoretus *qu.*10. *in Gen.* niſi textus fuerit vitiatus, ut obſervat Sixtus Senenſis *lib.*5.*Biblioth.annot.*18. qui à dicto errore penitùs purgat Melitonem. Quod latè etiam præſtat Vaſquez *in* 1.*par.diſp.*11. *cap.*1.

An Melito hûc errorem habuerit?

Sanè difficile eſt ferre de Sententiis veterum Scriptorum judicium. Non conveniebant olim in ſignificatione Terminorum Philoſophi, & ideò etſi eorum verba legamus; quid illis dicere voluerint, neſcîmus. Et hanc ob rem de Tertulliani mente dubitatur. Eum exiſtimaviſſe *Deum eſſe corporeum*, cenſuit Auguſtinus *libr.*10. *de Geneſ. ad lit. cap.*25. tametſi eum excuſet *lib.de hæreſib.cap.*86. quaſi corpus pro ſubſtantiâ uſurpaverit, corporeumque pro ſubſtantiali & reali. Quo ſenſu *ad Coloſſ.* 2.8. dixit Paulus ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς *In quo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter*; hoc eſt, *realiter*, & *ſubſtantialiter*. Hoc enim ſenſu, & non alii locum hunc exponunt univerſi Doctores. Quo ſenſu etiam dixit Hilarius *in Matth. can.*5. *Nihil eſt, quod non in ſubſtantiâ ſuâ & creatione corporeum ſit; nam, & animarum ſpecies, ſive obtinentium corpora, ſive à corporibus exulantium corpoream tamen naturæ ſuæ ſubſtantiam ſortiuntur.* Et ipſe Auguſtinus apud Petavium *tom.*1. *de Theologicis dogmatibus cap.*1. *num.*15. eodem ſenſu nomen *Corpus* uſurpat, ſic enim ait. *Incorpoream quoq; eſſe animam etſi difficilè tardioribus perſuaderi poteſt, mihi tamen fateor, eſſe perſuaſum. Sed ne verbi controverſiam, vel ſuperfluè faciam, vel meritò patiar; quoniam, cùm de re conſtat, non eſt opus certare de nomine; ſi corpus eſt omnis ſubſtantia, vel eſſentia, vel ſi quid aptiùs nuncupatur id, quod aliquo modo eſt in ſe ipſo, corpus eſt anima. Item, ſi eam ſolam incorpoream placet appellare naturam, quæ ſummè incommunicabilis & ubique tota eſt, corpus eſt anima: quoniam tale aliquid ipſa non eſt. Porrò, ſi corpus non eſt, niſi quod per loci ſpatium aliquâ longitudine, latitudine ita ſiſtitur, vel movetur, ut majore ſui parte majorem locum occupet, & breviore breviorem, minuſque ſit in parte, quàm in toto non eſt corpus anima.*

An Tertullianus loquutus ſit cum Paulo, & *Corpus* pro *Realitate* uſurpet?

An eodem modo loquatur Hilarius?

An etiam Auguſtinus?

Quando conſtat de re, de vocibus non eſt diſputandū

Tranſit poſteà ex inferiori Grammaticorū Scholâ, ad ſublime Theologorum Gymnaſiū; hoc eſt ex Terminorum, & Dictionum examine ad perpendendam, & examinandam Hiſtoriæ veritatem procedit, & ſic ait. [Cæterùm, quanquam *Corpus*, & *Ens corporeum* in iſtâ latiſſimâ, & valdè impropriâ acceptione nonnulli interdum uſurpaverint, ſcilicet pro *Subſtantiâ*, ſivè *Eſſentiâ* & pro *Ente ſubſtantiali*; reliqui verò commemorati conceptum *Corporis*, aut *Entis Corporei* ſtrictè, & propriè accepti, qualem definivimus *ſupr.diſp.*10.*qu.*7 per errorem tribuerunt Deo. Qui quidem error rurſus eſt renovatus anno Domini 954. ut videre eſt apud Gualter. *in Chronic.* & iterum anno 1118. ſub Baſilio quodam Medico. De quo Genebrardus *in Paſchatis libr.*2. & Sand. *hæreſ.* 138.]

Error antiquus de Deo Corporeo renovatur.

LII.

De ſenſu hypothetico. Quid ille ſit?

Tertia. *Dei Perfectio eſt abſolutè ſimplex, & hypotheticè multiplex.* Quia eſt infinitus, (& attentè conſidera illud *quia*) quoniam, ſi per impoſſibile eſſet finitus, Perfectiones in Deo, realiter eſſent plures, & inter ſe realiter diſtinguerentur. Hanc doctrinam ediſſero *in Dialexeos de Non-Certitudine, par.*2. *art.*14 *aſſert.*10. *pag.*242.*a.* & adducto argumento Geometrico manifeſtè perſuadeo. Quoniam Corpora Regularia Platonica (videlicet Tetraedrum, Icoſaedrum, Hexaedrum, Octaedrum, Dodecaedrum) differunt inter ſe, quia ſunt finita, nam ſi per impoſſibile ita creſcerent, ut eſſent infinita coinciderent. Pyramis enim infinita, eſſet corpus, cujus centrum ubique eſſet, & nullibi circumferentia: & ſimiliter Cubus infinitus; immò etiam Globus infinitus, &c. ubilibet haberet centrum, & circumferentiam nuſquam. Omnia ergo iſta Corpora, quæ quamdiu erant infinita, diſtinguebantur inter ſe, ſi in moles infinitas tranſirent, & inter ſe nullatenùs diſtinguerentur. Ergo idem de perfectionibus dicendum eſt. In Creaturis ipſæ, quoniam finitæ ſunt, ſunt plures, & diſtinctæ inter ſe: in Deo autem, quoniam ſunt infinitæ ſunt unica, coincidunt, & non diſtinguuntur inter ſe. Et hanc Doctrinam D. Thomas ubi ſuprà eruditè dilucidat, ſcribit enim.

*Plato in Timæo Elementis horum Corporum figuras adtribuit Vide Clavium in Sphærâ Ioannis de Sacrobosco. cap.*1. *pag.*157.

Corpora Platonica, ſi eſſent molis infinitæ, coinciderent.

Cur in Deo univerſæ perfectiones ſint una?

Similiter, quamvis (Deus) *ſit* Eſſe tantùm, *non oportet, quòd deficiant ei reliquæ perfectiones, vel nobilitates; immò habet omnes perfectiones, quæ ſunt in omnibus generibus, propter quod* Perfectum ſimpliciter *dicitur, ut Philoſophus & Commentator* in quinto Metaphyſicæ *dicunt; ſed habet eas modo excellentiori omnibus rebus, quia in eo omnes illæ perfectiones conveniunt ſibi ſecundum ſuum* eſſe ſimplex. *Sicut ſi aliquis per unam qualitatem poſſet efficere operationes omnium qualitatum, in illâ unâ qualitate omnes qualitates haberet, ita Deus in ipſo* eſſe *ſuo omnes perfectiones habet.*

De eſſe Divino. Quale ſit?

An, & cur omnes perfectiones contineat?

LIII.

Omnes perfectiones reperiuntur in Deo

Quarta. *Hæc Dei Perfectio, tametſi unica, & ſimplex, continet in ſe formaliter omnes Perfectiones ſimpliciter ſimplices: & eminenter omnes alias.* Terminos exponamus.

Perfectio ſimpliciter ſimplex illa dicitur, quæ eſt adæquatè perfecta: hoc eſt, quæ nullam in ſuo conceptu dicit imperfectionem.

Quid ſit ſimpliciter ſimplex perfectio?

Perfectio non ſimpliciter ſimplex, eſt, quæ non eſt adæquatè perfecta: nempè, quæ eſt perfecta ſecundum quid, hoc eſt, quæ in ſuo conceptu claudit aliquam imperfectionem.

Quid vero nō ſimpliciter ſimplex?

Res aliqua continetur formaliter, quando ſecundum omnia, quæ eſſentialiter dicit, continetur.

Et continetur eminenter, quando non ſecundum omnia, quæ eſſentialiter dicit continetur, ſed ſecundum formalitates perfectas, imperfectis excluſis.

Quid ſit continere formaliter: & quid continere eminenter?

Hinc patet Intellectum v.gr. in Deo reperiri formaliter, quia ſecundum omnia, quæ eſſentialiter dicit, convenire Deo poteſt, quia in ſuo conceptu quiditativo nullam imperfectionem continet.

Qualem perfectionem intellectus importet?

Et hinc etiam patet rationem Subſtantiæ, ſi hoc nomine intelligatur, quod accidentibus ſubeſt, [quo ſenſu accepit Auguſtinus voca-

Qualem Subſtantia.

bu-

bulum, ut à Subſtantiæ Prædicamento Deum excluderet.] Eſſe in Deo eminentialiter; nã in ejus conceptu duo ſunt: nempe, eſſe per ſe, & ſubſtare Accidentibus; è quibus illud prius eſt perfectio, & eſt imperfectio hoc poſterius. Et hanc ob rem eſt in Deo eminenter Subſtãtia, quoniam in eo ſecundum formalitatem, quæ perfectionem importat, continetur; & ſecundum alteram, quæ imperfectionem imbibit, non continetur.

Res ſecundum quid perfectæ ſunt in Deo ſublatis imperfectionibus.

Hac doctrinâ præmiſsâ ingreditur Quæſtio, quæ inquirit, *An illa* Joannis *Wicleffi Propoſitio*, Deus eſt lapis, *& alia, quæ ſunt ipſi ſimillima in aliquo vero, & proprio ſenſu, à Catholicis poſſint admitti*? Et conſultò de proprio, & vero ſenſu dubito: quoniam de Metaphorico difficultas excitari non poteſt, illa enim verba, *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*, de Chriſto ab omnibus intelliguntur; nam latiſſimè patent impropriæ, & Metaphoricæ ſignificationes. Et huic Dubio Concluſio

De Propoſitione *Deus eſt lapis*.

An & qualiter admitti poſſit.

De ſenſu Metaphorico.

LIV.

Quot modis Verbum Subſtantivum ſumatur?

QUINTA reſpõdebit. *In hac Propoſitione* Deus eſt lapis, *illud eſt poteſt quadrifariam* (*videlicet*, formaliter, eminentialiter, activè, *&* paſſivè) *deſumi. Eſt autem falſa & impia primo ſenſu: ſecundo eſt vera, ſed ſcandaloſa, niſi cautè ponatur: tertio & quarto erit vera.*

Primo illam ſenſu impietatis incriminor: nam lapis eſt imperfecta, & corporea ſubſtantia, & Deus eſt infinitè perfectus, & immaterialis formaliter. Unde ſuſpicari auderem Wicleffum, quia Concionator & Philoſophus erat, habebatque Spiritualium & Supernaturalium Entium ſufficientem notitiam, Metaphoricè, vel eminenter, & non formaliter hanc & alias ſimiles Propoſitiones pronunciaſſe.

Illa Propoſitio formaliter ſũpta eſt hæretica.

Secundo enim ſenſu illa & illæ ſunt veræ: quoniam in Lapide Entis per ſe reperitur perfectio, & materialis imperfectio Subſtantiæ: & Deo poteſt illa perfectio adtribui ab imperfectione defæcata. Monui tamen eam propoſitionem cautè eſſe proferendam [Et cautè proferetur, ſi dicatur expreſsè, *Deus eminenter eſt lapis*, vel talia verba in contextu ponantur, ut Lector intelligere poſſit, non in formali ſenſu, ſed in eminenti ipſam accipi.] quia ſapientibus & inſipientibus ſunt debitores, qui Theologica ſcribunt, & debent vitare puſillorum ſcandala.

Qualis ſit ſi eminenter ſumatur?

Ita loqui debemus, ut nemini præbeamus ſcandalũ.

Si tertio aut quarto ſenſu illa, & aliæ ſimiles Propoſitiones accipiantur, habebimus, cur cum Prisciano, & Grammaticis ſeveris diſputemus, non verò unde Theologiæ Peritis diſpliceamus. Et, quia *Deus eſt efficienter lapis* videtur eſſe Aſſertio legitimo intellectu carens [nam, ſi illud *efficienter* expreſsè non ponitur, non intelligitur aut ſubauditur: &, ſi expreſsè dicitur, aut ſcribitur, repugnare videtur quod illud verbum *eſt* quando neutraliter de facto ſumitur [pom enim inter duos nominativos character eſt neutralis acceptionis] efficienter & activè ſumatur.

Alii ultimi ſenſus, Priſciani pace, à Theologis admitti debent.

An hæc Propoſitio, *Deus eſt efficienter lapis* careat ſenſu legitimo?

Dicendum ergo eſt Primò, Verbum Subſtantivum *Sum, es, eſt*, quando activè ſumitur, eſſe tranſitivum, & Accuſativum poſtulare, adeoque non eſſe dicendum *Deus eſt lapis*, ſed *Deus eſt lapidem*, quæ Oratio eſt Prima Activæ, & tranſit in iſtam Paſſivam, *Lapis eſt à Deo*. Quoniam, tametſi contra iſtam, *Deus eſt lapis*, nihil habeat quod objiciat Grammatica, eam Theologia ut impiam & deliram condemnat & quidquid Grammatici vociferentur, loco ejus hanc Orthodoxam & prudentem ſubſtituit: nimirùm, *Deus eſt lapidem*.

An, & quando Verbum SVM regat Accuſativum?

Quando Ablativum?

Alia eſt Grammaticorum, & alia Theologorum Cenſura.

Et ſecundò eſt dicendum, eſſendi activum modum, quem illa phraſis exprimit, eſſe ſignificantiſſimum, & non habere ſimilem aut æquipollentem in toto Latino theſauro. Et addendum eum ſoli Deo convenire, Homo enim *nullam rem eſt*, quando operatur. Quoniam Aurifaber, Faber Ferrarius aut Lignarius, &c. auri, ferri, aut ligni materias præexiſtentes præaccipiunt, ut torquem aureum, cratem ferream, aut cathedram ligneam cõforment. Præhabet in tabellâ Apelles præexiſtentes colores, ut Alexandrum ex. gr. imaginet. Præhabet præexiſtens marmor Phidias [*] ut ſuperfluis partibus exciſis Dianæ Statuam educat de potentiâ Materiæ. Et denique Vitruvius præexiſtentes præhabet lapides, trabes, aſſeres, &c. ut novum Julio Cæſari erigat, & conformet Palatium. Sic in ſuis operibus omnes procedunt homines, quin ſit vel unus, qui ſine præexiſtente Materiâ producat aliquod artefactum. Solus autem Deus, qui teſte Alſtedio in Hebrææ Linguæ Theſauro, ideò יהוה, JEOVA, in Oraculis Divinis dicitur, quòd Eſſentiator, & Exiſtentiator ſit: & hoc inſigniri debeat nomine, quòd non tantùm Exiſtentias, ſed etiam Eſſentias det rebus, & ſine ullâ præexiſtente Materiâ *Mundum fuerit*, hoc eſt, *Mundum creaverit*. Qui tamen tametſi Mundum in tempore, & in loco produxerit, non reperit præexiſtens tempus, quod in ejus conformatione impenderet; nec præexiſtentem locum, in quo eum collocaret. Unde in Mundi creatione producendo Materiam, Tempus & Locum comproduxit. Vide P. Georgium Rhodeſium *in Philoſophia Peripatetica libr. 2. diſp. 4. ſect. 2. pag.* 218. *b.* ibi enim pulchrè de Tempore, & Spatio diſcurrit.

LV.

Activa Verbi *Sum* acceptio eſt ſignificantiſſima.

An homo ſit aliquando rẽ?

[*] Dignentur hinc reſcire Phyſici, *quid ſit educere Formas de potentia Materiæ*.

Homines ex materia præexiſtente ſua artefacta conſtituunt: & ſolus Deus ex nihilo produxit univerſa.

De Temporibus & Spatiis.

ARTICVLVS IX.

De *S*ubſtantivi Verbi Participio, quod eſt ὁ ὤν, ἡ οὖσα, τὸ ὄν. Latinè ENS. *An ſit Tranſcendens?* Et *Quo illud ſenſu debeat ſumi ut tranſcendere ultimas differentias dicatur?*

LVI.
Quid ſit Prædicatum Tranſcendens?

PLuries de hoc ipſo Argumento diſſerui, & Entis Tranſcendentiam expoſui. Præcipuè tamen in noſtræ Philoſophicæ Criticæ Diſſertatione Metaphyſicâ, quę inter alias eſt Quinta: Artic.I. Sect.IV. pag.363. Et quidem *Prædicati Tranſcendentis* vocabulo illud intelligo quod eſt Superius, & tamen prædicatur & verificatur, non ſolùm de Inferioribus, ad quæ contrahitur, ſed etiam de ipſiſmet Differentiis, per quas contrahitur. Et inquiro, *Utrùm Ens Categoricum, (quod prædicatur de omnibus Categoriis) ſit Tranſcendentale Prædicatum?*

Utrùm Ariſtoteles nõ cognovit Analoga?

Et quia ſtatim Lector Ingenioſus inquiret, *Quid ſentiat Ariſtoteles?* moneri debet, Ens eſſe Analogũ penes Opinionẽ communẽ Ariſtotelemq; quia ut multi putant, non cognovit Analoga, ea addixiſſe Æquivocorum cenſui: juſſiſſeque ipſum Ens eſſe Æquivocum. Ita 12. *Metaph. text.* 8. inquit enim. *In Prædicatione* Unus homo, *non addit aliquid aliud, quàm* Homo. *Sicut neque ipſum* Eſſe, *præter quod eſt, aut* Quale, *aut* Quantum *&c.* Quæ Averroës verba hoc Scholio dilucidat. Ens, & Unum *id quod ſignificant,* [*] *ſignificant in Prædicamento Subſtantiæ, Quantitatis, aut Qualitatis, primâ ſignificatione, ſine medio, & non mediante aliquo communi.* Quæ verba eſſent veriſſima, ſi *Ens* eſſet nomen Æquivocum: eſſent enim ſimilia his. *Id, quod* Aries *ſignificat, ſignificat in Cælo, in campo, & in bello, immediatè, primâ ſignificatione, ſine medio & non mediante aliquo concepto Conſtellationi Æthereæ, Animanti terreſtri, & Machinæ militari communi, ſignificat.* Quę verba ſunt veriſſima: quoniam in his Propoſitionibus, *Zodiaci primum Signum eſt Aries: Ovium pater eſt Aries, Machina, quâ muri proſternuntur, eſt Aries,* ſicut dantur tria ſubjecta, dantur tria prædicata: non enim *Aries* ſignificat aliquam formalitatem, illis tribus ſubjectis communem.

*] *Hæc verba paulò aliter in aliis libris ſed malè ordinata leguntur.*
Et verificari poterunt, etſi Ens dicatur Univocum eſſe, aut Analogum, modò dicamus hoc in loco Ariſtotelem nomen Ens *adjectivè ſumpſiſſe, juxta ea, quæ dicetur inferiùs.*

In Commentario Interpres, non debet ſuas ſentẽtias proponere, ſed Scholarchæ mentem dilucidare.

Hanc Sententiam Philoſophi, quam ejus eſt Interpres, optimè exponit D. Thomas; at, quia admittit Analoga, illam non facit ſuam. Optimè exponit, inquam, quia *ibid. lect.*3. dicit. *Cum dicitur* Unus homo, *non aliquam naturam, aliam ab homine prædicat: ſicut, neque ipſum quod eſt* Ens, *prædicat aliam naturam à decem Prædicamentis.* Ergo Doctor Angelicus, nec non Cajetanus *de Ente & Eſſentiâ q.*2. mentem Philoſophi bene ſunt adſequuti.

Quæ ſit Angelici Præceptoris Opinio?

Dixi hanc Sententiam Philoſophi non feciſſe ſuam S. Thomam: quoniam 1. *part. quæſt.* 5. *art.*3. *ad* 1. (ibi enim ſuam mentem explicat, & proprias opiniones exponit) Conceptum Entis ab Inferioribus abſtrahit, & à Differentiis præſcindit, inſit enim. *Subſtantia, Quantitas, & Qualitas, &c. contrahunt Ens; applicando Ens ad aliquam quiditatem ſeu naturam.* Ergo, quando Ens ad Subſtantiam contrahitur, applicatur ad Perſeitatem; Ergo Perſeitas eſt quiditas vel natura ab Ente ipſo quod contrahitur, quiditativè (aut ſi cum Scoto loqui placeat, ex rei natura) diſtincta, *Ergo in Angelici Præceptoris Scholâ, quæ Præciſiones Objectivas admitti debemus Ens univerſim ſumptum, à ſuis Differentiis contractivis (Perſeitate, & Inalietate) ratione ratiocinatâ diſtinguere.*

Omnia Thomiſtæ per Objectivas Præciſiones expediunt.

LVII.
An Ens habeat unum objectivum conceptum?

Sed contrà inſurgis. Quoniam Complutenſes ſunt ſeveri Thomiſtæ, & tamen *in Logic. diſp.*11. *quæſ.*4. interrogant, *An Ens dicat unum conceptum communem & præciſum à ſuis Inferioribus?* Et poſteà §.1. num.19. *Dicendum eſt,* inquiunt, *Ens non habere conceptum objectivum, ſimpliciter unum, & inferioribus communem; ſed ſignificare immediatè ipſa inferiora, ut proportionabiliter ſe habentia inter ſe.* Et citant pro ſuâ ſententiâ D. Thomam *libr.* 8. *Metaph. lect.* 3. & *libr.*10. *lect.* 3. & *in* 1. *part. quæſt.*13. *art.*5. & ſæpe alibi. Addunt aſſerentibus Maſio *de Ente ſect.* 1. *quæſt.*6. & Gallego *controverſ.* 20. hanc eſſe Thomiſtarum ſententiam, quam tuetur etiam & veriſſimam appellat Vaſquez *in* 1. *part. diſp.* 22. *cap.*5. & *diſp.*114. *cap.*2.

Quæ ſit vera D. Thomę ſententia?

Iterum, iterumque diſplicet tota hæc Cõplutenſium doctrina: Nam Primò Præceptorem Angelicum à propriâ Scholâ exeſſe præcipit, & in Nominalem protrudit: Nam Secundò malè exponit Nominalium Sententiam. Et quidem illud prius eſſe certum exiſtimo, quoniam Diſtinctio rationis ratiocinatæ eſt Character Thomiſticus: & qui illâ amotâ vel Diſtinctionem ex naturâ rei, vel Rationis ratiocinantis, quæ expreſſiva eſt, & à connotatis deſumitur, etſi ſe eſſe Thomiſtam putet, non eſt verus Thomiſta. Et quidem hanc eſſe veram & genuinam Angelici Doctoris ſententiam, apud Lalemandetium in *Metaph. diſp.*1. *partiu.*3. *columun.*25. teſtatur P. Suarius, qui *diſp.*2. *Metaph. ſect. ultim. num.*8. aſſerit Scotum non differre à D. Thomâ re ipsâ, ſed tantùm in ratione explicandi. Subſcribit Suario Meuriſſius, inquit enim, illos duos celebres Doctores (D. Thomam, & Scotum) non aliter in hoc, quàm verbis differre. [Et hîc obiter nota, etiam Scotiſtas interdum Nominalium Opiniones amplecti, quoniam P. Metenſis, quem

N. B.
In Schola Nominaliũ aliud eſt attingere, aliud exprimere. Unde Terminus communis, attingat, aut ad univerſa inferiora confuſè, unicam ſolam habitudinem exprimit, & id totum quod exprimit eſt Unum in multis, & de ſingulis verificatur.

Google

Etiam Scotiſtæ nonnunquam Opinionibus Nominalium adhærent.

quem *Scotiſtam famoſiſſimum loc. cit.* Lalemandetius nominat, *libr.1.Metaph. quæſt.9. concl.3.* inter Ens & Differentias, quibus contrahitur, ex naturâ rei diſtinctionem admittit: & *quæſt.10. concluſ.2.* eam vult eſſe expreſſivam penes clarum, aut obſcurum conceptum.

Et præterea etiam illud poſterius (malè à Complutenſibus exponi Nominalium Sententiam) certum eſt. Nam ex traditâ à Complutenſibus expoſitione ſequitur, omnes Propoſitiones, in quibus *Ens* prædicatur, eſſe falſas. Et has ex.gr. *Subſtantia eſt Ens*, *Accidens eſt Ens*, *Petrus eſt Ens*, &c. in examen vocemus. Eas autem eſſe falſas demonſtro. In iis enim id de ſubjectis dicitur, quod *Entis* nomine ſignificatur. At Complutenſium ſententiâ, nomen *Ens* ſignificat immediatè inferiora ut proportionabiliter ſe habentia inter ſe. *Ergo Petrus* (& idem de Subſtantiâ, de Accidenti, & de quibuſcumque aliis ſubjectis dicito) *eſt omnia Prædicamenta, proportionabiliter ſe habentia inter ſe*. Ergo hìc Complutenſes ſe ſubducunt ab Scholâ Thomiſticâ, & ſe ingerunt in Nominalem, cujus generale fundamentum obnubilant.

Quam nego eſſe D. Thomæ Sententiam, eſſe aliquorum Thomiſtarum non nego, quoniam nonnullis à Cajetano ductis (aut ſi velis, ſeductis) eſſe Nominalibus placuit. Unde & hæc ipſa Nominalium Opinio non rarò attribuitur Thomiſtis, quo præjudicio actus Lalemandetius *Curſûs Philoſoph. tom 3. diſp.1. part.3. column.24.* ſic ſcribit. [Prima (Sententia) eſt Thomiſtarum tenentium Ens contrahi ad ſua Inferiora per modum expreſſioris conceptionis alicujus Entis contenti ſub Ente; ita ut uterque conceptus, tam Entis, quàm Subſtantiæ, v. gr. ſimplex ſit, & irreſolubilis in duos conceptus, ſolùmque differant, quia unus eſt magis determinatus & expreſſus, quàm alius. Unde, ſi quæretur ab eis, quando Ens contrahitur ad Subſtantiam, quidnam ratio ſubſtantiæ addat ſupra Ens? Reſpondebunt, quòd tantummodo addit expreſſiorem conceptionem ipſius Entis, non verò aliquam formalitatem realem [*] ſeu aliquid de novo reale, &c.] Quibus verbis hic Author oſtendit, ſe bene callere Nominalium doctrinam.

*] *Subſtantia in Nominalium Schola, ſicut in aliis eſt Ens per ſe. Perſeitas nõ addit ſupra Ens formalitatem realem, hoc eſt, ex natura rei, aut ratione ratiocinata diſtinctam, ut addit formalitatẽ diſtinctam expreſſivè, hoc eſt, diſtinctam extrinſecè, penes diverſa connotata.*

An Entis formalis conceptus ſit confuſus?

Pergunt ulteriùs in ſuo diſcurſu Complutenſes, & §. 2. *num.* 24. in Nominalium perſiſtentes ſententiâ, pronunciant, *Enti non correſpondere in Intellectu unum conceptum formalem perfectum, ſed imperfectum & confuſum*. Et citant Cajetanum *tract. de Nominum Analogiâ cap.4 & 5.* & *in tract* [*] *de conceptu Entis*.

*] *Probat iſte Tractatus in Operibus Cajetani poſt Tractatum de nominum Analogia.*

Reſpondeo, in omni Scholâ inter Conceptum ſuperiorem, qui contrahitur, & Differentias contractivas, debere formalem diſtinctionem admitti; totamque differentiam conſiſtere in explicandâ diſtinctione formali: quoniam *Formalis Diſtinctionis* nomine, eam Scotiſtæ intelligunt, quæ eſt ante mentis operationem, & *ex naturâ rei* appellatur. Et eodem Thomiſtæ nomine, quoniam Præciſiones Objectivas admittunt, *rationis ratiocinatæ* diſtinctionem ſignificant. Et tandem Nominales, nam præciſiones Objectivas impoſſibiles judicant, & ad expreſſiones recurrunt, eodem prorſus vocabulo indigitant *rationis ratiocinantis* diſtinctionem, quæ eſt extrinſeca, & fit per expreſſiones ad differentia connotata, unde à multis *Expreſſiva* vocatur.

Omnes Scholæ admittunt diſtinctionem Formalem, ſed illam diverſimodè exponunt.

De diſtinctione ex natura rei.

De diſtinctione rationis ratiocinatæ.

De diſtinctione rationis ratiocinantis.

LVIII.

Characteriſticũ Thomiſticæ Scholæ fundamentum.

Eſt ſanè Angelicus Præceptor Scholarcha in Schola Thomiſticâ, in quâ omnia quæ formaliter diſtingui cenſentur, exponi debent per Præciſiones Objectivas. At id non tollit, quòd D. Thomas (ut illud feliciſſimum Ingenium, quo fuit exornatus divinitùs, exerceret, & oſtenderet Poſteritati ſe percallere aliarum etiam Scholarum Principia, doceretque, quo debeant Nominales ex. gr. modo intra ſuæ propriæ Scholæ terminos philoſophari) in aliquibus Opuſculis voluerit ad Nominalium Scholæ fundamenta diſcurrere, & per expreſſiones & connotata extrinſeca Formalitates explicare. Hinc eſt totum librum *de Ente & Eſſentiâ* Nominalium illuſtrare ſententias; & hanc ob rem etiam in Quæſtione præſenti pro Nominalium Opinione à Complutenſibus citari. Scribunt enim. [Ait D. Thomas Ens contrahi ad Prædicamenta, quia nimirùm id ipſum, quod ſignificatur imperfectè & confusè nomine *Entis*, ſignificatur perfectè & diſtinctè nominibus *Subſtantiæ*, *Quantitatis*, *Qualitatis*, &c. Videatur Angelicus Doctor 1. *contra Gent. cap.* 25. ubi negat *Ens* poſſe propriè contrahi per aliquam Differentiam; & *quæſt.1 de Verit. artic.* 1. dicit Inferiora contrahere Ens, non quia addunt aliquam naturam, *ſed in quantum Inferiora Entis exprimunt ipſius modum, qui nomine* Entis *non exprimebatur*, &c.]

An, & cur D. Thomas aliquãdo ad Principia Nominalium diſcurrat?

*] *At Sanctus Doctor* 1. part. quæſt.5. art.3. *ubi propriam ſententiam tradit, contrarium aſſerit, ut §. Dixi notavimus.*

Ergo in quâcumque Scholâ philoſophemur, dicturi ſumus prædicatum Supremum *Ens*, formaliter à ſuis Differentiis diſtingui, & manebit penes quemcumque ſic loquentem exponere, quid intelligat nomine *Diſtinctionis formalis*. Ergo dicet Scotus *in 1. diſt.3. quæſt.3.* Ens dicere conceptum unum objectivum, ex naturâ rei à Differentiis contractivis diſtinctum; & dicent Thomiſtæ, quibus ſubſcribit Suarez *diſp.1. Metaph. ſect.2.* Entis conceptum eſſe unicum, ſed à Differentiis ratione ratiocinatâ diſtingui. Et dicent Nominales, eundem conceptum objectivum etſi materialiter multa contineat, eſſe expreſſivè unicum, & à Differentiis expreſſivè diſtinctum. Et hac doctrinâ poſitâ ingreditur Quæſtio, quæ interrogat; *Utrùm Ens ſit Tranſcendens, omneſque formalitates inferiores pervadat?* Et quia alterutrum dicatur, eſt difficultatibus multis obnoxium, & tamen *in Critic. Philoſ. diſſert.5. art.1. ſect.4.* argumentum graviſſimum, in cujus diſſolutione præpediuntur Dialectici, ſummâ claritate & facilitate diluitur, illud hìc repono, & expono. Sic Dilemma (bimembre Ratiocinium) formatur.

An Ens à ſuis Inferioribus diſtinguatur formaliter?

N. B.

Scotus docet Ens eſſe Univocum; Suarius Analogum.

Quæſtio Principalis proponitur.

LIX.

Ariſtoteles 3. Metaphyſ. Entis Tranſcendentiam admittit: inde enim probat Ens non eſſe Genus, quia Genera non ſunt tranſcendentia.

Vide Lalemandetium in Metaph. diſp. 1. partit. 3. col. 28.

Vel tranſcendit, vel non tranſcendit Ens. Neutrum poteſt dici? Ergo Ariſtotelis, & Peripateticorum omnium pace, dantur duæ Contradictoriæ ſimul falſæ.

Probatur Minor: & primò, quò ad priorem partem. *Quoniam, ſi Entis tranſcendentia admitteretur, omnes res, quæ cenſentur, & dicuntur diverſæ, coïnciderent, & non diſtinguerentur inter ſe. Eſſet enim Subſtantia Accidens; & Homo, quem dicunt eſſe Animal rationale, eſſet Equus & Mulus, quibus non eſt intellectus.* Et Sequela probatur. *Quia, quando Ens diſpeſcitur in Sub-*

ſtantiam & Accidens, per Perſeitatem, & Inalietatem, tanquam per proprias differentias contrahitur. Atqui Perſeitas eſt Ens: Inalietas eſt Ens: id enim negari nequit, ſi Entis Tranſcendentia admittatur. Ergo nihil additur ſupra Ens in conceptu Subſtantiæ. Ergo nihil additur ſupra Ens in conceptu Accidentis. Subſtantia ergo & Accidens non habent unde poſſint diſtingui. Erit igitur Subſtantia Accidens: & Accidens erit Subſtantia. Et, quia ſimile Argumentum poteris de quâcumque Differentiâ formari. Omnia, quæ ſunt in Mundo, erunt una Res, unum Ens. Et neganda veniet Rerum & Entium ab omnibus admiſſa & aſſerta Pluralitas.

Negat Tranſcendentiam Scotus; Et, quia ſunt multi, qui de ejus volunte dubitare ſententia, ejus verba produco. In 1. diſt. 8. quæſ. 2. *ſic inſit.* Côceptus contrahentes Ens dicunt modum intrinſecum ipſius contracti; & non aliquam realitatê perficientem illam: puta realitatem differentiæ. *Et poſt pauca.* Côceptus Entis ſine modo, eſt conceptus cômunis, & imperfectus: côceptus autem Entis cum modo eſt conceptus proprius, & perfectus. *Ergo Perſeitas, & Inalietas ſunt modi, qui ſe tenêt ex parte objecti, & ſuperadduntur Enti.*

Probatur eadem Minor: & ſecundò quò ad poſteriorem partem: *Quoniam, ſi Entis Tranſcendentia negetur, omnes res, quæ cenſeatur diverſæ, ex alio capite rurſus coincident, & non diſtinguentur inter ſe. Erit Subſtantia Accidens: & Homo, quem eſſe dicunt Animal rationale, erit Equus & Mulus: quibus non eſt intellectus.* Et Sequela probatur. *Quia, quando Ens diſpeſcitur in Subſtantiam & Accidens, per Perſeitatem & Inalietatem, tanquam per proprias differentias contrahitur. Atqui Perſeitas nihil eſt: & Inalietas nihil eſt. Quod profectò id negari nequit, ſi Entis Tranſcendentia negetur.* [Et id oſtenditur clariſſimè, *Nam, ſi hæc Propoſitio,* Perſeitas eſt nihil, *eſt falſa: iſta erunt vera,* Perſeitas eſt non nihil. Ergo Perſeitas eſt aliquid. Ergo Perſeitas eſt Ens. Ergo tranſcendit Ens, ſiquidem de Perſeitate, & per conſequens, de ultimis Differentiis prædicatur.] Ergo, *ſi Perſeitas eſt nihil, & Inalietas eſt nihil: Subſtantia & Accidens nihil addens ſupra rationem Entis: Nil ergo habebunt, unde poſſint ſecerni. Ergo Subſtantia erit Accidens, & Accidens erit Subſtantia. Et, quia ſimile Argumentum poteris de quâcumque Differentiâ formari, omnia, quæ ſunt in Mundo, erunt una Res, unum Ens. Et neganda veniet Rerum, & Entium ab omnibus admiſſa, & aſſerta Pluralitas.*

Hoc Dilemma Cornutum, multorum non fatigavit tantùm, ſed & arietavit Ingenia, quoniam ut ſe expedirent, diverſas ſunt ingreſſi vias, in quibus obvias repererunt, graviſſimas difficultates.

Scotus *in 1. diſtinct. 3. quæſt. 3. §. ad quæſt.* ut jam dixi, & cum eo ſui Diſcipuli, negant Tranſcendentiam rotundè; ſed per circulos acti, non ſemper benè præcedenti Argumento reſpondent.

An Entis Trâſcendentia poſſit abſolutè concedi, aut fortè abſolutè negari?

Alii conſiderantes, nec poſſe Entis Tranſcendentiam abſolutè concedi, nec poſſe abſolutè negari, [quia, ſi alterutrum fiat, paulò antè poſitum caret ſolutione Dilemma] inivetunt viam mediam, & ſub diſtinctione reſponſuri, quæſiverunt duos ſenſus, ut in altero Entis Tranſcendentiam concederent: in altero verò negarent. Sed, quia in eâdem viâ ſolent eſſe diverſæ ſemitæ, aliis per iſtam ire libuit; aliis ire per aliam.

LX.
De diſtinctione Entis in Ens quid, & Ens quale.

Ens quid ab *Ente quali*, cum multis aliis, *diſp. 2. de Æquivoc. qu. 1.* Merinerus diſtinguit. Vocat *Ens quid* illud prædicatum, quod dicitur de Capitibus Prædicamentorum, ut quando dicimus, *Subſtantia eſt Ens, Quantitas eſt Ens.* &c. Vocat autem *Ens quale*, quod verificatur de Differentiis, & Paſſionibus Entis. Subſcribit illi Lalemandetius, qui *diſp. 1. Metaph. partis 3. column. 31.* ſic ſtatuit. [Ut conformiter procedamus ad Reſolutiones Superiorum Partitionum, multò veriùs exiſtimamus Paſſiones Entis, Modos quibus Ens dividitur in decem Prædicamenta, & ultimas Differentias non eſſe Entia *ut quid*, ſed tantùm *ut quale*. &c.] At in hac doctrinâ duo vocabula video, at duas res per illa ſignificatas non reperio, & tamen proſpecto Circulum manifeſtè committi. Dicunt enim Autores, qui hanc doctrinam tuentur *Ens quid* eſſe illud, quod de Differentiis non prædicatur: & *Ens quale* eſſe illud, quod de ipſis prædicatur. Et addunt poſteà *Subſtantiam* non eſſe totaliter idem ac *Ens*, quia ſupra *Ens quid*, ſuperaddit *Ens quale*.

An committatur Circulus.

De Ente Completo & Incôpleto.

Alii *Ens* in *Ens Completum*, & *Ens Incompletum* diſtinguunt: & *Completum* appellant, quod *Ens quid* Merinerus, & Lalemandetius nominarant: nam quem iſti *Ens quale* dicebant, *Incompletum* appellant.

De Ente nominali & participiali.

Alii Ens quid, & Completum *Ens nominale* dici jubent: & Ens quale, & Incompletum, volunt *Ens participiale* vocari. P. Antonius Bernaldus de Quiros *in Curſu Philoſoph. tract. 2. p. 4. diſp. 26. pag. 181. à num. 36.* Ens in *Concretum*, & *Abſtractum* diſpeſcit, vultque Abſtractum tranſcendere, Concretum verò non tranſcêdere. Alii loquuntur aliter: quoniam omnes eò tendunt, ut congruam aliquam diſtinctionem inveniant, juxtà quam Ens uno modo acceptum Differentias tranſcendat, & alio modo acceptum non tranſcendat. His autem præmiſſis erit Noſtra

De concreto & abſtracto.

Conclusio. *Sanè* (1) *Entis Tranſcendentia eſt certiſſima.* (2) *Tranſcendentia, & Non-tranſcendentia, univerſim loquendo, benè exponitur, ſi prædicatum commune biſariam (nempè adjectivè, & ſubſtantivè) uſurpetur: non autem ſi in Quale Quid; Incompletum, & Completum: aut denique in Participiale, & Nominale, aut deniq; in Abſtractum, & Concretum, diſtribuntur.* (3) *Et hæc de Tranſcendentiâ, & Non-tranſcendentiâ Doctrina, non eſt ſpecialis in Ente; quoniam admitti debet in omni prædicato communi.* Continet tres partes hæc Concluſio, ſingulas breviter dilucidemus.

De Ente ſubſtantivè, & adjectivè ſumpto.

An, & quo ſenſu ſint Trâſcendentia omnia Superiora Prædicata?

LXI.
Sententia quæ Entis Tranſcêdentiam admittit, eſt hodie in Schola communis.

Prima Concluſionis Pars, eſt communiter in Scholis admiſſa. Eam tuetur Bernaldus, quê paulò antè produxi: & pro eâ citat Cajetanum, Soncinatem, Sotum, & alios Thomiſtas, quos citant, & ſequuntur Complutenſes *diſp. 11. Logicæ diſp. 4. num. 38.* Suarium *diſp. 2. Metaph. ſect. 5.* Fonſecam *qu. 4. Metaph. qu. 4. cap. 2. ſect. 1.* Telleſium *diſp. 51. ſect. 1.* Arriagam *diſp. 11. num. 32* Comptonum *diſp. 40. ſect. 4.* Hurtadum *diſp. 2. Metaph. §. 35.* Vaſquezium *in 1. p. diſp. 22. num. 6.* Suarium Luſitanum *tract. 1. Metaph. diſp. 1. §. 13.* Et addit hanc eamdem Sententiam amplecti Patres Societatis communiter.

De Ente ſubſtantivè & adjectivè ſumpto.

Ut Secunda Pars Concluſionis probetur, recurrere debebimus ad Tertiam, quia difficultates, quæ ob defectum vocabulorum in Secundâ inveniuntur (Ens enim eodem modo ſonat, ſivè ſubſtantivè, ſive adjectivè ſumatur) non reperietur in Tertiâ, nam Genera, & Species, etiam pronunciatione, & ſono differunt, quando ſubſtantivè, & quando adjectivè accipiuntur, non enim eſt eadem vox *Animal*, & *Animalis*; nec *Homo*, & *Humanus*. Et, ut hæc illuſtretur doctrina, Aſſerta ſequentia ſubſcribantur. Et erit

Pri-

An,& quomodo Conceptus Generici & Specifici, ſint tranſſcendentes?

PRIMUM. *Nullum Genus,& nulla Species;& generaliter loquendo, nullum Prædicatum ſuperius tranſſcendit, ſi ſubſtantivè accipitur: & omne ſuperius Prædicatum tranſſcendit, ſi adjectivè ſumatur.* Demonſtratur clariſſimè, quia *Animal* eſt Prædicatum Genericum Subſtantivum, & *Animalis,le.* adjectivum: *Homo* eſt Prædicatum Specificum Subſtantivum, & *Humanus,a,um.* Adjectivum. Et tamen licèt Subſtantiva non tranſſcendant: Adjectiva tranſſcendunt; quoniam hæ Propoſitiones falſæ ſunt, *Rationalitas eſt animal, Irrationalitas eſt Animal. Quinque Senſus externi ſunt Animalia, & Potentia Animæ Senſitiva ſunt Animalia.* &c. *Petreitas eſt Homo. Pauleitas eſt Homo.* &c. Item, *Caput Petri eſt Homo, Manus Petri ſunt Homines.* &c. Et nihilominùs ſunt veræ Propoſitiones hæ. *Rationalitas eſt differentia Animalis. Irrationalitas eſt differentia Animalis. Quinque Senſus ſunt Animales, & Potentia Animæ Senſitiva ſunt Animales*, &c. *Petreitas eſt Humana, Pauleitas eſt Humana.* &c. Item *Caput Petri eſt Humanum. Manus Petri ſunt Humana.* &c. Quæ doctrina etiam ad accidentia extendi poteſt; licèt enim non poſſimus dicere, *Veſtis Imperatoris eſt Cæſar*, poſſumus, & debemus dicere, *Veſtis Imperatoris eſt Cæſarea.*

LXII.
Ens, ſicut cætera Prædicata Superiora, & non aliter tráſſcendens eſt.

SECUNDUM. *Sicut* Homo, *&* Humanus *quorum primum eſt Subſtantivum, & ſecundum adjectivum, ſe habent ſuorum Inferiorum reſpectu: ſic ſimiliter ſe habent* Ens ſubſtantivum, *&* Ens adjectivum *reſpectu Inferiorum ſuorum.* At *Homo* non tranſſcendit, & tamen *Humanus,a,um* tranſſcendit. Ergo Ens ſubſtantivum non tranſſcendit, & Ens adjectivum tranſſcendit.

Tranſſcendentiæ Expoſitio, ſi non ſit generalis, non eſt bona.

Corollariũ I. *Malè igitur, ut Tráſſcẽdẽtia exponatur*, ad Ens quid, *&* Ens quale *recurritur.* Demonſtratur. Quia, ſi per hanc diſtinctionem benè Entis Tranſſcendentia exponeretur, benè etiam per illam Generum, & Specierũ Tranſſcendentia exponeretur. At illud non eſt verum. Ergo neque illud ex quo illud infertur. Probatur Minor. Quoniam *Animal quale*, aut *Homo qualis* non tranſſcendit: eſt enim falſum dicere, *Rationalitas eſt Animal quale*, & ſimiliter eſt falſum dicere, *Petreitas eſt Homo qualis.* Immò etiam ſimiliter eſt falſum dicere, *Veſtis Imperatoris eſt Cæſar qualis.*

Ens quid, & Ens quale.

Corollarium II. *Malè etiam, ut Entis Tranſſcendentia explicetur*, Ens *in* Completum, *& in* Incompletum *diſtribuitur.* Perſuadetur. Quoniam, ut dicebamus, Diſtinctio, quæ in Ente locum habeat, in univerſis prædicatis ſuperioribus illum habere debet. At hæc diſtinctio in iis non valet. Ergo nec in illo valere poteſt. Probatur Minor. Quia *Animal incompletum*, aut *Homo incompletus* non tranſſcendit: eſt enim falſum dicere *Rationalitas eſt Animal incompletum*, & *Petreitas eſt Homo incompletus*, & etiam *Veſtis Imperatoris eſt Cæſar incompletus.* Quoniam Animal à Rationalitate præciſum eſt completum Animal; & Homo à Petreitate præciſus eſt Homo completus: & Imperator, etiam ſi nudus ſit, eſt Cæſar integer.

Ens completũ, & incompletũ

Animal completum.

Homo completus.

Corollarium III. *Malè etiam, ut Entis Tranſſcendentia defendatur*, Ens *in* Nominale, *&* Participiale *dividitur.* Et id propter eamdem rationem. Quia Genus, quod de Homine, & Bruto prædicatur, ſi nominaliter ſumatur, eſt *Animal*: &, ſi participialiter, eſt *Animans*: & tamẽ *Animans* nõ eſt Tranſſcendens; ſunt enim falſæ iſtæ Propoſitiones, *Rationalitas eſt animans, Irrationalitas eſt Animans, Petreitas eſt Animans.* &c. ipſæ enim formaliter loquendo, non animant Hominem, Brutum, aut Petrum, ſed ſunt Formæ, quæ animant iſta ſubjecta, taleitates.

Ens nominale, & Ens participiale.

Corollarium IV. *Denique, ut eadem Entis Tranſſcendentia propugnetur, ineptè* Ens *in* Concretum, *&* Abſtractum *diſpeſcitur.* Probatur, quia *Animal, Homo,* & *Cæſar*, Concreta ſunt; & *Animalitas, Humanitas*, nec non *Cæſareitas* Abſtracta: & tamen hæc Abſtracta non tranſſcendunt: non enim *Rationalitas eſt Animalitas, Irrationalitas eſt Animalitas.* &c. nec etiam *Petreitas eſt Humanitas.* &c. nec deniq; *Veſtis Imperatoris eſt Cæſareitas*, dicimus.

Ens concretũ, & Ens abſtractum.

His igitur, quæ attentè debent legi, præmiſſis, eſto

Generalis doctrina.

CONCLUSIONUM CONCLUSIO. *Datur, & non datur Tranſſcendentia in omni Prædicato communi (Generico, Specifico. &c.) Non enim datur, ſi ſubſtantivè; & datur, ſi adjectivè ſumatur.*

ARTICVLVS X.

An apud Græcos, ſicut Indicativus, ſic etiam Subjunctivus Modus habeat Participia?

LXIII.
Dialectus Metaphyſica habet in ſingulis Temporibus ſua Participia.

IN Dialecto Metaphyſicâ Participia ad Modum Subjunctivũ pertinentia poſuimos, & nequis illa omninò ſuperflua eſſe judicet, à Linguâ Græcâ, quæ talibus Participiis carêre dicitur, argumentum deſumens, oſtendam impræſentiarùm breviter, non ſolùm Verba Adjectiva, ſed ipſummet Verbum Subſtantivum (erga quod tam Græci, quàm Latini Grammatici cum ſummâ avaritiâ procedunt) habere Optativa, & Subjunctiva Participia. Ergo ex Evangelicâ Hiſtoriâ aliquos locos producamus. [Dabo unum, aut alterum, tantummodò: quia pauca pro te tam certâ, perſua-

Caramuelis Leptotatos.

Et hoc etiam in Subjunctivo In quo differát

Vulgati & Mõtani Verſiones?

dendâ ſufficiunt. *Et* addam duos Interpretes (Vulgatum, & Ariam Montanum) quorum prior pro Participio Græco Latinum Participium non poſuit, nam illud in Linguâ Latinâ non reperit, ſed circumloquutus per periphraſim, ſenſum expreſſit. Poſterior verò, quia voluit Participii circumſtantiam exprimere, ſæpè Præſens pro Præterito expreſſit. *Et* utriuſque defectum Verſio Metaphyſica corrigit, in quâ, & Participii, & Temporis circumſtantia, prout in Græco ponitur, ſignificatur.

An, & quando uxorem dimittere liceat?

M*Atth.cap.*1. 19. in utroque Verbo (tam Subſtantivo, quàm Adjectivo) noſtri Dicti probationem invenio. Ibi enim legitur. ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς δίκαιος ὤν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. Vulgatus. *Joſeph autem Vir ejus, cùm eſſet juſtus, & nollet eum traducere, voluit occultè dimittere eam.* Arias Montanus, *Joſeph autem Vir ejus, juſtus exiſtens, & non volens exemplum facere; voluit.* &c. Ergo ſubintelligitur particula Subjunctiva, & utrumque Participium ad Modum Subjunctivum ſpectat, unde iſte Textus exprimeretur per hæc verba, ſi in Dialectum Metaphyſicam traduceretur. *Joſeph autem, vir ejus,* **eſſens** *juſtus, & non* **vellens** *eam exemplificare, voluit occultè eam dimittere.* &c.

Textus eſt clarus, licèt illum Concionatores conceptibus, potiùs, quàm veris obnubilēt

Et hîc obiter nota ὁ ἀνήρ. *Vir* cum articulo poni, ut ſciamus, fuiſſe multos Joſephos, à quibus ille de quo erat ſermo debuit Articuli poſitione diſtingui. Si illa verba transferantur Hiſpanicè, differentia percipietur clariſſimè; aliud enim eſt dicere, *Joſeph Eſpoſo de la Virgen*, & aliud *Joſeph el Eſpoſo de la Virgen*. Illud enim poſſet dici, etſi nonniſi unus Joſephus eſſet; hoc autem plures eſſe ſupponit.

Quid importet Articuli poſitio, aut omiſſio?

Ajuſticiar verbum Hiſpanicū eſt, quod tametſi *condemnare ſecundum Juſtitiam*, ſtando literæ rigori ſignificet, uſus obtinuit, ut pro ultimâ ſententiâ uſurpetur. Et quidem condemnantur rei, cùm ut puniantur, tùm ut eorum exemplo alii à ſimilibus peccatis abſtineant. Ex iſtis duabus cauſis priorem exprimit verbum Latinum *Punire*: quoniam, ut inquit Cicero, *Supplicium eſt pœna peccati*: & poſteriorem Græcum παραδειγματίσαι, *exemplum facere*, quoniam

Exponuntur verba aliqua: nempe, Hiſpanicum, *Ajuſticiar*. Latinum *Punire*, & Græcum παραδειγματίσαι.

Oderunt peccare Boni Virtutis Amore:
Oderunt peccare Mali formidine Pœna.

LXIV.
De Senſuum verbis.

P*Oſteà cap.*2. 9. οἱ δὲ ἀκούσαντες τοῦ βασιλέως ἐπορεύθησαν. Vulgatus. *Qui cùm audiſſent Regem, abierunt.* Arias Montanus. *Illi autem audientes Regem profecti ſunt.* Et in Dialecto Metaphyſicâ. *Illi autem* **audivissentes** *Regem, profecti ſunt.*

Et hæc, quia Hiſtoriographus Sacer Verbo ἀκούω, hoc eſt, *audio*, fuit uſus, advoco univerſos Philoſophos, & antequam eis Pſychicā Quæſtionem proponam, peto ut me Grammaticè diſcurrentem auſcultent. Sic enim inquam.

Quem Caſum regant?

Verbum ἀκούειν *audire* regit Genitivum [quem etiam caſum recipit apud Scriptores profanos; dixit enim Demoſthenes.

ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν. *Audire volentes dare conſilium*] quicum præter videndi Verbum omnia Senſuum Verba in Linguâ communi conveniunt. Et excipiuntur illa quæ *videre* ſignificant: nam poſtulant Accuſativum. Actor.9. οὐδένα ἔβλεπε. *Neminem videbat*. Et conſultò monui hoc diſcrimen in Linguâ Communi inveniri, quoniam in Dialecto Atticâ omnia ſentiendi verba regunt Accuſativum.

Dialectus Attica à Lingua Communi diſſentit.

Et hac doctrinâ præmiſsâ ingredi Quæſtio poteſt, quæ interrogat, *Utrùm per radios à Senſu in Objectum tranſmiſſos, an verò per radios* [*] *in Senſu ab Objecto receptos, Senſatio fiat? &* *Utrū eodem debeamus modo de univerſis Senſibus philoſophari: an verò aliter de Viſione, & aliter de aliis Senſationibus ſit ſtatuendum?*

Quo modo Senſus propria objecta percipiant?

*] *Quos alii radios, alii ſpecies appellant.*

Videntur Attici cenſuiſſe, omnes ſenſus eodem modo operari, omneſque Activos eſſe: ideò enim voluerunt omnia ſentiendi verba eſſe Activa. At cæteri inter Viſum, & alios ſenſus diſtinxiſſe videntur, Oculoſque cùm colores proſpectant activè agere radios ex ſe emittendo: Aures autem (& idem dicendum eſt de aliis Senſibus) ſonos paſſivè audire, recipiendo in ſe radios ab Objectis tranſmiſſos.

Vtrùm omnes Senſus attingant ſua objecta eodem modo?

Ego autem in Pſychicâ, quia ſpecies Intentionales univerſas rejicio, contra utramque Opinionem ſtatuo, Senſus omnes, nec per immiſſos, neque per receptos radios, propria Objecta percipere.

An admitti debeant Radii, aut Intentionales ſpecies?

C Laudamus hunc Articulum verbis, quibus Hiſtoriam Chriſti S. Joannes Theologus, & Evangeliſta concludit.

Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλά, ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν [*] γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι, τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. Vulgatus, *Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jeſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.* Arias Montanus. *Sunt autem & alia multa quæcumque fecit Jeſus, quæ ſi ſcribantur ad unum, nec ipſum arbitror Mundum, capere ſcriptos libros.* Et in Dialecto Metaphyſicâ. *Sunt autem, & alia multa quæcumque fecit ipſe Jeſus; quæ, ſi ſcriberentur* [a] *ſingillatim* (Hiſpan. *uno por uno*) *ipſum arbitror Mundum, poſſe capere libros* **ſcriberetos**.

*] *Præſens ponitur pro Imperfecto.*

Quām multa in Mūdo Chriſtus fecerit?

An-

ARTICVLVS XI.

De Modis eſſendi Perfectis ; Videlicet
De Sam, Sem, Sym, Som, Sum.

LXV. An eſſe multos eſſendi modus ſciverit Ariſtoteles?

ENS multis modis dici, & Verbum *Sum, es, fui*, modis diverſis uſurpari, certum eſt. De iſtorum Modorum ſignificatione & acceptione variis in locis diſputat Ariſtoteles; ſed præcipuè *libr. 3. Metaph. cap. 2.* nec non *libr. 6. cap. 1.* utrobique enim ait. τὸ ὂν λέγεται μὲν πολαχῶς. *Ens dicitur quidem multipliciter.* Sed poſteà, ubi in particulari eſſendi modos explicandos adſumit, non ponit iſtos, quos impræſentiarùm ediſſero, ſed alios, quorum in aliis Controverſiis poterit Metaphyſico prodeſſe & ſervire cognitio.

Cujuſdam Æmuli contra Dialectum hæc expoſtulatio.

Sed, quia ſtatim obloquuntur Grammatici, & proprio pede (ne peſſumdant, dicam) univerſa menſurant, audire proderit, quæ de Sublimio (Grammaticus eſt, Philoſophiâ tinctus, & in Theologicis audeſcens) notata in Schediaſmatis noſtris reperio, ibi enim lego. [Rem eſſe tenuem, humilemque, ac alienam à dignitate & autoritate Theologicâ de vocum ſignificatione diſſerere poſtquam Paginas præcedentes legiſſet: Sublimius (ſit hoc Æmulo nomen) vociferabatur. Sublimius, inquam; qui, ut correſpondeat nomini, faſtidit omnem Diſſertationem, quæ tractat de myſteriis Grammaticis. Et, ut cæteros in ſuam ſententiam trahat, illam firmat Ariminenſis Concilii exemplo, de quo hæc ſcribit Hieronymus: *Poſt productam Fidei formulam, de* US1Æ *nomine rejiciendo veriſimilis ratio præbebatur; Quia in Scripturis, ajebant, non invenitur, & multos ſimplices novitate ſuâ ſcandalizat: placuit auferri; non enim cura erat Epiſcopis de vocabulo, cùm ſenſus eſſet in tuto*, &c. Ergo, ſi tunc Epiſcopis non erat de vocabulo cura: nequaquam hodie in Epiſcopo laudari poterit, non jam cura tantùm, ſed & ſolicitudo de vocabulis.]

Concilium Ariminenſe 400. Epiſcoporum, quorum 80. Ariani erant, anno Chriſti 359. celebratum eſt. Vide Timannũ Giſelium ad eundem annũ.

In ultimâ lineâ Hieronymiani teſtimonii, quod contra nos adducebat Sublimius, manifeſtam ſolutionem invenio. Non eſt habenda de vocabulis cura, ubi eſt in tuto ſenſus. Ergo ubi ſenſus non eſt in tuto, magnâ ſunt curâ ſingula inſpicienda & conſideranda vocabula. Niſi enim illorum ſignificatio conſtet, in tuto nunquam eſſe poterit ſenſus.

Quando ſit, & quando non ſit cura habenda de vocibus.

Hoc ipſum ſuadet Chriſtianorum diſſidia, quæ in Hæreſis Arrianæ infantiâ. Tunc ſpiritu diverſo multa, ſunt facta, ſcripta, dicta, quæ Eccleſiam perturbarunt. Et, ſi rem bene examinem, non omnia ſemper fraude & malitiâ Hæreticorum; ſed errore & æquivocatione nonnunquam aliquorum etiam Orthodoxorum. Sub illud tempus (ſub annum 400.) de multarum vocũ ſignificatione quærebatur. Erant voces novæ: & *Eſſentia, Subſtantia, Subſiſtentia*, &c. voces aut ignotæ aut ambiguæ; & ideò aliter & aliter interpretatæ. Hac occaſione æquivocationes, & adlucinationes irrepſerunt; & ſub verbis Catholicis protrudebatur Hæreſis: & interdum Catholici, etſi bene ſentirent, non ſatis bene loquebantur. Aperuit viam Veritati inveniendæ, Catholiciſque ab Heterodoxis diſtinguendis Athanaſius, indicens, ut ante diſputationem unuſquiſque quo voces illas ſenſu acciperet, ſignificaret. Et fuit Conſilium ſaluberrimum, & poſteà adprobatum in diverſis Conciliis; nam ſemel cognito, & expoſito terminorum valore, graviſſimæ & moleſtiſſimæ contentiones ceſſarunt.

De Hæreſi Arriana.

Æquivocationibus & defectu vocabulorum fovebatur & promovebatur.

Malè interdum illi ipſi, qui bene ſentiebant, loquebantur.

Quo modo S. Athanaſius proceſſerit?

Et Ego, qui jam à quinquaginta annis, vel pluribus profiteor Theologiam, Scholaſticorum libros lego, & pervenire ad ipſa prima Quæſtionum Fundamenta deſidero, & pleraſque omnes homonymiâ laborare percipio ab Athanaſio monitus, tollere omnes nebulas volui, ubi deerant, inventis ſufficientibus vocibus. Illas Articulo VII. exhibui: nunc expono.

An illum debeamus imitari?

ſare

Prima eſſendi Differentia explicatur.

LXVI.
Proponuntur tria quæ ſunt ſpecialiter examinanda.

TRia ſunt impræſentiarùm breviter probaturus: Primum eſſe Philoſophis univerſis notum in Ente ſare & ſere (exercitium Eſſentiæ, & exercitium Exiſtentiæ) diſtingui. Secundū, obſervatum jam olim ab Autoribus fuiſſe Linguam Latinam, ut eſſendi differentias exponat non habere ſufficientia vocabula. Tertium, *Quando*, quod in Prædicamento ponitur Temporis differentias concernere; & has Exiſtentiam afficere (Tempus enim & Exiſtentia Materialis ſunt duo fortaſſis nomina, & una res) Eſſentiis igitur ab Exiſtentiâ præciſis nullum omninò prædicatum competit, quod temporis circumſtantiam includat.

An Tempus ab exiſtentia diſtinguatur?

Sanè, debere hanc eſſendi differentiam, quam ſandi voculâ ſignificamus, admitti neceſſariò debere: & tamen non eſſe in Lexico Latino ſufficientia, ut illa ſignetur & dilucidetur, vocabula, ingenuè fatetur P. Joannes Lalemandetius *diſp. 7. Metaph. partis. 1. column. 128.* inquit enim. [Colligitur quoque Reſolutio præſens ex Superiori; ſi enim eſſentiæ habeant aliquam realitatem in ſe ipſis, debet illa realitas aliquo nomine nuncupari; vocabitur autem *potentia*, quia eam non diximus actualem, ſed potentialem; dicetur *objectiva*, quia eſt objectum alicujus potentiæ activæ, per quam reducatur illa realis potentialitas ad actualem; & cùm ſit realis illa potentialitas, ut oſtendimus ſupra (probatum eſt enim eam non eſſe purum nihil) non poteſt dici *Logica tantum potentiâ*, ſed *Realis*, non quidem realis actualis, ſed realis potentialis; Per quā diſtinctionem facilè ſolvuntur argumenta, quę fieri poſſunt cōtra Henricū, & Albertinū.] Ecce inter *Eſſe* quiditativum & *Eſſe* exiſtentiale Lalemandetius diſtinctionem fatetur, & quia caret vocabulis, quibus illam ſignificet, quærit, ſed non videtur reperire opportuna. Nos autem juxta noſtram Dialectum Scholaſticam hanc Concluſionem proponemus.

Sunt quęrenda vocabula, ut eſſendi differentiæ exprimantur.

Caret vocabulis Lalemandetius.

An ante quam exiſtant Eſſentiæ dicendæ ſint Puræ Potentiæ?

Eſſentiæ non ſunt purum nihil.

Aliud eſt habere eſſentiam, *& aliud* habere exiſtentiam. *Sed, quia, ut hæc diſtinguat, non habet Idioma commune ſufficientia vocabula, illud prius ſignificetur verbo* ſare, *& hoc poſterius verbo* ſere.

Reſolutio *eſſe quiditativum* ab *eſſe exiſtentiale* diſcernēs

In hac Concluſione, quoad ſubſtantiam, Scriptores ingenioſi conveniunt; at, quia carent opportunis vocabulis, conceptus ſuos nequeunt dilucidare.

Autores, qui nobiſcum ſentiunt, ſed non bene, loquuntur.

REceptiſſima eſt in Scholâ *Entis participialis* ab *Ente nominali* diſtinctio, quæ ſemel admiſſa, fortè poſſet ſufficere; quia voces inventæ ſunt, ut noſtros conceptus explicemus. At quia Grammatica ſpeculativa, & Etymologia, quę vocum meditatur originem, hæc nomina non vult admittere, Autores, qui fuerunt illis uſi, in hac Sectione proponemus; & in ſequenti producemus alios, qui tametſi cum iſtis ſenſerint, ſciverunt meliùs loqui, quàm iſti.

De modo communi loquendi.

An hæc nomina malè impoſita ſint?

Præcipui ergo Philoſophi, qui inter *Ens nominale*, & *Ens participiale* diſtinguunt, ſunt hi.

LXVII.
P. Philippus exponit tres modos diverſos eſſendi.

PAter Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate 3. *part. Summ. Phil. quæſt. 19. art. 1.* ſic ſcribit. [*Eſſe* autem ſumitur tribus modis: Primò pro copulâ in compoſitione convertente (lego, connectente) attributum cum ſubjecto: Secundò pro Eſſentiâ, & quiditate rei, unde dicitur, quòd Definitio explicat quod quid erat eſſe rei; id eſt, eſſentiam: Tertiò tandem & frequentiùs pro Exiſtentiâ actuali, &c.]

Dari etiam in eſſendo differentias & varias in voce acceptiones notarunt Complutenſes *diſp. 11. Logic. quæſt. 1. §. 1.* dicentes. [*Ens* poteſt ſumi dupliciter, primò ut ſignificat eſſentiam, ſeu potentiam ad eſſe, & ſic appellatur *Ens nominaliter*, quia in tali ſignificatione non exercetur ipſum eſſe, ſed ſolùm connotatur. Secundò prout includit eſſe, & eſt idem ac exiſtens, & ita dicitur *Ens participialiter*, quia tunc exercetur ipſum eſſe.] Hunc loquendi modum multi Autores uſurpant; qui, licèt non ſit bonus, perſuadet tamen vocem *Ens* duplicem ſignificationē habere. Hæc autem differentia non conſiſtit in hoc, quòd alterum *Ens* nomen, & alterum participium ſit. Quoniam ſi *Sum, es, eſt*, eſt *Exiſto, is, it*; tunc *Ens* erit *Exiſtens*; & *Exiſtens*, ſive nominaliter, ſive participialiter ſumatur, exiſtentiam includet. Ergo differentia, quæ inter *Ens quiditativum*, & *Ens exiſtentiale* intercedit, non conſiſtit in hoc, quòd alterum ſit nomen, & alterum ſit participium; ſed quòd proveniant à diverſis verbis; diverſis, inquam, formaliter, quoniam materialiter coincidunt.

Complutenſes (Carmelitæ Excalceati.)

Ens nominaliter, & Ens participialiter.

An hæc differentia admitti debeat?

POſſe unam & eamdem vocem, eſſe materialiter ſimplicē, multiplicem verò formaliter, millenis demonſtratur exemplis. *Muſæ* enim eſt Gen. & Dat. Sing. & Nom. & Voc. Plur. *Domini* eſt Genit. Sing. & Nom. & Voc.

De Dictionum differentia, materiali, & formali.

Voc. Plur. Omitto cætera. In *Genu* omnes caſos Sing. ſnnt ſimiles. *Amor* eſt nomen, verbumqne; dicitur enim *Amor, oris*, & *Amor, aris*. Etiam *Amare* eſſe poteſt adverbium *amarè*: &, ſi verbum ſit, ad varia tempora referri poterit; nam Vox Activa in Præterito, *Amavere*, & per ſyncopen habet *Amâre*. Etiam *Amare* reponit in infinitivo. Paſſiva autem ait in Præſenti, *Amaris*, vel *amare*, & in Imperativo, *Amare*, vel *amator*, &c. Et hinc intelligentur verba D.N. Jeſu-Chriſti apud Lucam: Leproſo enim dicenti, *Domine, ſi vis, potes me mundare*; reſpondit Dominus. *Volo. Mundare*. Ubi eadem materialis vox *mundare*, in leproſi ore ad Infinit. Act. & à Chriſto prolata ad Imper. Paſs. pertinet.

Luc. 5. 12. Verba Textus Evangelici dilucidantur.

De Verbo Potentiali & Actuali.

Hanc formalem differentiam inter Verbũ Potentiale & Actuale Grammatici tam Græci, quàm Latini reperiont; ut doctè refert, & exponit P. Jacobus Gretſerus in Grammaticæ Græcæ Cap. XVI.

In quo conſiſtat Entis duplex ſignificatio.

Ergo differentia inter *Ens quiditativum*, & *Ens exiſtentiale* non conſiſtit in eo, quòd alterum nomen, & alterum ſit participium; ſed coguntur ſic Scriptores loqui, quia non habent, ut rem explicent, convenientia vocabula: ſed reverà in eo conſiſtit differentia, quòd *Sum, es, eſt*, habeat ſignificationem æquivocam, & ab eo quà ſonat *eſſe* quiditativè, prodeat *Ens*, quod *nominale* dicunt: & ab eodem *Sum, es, eſt*, quà ſonat *eſſe* exiſtentialiter, ſeu *exiſtere*, prodeat *Ens*, quod nominant *participiale*.

An ſentiant bene, & malè loquantur Autores?

Hinc ſcimus Autores in hac materiâ bene ſentire, & malè loqui. Sentire bene, quia inter ſano & ſeno (*Ens* quiditativum, & *Ens* exiſtentiale) differentiam conſtituunt: Malè loqui: quia re bene conſideratâ, vel utrumqne nomen, vel utrumque participium eſt. Ergo his præmiſſis alios etiam Autores ſuis verbis utentes audiamus.

LXVIII. Angel' Vulpes

Ens verbaliter, & nominaliter.

PAter Angelus Vulpes de Montepiloſo *diſp*, 19. *art*. 2. ſimilia ſcribit. [Nomen hoc *Ens* accipitur à verbo *Sum, es, eſt*; & dupliciter conſideratur. Verbaliter: & ſic eſt participium illius, ſignificans actualem rei exiſtentiam extra ſuas cauſas hîc & nunc. Nominaliter; & ſic ſignificat ſine tempore rem capacem exiſtentiæ; ſeu cui non repugnat actualis exiſtentia extra ſuas cauſas.

Proponitur argumentum, quod diſſolvit Scotus dari in voce *Eſſe* æquivocationem oſtendendo.

Idem P. Volpes *diſp*. 17. *art*. 5. *in fin*. hoc Argumentom proponit. *Eſſe conſtituit Ens. At in Chriſto ſunt plura eſſe. Ergo Chriſtus eſt plura Entia*, & ut illud diſſolvat, ait: [Scotus negat Conſequentiam ob fallaciam Conſeqnentis. Eſſe enim ſolitariè conſtituit Ens, ſcilicet, diviſim, plura Entia. In Chriſto pluta eſſe hypoſtaticè unita ſunt, non ſolitariè, ac diviſim exiſtentia. Suarez *diſp*. 56. Vaſquez *diſp*. 71. fusè agunt de hac re.] Et in Indice, [*Eſſe* multipliciter accipitur à Scoto.]

Bagatta.

D. Bonifacius Bagatta *diſp*. 2. *Metaph*. *num*. 1. [Notandũ eſt hoc nomen *Ens* dupliciter poſſe ſumi: verbaliter ſeu participialiter, & nominaliter, &c.] Et in horum terminorum expoſitione inhæret Opinioni communi, inquit enim. [Participialiter ſumitur, quatenus eſt verbum *Sum, es, eſt*; ſignificatque idem ac Exiſtens in aliquâ differentiâ temporis: immò ſtrictiùs, quia eſt participium præſens, ſignificat ea, quæ exiſtunt in tempore præſenti. Nominaliter autem ſumptum, præſcindit ab omni differentiâ temporis, & ſignificat id, quod eſt extra nihil, & contra diſtinguitur à nihilo. &c.

Exiſtens in aliqua differentia temporis.

EAmdem tradunt doctrinam Complutenſes *in Logic. diſp*. 11. *quæſt*. 1. §. 1. *num*. 3. dicentes. [Ens poteſt ſumi dupliciter: primò, ut ſignificat eſſentiam ſeu potentiam ad eſſe; & ſic appellatur *Ens nominaliter* [*] quia in tali ſignificatione non exercetur ipſum *eſſe*, ſed connotatur. Secundò, prout includit *eſſe*, & eſt idem ac exiſtens: & ita dicitur *Ens participialiter*, quia tunc exercetur ipſum *eſſe*: juxta diſtinctionem nominis & participii traditam *libr*. 2. *inſtitution*. *cap*. 1. Hanc diſtinctionem Entis *nominaliter* & *participialiter* ſumpti explicat bene & breviter. Ferrara 1. *contra gentes cap*. 25. dicens *Ens eſſe nomen concretum, quod poteſt ſignificare duas formas; nempe eſſentiam & exiſtentiam*. Quando ergo pro formali dicit eſſentiam, appellatur *Ens nominaliter*: quando verò dicit exiſtentiam, appellatur *Ens participialiter*.

Philoſophus Latinus caret opportunis vocabulis.

*] *Eſſentia ſeu eſſe quiditativum, poteſt quidem exiſtere; poteſt tamen cũcipi ſecundum ſe, ab hac ipſa potentia præciſum*.

LXIX. Quid ſit Ens actu?

PRæterea P. Emanuel Maignan cum multis loquitur, & *in Philoſophia Entis cap*. 2. ſic ſcribit. [Duplex autem tunc eſſe poteſt hujus vocis ſenſus: quatenus nimirùm ea ſumi poteſt primò pro Ente in actu, quaſi dicas actualiter exiſtente: quo modo ajunt communiter Philoſophi vocem *Ens* ſumi per modum participii à verbo *Sum*, idemque ſignificare quod *Exiſtens actu*. Vel ſecundò pro Ente in potentiâ, ſeu apto ex ſe ad actu exiſtendum; ſumptâ eâdem voce *Entis* per modum nominis ſolam ſignificantis quidditatem ut vocant, ſeu eſſentiam: quæ ſive actu exiſtat, ſive non, ſit tamen, ut dixi, apta exiſtere. Quemadmodum enim *Ens participium* [*] directè ſignificat exiſtentiam rei, ſeu rem ut exiſtentem; indirectè verò ſignificat ejus quidditatem: quatenus impoſſibile eſt ut res exiſtat actualiter, ſi careat omni prorſus quidditate; Sic enim non res poſitiva ſed merum nihil exiſteret actu poſitivè, quod omninò repugnat in terminis. Pari modo *Ens nomen* directo ſignificatu exprimit eſſentiam rei, ſive (ut etiam dicitur) quod quid eſt rei: connotat [*a*] verò indirectè ejuſdem rei exiſtentiam ſaltem poſſibilem; quatenus res non haberet eſſentiam, ſi careret omni prorſus poſſibilitate ſuæ exiſtentiæ; ut ex eo patet, quòd cùm Ens eſſentiæ, & non ens ſeu merum nihil (cujus videlicet nulla eſt eſſentia) ſuis prout in conceptum noſtrum veniont, formalitatibus ſibimet opponantur: neceſſe eſt ut Ens eſſentiæ involvat in ſuo conceptu, ſaltem ex obliquo, exiſtentiam ſui poſſibilem, quemadmodum ex oppoſito, non Ens eſſentiæ dicit non poſſibilem ſeu impoſſibilem ſui exiſtentiam; ideò quippe reputatur non Ens, imò merum non Ens, quia nulla ejus poſſibilis eſt exiſtentia.]

Ens participiale.

Ens nominale.

*] *Ens participiale eſt idë ac* Exiſtens. *Et Exiſtens dicit in recto ſubjectum, & exiſtentiam in obliquo*

a] *Sed Ego non video cur non poſſit Eſſentia ab omni exiſtẽtia præſcindi*.

Ens eſſentiale opponitur directè Nihilo.

§§§§§§

Pro-

Producuntur alii Autores, qui nobiſcum ſentiunt, & melius loquuntur, quàm alii.

LXX.
De Ente eſſentiæ, & Ente exiſtentiæ.

RE meliùs perpensâ & conſideratâ Pater Maignan, quod priùs, loquendo cum multis, *Ens nominale* dixerat, vocari jubet *Ens eſſentiæ*: & quod dixerat *Ens participiale*, jam appellari vult *Ens exiſtentiæ*. Ipſum audiunto.

Vter ſit prior Conceptus Eſſentiæ, an Exiſtentiæ?

[Ens eſſentiæ (ut ex dictis *num.* 3. evidenter colligitur) eſt priùs quàm ſit Ens exiſtentiæ: id enim obtinuit uſus, ut è duobus, quorum alterum ab altero præſupponitur, illud dicatur prius quod præſupponitur, illud autem poſterius, quod præſupponit. At verò exiſtentia cùm non poſſit eſſe vel concipi, abſque eſſentiâ (ut ex dicto *num.* 3, conſtat) eatenus præſupponit eſſentiam: atque adeò ut ſic eſſentia præſupponitur exiſtentiæ, illam autem non præſupponit, cùm ſine eâ poſſit eſſe ſub ſolâ poſſibilitate. Et quia id ita eſt ex naturâ rei, non autem ex quadam inſtitutione noſtrâ, conſequenter ordo connaturalis eſt, ſi etiam à nobis priùs côcipiatur eſſentia quàm exiſtentia: unde & factum eſt, ut conceptus eſſentiæ dicatur prior conceptus exiſtentiæ.]

De tertio modo eſſendi.

Alii etiam imitantur P. Emanuelem Maignan: placuit enim ipſis inter Ens eſſentiæ, & Ens exiſtentiæ diſtinguere: unde P. Ambroſius Leaardus *in Curſ. Philoſ. tom.* 1. *quæſt.* 5. *art.* 1. ſic ſcribit. [Nota primò ex Nazario 1. *part. quæſt.* 3. *art.* 4. *contr.* 1. quòd *eſſe* poteſt ſumi dupliciter: primò pro *Eſſe eſſentiæ*: ſecundò pro *Eſſe exiſtentiæ*: tertiò, prout dicit veritatem Propoſitionis, &c.] Sed hic tertius eſſendi modus ad præſentem non pertinet Diſputationem.

De Entis Quidditativi, & Exiſtentialis diſtinctione.

Alii *Ens eſſentiæ* vocant *Ens quiditativum*, & *Ens exiſtentiæ* appellant *Ens exiſtentiale*. Attende.

LXXI.
P. Sebaſtianus Izquierdus laudatus.

P. Sebaſtianus Iaquierdus Vir profectò florido & ſubtili ingenio præditus, in Mathematicis & Scholaſticis (Philoſophicis & Theologicis) ſpeculationibus Scriptor oculatiſſimus & profundiſſimus *tom.* 2. *tract.* 9. *de Deo Uno diſp.* 25. *quæſt.* 1. *num.* 7. *pag.* 48. *b.* hanc contra ſe Objectionem proponit. [Creaturæ purè poſſibiles non habent actu entitatem, ſed poſſunt habere. Ergo non habent actu veritatem objectivam, quæ moveat intellectum Divinum, ut eam cognoſcat & terminet, ſed poſſunt habere. Ergo non cognoſcuntur à Deo actualiter, ſed cognoſcerentur, ſi exiſterent: & cognoſcentur, quando exiſtant, &c.] illamque diluit & diſſolvit his verbis. [Reſpondeo creaturas purè poſſibiles non habere actu exiſtentiali entitatem, atque adeò nec veritatem exiſtentialem (hoc eſt, **non ſere**) habere tamen actu quiditativo entitatem atque adeo veritatem quiditativam quâ moveat & terminet actu intellectum Dei ad ſui quiditativam cognitionem, &c.] Qui eruditus Scriptor, ſi noſtrâ dialecto uſus fuiſſet, breviùs & clariùs enervaſſet Argumentum dicendo [Reſpondeo Creaturas purè poſſibiles, non **ſere**, ſed **ſare**.]

De Creaturis purè poſſibilibus.
An actu ſint?

Carent actu exiſtentiali, habent tamen entitativum.

Non **ſent**, ſed **ſant**.

Sæpe idem Autor inter **ſare** & **ſere** (inter eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) diſtinctionem admittit. Et licèt plures poſſem, ne te multis onerem, dabo adhuc alteram ex illo autoritatem. Ipſe Theologici Operis *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 8. *qu.* 8. interroganti, *Utrùm Veritates quidditativæ Entium non exiſtentium, cum poſſibilium, tùm impoſſibilium, aliquâ ratione dici poſſint eſſe in tempore: & qualiter?* Reſpondet Propoſ. 2. *Ens poſſibile, reipsâ, quoad ſuam quiditatem, quoad omneſque ſuas veritates quiditativas ſemper (ſeu omni tempore) ſucceſſivè eſſe dicendum eſt, quãvis exiſtens non ſit*. Et, ut ſuam Reſolutionem perſuadeat, ſic ſcribit. [Quia hujuſmodi Ens, licèt prout præciſum ab omni duratione ſuperadditâ in nullo tempore concipiatur eſſe, non ſolùm quando quoad *eſſe* quiditativum, ſed etiam, quando quoad *eſſe* exiſtentiale concipitur; eo quòd à ſolâ duratione ſuperadditâ ſortiri poteſt eſſe in aliquo tempore; re tamen ipsâ quia intra ſtatum quiditativum conſortiû habet cum omnibus propriis durationibus correſpondentibus ſuâpte eſſentiâ omnibus partibus temporis ſucceſſivè fluentibus, non poteſt non intrà talem ſtatum ab ipſarum quiditate ſortiri, eſſe quoad quiditatem ſucceſſivè in omnibus temporis partibus; uti ab earum durationum exiſtentiâ ſortiretur eſse quoad exiſtentiam in illis, ſi ſimul cum ipſis exiſteret cum eiſdemque ſubindè haberet conſortium intrà ſtatum exiſtentialem.]

De Propoſitionibus Veiverſalibus neceſſariis.

An ſint æternæ Veritatis?

An *eſſe* quiditativum, & *eſſe* exiſtentiale diſtinguantur? An illud fuerit ab æterno?

N. B.
Quidquid Izquierdus dicat: quæ non habent exiſtentiam, nõ ſunt ab æterno.

Quo modo Nihilum Enti quiditativo, & quo modo Enti exiſtentiali opponatur?

LXXII.
Quid ſit **Sare**?

PORrò **Sano** opponitur Chimeræ, quæ nihil omninò eſt. Et ut quid **Sare** (habere eſſentiam) ſit, benè intelligas, proderit ſcire, quo Scotus modo hanc rem exponat; & ut hoc ipſum poſſit expediri faciliùs, dabo D. Auguſtini Redingi verba, qui *tom.* 1. *Theol. qu.* 5. *art.* 3. *controverſ.* 1. *num.* 5. ſic ſcribit. [Scotus enim citatus tradit *Eſſe poſſibilitatis* non dici ſimpliciter *Eſſe*, ſed ſecundum quid, ſive Eſse intelligibile productum ab intellectu Divino]. Nec cauſari debes propter Verbum *producere*: quo enim modo loqui poteſt Scotus, ſi aliud non habet? Quo ſenſu illud accipiat, conſtat clarè ex ſequentibus: pergit enim Redingus: atq; [Fundamentum ex eodem Subtili Doctore deduci poteſt ſequenti diſcurſu. Ex hoc aliquid eſt poſſibile potentiâ Logicâ, quia ipſi nõ repugnat Eſse; in hoc enim diſtinguitur à Chimærâ, quæ hoc ipſo impoſſibilis eſt, quia ipſi repugnat eſse. At prima omninò ratio, quare homini v. gr. non repugnat Eſſe, eſt, quia homo formaliter eſt homo, & hoc ſive in re realiter, ſive in intellectu conceptibiliter. E contrà prima ratio, cur Chimæræ repugnat *Eſſe*, eſt Chimæra inquantùm Chimæra formaliter involvens *non Eſſe*. Unde *Nihileitatis* negatio (lego [*] affirmatio) aliter ineſt homini in æternitate, & aliter Chimæræ: nam homini non repugnat affirmatio, quæ eſt Eſse aliquid, ſed ineſt tantùm negatio propter negationem actûs, vel cauſæ non ponentis in Eſſe. Chimæræ autem in ſe formaliter repugnat Eſſe, & ideò nulla cauſa poteſt in eâ cauſare aliquid eſſe, quæ proindè eſt nihil, non propter ſolam negationem cauſæ non ponentis eam in Eſſe, ſed propter repugnantiam affirmationis oppoſitæ [a] negationi *Nihileitatis*.

*] *Homo poſſibilis & Chimæra ſunt nihil; ſed aliter & aliter eſſe nihil affirmatur de alterutro: nam in homine poſſibili nihil exiſtentia, non autem nihil eſſentiæ: in chimæra autem nec exiſtentia, nec eſſentia invenitur.*

Cur Chimæra repugnet?

a] *Hic iterum* pro negatione nihileitatis *lege* affirmatione nihileitatis: *hæc enim Chimæræ neceſſariò convenit: repugnatque non eſſe nihil, aut eſſe nihil.*

Ex

Ex quo patet, eatenùs aliquid eſſe poſſibile, ſive non habere non eſſendi repugnantiam, quia *Eſt hoc*, vel in re realiter, vel in intellectu conceptibiliter. At Eſſe conceptibile, ſeu Intelligibile eſt primò ab Intellectu Divino. Ergo Intellectus Divinus ponit aliquid in Eſſe poſſibili intelligendo, ſeu affirmando, non habere in ſe formaliter negationem Eſſendi. Ergo Eſſe poſſibilitatis eſt Eſſe intelligibile poſitum à Divino Intellectu.] Et breviùs, clariùſque diceret in Dialecto Scholaſtica. Ergo Creatura Poſſibilis eſt, quam **Samit** Intellectus Divinus. Aut aliter, quam *eſt* Intellectus Divinus. Nam dare creaturis eſſe illud objectivum, quod habent, eſt in Scholaſticâ Dialecto **Samere**. Quod ipſum etiam optimè ſignificaretur, ſiquis diceret, *Intellectus Divinus eſt creaturas poſſibiles*. Nam verbum Subſtantivum, ſi activè ſumitur, explicat modum, quo Creaturæ poſſibiles ab Intellectu Divino *eſſe* eſſentiale, & quiditativum recipiunt.

Quid verbum Subſtantivum ſignificet, ſi ſumatur activè?

An Creaturæ poſſibiles ſint ab æterno?

LXXIII. An Eſſentiæ ab Exiſtentia præciſæ durēt Tempore?

CONtradictoria involvit hæc Quæſtio: quo enim modo ab æterno eſſe poſſunt, quæ non ſunt. Sit ergo à nobis defendēda, dilucidanda, & in hoc Opere ſæpiùs repetenda Concluſio. *Eſſentiæ prout conſiderantur ſecundum ſe, & ab Exiſtentiis præciſæ, omni Tempore carent, adeòque non poſſunt dici, Præteritæ, Præſentes, aut Futuræ.*

Quid Tempus ſit? & An ab Exiſtentia diſtinguatur?

Sanè Modus Indicativus, non ſolùm in Verbo Subſtantivo, ſed etiam in Adjectivis per Tempora opportuna dividitur: at quando de eſſendi primâ Differentiâ diſputatur, jubetur omne Tempus exceſſe: nam Tempus, aut eſt ipſamet Exiſtentia, aut illam ſequitur ut attributum: & ideò, ubi nec eſt, nec intelligitur aliqua Exiſtentia, ab omni Tempore neceſſariò præſcinditur. Eſt autem **ſare** habere Eſſentiam; & quia **ſare** præciſivè, & negativè ſumi poteſt, eſt neceſſarium ſcire, quòd **Sare** ſecundum primam acceptionem, ab Exiſtentia & Actualitate præſcindat, & ſecundum alteram acceptionem vocari **Purum ſare**, importare Exiſtentiæ carentiam, & competere creaturis purè poſſibilibus.

Quid Sare ſit?

Quid ſignificet, ſi præciſivè, & quid ſi negativè ſumatur?

Hæc doctrina eſt certa, tametſi malè intellecta à multis. Illam expreſsè docent, & illuſtrant Complutenſes *in Logic. diſp. 4. quæſt. 2.* his verbis. *In Propoſitionibus neceſſariis verbum* Eſt *non ſignificat cum tempore, ut eſt commune Proloquium Dialecticorum.* Et hanc Veritatem firmâ in memoriâ retine: nam ex illâ, multæ Quæſtiones reſolventur.

Scita Complutenſium Reſolutio.

LXXIV. Opinio P. Lalemandetii.

COnclusio hæc negatur à Lalemandetio: qui tametſi inter *eſſe* quiditativum, ſeu eſſentiale, & *eſſe* exiſtentiale diſtinguat, interim neſcio quo præjudicio præoccupatus, eſſentias aſſerit *eſſe ab æterno*. Audiatur, nam *in Logic. diſp. 9. partit. 4. column. 392.* ſic ſcribit. [Dico res eſſe ab æterno ſecundum eſſentiā; nam ſi Deus adnihilaret omnem equum, non ideò definerct meus intellectus hanc veriſſimam efformare propoſitionem, *Equus eſt hinnibilis*, &c.] Si dicas: ſunt ab æterno. Ergo ſunt productæ ab æterno. At hoc eſt contra Fidem, quia *in principio creavit Deus Cælum, & Terram*;

An Eſſentiæ poſſint adnihilari?

reſpondet, eſſentias non habere cauſam productivam. Et hanc ob rem *ibid. column. 391.* Agens de Propoſitionibus, quæ *Æternæ Veritatis* vocantur, ait. [Si conſiderentur ejuſmodi Propoſitiones quoad actum ſignificatum objectivè quidem, non habent cauſam efficiētem, ſed tantummodò formaliter.] Quod eſt dicere, in hac Propoſitione, *Homo eſt animal rationale*, conſiderari poſſe actum formalem, & objectum. Illum cauſam habere; eſt enim actus Intellectûs, & ab Intellectu producitur: at verò objectum ejuſdem Propoſitionis; nempe, eſſentiam, & quiditatem hominis nullam cauſam habere.

An fuerint ab aliquo, & aliquando productæ?

An ſint increatæ, Eſſentiæ rerum?

Et, ſiquis inſtet: Increatæ ſunt rerum eſſentiæ. Ergo ſunt Deus. Nam ſolus Deus eſt Ens increatum, & à ſe *ibid. column. 393.* ſic ſcribit. [Ut hoc ſolvatur, oportet diſtinguere de increato poſitivè, & increato negativè. Solus Deus eſt increatus poſitivè; ſed eſſentiæ dicuntur increatæ negativè, id eſt, non creatæ. &c. Quomodò autem eſſentiæ dicantur *non creatæ*, non eſt hujus loci examinare. &c.]

An ſint Entia à ſe?

An Ens Increatū ſit duplex: Increatum poſitivè, & Increatum negativè?

Relego ultimam lineam. Quo modo autem, ait, eſſentiæ dicantur *non creatæ*, non eſt hujus loci examinare. Sed cujus, quæſò? Hic de illis, & non alibi ex profeſſo tractatur.

Sanè non placent verba Lalemandetii: nam poſſet ex illis aliquis ſic argumentari. Quo ſenſu Ens eſt increatum, eo ſenſu eſt à ſe. Sed Deus eſt increatus poſitivè. Ergo & eſt à ſe poſitivè. At hæc Propoſitio *Deus eſt à ſe poſitivè*, aſſerta à Renato Carteſio, occaſionem præbuit Theologis evaginandi calamos & contrà eum ſcribendi; & tam acriter, ut ita ſua verba coactus fuerit exponere, ut illa retractare ſit viſus. Porrò ſenſus hujus Carteſianæ Propoſitionis, *Deus eſt à ſe poſitivè*, erat Theologorum judicio, *Deus creavit ſe ipſum*, quod non ſolùm eſt contra Fidem Catholicam, ſed contrà lumen naturale, *Nulla enim res poteſt producere ſe ipſam*. At ejuſdem Propoſitionis ſenſus, quem intendebat Autor, erat, *Quidquid poſitivum eſt in Deo, eſt à ſe, & non ab alio*, quem ſenſum continet illa, *Deus eſt à ſe negativè*.

Etſi bene ſentiat, non bene loquitur Lalemandetius.

An Deus ſit à ſe poſitivè? An verò negativè?

Eſt certum Principium in Philoſophia, *Quidquid producitur ab alio producitur*.

Dicebam, *Sanè diſplicent verba Lalemandetii*, quoniam malè intellecta, diſſonare Veritati videntur. Potuiſſet autem meliùs loqui, ſi loco illorum verborum, *Oportet diſtinguere de Increato poſitivè, & Increato negativè*, &c. ſcripſiſſet hæc, *Oportet diſtinguere de Ente à ſe, increato: & Ente ab alio increato*. &c. Solus enim Deus eſt increatus, & à ſe. Eſſentiæ verò rerum, ſunt quidem increatæ, quia non exiſtunt & creatio ad rem exiſtentem terminatur: ſed non ſunt à ſe, quoniam illud eſſe quiditativum (illud **ſare**) quod habent, eſt *eſſe* objectivum, quod recipiunt à Divino Intellectu: quo per impoſſibile ſublato, omnes rerum Eſſentiæ tollerentur.

Corriguntur verba Lalemandetii.

Duplex Ens Increatum: nempe aliud à ſe: & aliud ab alio.

Creatio ad Entia exiſtentia terminatur.

LXXV. P. Izquierdi opinio.

HÆC etiam noſtra Concluſio, quæ aſſerit eſſentias, quæ exiſtentiâ carent, non durare tempore, opponitur P. Sebaſtiano Izquierdo, qui *Operis Theologici to. 1. tract. 4. diſp. 8. qu. 8. propoſ. 2. num. 181. pag. 228.* ſic ſcribit. *Ens ſive poſſibile, ſive impoſſibile, quod ſua apte eſſentiâ eſt indifferens ad exiſtendum in quovis tempore ex hypotheſi quod exiſtat.* &c. *Tametſi conceptum*

An, & quo modo rerum Eſſentias ponat in omni tempore?

* *Nullibi* eſt in nullo loco: & *Nunquam* in nullo tempore

ſeorſim cum præciſione ab omni duratione, nullibi (lege *nunquam*, hoc eſt, *in nullo tempore) concipiatur; re tamen ipſâ, quoad ſuam quidditatem, quoad omneſque ſuas veritates quidditativas, ſemper, ſeu in omni tempore ſucceſſivè eſſe* (ſere) *dicendum eſt, quamvis exiſtens* (ſuire) *in ſenſu*.

An, & quomodò Duratio ab Exiſtentia diſtinguatur?

Et hanc ſuam Opinionem Izquierdus conatur ſuadere, ſed meo judicio nil evincit: nam Duratio, aut eſt ipſamet exiſtentia, ut probabilis ſententia tenet; aut eſt Exiſtentiæ proprietas, ut libri citati *tract.4. diſp.8. qu.6. propoſ. unic. num.130. pag.223.* contra Lynceum ipſe Izquierdus teſtatur, dicens, *Impoſſibile omnino eſt, ut aliquod ens creatum ſive ſpirituale, ſive corporeũ abſque omni duratione, atque adeò extra omne tempus, ſive in nullo tempore exiſtat. Unde nec de potentiâ Dei abſolutâ poteſt id fieri*.

An eſſe poſſit Corpus exiſtens ſine tempore?

De Propoſitionibus, quæ Æternæ Veritatis *dicuntur: Quid in iis Verbum Subſtantivum ſignificet?*

LXXVI. Quæ ſint illæ Propoſitiones, quæ Æternæ Veritatis dicuntur?

AD earum cenſum omnes pertinent, quæ in materiâ neceſſariâ formantur: ut *Homo eſt animal. Binarius eſt numerus. Triangulus eſt figura Geometrica. Paternitas eſt relatio* &c. Et de his quæritur, quid ſignificet in illis verbum *eſt*?

An poſtulent exiſtentiam ſubjecti?

Sanè non importare exiſtentiam, certum eſt: quia tametſi nullo in mundo eſſet Triangulus, eſſet verum dicere, *Triangulus eſt figura Geometrica*, aut etiam, *Triangulus habet tres lineas*. Importat igitur *eſſe quidditativum*, & in Scholaſticâ dialecto non eſt ſet, ſed ſat.

An dari poſſint Veritates Æternæ?

Sed cur & quomodò habere æternam veritatem dicuntur hujuſmodi Propoſitiones, ſiquidem Veritas eſt qualitas Propoſitionis; unde Propoſitiones, ſiquidem æternæ non ſunt, non poſſunt habere qualitates æternas.

De Propoſitionibus Æternæ veritatis.

Cur ſic vocentur?

Plerique Autores, quoad ſubſtantiam conveniunt; ſed & plerique in modo loquendi differunt inter ſe. P. Joannes Lalemandetius *in Logica diſp.9. part.4.* eruditè *de æternæ veritatis propoſitionibus* diſputat; & multa interdum dicit, quæ oſtendunt *eſſe* rerum quidditativum (ſare) ab *eſſe* exiſtentiali (a ſere) debere neceſſariò diſtingui. Ejus ſunt verba. [Propoſitiones ſempiternæ Veritatis ſic debent dici: non ex eo, quòd importent rem aliquam exiſtentem, ſed quia dicunt infallibilem, & neceſſariam connexionem prædicati cum ſubjecto. Unde illa neceſſitas petitur potiùs ex parte connexionis, quàm ex parte ipſius rei. &c.]

An ipſæ ſubjectorum exiſtentiam requirant?

ejus ſunt etiam hæc, [Niger *qu.48. Clypei Theolog. part.1. art.1.* probat, quòd ad veritatem (harum) Propoſitionum, non requiratur neceſſariò actualis exiſtentia rerum. &c.]

In Objectivam & Formalem dividitur Propoſitio.

Quia art.2. quærit Niger, An hæ Propoſitiones cauſam habeant? reſpondet duplicem eſſe Propoſitionem, Formalem, videlicet, & Objectivam. Illam habere cauſam dicit: eſt enim actus intellectus, & ab intellectu efficienter producitur. Et veniens ad Propoſitionem Objectivam, ait. [Objectiva Veritas petitur ex ipſâ connexione, ſeu habitudine prædicati ad ſubjectum. Quæ connexio nullam certè videtur habere cauſam efficientem: ſi enim quæratur à nobis, unde homo habeat, quòd ſit animal rationale? non alio meliori modo reſponderi poteſt, niſi quia eſt homo: aut quòd hoc habeat ex ſe ipſo. &c.] At tu dic, hominem eſſe animal rationale. Et hoc ipſum à nullâ Cauſâ efficiente recipere: homo enim eſſet exiſtens, ſi eſſet factus: at recipere à cauſâ intelligente: homo enim illud eſſe objectivum, & quidditativum, quod habet, recipit à Mente Divinâ: hæc enim ſamit ipſas eſſentias, vel ſi ſic loqui pace Prisciani liceat, *Deus eſt eſſentias*.

An uterque habeat cauſâ?

Cur homo ſit Animal rationale?

Illud *eſſe quidditativũ*, quod habent Creaturæ poſſibiles, eſt à Deo

Verba etiam ejuſdem Autoris ſunt hæc. [*Eſſentiæ* non habent Cauſam efficientem: omnis enim Cauſa effectiva terminatur ad exiſtentiã. Ergo à fortiori, ſi actio creativa non ſit ad eſſentiam, nulla Cauſa Efficiens erit ad Eſſentiam.] Quam ipſe doctrinam tam raram, & indubitatam eſſe exiſtimat, ut progrediatur dicens. [Miror itaque contrariæ [*] Opinionis Autores concedere Cauſam Efficientem Propoſitionibus ſempiternæ Veritatis, objectivè loquendo, quandoquidem illæ ſunt de Eſſentiis. &c.]

De actione creativa. An ad Eſſentias an verò ad Exiſtentias terminetur?

*] *Nemo contradicit huic doctrinæ: ſed quia aliquo modo loquuntur diſſentire videntur.*

Cur plura? Non eſt neceſſarium hærere, nec tempus prodigere in re clarâ; in quâ etſi variè Scriptores loquantur, quoad ſubſtantiã univerſi conveniunt.

Iterum de Æternæ Veritatis *Propoſitionibus. Et quia ad eas pertinent Definitiva, quæritur, Quid Verbum* eſt *ſignificet in Definitionibus?*

LXXVII. An, & quando verbum *Eſt* careat tempore?

EST Axioma in Scholis commune, *Verba in Definitionibus poſita, non dicunt actum, ſed aptitudinem*; & nos monet Definitionum Veritatem ab exiſtentiâ non pendere. Sit ergo noſtra in hac Controverſiâ Concluſio.

Verbum Subſtantivum eſt *in Definitionibus, & Eſſentialibus Propoſitionibus ſignificat idem ac* ſat, *ac proptereà abſtrahitur, & præſcinditur ab omni tempore*. Ut Concluſionem intelligas, revocare in memoriam debes, id quod ſæpè diximus, videlicet, verbum *Sum, es, eſt*, quod Subſtantivum dicitur, bifariam ſumi; nam vel ſignificat *eſſe quidditativum*, & tunc quia ſonat ſare, caret tempore: vel ſignificat *eſſe exiſtentiale*; & tunc, quia ſonat ſere, habet ſua tempora. Pono exempla, HOMO *eſt* (ſat) *animal rationale*. ALBEDO *eſt* (ſat) *qualitas*. TRIANGULUS *eſt* (ſat) *figura Geometrica*. Omnes ſunt Propoſitiones eſſentiales, in quibus verbum *eſt* (ſat) caret tempore. In ſequentibus verbum *eſt* ſonat (ſet), & cum tempore præſenti ſignificat; videlicet, *Petrus eſt* (ſet) *albus. Joannes eſt* (ſet) *in foro. Pratum eſt* (ſet) *floridum*. &c.

Eſt æquivocum, & habet duas ſignificationes.

An hæc doctrina Novitiis innotuerit Philoſophis?

Innotuit Philoſophis hæc veritas; licèt non habuerint verba opportuna, ut eam exponerent. Complutenſes *in Expoſitione Prædicabilium diſp.4. qu.2.* contra illa, quæ de æternæ veritatis Aſſertionibus dixerant, hoc argumentum proponunt. [In Propoſitione Verbum debet eſſe Indicativi, & temporis præſentis.] Sed quod ſignificat cum tempore (determinato) nequit ſignificare ab æterno. Ergo nulla Propoſitio habuit Veritatem actu æternam. Et reſpondent [Veritatem iſtarum Propoſitionum non regulari penes id, quod illarum objectum importat in ſe ipſo, ſed ſecundum ea quæ

Res, quæ in ſe ipſis non ſunt, habent eſſe objectivum in Intellectu Divino.

quæ dicit in ſuo conceptu objectivo, & quod in Ideis Divinis repræſentatur. Quoniam (N.B.) in Propoſitionibus neceſſariis verbum *eſt* non ſignificat cum tempore, ut eſt commune Proloquium Dialecticorum. Unde ad hoc, quòd iſta Propoſitio, *Homo eſt Animal*, [a] ſit vera ab æterno, non requiritur, quòd ab æterno homo, & animal fuerint aliquid in ſe ipſis, vel quòd inter hæc extrema intercesſerit unitas, & idemtitas poſitiva, ſed ſufficiens fuit idemtitas negativa [b] extremorum, & quòd eorum eſſentia repræſentaretur Divino Intellectui. Nam hoc ipſo Deus non poteſt manere ſuſpenſus, ſed neceſſariò cognoſcit hominē eſſe animal. &c.]

Verbum *Eſt*, quādo eſt quiditativum non ſignificat cum tempore.

a] Et hic obiter nota Complutenſes docere Propoſitionem formalem, quæ eſt in mente Divina, eſſe Veritatis æternæ. Et, ſi hoc modo exponitur æterna Veritas Propoſitionum, etiam hæc *Bucephalus fuit equus Alexandri*, eſt æternæ Veritatis ſimiliter; nam etiam fuit ab æterno in Intellectu Divino. Ergo æterna Eſſentialium Propoſitionum Veritas aliter debebit explicari.

Omnes Propoſitiones, quæ in mente Divina, etſi in materia contingenti ſint, dici debent Veritatis Æternæ.

b] Non percipio, quo modo, niſi mutentur terminorum receptæ ſignificationes, poſſint eſſe vera, quæ de idemtitate poſitiva, & negativa hic dicuntur: nam poſitiva eſt inter duas formalitates, ut inter *Animal*, & *Rationale*; negativa comparat unam formalitatem cum ſe ipſa, nempe *Animal* cum *animali* exempli gratia, & *negativa* dicitur, quia Animal non diſtinguitur à ſemetipſo.

De poſitiva & negativa idem tificatione. Quomodo diſtinguantur?

LXXVIII. Exponitur, & probatur noſtra Concluſio. Quoniam, qui dicit, *Triangulus eſt figura habens tres lineas*; non vult per illud *eſt* affirmare, eſſe, aut non eſſe aliquem Triangulum in rerum naturâ; ſed præciſivè, aut Negativè, aut denique Hypotheticè loquitur. Et quidem *Præciſivè*, ſi eſſentiam Trianguli unde ſumptam (hoc eſt, abſtractam ab omni tempore, ſeu duratione) intelligat: *Negativè*, ſi mente, aut labio dicat, *Non fuit ab æterno aliquod inſtans, in quo potuerit eſſe falſa hæc Propoſitio, Triangulus eſt Figura habens tres angulos*. [Et hæc eſt, & non alia, Eſſentiarum & Creaturarum poſſibilium æternitas.] Et tandem *Hypotheticè*; ſi ſimiliter mente, aut labio dicat, *Triangulus, ſi daretur (ſi in rebus exiſteret) eſſet Figura habens tres angulos.* Hoc modo debemus *Eſſe* (vel ut nos loquimur ſare) Creaturarum Poſſibilium exponere: in quo, ſi multi ceſpitant, ſaltem aliqui Veritatem attingunt, & inter ipſos recenſendus mihi eſt P. Rodericus Arriaga, nam *diſp.2. Metaph ſect.2 ſubſect.4. num.21.* ſic ſcribit.

An verbum *Eſt* careat Tempore?

An negative? An hypothetice illud includat?

[Adverte, licèt, quando inquirimus, *An aliquid ſit poſſibile?* ſeu *An includat duo Contradictoria?* τὸ tamen *includat*, ut in vero ſenſu accipiatur, non poſſe ſumi pro verbo de præſenti, abſolutè ſignificante actualem incluſionem; res enim non exiſtens abſolutè non poteſt includere duo prædicata contradictoria: unde quoad hoc, etiam Chimæra non includit ea duo prædicata contradictoria actu & abſolutè quia ſi actu non exiſtit nec actu ea includit; debet ergo illud verbum accipi [*b*] conditionatè, id eſt, *ſi exiſteret talis res, non includeret duo contradictoria*. Et hæc negatio conditionalis incluſionis eſt quæ diſtinguit hominem à Chimærâ: nam de facto etiam Chimæra non includit duo contradictoria, ut dixi. Cùm enim non ſit, neq; ea unquam includet, quia tamen illa includeret, ſi exiſteret, abſolutè repugnat; non verò homo, qui ea non includeret, licèt exiſteret; Ergo poſſibilitas non eſt explicanda per negationem contradictoriorum independenter ab exiſtentiâ, ſed per illam ſuppoſitâ exiſtentiâ, ut conditione. De præſenti autem hoc nihil eſt abſolutè, & ſimpliciter, ſed ſolùm ſecundùm quid, ſicut Petrum convertendum, ſi vocetur de præſenti nihil eſt ſimpliciter & abſolutè, ſed ſolùm ſecundùm quid, & conditionatè. Et in hoc ſenſu verum eſt, quod Autores *ſupra* relati dixerunt, *hominem poſſibilē ſolum ſecundum quid, & per non-repugnantiam dicere ſuas formalitates poſitivas*.]

An verba de præſenti habeant locum, in ſubjectum ſit creatura poſſibilis?

An, ubi eſt Chimæra?

Vocat Conditionatum ſeu ..., quem nos Verbum ... amus.

Quo modo Creaturarum poſſibilium Poſſibilitas eſt explicanda?

An res futuræ nunc temporis aliquid ſint?

Satis benè, non obſtante terminorum defectu, de Poſſibilibus, & futuris fuit P. Rodericus loquutus; tametſi id ipſum meliùs, & clariùs expreſſiſſet dicendo, *Poſſibile eſt, quod* ſat: *&* *Futurum, quod* ſut.

An bene diſcurrat *Arriaga*?

Verba omnia (Subſtantivum videlicet, & Adjectiva) quando de Eſſentiis prædicantur, omni carere tempore, videntur percepiſſe, obſervaſſe, & monuiſſe Philoſophi, quoniam, ut ſub initium diximus, eſt apud ipſos Logicū Pronunciatum, *Verba in Definitionibus poſita, non dicunt actum, ſed aptitudinem*; hoc eſt, non dicunt Definitum exiſtere, aut non exiſtere, immò nec dicunt [N. B.] poſſe exiſtere. Quid ergo dicunt? Definitum ſecundum ſuum eſſe quiditativum eſſe tale. Et, ſi velis, quòd illud eſſet tale ſi exiſteret,

An Definitionum verba cōditionatè accipiantur?

De vero conceptu Entis poſſibilis.

LXXIX. De Verbi Subſtantivi diſtributione.

VErbum Subſtantivum (id pluries dixi; fateor. Sed conſultò illud ipſum repono, reſcribo, benè enim ab omnibus intelligi deſiderarē) in eſſentiale, aut exiſtentiale debet dividi: ita, ut primum importet ſare, (hoc eſt, *habere eſſentiam*) ſecundum vero ſcre (hoc eſt, *habere exiſtentiam*) Illud prius non cognovit Ariſtoteles, nec ejus Diſcipuli; ipſe enim *libr. 1. peribermenias cap. 2.* univerſim loquendo, definit Verbum dicens, *Verbum eſt vox ſignificans cum tempore*. &c. Eumq; in hoc ſequuntur omnes Peripatetici. Dico itaque, Verbum Eſſentiale, Sam. Sae, &c. & Ariſtoteli, & ejus fuiſſe ignotum Diſcipulis: nam Verbum eſt, & tamen ſine tempore ſemper ſignificat. Sanè inter, ſare, *habere eſſe quiditativum*, & ſcre, *habere eſſe exiſtentiale*, datur medium, nimirùm *habere eſſe poſſibile*: hoc eſt, *poſſe exiſtere*, quod quia intereſt, poſſet ſi placeret, voce ſaere ſignificari. Porrò de Ente poſſibili multi loquuntur; non autem omnes benè; quo Nos illud concipiamus, & intelligamus modo, ſequens explicabit

An omne Verbum debeat cū tempore ſignificare?

Conclusio. *Ens poſſibile pro materiali dicit ſua prædicata eſſentialia, quæ* Santur *à Divino Intellectu, & pro formali potentiam intrinſecam recipiendi Exiſtentiam.* Ita Arriaga, qui *ubi ſupra* ſic ſcribit. [Ecce explicatum Rectum & Obliquum hujus Concreti *Poſſibile radicaliter*: Rectum enim eſt ipſum Ens poſitivum: Obliquum verò eſt illa negatio, ſeu carentia duarū contradictoriarum, caſu, quo exiſtat.] Ubi, ut vides, Poſſibilitas, capacitas eſt recipiendi exiſtentiam; & illa capacitas reperitur, ubi locum contradictio non habet.

Quid ſit Ens poſſibile?

Eſſentiæ finitæ (hoc eſt, ſantis) eſt proprietas, (ut Porphyrius loquitur) in quarto modo *producibilem eſſe*. Omnes ergo eſſentiæ,

An omnes Eſſentiæ finitæ producibiles ſint?

quæ **ſant**, ſunt poſſibiles; hoc eſt, habent potentiam paſſivam ad **ſendum** (ad exiſtendum extra cauſas.) Sane, ut dicebam, Poſſibilitas eſt *E*ſſentiæ finitæ proprietas; quæ tamen non ſemper exprimitur: qui enim concipit Eſſentiam hominis, rem poſſibilem exprimit: at hanc ipſam poſſibilitatem, quæ relativa eſt, niſi aliquid addat, non exprimit.

In Creatura poſſibili duplex Poſſibilitas poteſt conſiderari.

Ipſa adhuc poſſibilitas poteſt ſumi bifariam; purè videlicet & abſtractivè. In Primâ Poſſibilitas acceptione negat Exiſtentiam; ab illâ in ſecundâ præſcindit. Poſſibilitas cum negatione Creaturas merè poſſibiles conſtituit: altera æquè in merè poſſibilibus, ac in exiſtentibus reperitur.

Aliud eſt habere potentiã, & aliud eſſe in potentia ad exiſtendum.

Hæc eadem Poſſibilitatis Diviſio, ſolet aliis verbis proponi: nam, ut loquuntur, Paſſiva ad **ſendum** (ad exiſtendum) Potentia Logicè vel Phyſicè ſumitur. Sumitur Phyſicè, quando Eſſentia eſt in potentiâ ad **Sendum** (ad exiſtendum) aut etiam ad **Sundum** (ad eſſendum in aliquâ differentia temporis) & tunc hæc Eſſentia eſt Creatura purè poſſibilis, quæ nunquam **Sut** (quæ necunquam fuit, nec eſt, nec erit.) Sumitur autem Logicè, cùm poſſe **Sere** (aut exiſtere) dicitur: non autem exponitur, an exiſtat, an non.

Creatura Poſſibilis dicit ordinē duplicē: alterum ad Exiſtentiam, & alterũ ad CauſamProductricem.

Solent hic, & non malè, Philoſophi *Ens poſſibile* cum ordine ad Creatorem intelligere & exponere; non enim malè *3.part.Summa Philoſ. quæſt.17.art.4.* dicit P. Philippus de Sanctiſſimâ Trinitate, *Res non dicuntur poſſibiles per aliquam potentiam in ſe, ſed per potentiam activam Dei, in quâ praexiſtunt*. Sed quia in Phyſicâ Materiæ primæ potentiam in ordine ad Formã, quam poteſt Materia recipere, & non in ordine ad Cauſam Efficientem exponunt univerſi Philoſophi, placuit analogiam ſervare, & poſſibilitatem creaturarum in ordine ad Exiſtentiam, quæ eſt Forma, quæ illas conſtituit in eſſe exiſtentium exponere. Et hanc viam init ipſe P. Philippus *3.part.quæſt.19.art.1.* dicens. *Nulla ſubſtantia poteſt intelligi ſine ordine ad exiſtentiam, cùm ſit impoſſibile aliquid creari niſi dicat talem ordinem*. Sed in his ejus verbis illam propoſitionem *ſine* ipſe præciſivè non autem negativè intellexit: non enim habet vires Intellectus humanus ut concipiat Subſtantiam non potentem **ſere**, ſeu *exiſtere*; at paſſim concipit Subſtantiam ab omni exiſtentiã præſcindendo.

An hæc noſtra doctrina, ſi bene intelligatur, non ſolùm D. Thomæ, ſed & Scoto, & aliis Claſſicis Scriptoribus conſonet?

LXXX. De Eſſentia, quæ apud Thomiſtas realiter ab exiſtentia diſtinguitur.

AUderem dicere S. Thomam, & Scotum, ſi hæc legerent, non eſſe contradicturos: **Sare** enim eſt illud Eſſe Eſſentiæ, quod Sanctus Doctor realiter ab Exiſtentiâ diſpeſcit: & idem **Sare** eſt illud *Eſſe*, quod ab Intellectu Divino cauſari Scotus aſſerit, & *Diminutum* appellat. Et à fortiori præcedenti doctrinæ aſſenſum præbituros credidero, omnes illos Authores, quos P. Antonius Bernaldo de Quiros *diſp. 7. Metaphyſ. ſect.2.* producit, dicens. [Ex parte Objecti loquendo dari condiſtinctè à Deo aliquod eſſe affirmabile de creaturis medium inter *eſſe rationis* & *eſſe ſimpliciter reale* aſſerit Pontius Scotiſta *diſp. 69. Metaph.quæſt.5.concluſ.4.num.52.* dicens eſſe de mente Scoti & omnium Scotiſtarum *in primum diſt.36. & 39.* Ejuſdem ſententiæ eſſe videntur, qui rerum eſſentias in eſſe poſſibili, ſeu poſſibilitatem creaturarum putant à Deo diſtingui, ita ut ex parte objecti non ſint *purum nihil*, ſed habeant de ſuo *eſſe quoddã quidditativum* ab omni causâ, ab omnique exiſtentiâ independens, indefectibileque & neceſſarium; ita Henelman *tract.1.in 1.part.tit.7. diſp.1.cap.5.* Baſil. de Leon *tom.1.variar.quæſt.8. Scholaſt.c.8.* (pro ſe referens Henric. Capreol. Cajet.) Granad.*1.part.tract.de divin.*Pot.*diſp.7. Sect.2.* Molina *1.part.quæſt.3. art.4. diſp.2. §. Pro ſolutione ſexti eſt animadvertendum*, ubi expreſsè ait eſſentiam creaturæ ut condiſtinctam ab exiſtentiâ eſſe extra nihil, quod latè tuetur Albertinus *in Prædicamento Subſtantiæ diſp.* & *qu.1.* Vide etiam Bartholomæum Amicum *tract.26.Logica diſp.1.quæſt.3.* Izquierdo *diſp.10. Pharl.qu.1. à num.11.*]

De Eſſe Diminuto Scotiſtarum.

An Eſſentiæ poſſibiles ſint purum nihil?

Sere

Secunda eſſendi Differentia explicatur.

LXXXI. De Exiſtentia. An in Quæſtionibus de Eſſẽtia & Exiſtentia (ſive proponantur, ſive enodentur) æquivocationes committantur.

INterroganti, *An Exiſtentia realiter diſtinguatur ab Eſſentia?* non reſpondent eodem modo Scriptores, nã nomen *Eſſentiæ* non rarò cũ ipſâmet Exiſtentiâ confundunt. Audiunto P.Lalemandetium *diſp.7. Metaph. partit.2. diſp.4. column. 138.* dicentem. [Dum inquirunt Theologi & Philoſophi de diſtinctione *Eſſentiæ* & Exiſtentiæ, ſermo *non* [*] debet eſſe de actuali *Eſ*ſentiâ, An, videlicet, ſit aliquid diſtinctum ab *E*xiſtentiâ: nam ſecundum hunc ſenſum non ſunt vera hujuſmodi Dicta, *Exiſtentia advenit Eſſentiæ*. *Exiſtentia fluit ab* Eſſentiâ, &c. *Sed* debent intelligi de eâ tantùm Eſſentiâ, quæ eſt ab æterno [*a*] quæque eſt potentialitas realis, non verò actualis.] Ergo, ſi æquivocatio in ipsâ Quæſtionis propoſitione committitur, nemini videri mirum poterit, ſi etiam in reſolu-

ſolutione paſsim æquivocationes committantur.

Particula adverſativa *Sed* inter negativâ & affirmativâ verſatur.

Et anteqnam progrediamur ulteriùs. circa Lalemandetii verba hæc adnotato.

*] Illud *non*, à Typothetâ omiſſum, debuit neceſſariò interponi: aliàs enim nec ſenſus flueret, nec illud *ſed*; quod ſubſequitur, eſſet particula adverſativa.

An, & quo modo Creaturæ poſſibiles ſint ab æterno?

a] In eâ eſt Lalemandetius opinione, quæ aſſerit Eſſentias poſſibiles fuiſſe ab æterno. Nos id negamus: ipſæ enim nec *ſunt*, nec *fuerunt*, ſed ſunt: & ſare, quia caret Exiſtentiâ, etiam Tempore; quæ eam concomitatur, debet neceſſariò carere. Interim, ne Lalemandetio, & aliis Scriptoribus, qui cum illo loquuntur, adverſari videamur, Creaturas poſſibiles hypotheticè & negativè, fuiſſe ab æterno dicamus.

De Exiſtentiæ & Durationis diſtinctione.

*] *Lege rationis ratiocinantis; quoniam diſtinctio rationis ratiocinata eſt Nominaliû opinione impoſſibilis.*

Sanè quærentibus, *An Exiſtentia à Duratione diſtinguatur?* [Triplex eſt celebris Opinio (*in Phyſic. diſput.9.partit.6.num.27. column.* 255. inquit Lalemandetius) Prima Nominalium *in 2.diſt.2.ibid quæſt.*3. quos multi ſequuntur. Et hic ponunt diſtinctionem rationis [*] ratiocinatæ inter Durationem & Exiſtentiam rei. Secunda eſt conſtituentium diſtinctionem realem, quam ſequitur Petrus Niger 2.*part.Clypei quæſt.*32. quamque dicit eſſe Opinionem communem Antiquorum. Tertia eſt Scotiſtarum poſt Scotum *in 4.diſt.* 48.*qu.*2. diſtinguentium formaliter (videlicet, ex naturâ rei) &c.] Et immediatè ſuam Sententiam proponit, & exponit dicens. [Duratio creata non diſtinguitur realiter ab Exiſtentiâ rei createę, nec ſolùm per rationem, ſed verè formaliter, &c.] Et poſt pauca. [Rationes pro primâ Opinione refert & ſolvit Ruvius *in libr.4.Phyſic.tract.1.de Temp. quæſt.*1. &c.]

Subſtantia ne, an accidens ſit?

Præterea, volentibus reſcire, *An Exiſtentia ſit Accidens?* 3.*part.Summæ Philoſ.quæſt.*19.*art.*1. reſpondet P. Philippus de Sanctiſſimâ Trinitate dicens. *Ita tenuerunt aliqui Antiqui, qui propterea conſtituerunt peculiare Prædicamentum Exiſtentiæ.*

Accidens in Phyſicum, & Logicum dividi poteſt.

Et, ne quis fortè putet, hanc doctrinam fuiſſe jam olim cum ſuis Aſſertoribus ſepultam, dabo Complutenſes, qui nuper ſcripſerunt, & tamen *in Logic. diſp. 9. in ipſo initio* fatentur Exiſtentiam eſſe Logicum Eſſentiarum & rerum omnium Accidens, inquiunt enim. [Accidens Logicum, dividitur contra Phyſicum, & ſignificat quidquid contingenter ſe habet ad illam, ſive ſit entitativè Subſtantia, ſive Accidens. Quâ ratione dicimus aurum accidere vaſi, & Exiſtentiam Petro, &c.] A quâ doctrinâ P. Philippus ſe non omninò diſſentire, perſuadet ut opinor, his verbis.

Reſpondeo dicendum, quòd Exiſtentia Subſtantialis non eſt accidens Prædicamentale, ſed tantùm Prædicabile. Et poſteà *in reſponſ.ad* 2. expoſiturus, *Quid ſecundum ſuam entitatem ſit Exiſtentia?* ſubſcribens Cajetano, & Capreolo aſſerit, eſſe ſubſtantialem Exiſtentiam Subſtantiæ Accidentium verò accidentalem,

Præcipua æquivocatio apud Philoſophos inter has duas primas eſſendi differentias verſatur.

Tametſi variè accipiatur Verbum *eſt*, nullibi tanta æquivocatio contingit, quàm in primâ & ſecundâ Differentiis eſſendi, & hanc ob rem propter has duas differentias præcipuè deberent quæri & inveniri voculæ, per quas inter ſe ſecernantur. Percepit & monuit nos hanc æquivocationem *diſp.7.partit.2.clyp.1.column.* 132. P. Joannes Lalemandetius; quoniam inter Eſſentiam & Exiſtentiam diſtinctionem realem ad Thomiſtarum mentem propugnaturus, ſic arguit. [Contradictoria non conveniunt iis quæ ſunt eadem (lego, idem) realiter: &, quando aliquibus conveniunt, ſignum eſt, ea diſtingui realiter. Sed iſta Propoſitio Contradictoria, *Roſa ab æterno eſt*; ſumendo ly *eſt* nominaliter, id eſt, pro eſſentiâ, eſt vera: & iſta eſt falſa *Roſa ab æterno eſt* (*ſeu exiſtit.*) Ergo Eſſentia & Exiſtentia non ſunt idem realiter. Ergo diſtinguuntur realiter.] Et poſt pauca hac ratione præcedentem confirmat. [Propoſitio contingens habet prędicatum realiter diſtinctum à ſubjecto. Sed Propoſitio, in quâ prædicatur Exiſtentia de re eſſentialiter ſumptâ eſt contingens: ut v. gr. *Roſa eſt*, (*Roſa exiſtit.*) Ergo Exiſtentia realiter diſtinguitur à re eſſentialiter ſumptâ.] Et interjectis paucis hanc rationem ſubjungit. [Quod eſt, inquit, indifferens ad aliqua duo, non eſt idem realiter cum aliquo illorum: nec dicitur ad converſionem cum aliquo illorum.] Probat id hoc exemplo: videlicet: [Quia *Animal* eſt indifferens ad *Hominem*, & *Brutum*, idcircò *Animal*, & *Brutum* nō dicuntur ad cōvertentiam: quamvis enim hæc ſit vera Propoſitio *Brutum eſt Animal*, attamen iſta non eſt vera *Animal eſt Brutum*.] Pone paulò aliter hoc Exemplum, quia hæc Propoſitio, *Animal eſt Brutum*, eſt vera, ſi ſit particularis, & æquivaleat huic, *Aliquod Animal eſt Brutum*. Ergo reſcribe eamdem ratinnem ſic. [Quia *Animal* eſt indifferens ad *Hominem* & *Brutum*, idcircò, nec *Homo*, nec *Brutum* convertitur cum *Animali*: quamvis enim hæ Propoſitiones *Omnis homo eſt Animal*, & *Omne Brutum eſt Animal*; veræ ſint: attamen iſtæ, *Omne Animal eſt Homo*, & *Omne Animal eſt Brutum*, non ſunt veræ.] Et hac doctrinâ præmiſsâ, progreditur Lalemandetius. [Sed Eſſentia eſt indifferens ad exiſtere, & non exiſtere, ex Avicennâ 5. *libr. Metaph.* Ergo (Eſſentia) non eſt idem realiter, neq; ad convertentiam dicitur cum ipſo exiſtere. Et per conſequens non eſt idem realiter cum Exiſtentiâ, *&c.*

Verbum *eſt*, in his duabus Propoſitionibus, *Roſa eſt ab æterno*, & *Roſa eſt*, aliter, & aliter ſumitur.

An Propoſitio *Roſa eſt* ſit cōtingens?

An Roſa ſit ad eſſendum & ad non eſſendū indifferens?

Propoſitio, in qua ſpecies prædicatur de genere, ſi ſit particularis, eſt vera.

Quid ſit *dici convertibiliter*?

LXXXII.

An Creatura poſſit eſſe nullibi: an etiam nunquam?

Sanè tanta eſt inter Exiſtentiam & Tempus, ſeu Durationem temporaneam connexio, ut licèt multi Philoſophi aſſeruerint, non repugnare Creaturam exiſtentem, quę ſit nullibi: pauci propugnare voluerunt, poſſe divinitùs fieri, ut Corpus reverà exiſtat, & tamen nunquam (in nullo tempore) ſit. Interim inter paucos hanc Ego doctrinam ut probabilem docui in Rationali & Reali Philoſ. anno 1642. Lovanii editâ *libr.7.diſp.4. nu.* 2955. Subſcripſit eidem ſententię P. Richardus Lynceus & alii. Audiri de hac re poterit P. Sebaſtianus Izquierdus *tom.1.Theolog.tract.4.diſp.*8. *quæſt. 6. propoſ. unic.* expreſsè & clarè: inquit enim. [Ita omnes hactenus unanimiter videntur cenſuiſſe: Nam licèt opinentur multi poſſe Ens creatum ſaltem divinitùs exiſtere abſque omni ubicatione, abſolutum ab omni loco ut vidimus *diſp.5.qu.*8. Nemo, [*] quem viderim, aſſeruit, poſſe Ens creatum, adhuc divinitùs exiſtere abſque omni duratione, abſolutum ab omni tempore, præter unum Lynce,

Prodiit Theologia P. Izquierdi Romæ anno 1664.

*] *Non ergo legerat noſtram Philoſophiam P. Izquierdus.*

ce,

Impreſſa fuit Philoſophia P. Lyncei Lugduni anno 1654.

ce, qui *libr.7.Phyſic.tract.2.c.5.* noviſſime contendit oppoſitum tanquam probabile defendere, *&c.*

**] Eſt manifeſtus error typi: Nominales enim præciſiones objectivas, & diſtinctionem rationis ratiocinatæ negant, & ad externa connotata, ſeu ad rationis ratiocinantis diſtinctionem recurrunt.*

Porrò Exiſtentiam Corpoream, & Durationem Temporaneam identificari inter ſe, aſſerunt Nominales. Lalemandetius *diſp. 9. Metaph.partit.6.de tempor.clyp.3.columm.*255. ſic ſcribit. [Triplex eſt celebris Opinio. Prima Nominalium *in 2. diſt.* 2. Durandi *ibid. qu.* 3. quos multi ſequuntur. Et [*] hi ponunt tantùm diſtinctionem rationis ratiocinatæ (lege, ratiocinantis) inter Durationem & Exiſtentiam rei. Secunda eſt conſtituentium diſtinctionem realem, quam ſequitur Petrus Niger 2 *part Clyp. quæſt.*32. quamque dicit eſſe opinionem communem Antiquorum. Tertia eſt Scotiſtatum *in* 4. *diſt.*48. *quæſt.*2. diſtinguentium formaliter.] Et poſtquam quid alii ſentiant, dixit, his verbis propriam mentem exponit. [Duratio creata non diſtinguitur realiter ab Exiſtentiâ Rei creatæ; nec ſolùm per rationem, ſed verè formaliter, &c.]

An Exiſtentia heſterna ab exiſtentia hodierna diſtinguatur?

Hac ideâ præventus *diſp.7. partit. 2. columm.* 133. ad favorem Thomiſtatum, Meuriſſio adhærens, format hoc argumentum [Eſſentia Petri eſt eadem permanens heri & hodie. At Exiſtentia non eſt permanens, ſed ſucceſſiva. Ergo Exiſtentia Petri non eſt idem realiter cum ejus Eſſentiâ. Minor probatur. Quia Petrum exiſtere heri, non eſt exiſtere hodie. Ergo Exiſtentia heſterna non eſt Exiſtentia hodierna. Antecedens patet. Quia exiſtens Petrus heri, poteſt hodie non exiſtere; cùm poſſit hodie adnihilari. Conſequentia patet: Quia, ſi eſſet eadem Exiſtentia hodierna & heſterna, redderet Petrum exiſtentem hodie & heri: & ideò per totam Æternitatem, &c.] Et hic obiter nota, Exiſtentiam, ſi verum ſit, quòd heſterna, hodierna, & craſtina inter ſe diſtinguantur, à Duratione temporaneâ, in rebus corporeis non diſtingui.

An, non diſtinguatur à Tempore?

VT meliùs differentia & connexio, quæ inter **ſare**, & **ſere** *intercedit, cognoſcatur & intelligatur, debemus Notas ſubſequentes ſubjungere; quæ magnam præbere lucem poterunt, ſi accuratè legantur.*

NOTA I.

De Ariſtotele, & ejus Interpretibus Arabibus (Alpharabio, Algaaelio, Avicennâ: &c.) & Latinis (D.Thomâ, Cajetano, &c.)

Utrùm diſtinctionem, quæ inter **Sare** *&* **Sere** (*hoc eſt, inter* Eſſe quiditativum, *&* Eſſe exiſtentiale) *intercedit, cognoverint?*

LXXXIII.
Exponitur Sẽtentia Veterũ.

UBerioris doctrinæ gratiâ ex Cajetano aliquas lineas exſcribam, ex quibus conſtet evidentiſſimè diſtinctionem, quæ eſt inter **Sare** & **Sere** (inter *eſſe* quiditativum, & *eſſe* exiſtentiale) adluxiſſe Veteribus, tametſi vocum defectu mentem ſuam non ſciverint, aut potuerint exponere. Cajetanus igitur Libellum de Ente & Eſſentiâ ab Angelico Præceptore compoſitum, dilucidans, *cap.* 4. ſic ſcribit.

Verùm Ens eſſentialiter, an verò accidentaliter de decẽ generibus prædicetur?

[Avicenna autem, Alpharabius, & Algazel, ut teſtatur Albertus in Poſtprædicamentis, *cap.*9. opinantur, quòd Ens non conveniat naturæ abſolutè ſumptæ. Unde dicunt, hanc conſequentiam non valere, *Homo eſt ſubſtantia, Ergo homo eſt Ens*, eò quòd Ens ſignificat aliquid additum eſſentiæ rei, quod non eſt de ejus ratione; quod expreſsè etiam de Avicennâ refert Commentator 4. *Metaph. comm.*3. & 10. *Metaph. comm* 8.] Arabes ergo, qui citantur, *Entis* nomine, non **Sane** (*Habens eſſe quiditativum*) ſed **Sene** (*Habens eſſe exiſtentiale*) intellexerunt: nam Homo habet Eſſe quiditativum: & habere tale Eſſe non contingenter, ſed eſſentialiter, ei convenit.

Cap 5.
Cap.3.
Cap.8.

D. Thomas meritò carpit Arabes; quia ſicut non poterant negare *Hominem eſſe Animal* eò quod non ſit *animal irrationale*, nam eſt, *animal rationale*: ſic ſimiliter, non potuerunt negare *Hominem eſſe Ens quiditativè*, eo quòd non ſit *eſſentialiter* **Sene** *Ens* (*habens Eſſe exiſtentia*) nam eſt *eſſentialiter* **Sane** Ens (*habens eſſe quiditativum.*) Et huc reſpiciens, progreditur Cajetanus, & ait. [S. Thomas autem (cujus eſt Opus, quod exponendum ſuſcipimus) *ſuper 4.Metaph.lect.2. ſuper textu comm. 3. & ſuper lect.2.ſuper text.comm.*8. expreſsè in hoc reprehendit Avicennam; licèt difficile ſit videre, in quo differat ab eo, cùm ipſe teneat nullum aliud à Deo eſſe *Ens* per ſuam eſſentiam, ſed per aliquid additum ſuæ eſſentiæ; & expreſsè dicat *in quolibeto ſecundo, quæſtione ſecundâ, articulo primo*, Ens non eſſe prædicatum eſſentiale: & 1. *contr. Gent. cap.* 26. dicat *Ens* non cadere in conceptu ſubſtantiæ, quod eſt genus generaliſſimum, &c.] Sic Cajetanus. At non eſt difficile (inquam Ego) videre & deſignare, in quo ab Avicennâ differat D. Thomas; nam licèt in locis à Cajetano adductis, *Entis* nomine **Sene** (*Exiſtens*) intelligat: in aliis locis, ut vidimus, dari *Ens quiditativum* (**Sane**: *habens eſſe eſſentiale*) nos docuit. Non eſt ergo dicendus D. Thomas Avicennam & Arabes alios reprehendere, quòd (**Sene**) *Ens exiſtentiale* admiſerint: ſed, quòd ita illud admiſerint, ut videantur (**Sane**) *Ens quiditativum* negare.

Circa tex. com.8.

Quol. 2. qu. 2. art. 1.
Cõt.Gent. cap. 26.

Ens eſt nomen æquivocum.

Aliquid ſimile, licèt per alia verba, dicebant illi, de quibus Cajetanus ſic infit. [Propter quod à quibuſdam dicitur, quòd Ens nominaliter & participialiter. Et quòd Ens nominaliter, quidditativè, & intrinſecè de omnibus prædicatur: ſic enim unumquodque eſt ens per eſſentiam ſuam. *Ens* verò participialiter cùm idem ſonet quod *Exiſtens*, non eſt prædicatum quidditativum: ſic enim nihil aliud eſt à Deo ens per eſſentiam ſuam. Unde ſecundùm iſtos *Ens* nominaliter convenit naturæ abſolutè, non autem *E*ns participialiter. Addunt quoque quòd *E*ns nominaliter eſt diviſum in decem Prædicamenta, & eſt tranſcendens converſum cũ aliis, propriè loquendo; non *E*ns ſecundo modo: & ideò reprehenſibilis erat Avicenna, qui hanc diſtinctionem prætermiſit, &c.] *Ecce* iſti Authores *Ens*, quod nos dicimus **Sane**, appellant *Nominale*, & quod nos dicimus **Sene** vocant *Participiale*. *Et* in hoc ſunt laudandi, quòd *E*ns nominale, ſeu **Sane**, *Ens quiditativum*, in decem Prædicamenta dividant.

Entis in Nominale & Participiale Diviſio

Utriuſque ſignificatio explicatur.

Placet iſta doctrina:

Sanè

Digitized by Google

Sed termini, quibus traditur, & dilucidatur, non placent.

Sanè tenendum eſt, quod his terminis illi ſignificant, debet enim *Eſſe quiditativum* ab *Eſſe exiſtentiali* diſtingui. At termini ipſi non placent, Quia, ſi *Sum, es, eſt*, in utrâque ſignificatione eſt verbum, *Ens* in utrâque ſignificatione erit verni hujus Participium. Ergo quæri deberent alii termini, ut hæc ipſa verbi Subſtantivi exponatur diſtinctio.

LXXXIV. An Ens ſit prædicatum duplex: alterum tranſcendentale, & alterū non tranſcendentale?

Præterea, hi ipſi Authores defectuosè procedunt, quando ſupremum non tranſcendentale *Ens*, cum *Ente* tranſcendente confundunt: ſi enim utrumque *E*nti nominali convenire dicatur, debuiſſet illud in Subſtantivum & Adjectivum ſubdiſtingui. Nam ſicut in *P*etro Homo (nomen ſubſtantivum) non tranſcendit: & tamen *Humanus* (nomen adjectivum) tranſcendit; non enim Petreitas eſt homo: nec Caput, Manus, aut Pedes Petri, ſunt homines: & tamen Petreitas eſt humana, & omnes Petri partes ſunt humanæ. Sic ſimiliter de *E*nte Nominali debet dici. Eſt enim prædicatum ſupremum, & non tranſcendit, ſi ſubſtantivè accipiatur: cæterùm, ſi adjectivè uſurpetur, differentias univerſas tranſcendit.

An Participia ſubſtantivè, & adjectivè poſſint ſumi?

Entis diviſionem poſitam impugnat Cajetanus.

Hanc Entis in Nominale, & Participiale diſtinctionem reprobat Cajetanus; *Ens* enim eſſe Participium doctè exiſtimat: & poterit eruditè diſcurrere, ſi addat, Participia, æquè ac Nomina, poſſe ſubſtantivè, & adjectivè uſurpari. Illum audiamus: inquit enim. [Mihi autem aliter dicendum occurrit; Dico enim, quòd Ens participialiter eſt id quod tranſcendens, diviſum in decem Prædicamenta, &c.] Et, ut hanc ſuam Reſolutionem ſuadeat, D. Thomam producit, cujus teſtimoniis videretur evinci, *Ens participiale*, non eſſe (Sans) *Ens quiditativum* ſed (Sens) *Ens exiſtentiale*. Permittam igitur ut Cajetanus hæc duo teſtimonia referat, & poſteà illa reſumam, & breviter dilucidabo.

1. *part, qu.* 5. *art.* 1 *ad* 1. *de veritat. qu.* 21. *cap.* 7. *Vide Comment. hujus doctrinæ & poſter. cap.* 6. *in princ. & circa med.*

Cajetanus ſic ſcribit. [Hoc ex eo patere poteſt, quod S. Thomas 1. *part. quæſt.* 5. *& 6.* & *in quæſt. de verit. quæſt.* 21. oſtendit bonum, quod etiam dividitur in decem Prædicamenta (ut dicitur 1. *Ethic.*) converti cum Ente participialiter, non nominaliter, ut clarè patet ex duobus; Primò ex eo quod dicit, *quod cùm Bonum & Ens convertantur, ſicut Res eſt Ens, ita bona: Sed non eſt per eſſentiam ſuam; Ergo nec bona.* In quo proceſſu, ut fallacia æquivocationis vitetur, nonniſi de Ente participialiter eſt ſermo. Secundò ex eo, quod dicit, *Id, quo Res formaliter eſt bona, non eſſe Ens*: quod dictum de Ente nominaliter falſum eſt: quia eſſe actualis exiſtentiæ, quo res eſt Ens & bona, eſt Ens nominaliter. Ens igitur, quod convertitur cum bono, quod eſt tranſcendens, diviſum in decem Prædicamenta, eſt Ens participialiter, &c.] Sic, nec ſatis clarè Cajetanus diſcurrit.

An Bonum cū Ente convertatur.

Authoritas D. Thomæ explicatur.

Ego autem Sans (*Ens quiditativum*) eſſe ſupremum prædicatum in quolibet Syſtemate, affirmo: Addo *Ens quiditativum* eſſe Participium Verbi quiditativi *Sum, es, eſt*. Et ſubjungo eſſe prædicatum tranſcendens, ſi adjectivè ſumatur, & non eſſe tranſcendens, ſi ſubſtantivè ſumatur: &, ut hanc doctrinam dilucidem, primum D. Thomæ teſtimonium adſumo. *Siquidem Ens & Bonum convertuntur, ſicut Res eſt Ens, ita erit bona. Sed per eſſentiam ſuam eſt* (Sans) *Ens* (habens eſſe quiditativū) *& non eſt per eſſentiam ſuam* (Sens) *Ens* (habens eſſe exiſtens) *Ergo per eſſentiam ſuam erit bona quiditativè* (habebit bonitatem quiditativam) *& per ſuam eſſentiam non erit bona exiſtentialiter* (non habebit bonitatem exiſtentem,) *&c.* Et hæc eſt Reſolutio, quam primum Angelici Doctoris Teſtimonium nos docet.

De Entis & Boni Analogia.

Eadem Analogia iterum dilucidatur.

Secundum Teſtimonium etiam eſt verum, & clarum, ſi intelligatur, & exponatur bene. QUONIAM id, *quo Res eſt bona formaliter quiditativè, non eſt Ens* (nempe, Sens, hoc eſt *Exiſtens*, ſeu *habens Eſſe exiſtentia*) *ſed eſt alterum Ens* (nempe, Sans, hoc eſt, *habens eſſe quiditativum.*) CÆTERÙM, *id, quo Res eſt bona formaliter exiſtentialiter, eſt* Ens (nempe Sens: hoc eſt, *Exiſtens*, ſeu *habens eſſe exiſtentia.*) &c.

LXXXV. Ens ad ſe hue poteſt dupliciter ſumi: nēpe, *ut quod*, & ut quo.

Pergit ulteriùs Cajetanus, & quia oculatiſſimus erat, & percipiebat in Ente duas debere ſignificationes ponere, ut exiſtentiam ab Eſſentia diſtingueret, in Ente (ſente, *Exiſtente*) duplex *Eſſe*: nempe *Eſſe quo*, & *Eſſe quod* admittit: quorum ultimum eſt *id quod* (ſet) *exiſtit*: alterum autem eſt *ratio, quâ Ens conſtituitur* (ſens) *exiſtens*. Ejus verba ſunt hæc. [In *Entis* nomine (ait) duo accipi poſſunt: nempe id, à quo nomen *Entis* ſumitur: nempe ipſum *eſſe*, quo Res (Set) eſt (ſeu exiſtit.) & id ad quod nomen *Entis* impoſitum eſt: ſcilicet, id quod (Set) eſt (ſeu exiſtit.) *Supra* enim (*in Principio Operis*) dictum eſt *Ens* ſignificare id, quod eſt in quolibet Prædicamento, & in hoc differre ab eſſentiâ, (*lego* ab *E*xiſtentiâ) quæ ſignificat id, quo res in Prædicamento reponitur. Unde 1. *Phyſic. textu comm.* 13. Ariſtoteles [*] loco ly (*ens*) ponit ly (*quod eſt*) Avicenna ergo attendens ad id, quo res eſt, unde nomen Entis ſumptū eſt, dixit ſimpliciter, *Ens* [Sens, *Exiſtens*] eſſe prædicatum extra eſſentiam rei. S. Thomas verò intuens id quod eſt, ad quod nomen Entis impoſitum eſt, Avicennæ non adhæſit. Namque ipſum quod eſt [quod ſumitur *ut quod*, & eſt ſubiectum exiſtentiæ: quoniam eſt ipſum Sans, hoc eſt, ipſum habens eſſe quiditativum] non prædicat aliquid extrà eſſentiam rei.

Cap. 1. *in princ. Text. cap.* 13.

*] *Locus, qui citatur habetur Lib.* 1. *cap.* 2. *poſt initium. Et ibi Interpres* (*Ioannes Argyropylus*) id quod eſt, *ſcribit. Sed Ariſtoteles* τὸ ὂν. ipſum Ens (ipſum Exiſtens) ſcripſerat. Ergo Cajetanus Ariſtotelis Textum non legerat.

Diſcordia inter S. Thomam & Avicennam

Quale Ens eſſentialiter, & quale accidentaliter de omnibus rebus prædicetur?

Poſteà, quia exiſtimat, ipſam met Exiſtentiā, quæ eſt Accidens Logicum rei exiſtentis, non eſſe Accidens Phyſicum, ſed modum quemdā ſubſtantialem (quæ eſt bona, & multorum Opinio) ſubjungit. [Inſuper (D. Thomas) advertens, quòd ipſum, quo res eſt, ſcilicet actualis eſſentia, non eſt extraneæ naturæ ab ipſo quod eſt, ſed per principia propria ipſius, quod eſt, conſtruitur, inter prædicata accidentalia, *Ens* annumerare noluit: hoc enim non poteſt aſſeri de quocumque alio extrà eſſentiam rei. Nihil enim extra eſſentiam rei per propria principia ipſius rei conſtituitur, niſi rei exiſtentia. Quodcumque enim aliud per principia alterius generis conſtituitur, ſcilicet genus proprium, & differētiam propriam, & univerſaliter propria illius Prædicamenti principia. Ipſius autem exiſtere non niſi per genus, & differentiam & principia ipſius, quod eſt, conſtituitur. Et hæc eſt ratio, quâ S. Thomas arguit Avicennam 4. *Metaph.* ubi ſuprà, unde, Ens prædicatum de aliquo, puta de homine

Circa text. c. 3.

De Exiſtentia. An modus ſubſtantialis ſit?

cùm

Text. & cap. 3.

cùm non trahat hominem extra proprium genus, & propriam differentiam: nec ratione ipſius quod eſt ſubſtantiale, prædicatum eſſe relinquitur cum Ariſtotele, & Commentatore ubi ſupra: licet non ſit omninò eodem modo ſubſtantiale, quo prædicata illa, quæ in definitione cadunt. &c.]

De Entis Tranſcendentia.

Sed quia non videbantur hæc ſufficere ut Entis tranſcendentia medullitùs intelligeretur; progreditur ulteriùs, inquitque. [His prælibatis, ad dubium dico, quòd tranſcendentia non ſunt prædicata propria naturæ ſecundum ſuam abſolutam conſiderationem, neque ſecundum eſſe in ſingularibus, neque ſecundùm eſſe in intellectu: ſed ſunt prædicata communia naturæ quomodolibet acceptæ, convenientia non ſolùm concomitativè, ſed & cauſaliter. Et de naturâ quidem tam ſecundo quàm tertio modo acceptâ, patet; ex hoc enim quòd homo in ſingularibus invenitur, Entis unius rei, & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc quòd habet *eſſe* in intellectu, eſt Ens aliquo modo indiviſum, &c. debetur enim ſic ſibi aliquod *eſſe*, [*a*] licèt rationis. De naturâ autem primo modo ſumptâ, ex dictis patere poteſt, & ex eo, quod in quocumque invenitur poſteriùs tranſcendens, invenitur, & priùs. Manifeſtum eſt autem de poſterioribus tranſcendentibus, quæ ſunt *Unum, Res, Aliquid*, &c. quòd conveniunt naturæ abſolutè. Undè de homine abſolutè loquendo, iſta Poſitio eſt vera, *Homo eſt Ens*. Unde & Sanctus Thomas dicit *ſuper* 10. *Metaph.* ubi ſupra, *quòd Ens prædicat naturas decem generum*, [*b*] *ſecundum quod ſunt actu, vel potentiâ, & non tantùm ſecundum quod ſunt actu*.]

Ad Dubium primum principale.

a] *Ecce Ens reale objectivũ Ens rationis appellat.*

Circa Text, c. 8

b] P. Philippus de Sanctiſſimâ Trinitate *in Summ. Philoſoph. p.* 2. *qu.* 11 *art.* 4 *pag.* 684 *a.* ponit hanc Concluſionem. *Cum Prædicamentum ſit ſeries, ſeu coordinatio Attributorum Eſſentialium Ens, quod dividitur in decem Prædicamenta, ſignificat Eſſentiam, & non tantum Exiſtentiam*. Et, ut probet, adducit verba D. Thomæ, quæ paulò antè Cajetanus producebat, inquit enim. [Probatur prima pars Concluſionis autoritate D. Thomæ *quodl.* 2. *qu.* 2. *art.* 1. item 10. *Metaph. lect.* 3. ubi ſic ait. *Ens quod dividitur in decem Prædicamenta, ſignificat ipſas naturas decem generum, ſecundum quod ſunt actu, vel potentiâ*. Conſtat autem quòd *Ens*, prout ſignificat exiſtentiam, non dividitur in actum, & potentiã: nam exiſtentia eſt actus ſimplex; immò ultima rerum actualitas, Eſſentia autem aliquandò eſt (exiſtit) actu, & aliquandò tantùm potentiâ. &c.]

Sans (ſeu Ens quiditativum) eſt quod dividitur in Prædicamenta.

Aliquando eſt in potentia exiſtendi, & aliquando in actu

At verò **ſens** (Ens Exiſtentiale) ſemper eſt in actu exiſtendi.

NOTA II.

An hæc noſtra Doctrina P. Dominico Bañeſio innotuerit, & ab ipſo fuerit aſſenſu, & approbatione honorata?

LXXXVI.
Eſſe in rebus eſt triplex; nempe, Quiditativum, Exiſtentiale, & Connexivum.

Dilucidabo hanc ipſam, quæ inter **ſare**, & **ſexe** (eſſe quiditativum & eſse exiſtentiale) intercedit, diſtinctionem autoritate Patris Bañes, Viri ſanè omnium judicio peritiſſimi. Et, ut clariùs procedam, quia nec tempus, nec locus Scholia diffuſiora permittit, interſeram aliqua verba, quæ loco po[illegible] Commentarii ſervire. Et, ut cognoſcatur clariſſimè, quæ verba ſunt Bañeſii, & quæ noſtra, quæ addidero parentheſi quadratâ (talis eſt hæc, [ ] & vocatur in Italiâ *graphetta*) comprehendam.

Bañes itaque *in* 1. *p. qu.* 10. *art.* 3. *pag.* 145. *b.* ſic ſcribit.

Pro explicatione Quæſtionis nota cum Divo Thomâ *ſupra qu.* 3. *art.* 4 *ad* 2. quòd triplex eſt *Eſſe*; aliud eſſentiale, & quiditativum; aliud exiſtentiæ; aliud verò, quod ſignificat connexionem, & veritatem propoſitionis, quæ connexio fundamentaliter eſt in re, formaliter in intellectu.

Nota ſecundò, quòd τὸ *Eſſe* exiſtentiæ duo facit reſpectu τȣ̃ *Eſſe* eſsentiæ. Primum eſt conſtituere *Eſſe* eſsentiæ [exiſtendi] actu, quod anteâ erat in [exiſtendi] potentiâ, undè *Homo* antequam exiſtat, eſt [in exiſtendi genere] *E*ns potentiale, & non actuale. Secundum, quod facit, eſt, quòd ſit *E*ns creatum, nam antequam exiſtat, eſt *E*ns creabile, non tamen eſt *E*ns creatum. Nam creatio terminatur ad quidditatem ſub exiſtentiâ, ut docet D. Thomas *de potent. quæſt.* 3. *art.* 5. *ad* 2. Unde *Ens* reale in prima diviſione dividitur in *E*ns Increatum, quod habet *Eſſe* per ſuam eſsentiam, & in *E*ns creatum, quod habet eſse non per ſuam eſſentiam, ſed per exiſtentiam, quæ eſt accidentalis eſsentiæ.

Quid præſtet Exiſtentia addita Eſſentiæ?

An prima Entis diviſio ſit in Increatum & Creatum?

Nota ultimò cum Cajetano *de Ente & Eſſentiâ cap.* 4. *qu.* 6. quòd *Ens* reale [creatum] dupliciter dicitur, uno modo ut diſtinguitur cõtra *E*ns [rationis] fabricatum ab intellectu; alio modo dicitur, ut diſtinguitur contra Non exiſtens.

Entis realis finiti ſeu creati diviſio.

Prima Concluſio. *Eſſentiæ rerum, quæ ſignificantur per illa complexa enunciabilia, non ſunt ab æterno quantum ad eſſe exiſtentiæ, neque quantum ad eſſe quidditativum, & eſſentiale*. Prima pars eſt manifeſta, nam ſolus Deus exiſtit ab æterno. Secunda verò probatur: *Primò* ex D. Thomâ, *ubi ſupra, & qu.* 3. *de potent. art.* 5. *ad* 2. ubi [agens de exiſtendi exercitio] expreſsè dicit, quòd eſſentia ſine exiſtentiâ nihil eſt. [Et benè, quoniam in genere exiſtendi eſt nihil.] *Secundò* probatur, illud eſſe quiditativum, quod iſti dicunt eſſe ab æterno, vel eſt productum à Deo, vel non. Si primum, ergo habet exiſtentiam, nam productio Dei terminatur ad eſſentiam ſub exiſtentiâ. Si ſecundum, ergo aliquod ens, quod non eſt Deus, nullum reſpectum habet ad Deum. [Et omnia hæc verè, & ſcitè dicuntur; tametſi ſint à Deo eſſentiatæ, ſeu **ſamptæ**: non ſunt ab eo **ſempte**, exiſtentiatæ, aut per creationem productæ.] *Ultimò*, Quoniam, ſi hæc ſententia [quæ docet Eſſentias exſtitiſſe ab æterno] eſt vera, ſequitur, quòd non ſit poſſibilis creatio: eſt [exiſtentiatio, ſeu] productio totius entis. Res verò [ut ſupponitur] ſunt [& exiſtunt] ab æterno quantum ad eſſe quiditativum, ergo non poſſunt produci ſecundum omnem rationem entis. Vide alias rationes in Soncin. loco ſupra allegato.

LXXXVII.
An Eſſentiæ finitæ fuerint ab æterno?

Creari non potuiſſet ex. gr. Mundus, ſi ante creationem ab æterno extitiſſent Eſſentiæ.

Secunda Concluſio. *Quòd* Homo ſit animal, *eſt* [*negativè*] *ab æterno, ſi* τὸ Eſt [*idem ſit omninò, quod* **ſut**: *& ideò*] *dicat Eſſe eſſentiale & connexionem animalis cum Homine*. Hæc

An, & qualem Propoſitiones neceſſariæ, habuerint ab æterno exiſtentiam.

ſit

conclufio probatur, nam Animal ab æterno eſt de eſsentiâ Hominis. Nota tamen, quòd hoc *Eſſe* non eſt eſſe ſimpliciter reſpectu creaturæ, ſed ſecundum quid, nam eſt *Eſſe* in potentiâ. [Et hæc Nota, quam Bañes hic ſubjungit, perſuader, ad cujus me ſententiam, & & mentem illud *negativè* poſuiſſe: nam, licèt antequam crearetur primus homo, nullum ab æterno fuerit inſtans, in quo *Homo* de facto fuerit, aut exſtiterit *Animal rationale*; in omnibus potuit exiſtere, & eſſe *Animal rationale* de facto. Quam ob rem poſſumus, & ſolemus dicere hanc Propoſitionem, *Homo eſt animal rationale*, eſſe veram, & exſtitiſſe *poſitivè ab æterno* in Mente Divinâ: at in Humanâ, vel Angelicâ *ab æterno negativè* exſtitiſſe: nam ab æterno non fuit inſtans, in quo hæc Propoſitio, ſi ab Homine, vel Angelo diceretur, non eſſet vera. Et, quia iſte loquendi modus conditionem includit, ſi uti placeret aliis terminis, poſſemus dicere, omnium Propoſitionum, quæ ad materiam neceſsariam ſpectant, Veritates, *hypotheticè, & conditionatè ab æterno* exſtitiſſe.]

An ne poſitivam, an verò negativam?

An potentialè, hypotheticâ, aut conditionatam?

Tertia Conclusio. *Si Eſt, dicat veritatem* [*exiſtentis actualiter*] *Propoſitionis*, Hominem eſse animal, *non eſt ab æterno, niſi in Intellectu Divino*. Hæc [Conclufio confirmat id quod mox dicebatur: &] probatur. Nam verum eſt in intellectu, ſed ab æterno non eſt alius intellectus, niſi Divinus, *Ergo*. Ex his concluſionibus ſequitur, quòd eſsentiæ rerum antequam exiſtant, ſunt entia realia, ut ens reale diſtinguitur contra ens fictitium, non tamen in ſecundo ſenſu. [Sunt enim **ſantes**, & non **ſentes**: hoc eſt, ſunt habentes eſſe quiditativum, carentes verò exiſtentiali.]

Eſt ab æterno ſolus Deus.

Quo ſenſu rerum Eſſentiæ, ſint, & non ſint Entia realia?

Et placuit hæc omnia ex Bañeſio deſumere fuit enim Vir doctiſſimus & oculatiſſimus, gloriosèque etiam poſt fata, in ſuis Libris, & Operibus vivit.

Quintus, & qualis Bañes fuerit?

NOTA III.

Utrum benè Granadus, Suarezque differentiam, quæ inter Eſſentiam, & Exiſtentiam intercedit, exponant? An Arriaga illos benè intellexerit?

LXXXVIII.

An inter Eſſentiam & Exiſtentiam ſola diſtinctio expreſſiva, qualem Nominales comminiſcuntur, inveniatur?

ARriaga *tom.1. in 1.p. diſp.2. ſect.3. num. 65. pag. mihi 45. a* non ſolùm contrà Platonicos, Thomiſtaſque negat ab Eſsentiâ realiter Exiſtentiam diſtingui, ſed contendit probare contra Scotum, & Recentiores multos, qui præciſiones objectivas admittunt, tam ex naturâ rei, quàm rationis ratiocinatæ diſtinctionem, inter Eſsentiam, Exiſtentiamque impoſſibilem eſse, & ſolam expreſſivam, quæ rationis ratiocinantis dicitur, & à majori, vel minori claritate deſumitur, Sententiæ Nominalium ſubſcribens. Et denique Opinionem Granadi proponit, & impugnat his verbis.

[Granadus *diſp.2.* hanc diſtinctionem explicat, per hoc quòd aliud ſit *Res*, & aliud *Actualitas ejus*; non enim ullo modo aliud eſt, ut dixi, ſed ea differentia, ſeu diſtinctio rationis conſiſtit in diverſo modo eamdem rem concipiendi; quia poſſibilem ſic concipio, *ſi exiſtat, non ſequentur duo contradictoria*; exiſtentiam verò ſic, *exiſtit, & non ſequuntur*. Tam benè autem poſſum concipere de Deo primum, nõ habendo ſecundum actum, quàm poſſum de creaturâ: Ergo quoad hoc tam benè poſſum ratione diſtinguere Dei eſſentiam ab exiſtentiâ ipſius, quàm in creaturâ: nec arbitror à P. Suarez ſub his terminis, quibus à me declaratum eſt, poſſe ullo modo negari, qui fortè eam ſolam quaſi duarum formalitatum ex parte objecti diſtinctionem negat, quod ei concedimus, licèt in eo conſequenter videatur minùs benè diſcurrere, quòd aliter in creaturis putet eſſe ſentiendum.

An Res à ſua differat Actualitate?

Caramuelis Leptotatos.

N. B. Conceptus Dei poſſibilis impoſſibilis eſt: Eſſentia enim, quæ caret Exiſtentia, non eſt Deus.

Ego autem exiſtimo non benè ab Arriagâ impugnari Granadum: & hanc ob rem

Dico Primò. *Non ſolùm in genere* **ſendi** (habendi eſſe exiſtentiale) *ſed etiam in genere* **ſandi** (habendi eſſe quiditativum) *Potentia ab Actualitate in Creaturis diſtinguitur*.

De Potentiæ & Actualitatis diſtinctione.

Et id in **sendi** genere, perſuadent Creaturæ Poſſibiles, quæ poſſunt actum exiſtentiæ recipere: & in genere **sandi**, demonſtrat id Materia-prima, quæ poteſt actum **sandi**, ſeu actum quiditativum recipere. Et in utroque genere inter Potentiam, Actumque realem diſtinctionem admittimus.

Qualis ſit Potentia Creaturarum Poſſibilium. Et qualis Potentia ſit Materiæ primæ.

Dico Secundò, *Rem poſſibilem non benè explicari ab Arriagâ*. Nam, cùm *Hominem* dico, priùs examino, quid hoc nomine ſignificetur; & poſteà, An illud ſignificatum ſit poſſibile, & eſſe poſſibile ſuppono, ſi in ſuo conceptu terminos contradictorios non includat. Et addo reperiri contradictorios poſse terminos ab omni exiſtentiâ præſcindendo, Impoſſibilia enim non ideò repugnant, quia impoſſibilia ſunt: ſed ideò impoſſibilia ſunt, quia repugnãt. Et, ut hanc doctrinam dilucidem duo nomina meditanda propono; videlicet, ἄνθρωπος, & κυκλογώνιον.

Quid ſit Res poſſibilis?

An repugnantia in terminis præſcindendo ab Exiſtentia reperiatur?

Et quid, quæſò, primo nomine, ſignificatur? Hoc Græco vocabulo ἄνθρωπος (quod eſt *Homo* latinè) ſignificatur *Animal Rationale*. Et iſti duo termini etiam ab omni exiſtentiâ præſcindendo, componibiles ſunt, non enim alter deſtruit alterum. *Ergo* Homo eſt poſſibilis, hoc eſt, poteſt recipere exiſtentiã: quam non poſſet recipere, ſi illi duo termini in genere **ſandi** (conſiderati ab omni Exiſtentiâ præciſi) ſe eliderent, & alterum alter negaret.

In Hominis cõceptu nulla contradictio invenitur.

Et quid alio nomine ſignificatur? Hoc Græco vocabulo κυκλογώνιον (quod eſt *Circulangulare* Latinè) ſignificatur *Circulus habens angulos*. Et iſti duo termini, etiam ab omni Exiſtentiâ præſcindẽdo incomponibiles ſunt, alterum enim alter deſtruit. Quoniam Circulus eſt Figura quæ nullum habet angulum. *Et habere angulos, & non habere angulos* ſunt termini contradictorii. Figura igitur Circulangularis impoſſibilis eſt; hoc eſt, non poteſt recipere Exiſtentiam. Et cur illam non poteſt recipere? Dicam. Impoſſibilitas non provenit à **sendo** ſed à **sando** (non ab Eſse exiſtentiali, ſed ab Eſse quiditativo procedit) quoniam *habere angulos, & non habere angulos*, in **sandi** genere, & ab omni exiſtentia præſcindendo, inter ſe ipſos repugnant.

LXXXIX.

Circuli Angularis conceptus dicit contradictionem.

An à **ſando**, an verò à **ſendo** proveniat rerum impoſſibilitas?

Dico Tertiò, *Non benè Rem exiſtentem ab Arriagâ explicari*. Ejus verba ſunt. *Sic rem exiſtentem concipio. Exiſtit, & non ſequuntur duo*

Quid ſit Res exiſtens?

contradictoria. Dicit idem per idem: & quod eſt falſum, addit. Eum idem per idem dicere aſſero, affirmat enim, ut conſpicis, tunc me rem exiſtentem concipere, quando concipio, quòd exiſtit. Et eum addere falſum affirmo, quia ruſticus, qui non ſcit, quid *contradictoriorum terminorum* nomine intelligatur, Solem ex. gr. quem proſpectar, ut exiſtentem concipit, & an ſequantur, aut non ſequantur Contradictoria, minimè cogitat.

Non repugnātia non eſt formaliter ipſamet Poſſibilitas, aut Exiſtētia, ſed quid præreqniſitū, ut Res Poſſibilis, aut exiſtēs dicatur.

Dico Quartò, *aliter de Deo, & aliter de Creaturis in hac Quæſtione debemus diſcurrere, & philoſophari*. Quoniam hæc Propoſitio eſt formabilis ab Humano Intellectu: nimirùm, *Si exiſtat Homo, non dabantur duo contradictoria*: at iſtam, *Si exiſtat Deus, non dabuntur duo Contradictoria*, ab eo intellectu, qui præſciat, quid *Dei* nomine ſignificetur, conformari non poteſt. Et ratio eſt, quia illud *ſi* in priori habet locum, quia ille poteſt eſſe, & non eſſe. At in Deo, qui neceſſariò eſt, illud *ſi* (illa conditionata exiſtentia) ſine ſacrilegio poni nequit.

Non poſſunt fieri Conditionatæ Propoſitiones de Exiſtentia Divina: nam neceſſariò exiſtit De⁹.

Dico Quintò, *Non benè ab Arriagâ proponi Opinionem Suarezii*; Et probatur, quoniam ipſe Suarez cum multis aliis, inter Eſſentiam, & Exiſtentiam, nec Realem cum Thomiſtis, nec Expreſſivam cum Nominalibus, ſed cum iis, qui præciſiones objectivas admittunt, diſtinctionem rationis ratiocinatæ interſerit. Et me benè legiſſe & intellexiſſe Suarezium, probo ejus producendo Diſcipulum (P. Georgium de Rhodes) qui *in Philoſophia Peripatetica lib. 3. diſp. 2. qu. 2. ſect. 2. §. 2. pag. 632. b.* ſic ſcribit. [Dico Eſſentiam actualem, ſpecificativè ſumptam, diſtingui ratione ratiocinatâ, per conceptum objectivum, diverſum ab Eſſentiâ actuali: & Eſſentiam ſpecificativè poſſibilem diſtingui ratione ab Exiſtentiâ poſſibili. Ita communis fert ſenſus Doctorum, ut rectè oſtendit Suarez *diſp. 31. ſect. 6.* &c.]

Qualem Suarez inter Eſſentiam & Exiſtentiam diſtinctionem admittat?

Qualem etiam Rhodeſius, & multi alii.

NOTA IV.

De aliis Autoribus, qui etiam ſcitè inter ſare, & sere (*Eſſe quiditativom, & Eſſe exiſtentiale*) *differentiam invenerunt, & dilucidarunt.*

XC.

*] Quas Antepredicamenta *vocat Maſius, in ipſomet Ariſtotelis textu* προκατηγορίαι, Procategoria *nomine purè Græco dicuntur*

Placet adhuc hanc differentiam, quæ inter ſare, & Sere demōſtrare P. Philippi de Sanctiſſimâ Trinitate, & aliquorum celebrium Thomiſtarum autoritate. Ipſe enim *in Summ. Philoſoph. 3. p. lib. 2. qu. 11. pag. 683.* hanc Quæſtionem proponit; videlicet *Utrum* Ens, *quod dividitur in decem Prædicamenta ſignificet eſſentiam?* quod eſt petere, *Utrum ſit* sans, *an vero* Sens? Et reſpondet dicens, *Cum Prædicamentum ſit ſeries, ſeu coordinatio attributorum* (ſeu prædicamentorum) *eſſentialium*, Ens, *quod dividitur in decem Prædicamenta* (*eſt* Sans, *& non* ſens) *nam ſignificat eſſentiam, & non tantum exiſtentiam*. Et aſſerit hanc eſſe ſententiam expreſſam D. Thomæ, quem communiter ſequūtur Philoſophi, & præcipue Thomiſtæ: & præter multos alios Capreolus *in 1. diſt. 3. qu. 1. ad 10.* Ferrarienſis *1. contr. Gent. cap. 25.* Sotus *in* [*] *Antecateg. cap. 4. qu. 1.* Argentinas *in 1. diſt. 3. qu. 6. art. 2.* Maſius *in* [*] *Antepredic. cap. 6. ſect. 2. qu. 2.* & alii.

Probatque Concluſionem autoritate Divi Thomæ, qui *quodl. 2. qu. 2. art. 1.* & iterum *in libr. 10. Metaph. lect. 3.* ſic ſcribit. Ens, *quod dividitur in decem Prædicamenta, ſignificat ipſas naturas decem Generum, ſecundum quod ſunt actu, vel potentiâ.* At Ens exiſtens (Sens) non poteſt in actum, & potentiam dividi; quoniam exiſtendi actum importat. Ens ergo, quod dividitur, eſt Sans, quod importat eſſe quiditativum.

Verùm Sans, an Sens (*Ens quiditativum*, an verò *Ens exiſtentiale*) in decem Prædicamenta diſtribuatur?

Et poſteà à ratione argumentatur ſic. Prædicamentum eſt ſeries, & coordinatio prædicatorum eſſentialium, ſive quæ eſſentialiter prædicantur. Sed exiſtentia non eſt prædicatum, ſeu attributum eſſentiale, reſpectu illorū, quæ in Prædicamentis continentur; quoniam nō nulli enti creato ipſa convenit eſſentialiter; ſolùm enim Ens Increatum (Deus) eſſentialiter exiſtens eſt.

Quid ſit Prædicamentum.

An Exiſtentia ſit Eſſentiæ accidens?

Confirmat hanc rationem dicens, hæc eſt ſeries prædicatorum in Prædicamento Subſtantiæ, *Petrus eſt homo, Homo eſt animal, Animal eſt vivens, Vivens eſt corpus, Corpus eſt ſubſtantia*, & proportionaliter in aliis Prædicamentis. Sed hæc omnia ſignificant eſſentiam, & ſunt Prædicata eſſentialia, quoniā ſive Petrus exiſtat, ſive non exiſtat, hæ Propoſitiones ſunt veræ; immò ſunt *Æternæ* Veritatis. Ergo eſt & Sans, & non Sens (hoc eſt, eſſentiam, & non exiſtentiam importat) *Ens*, quod in Prædicamenta diſpeſcitur.

Quinam ponēdi Gradus ſint in Prædicamento Subſtantiæ?

Præterea monendus eſt Lector P. Philippum inter actum eſſendi, & actum exiſtendi (hoc eſt, inter actum Sandi, & Sendi) diſtinguere, quoniam huic argumento reſponſurus [Quod ponitur in Prædicamentis eſt Ens actu, ut *de Ente, & Eſſentiâ* Cajetanus pronunciat. Sed ſolùm Ens exiſtens eſt Ens actu. Ergo ſolùmodò *Ens* exiſtens, in Prædicamentis collocatur.] ſic inquit. [Dicendum, non ſolùm Exiſtentia eſt bona, ſed etiam ipſa Eſſentia actualis prout dicit ordinem ad Exiſtentiam, &c.] Sed [N.B.] eſſentia prout dicit ordinem ad Exiſtentiam, non habet actum exiſtendi, & tamen habet actum, nam *eſſe actualem* P. Philippus dicit. Ergo præter actum Sendi (exiſtendi, ſeu habendi eſſe exiſtentiale) datur actus Sandi (ſeu habendi eſſe quiditativum.) Et hanc doctrinam firmat evidentiſſimè *in reſp. ad 2.* dicens. [Eſſentia actualis, in illo priori naturæ, quo præcedit Exiſtentiam, eſt Ens actu (nempe, actu Sat) licèt dicat ordinem ad ulteriorem actum; ſcilicet, ad Exiſtentiam. &c.] Cognoſcit igitur, & admittit P. Philippus duos actus; nempe, alterum Eſſentiæ, & alterum *Exiſtentiæ*: vel ut in Scholaſticâ dialecto loquimur, actum Sandi, & actum Sendi.

Actus eſſendi, & actus exiſtendi differunt inter ſe.

An Eſſentiæ, quæ non exiſtunt, ſint actuales?

Etiam inter Sare, & Sere (inter eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) ſcitè diſtinguit P. Georgius Rhodeſius *in ſua Philoſophia Peripatetica lib. 1. diſp. 2. qu. 1. ſect. 1. pag. 15. b. §. Dico ſecundò*, ſic enim ait. [Ens rationis propriè dictum non omni dumtaxat caret exiſtentiâ reali actuali, ſed etiam poſſibili; adeò ut verum Ens rationis neque actu ſit, neque poſſit ullo modo eſſe à parte rei. Contra Hurtadum *diſp. 19. Metaph.* Ratio eſt, quia Ens rationis illud ſolùm eſt, quod opponitur enti reali: illud

XCI.

De Entis realis & Entis rationis diſtinctione.

autem

An Ens rationis aliquod Eſſe habeat?

autem Ens, quod eſt poſſibile, omninò reale eſt, ut oſtendam *in Metaph.* Actualis enim exiſtentia eſt accidentalis *Enti* reali, ergo non fit reale per exiſteotiam actualem, atque adeò eſt reale antequam exiſtat actu: Ergo ens poſſibile non eſt ens rationis.]

An Logica careat objecto?

Caret vocabulis, & Sare,

Eſſe quiditativum, nomine Exiſtentiæ eſſentialis intelligit

DN. Bonifacius Bagatta *in Logic. diſp. proœm. ſect. 2. num. 16. pag. 31. b.* impugnat Morandum, qui *Proœmiali Logic. quæſt. 6.* Logicam carere objecto aſſerit, quia cujuſcumque Scientiæ Objectum debet eſſe Exiſtens, & tamen id quod dicitur eſſe objectum Logicæ nō exiſtit: ipſa enim non contemplatur Syllogiſmum exiſtentem & factum, ſed faciendum. Et, ut hanc Opinationem refellat ſic ſcribit. [*Reſpondetur*, quòd Objectum debet eſſe exiſtens, non actu, ſeu quòd ſit extra cauſas, ſed [N.B.] Exiſtentiâ eſſentiali; ſcilicet, quòd ejus eſſentia ſit in rerum naturâ, atque adeò ſpeculabilis. Quare licèt Syllogiſmus, de quo loquitur, non ſit exiſtens, attamen ejus eſſentia poteſt cognoſci, & ſic eſſe objectum Logicæ Scientiæ, &c.] Ubi, ut vides, rem intelligit, non poteſt tamen ſuam mentem exprimere vocabulorum defectu. Interim inter *exiſtentiam eſſentialem*, & *actualem* diſtinguit. *Exiſtentiamque eſſentialem* appellat. quod Izquierdus *eſſe quiditativum*, & nos Sare vocamus: vocat autem *exiſtentiam actualem*, quod *eſſe exiſtentiale* Izquierdus, & nos Sere appellamus.

An detur Scientia Practica?

Et conſultò Morandi Placitum *Opinationem* nominavi, quoniam, ſi illud admittitur, aut omnes Scientiæ & Artes practicæ ſunt auferendæ: aut dicendæ ſunt non habere objecta, de quibus diſſerere poſſint.

Duplex in Creaturis admittendus eſt tranſitus.

De quiditativa Exiſtentia. An admittenda ſit?

CArebat vocabulis convenientibus Bañes, & *in 1 part. quæſt. 3. art. 4. concl. 6. pag.* 101. *b.* duos in Creaturis tranſitus contemplabatur: alterum ex nihilo ad aliquid, & alterum ex non exiſtere ad exiſtere, utramque formam, tam illam quæ rem ex nihilo ad eſſe quiditativum perducebat, quam illam, quæ eamdem rem in eſſe exiſtentiali conſtituebat, vocavit *Exiſtentiam*, dixit enim. *Exiſtentia, quæ complet potentialitatem Subſtantiæ non ſolum ut ſint extra nihil, ſed ut per ſe exiſtat, id eſt, non in ſubjecto*. Cognovit igitur potentialitatem ut res ſit Ens & non ſit Nihil: & cognovit alteram potentialitatem, ut ſit Exiſtens, & non ſit non exiſtens. Actum, qui complet has duas potentialitates, cùm non occurreret melius vocabulum, *Exiſtentiam* vocavit: At opportuniùs illum diceret *Eſſe*, & inter *Eſſe* quiditativum, & *Eſſe* exiſtentiale diſtinguens, ſic reſcriberet illam Propoſitionem. Esse, *quod complet potentialitatem ſubſtantiæ, eſt duplex: alterum, quod Subſtantiæ potentialitatem complet, ut fiat extra nihil, & dicitur* eſſe quiditativum (*nobis* Sare) *alterum, quod ejus Subſtantiæ potentialitatem complet, ut per ſe exiſtat; hoc eſt, non in ſubjecto; & dicitur* eſſe exiſtentiale (*nobis* Sere)

De Eſſe Quiditativo, & Exiſtentiali.

ET hunc Paragraphum claudat Lalemandetius, qui *in Logic. diſp. 6. part. 7. column.* 219. ſimiliter Sare à Sere diſpeſcit. Interrogant enim, *an Ens quod dividitur in Categoriis, ſit Ens nominaliter, an verbaliter?* hoc eſt, *An ſit Ens, quod habet Eſſentiam realem; an verò quod exiſtentiam importat?* reſpondet dicens [Cajetanus *in caput 4. de Ente & Eſſentiâ* opinatur, eſſe Ens ſignificans exiſtentiam; communior tamen Philoſophorum Sententia eſt, Ens in ſumma Genera dividi, prout ſignificat eſſentiam: proinde [*] Exiſtentiam non per ſe poni in Categoriis. &c.

[*] Etſi ſit falſa Cajetani ſententia, quam P. Philippus à Sanctiſſima Trinitate, & jam Thomiſta univerſi rejiciunt, ſi Exiſtentiæ nomine Perſiſtentia aut Duratio intelligatur, directè poterit in τ8

Quando Prædicamento collocari.

Caramuelis Leptotatos.

Sufficiat produxiſſe hos Anthores, nec enim plures citare neceſſarium videtur, quoniam omnes Philoſophi, licèt in verbis, & ſe explicandi modo differant, conveniunt in ſententiâ, quam impræſentiarùm dilucido.

NOTA V.

An bene aliqui Recentiores ex Sententiâ Doctrinæ Divo Thomæ contrariâ, ad Simplicitatem Dei probandam legitima argumenta deducant?

XCII.

De Eſſentiæ & Exiſtentiæ diſtinctione.

DIximus cum Præceptore Angelico & Thomiſtis in Creaturis Exiſtentiam realiter ab Eſſentiâ diſtingui & cum iiſdem aſſerimus illas in Deo nec formaliter quidem (per rationem ratiocinatam) diſtingui. Et, quia has duas Aſſertiones non poſſe componi exiſtimant nonnulli Scriptores Novitii, ſic

An quæ in Humanis diſtinguuntur realiter, in Divinis diſtinguantur formaliter?

Arguunt Primò. *Si in humanis Eſſentia & Exiſtentia realiter diſtinguerentur, diſtinguerentur in Divinis formaliter. At in Divinis non diſtinguuntur formaliter. Ergo in humanis realiter non diſtinguuntur.* Et hoc contra Primam Propoſitionem.

An ex uno & eodem Fundamento deduci poſſint Conſequentiæ contrariæ?

Et arguunt Secundò. *Si in humanis Eſſentia & Exiſtentia realiter diſtinguerentur, diſtinguerentur in Divinis formaliter. At per Vos in humanis realiter diſtinguuntur. In Divinis igitur diſtinguuntur formaliter.* Et hoc contra Propoſitionem ſecundam.

Deum eſſe ſimpliciſſimum Ens demonſtratur.

Reſpondeo Deum eſſe Ens ſimpliciſſimum & formalem Eſſentiæ & Exiſtentiæ indiſtinctionem, quæ in eo aſſeritur & adoratur, à rebus humanis non pendere, ſed evinci clariſſimè iſtâ Demonſtratione.

Quid ſit Deus?

Deus in ſuo eſſentiali conceptu omnes perfectiones poſſibiles & intelligibiles continet. At Exiſtentia eſt perfectio. Continetur ergo in Eſſentiæ Divinæ conceptu. Non ergo formaliter ab illâ diſtinguitur.

An concipi poſſit, ut poſſibilis?

Et hinc deducitur hoc Corollarium, *Repugnat Dei poſſibilis eſſentialis conceptus*. Demonſtratur. Quia Ens poſſibile, caret aliquâ perfectione, nempe, Exiſtentiâ. Sed repugnat, conceptus Dei carentis aliquâ perfectione. Ergo repugnat conceptus Dei poſſibilis.

An, & quomodo perfectiones Divinæ inter ſe diſtinguantur?

Quo modo in homine Animalitas & Rationalitas?

Non autem hinc deducitur perfectiones in Deo non diſtingui formaliter (hoc eſt, ratione ratiocinatâ, ut loquuntur Thomiſtæ) quia ſicut de eſſentiâ Hominis eſt Animalitas, & Rationalitas, & tamen ratione ratiocinatâ inter ſe diſtinguuntur, & ſingulæ includuntur in Homine: ſic ſimiliter, etſi de eſſentiâ Dei ſint omnes & ſingulæ perfectiones Divinæ, nihilominùs ratione ratiocinatâ inter ſe diſtinguuntur; & Exiſtentia, (aut quæcumq; alia Divina perfectio) ut Rationalitas ab Homine

Digitized by Google

(ut formalitas incluſa ab includente) diſtinguetur.

His præmiſſis: videamus, An bene P. Rodericus Arriaga, & apud eum Suarez, in Deo Eſſentiam ab Exiſtentiâ formaliter non diſtingui perſuadeat. Hanc enim *tom. 1. in 1. part. diſp. 2. ſect. 3. num. 65. pag. mihi 45. a.* ſic ſcribit.

An Divina Exiſtentia ut condiſtincta ab eſſentia poſſit concipi?

Arguit (nimirùm, P. Suarez) quia, ſi Exiſtentia Divina concipitur, ut aliquid ratione noſtrâ diſtinctum ab Eſſentiâ, eo ipſo debet concipi ut aliquid dimanans ab ipſâ eſſentiâ: Hoc autem repugnat, nam ut poſſit aliquid ab alio etiam ratione emanare, debet concipi illud aliquid ut exiſtens verè & realiter, ſeu ut ens actu; ea enim emanatio eſt per modum productionis, quæ ſupponit jam exiſtens ipſum principium; Atqui eo ipſo quo ſupponitur Eſſentia Divina ut actualis, oportet ut ſit exiſtens; Ergo nec ratione poteſt diſtingui ab exiſtentiâ.

XCIII.

Vnum & idem Argumentum quod uni videtur fortiſſimũ, alii debile videri poteſt.

Sanè veram Propoſitionem (quam, ut paulò ante vidiſti, ex legitimo fundamento perſuaſi) probat Suarius debili & elumbi argumento: quod tamen magnifacit Arriaga: inquit enim. [Fateor Argumentum eſſe acutum. At, quod eodem planè modo probat, nec quidem in creaturis debere concedi eam diſtinctionem; nam eodem modo dicam; *Eſſentia Angeli ut ratione diſtincta non poteſt eſſe radix Exiſtentiæ, quia ut præciſa ab Exiſtentiâ, non concipitur ut exiſtens: Ergo non poteſt eſſe radix, quia nihil non exiſtens eſt radix, Ergo nec diſtinguitur ratione.*

N. B.

Eſſentia non eſt radix Exiſtentiæ: non enim Exiſtentia ab Eſſentia dimanat, ſed Eſſentiæ ab Agente Extrinſeco communicatur.

Pergit ulteriùs, & à Divinis ad Humana, & Angelica rationis paritatem deducens, ſic ſubſcribit. [Propter hoc argumentum & aliquot alia, dixi non debere, nec quidem in creatis, admitti duas quaſi formalitates ex parte creaturæ, quarum una ſit Eſſentia, altera Exiſtentia, ad eum modum, quo admittitur una formalitas, quæ ſit rationalitas; altera, quæ ſit animalitas; ſed eam diſtinctionem rationis fieri ex ſolo modo diverſo concipiendi, nõ ex diverſitate ex parte objecti illo modo.] Sentit ergo Arriaga inter Eſſentiam & Exiſtentiam in Creaturis nullo modo rationis ratiocinatæ diſtinctionem (quæ in diverſis conceptibus objectivis conſiſtit) admittere; ſed tantummodò poſſe diſtinctionem rationis ratiocinantis, quâ utuntur Nominales, qui formalitates per expreſſiones ad diverſa connota ſecernunt. Et quia Arriaga militat ſub Nominalium labaro, ſic de creatâ Exiſtentia diſcurrit, pollicetur que ſe hanc ſuam ſententiam uberiùs eſſe dilucidaturum, cùm agat de Simplicis Intelligentiæ & Viſionis differentiâ, quæ ab objecto (hoc eſt, à Creaturis) poſſibilibus & exiſtentibus (vel ut meus Metaphyſicus loquitur, ſantſbus & ſentſbus) ſumitur.

An in creaturis Eſſentia & Exiſtentia ratione ratiocinata diſtinguantur?

Arriaga eſt Nominalis, & ideò diſtinctiones expreſſivas, deſumptas à connotatis, adſtruit.

Sic Suarez & Arriaga diſcurrunt: aſſumentes Propoſitiones, quæ quantâ facilitate aſſeruntur, tantâ, aut etiam majori negantur. Præcipuas ſubjiciamus examini.

XCIV.

An Exiſtentia ab eſſentia dimanet?

In ipſo initio hæc ponebatur. *Si Exiſtentia Divina concipitur ut aliquid ratione noſtrâ diſtincta ab Eſſentiâ, eo ipſo debet concipi, ut aliquid dimanans ab ipſâ Eſſentiâ.* Et ſtatim interrogo, Quid in illorum Lexico *dimanare* ſignificet? Quoniam in Thomiſtico eſt comproduci, ut conſtat ex Complutenſibus *in Phyſic. libr. 2. diſp. 10. quæſt. 5. §. 1. num. 21.* dicentibus, *Dimanationem Proprietatum ab Eſſentia, non eſſe veram actionem, diſtinctam ab actione Generantis*, citantibuſque D. Thomam, cùm alibi, tum etiam *1. part. quæſt. 77. art. 6. ad 2. & 3.* nec non *art. 7. in corp.* quem præter Thomiſtas Conimbricenſes *libr. 2. de Anim. cap. 3. quæſt. 3. ad 1.* Fonſeca *5. Metaph. cap. 2. qu. 6. ſect. 5.* & alii Recentiores ſequuntur.

Quid *dimanare* ſit?

Subſumo. At Divinitas ſeu Eſſentia Divina eſt improducta. Ergo non poteſt concipi ut producta. Ergo Exiſtentia Divina non poteſt concipi ut comproducta. Ergo nec ut dimanans.

An eſſentia Divina Divinam exiſtentiam producat?

Ego autem verbum *dimanare* in Divinis attributis tunc tantùm tolerabo, aut admittam, quando ſit idem ac *inferri*, quo ſenſu, *Omne Intellectivum eſſe Volitivum*, Sanctus Thomas pronunciat, ex eo videlicet, quòd Voluntas ex Intellectu neceſſariò inferatur.

An *dimanare* ſit *inferri*?

Secunda Propoſitio, quæ debet in examen vocari, eſt, quæ ibidem ſubſumitur. Videlicet. *Ut poſſit aliquid ab alio etiam ratione emanare, debet concipi illud aliquid ut exiſtens verè & realiter; ſive ut Ens actu.*

An radix debeat præexiſtere, ut aliquid ab illa dimanet?

Et dico Primò hic Sare cum Sere (hoc eſt *Eſſe quidditativum*, & *Eſſe exiſtentiale*) confundi, Quoniam, cùm dicimus Materiam-primam eſſe Puram-potentiam, nomine *Potentia* intelligimus rem quæ refertur ad actum: & *Actûs* nomine, quem reſpicit talis Potentia, quidditativum & Exiſtentiale actum intelligi debere affirmamus.

XCV.

Quem actum Materia prima prout eſt pura potentia reſpiciat?

Et dico Secundò, ſumendo *emanare* pro *inferri*, non eſſe neceſſarium ut realiter Antecedens exiſtat, ut Conſequens bene inferatur. Conſidera Syllogiſmum ſequentem.

Omnis homo eſt Leo,
Omnis Leo eſt rationalis.
Ergo omnis homo eſt rationalis.

in ipſo enim non ſolùm non exiſtit, ſed neque poteſt exiſtere, id quod dicitur in Præmiſſis, & tamen eſt bona Conſequentia, & verum Conſequens.

De radice illativa. An, & quomodo debeat præcedere?

Et dico Tertiò etiam ſi *emanare* ſit *producere*, falſam eſſe Aſſertionem Arriagæ. Licèt enim nulla Cauſa efficiens poſſit realiter effectum ſuum producere, quin realiter exiſtat, poteſt tamen concipi & intelligi producens, quin exiſtens concipiatur aut intelligatur. Quando enim aliũ Mundũ, & in eo aliumSolẽ producentem & diffundentem radios concipio, nil exiſtens concipio; intelligo enim illum alium Mundũ eſſe merè poſſibilem, illum Solem eſſe merè poſſibilem; illamque lucis productionem & diffuſionem eſſe merè poſſibilem.

De Cauſa efficiente. Verùm debeat præexiſtere?

Et dico Quartò, ſi *emanare* ſit *uniri*, non eſſe neceſſariũ ut *E*ſſentia habeat exiſtentiam. *E*t id probat ipſa Materia-prima, quæ recipit Formam, & poſteà per Formæ exiſtentiam exiſtit. Ergo pro illo priori intelligebatur recipiens, & tamen non intelligebatur exiſtens. Id bene exponunt Complutenſes *in libr. Phyſic. diſp. 3. quæſt. 4. §. 2. num. 24.* Contra ſe enim hoc commune argumentum proponunt. *Omnis Cauſa eſt prior ſuo effectu. At Materia-prima eſt Cauſa. Ergo eſt prior Compoſito. Ergo*

Verùm Vnio exiſtentiam requirat?

pro

An ante propriam operationem præexiſtere debeat omnis Cauſa?

pro illo priori exiſtebat. Ergo non exiſtit Exiſtentiâ Compoſiti. Et reſpondent diſtinguendo Majorem. Quoniam id [*] quod de Efficiente verificatur, in Materiali non requiritur; ut enim Formam recipiat & ſe communicet Compoſito, non debet ſere, ſed ſare: ſufficit enim quòd habeat eſſe quiditativum, & non requiritur ut habeat Eſſe exiſtentiale.

*] *Sed neque Efficiens debet præexiſtere, poteſt enim operari in primo ſuæ durationis inſtanti.*

Hinc patet eſſe elumbe argumentum, quo vult probare Arriaga non ratione ratiocinatâ aut ex naturâ rei, prout Scotiſtæ volunt, ſed ratione ratiocinante, ſeu tantùm expreſſivè ab Eſſentiâ in Creaturis Exiſtentiam ſecerni. Dico enim non ratione tantùm, ſed realiter Eſſentiam Angeli à propriâ Exiſtentiâ diſtingui. Nego autem Eſſentiam Angeli eſſe Exiſtentiæ radicem, non enim Exiſtentia in Angelo ab Eſſentiâ producitur, ſed Deus qui Angelo Poſſibili ſimplici illum Intelligentiâ concipiendo, dedit ſare (*Eſſe quiditativum*) quando voluit applicando ſuæ voluntatis actû dedit Sere (*Eſſe exiſtentiale*) hoc eſt, ex Poſſibilitatis ſtatu ad ſtatum Exiſtentiæ tranſmiſit.

De exiſtentia Angeli.

Quo modo Poſſibilia, & exiſtentia illud eſſe quod habent, à Deo recipiant?

An-ne Ego primus, ſoluſque, qui hanc Sententiam habuerit? Non puto. Illam enim inſinuat P. Antonius Bernaldo de Quiros *in Philoſoph. Curſûs tract. 2. part. 4. diſp. 30. ſect. 1. num. 5. pag. 198 a.* Ibi enim ut diluat Argumentum [*] quod ideò vires videbatur habere, quòd Verbum Subſtantivum ſignificatione importunâ onerabat, ſcribit ſic. [Reſpondeo cum Conimbricenſibus (*in Logic. cap. 4. qu. 2. art. 4. ſect. 2.*) ly *eſt* ſignificare eſſe per modum actuantis; eſſe inquam præſcindens ab exiſtentiâ vel eſſentiâ juxta *diſp. 1. §. 19.* determinandam tamen juxta qualitatem prædicati; nam de omni verbo ait Ariſtoteles conſignificare copulam, &c.

*] *Pleroque omnes in Metaphyſica difficultates in Verbi Subſtantivi æquivocatione oboriuntur.*

In quibus verbis nota primò illud *per modum actuantis*, ut ſcias, ſicut eſt duplex *Eſſe*, nempe Quiditativum & Exiſtentiale: ita etiã dari duplicem Actualitatem, alteram, quæ ad (Sare) Eſſentiæ exercitium pertineat; & alteram, quæ ad (Sere) Exiſtentiæ exercitium ſpectet.

Datur duplex Actualitas, altera eſſentialis & altera exiſtentialis.

Et nota ſecundò illud, *Eſſe præſcindens ab Exiſtentiâ, vel* (lego, *&*) *Eſſentiâ* Ergo datur formalitas à Sare, & Sere (hoc eſt, ab *Eſſe quiditativo, & ab Eſſe Exiſtentiali*) abſtracta.

Reſolutio Bernaldi.

NOTA VI.

Utrùm à Sare & Sere (*hoc eſt, ab* Eſſe quiditativo, *&* Eſſe Exiſtentiali) *abſtrahi poſſit unum* Eſſe *commune, quod poſſit de utroque prædicari?*

XCVI. Utrùm eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale in aliquo ſuperiori prædicato conveniant?

Reſpondeo affirmativè: quoniam Sare & Sere (*Eſſe Eſſentiale, & Eſſe Exiſtentiale*) ſunt inter ſe ſimilia: & ideò ab ipſis abſtrahi poteſt aliqua, quæ univocè, aut ſaltem analogicè ſit communis, formalitas.

Sire

Tertia eſſendi differentia explicatur.

XCVII. An Circulus, & Triangulus, ſi infinitæ magnitudinis ſint diſtinguantur?

Inter Circulum, Triangulumque realis intercedit diſtinctio. Cæterùm, ſi uterque in infinitum creſcerent, coinciderent; quoniam Circulus infinitus, & Triangulus infinitus, ſi per impoſſibile darentur, non eſſent inæquales, alterutrer enim haberet centrum ubique, & nullibi circumferentiam.

An Sare, & Sere, ſi ſint infinita, coincidant?

Sic ſimiliter ſi agamus de rebus finitis, inter ſare, & ſere (inter *eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale*) realis, & manifeſta intercedit diſtinctio. At in Deo, quia ſare in ipſo eſt infinitũ, & ſere in ipſo eſt infinitum, coincidunt, quin actualis [*] diſtinctio inter ea reperiatur. Cognovit hanc Veritatem D. Thomas, qui *lib. de Ente & Eſſentiâ cap. 6. mihi ſect. 32.* ſic ſtatuit, *Deus eſt, cujus eſſentia eſt ipſum* eſſe. *Et ideò inveniuntur aliqui Philoſophi dicentes, Quòd Deus non habet eſſentiam; quia eſſentia ejus, non eſt aliud, quàm* eſſe (*exiſtentia*) *ejus*. Et hanc Concluſionem in aliis locis ſcitè reperit. Nam *1. p. qu. 8. art. 1.* ſic ſtatuit. *Cùm Deus ſit ipſum eſſe* (ſit ipſum exiſtere) *per ſuam eſſentiam, oportet quòd eſſe* (exiſtere) *creatũ ſit proprius effectus ejus.* Conſonat ſibi *lib. 3. contr. gent. cap. 66.* inquit enim. *Quod eſt per eſſentiam tale, eſt propria cauſa ejus, quod eſt per participationem tale. Deus autem ſolus eſt ens* (exiſtens) *per eſſentiam ſuam, omnia autem alia ſunt entia* (tam ſantia, quàm ſentia) *per participationem, nam in ſolo Deo eſſe* (exiſtere) *eſt ſua eſſentia. Eſſe* (exiſtere) *igitur cujuſlibet Exiſtentis eſt proprius effectus ejus*. Vide Patrem Philippum à Sanctiſs. Trinit *in Summ. Philoſoph. 3. p. qu. 19. art. 3. pag. 754. a.*

*] *Nulla quidem eſt actualis, ſed poteſt hyperbolica diſtinctio admitti.*

In Deo eſſentia & exiſtentia coincidunt.

Ecce

Ecce in Deo eſt Sare, & Sere: ſed hæc ipſa toto cælo diverſa ſunt à Sare, & Sere creaturarum: in Deo enim coincidunt, quæ in creaturis realiter diſtinguuntur. Ergo, ut horum duorum (Sare, & Sere) ſignificetur coincidentia, debemus invenire ſpeciale vocabulum. Syre igitur ponat nobis ob oculos Eſſentiam illam exiſtentialem, ſeu illam eſſentialem Exiſtentiam, quam in Deo ſuſpicimus & adoramus. Illud *Eſſe* nimirùm, quod in nullo Idiomate ex vulgaribus ſufficienter exponitur.

Quid ſit Syre?

Fortaſſis in confuſione Babylonicâ habuerunt homines infuſa à Deo vocabula, quibus ideas & conceptus ſublimiores exprimerent; fortè neceſſaria tantummodò; ſcitè enim ſcribit Ariſtoteles *Deum & Naturam, nec abundare in ſuperfluis, nec in neceſſariis deficere*. Ut illa ſub initium habuerint, amiſerunt ſuccedente barbarie, ita ut ne quidem Lingua Hebræa, niſi in eam tranſeat, quæ vocatur *Rabbinica*, & in Judæorum libris Philoſophicis & Theologicis legitur, apta ſit, ut ſubtilia tractentur.

An linguæ, quæ ex Babylonica confuſione reſultarunt, fuerint ſub initium perfectæ?

Inter locos difficiles, & opportuno Commentario digniſſimos ille eſt, qui *Exod.* 3. 14. legitur. Mittebat Deus ad Pharaonem, potentiſſimum Ægyptiorum Monarcham, Moyſem, paſtorem balbutientem & pauperem. Et hic tenuitatis & inſufficientiæ propriæ conſcius, *Quis ſum ego*, inquit, *ut Pharaonem conveniam, Populumque Iſraël ex Ægypto ſubducam? Potet ſtatim à me Pharao, Cujus autoritate rem tam arduam aggrediar. Si dicam, Tuo: reſcire illicò volet, Quod eſt tuum nomen*. Illi autem Deus. אהיה אשר אהיה, Enjeh Aſçer Enjeh. *Ero, qui Ero*. Et ſubjunxit. *Sic dices Filiis Iſraël* אהיה Enjeh, Ero, *miſit me ad vos*.

Qualis Pharao & qualis Moyſes fuerit?

Infirma Mundi eligit Deus, ut fortia quæque confundat.

Hinc nonnulli prudentiſſimè & ſcitiſſimè judicant, ſacroſanctum nomen tetragrammaton Jeova, æquivalere verbo Ihoje, *erit*; nam Radices Hajah, & Havah, coincidant.

XCVIII.
An nomen Dei *Jeova* ab eſſendo dicatur?

Eſt ſanè Deus, qui ſimultaneâ duratione, in hoc Æternitatis *nunc*, ſicut ab æterno ſemper fuit; ſic & in æternum ſemper erit.

Deus eſt æternus.

Potuit dicere *Ego ſum Fui*; ſed quia hoc nō bene intelligeret Rex, qui ſciebat multos in Mundo fuiſſe glorioſiſſimos Principes, qui tunc non erant; multos, qui tunc erant, ſed tamen tardiùs, aut citiùs morituros, *Ego ſum Ero*, dixit ut ſe eſſe Deum oſtenderet; Præterita enim homines ex Hiſtoriis addiſcunt; at Futura, & præcipuè libera, ſolus Deus intuetur, ipſi enim ſoli ſunt præſentia in hoc *nunc* Æternitatis; juxta illud, *Adnunciate nobis, quæ futura, & dicemus, quid Dii eſtis vos*.

Cur Deus vocari voluit *Ero* & non *Fui*?

Solus Deus cognoſcit futura.

Interim, etſi expreſsè non dixit *Ego ſum Fui*, virtute dixit: In illis enim verbis *Ero miſit me ad vos*: futurum & præteritum identificantur. Nam *Ero*, quod Dei, eſt nomen, ad futurum, & verbum *miſit* ad præteritum ſpectat.

Deus omnibus Præteritis & Futuris eſt præſens.

Interpretes Septuaginta Verſum iſtum ſic explicant. Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. *Ego ſum Ens (qui ſum)* Et poſteà, *Sic dices filiis Iſraël*, ὁ ὤν *Ens (qui eſt) miſit me ad vos*.

An ὁ ὤν ſit nomen Dei?

Non potuit Lingua Græca Sententiæ vim exprimere, nam ὁ ὤν eſt participium præſentis, & in Deo Hebræus præteritum cum futuro identificat. Poterimus nihilominùs dicere ὁ ὤν, *Ens*, eſſe participium commune, & poſſe etiam præterita & futura ſignare.

An ὁ ὤν omnium temporum ſit Participium?

Jam Textum vidimus, quo illum ſenſu accipiant, & exponant Interpretes conſideremus.

Ut dilucidet illum Magiſter meus Mellifluus (S. Bernardus) *tom. 4. de Conſideratione lib. 5. cap. 6. num. 13.* introducit Sponſam dicentem, *Paululum cùm pertranſiiſſem eos, inveni, quem diligit Anima mea*. Et interrogata, *Quis eſt?* reſpondet. [Non ſanè, occurrit melius, quàm Qui est. Hoc ipſe de ſe voluit reſponderi, hoc docuit, dicente Moyſe ad populum; ipſo quidem injungente: Qui est, *miſit me ad vos*. Meritò quidem. Nil competentius Æternitati, quæ Deus eſt.]

S. Bernardus.

Cantic. 3. b. Illis verbis *Ego ſum, qui ſum*, Æternitas ſignificatur. *Exod. 3. d.*

Æternitatis Mellifluus Doctor nomine *Aſeitatem* intelligit, hoc eſt *Eſſe Divinum*, in quo ſimul Eſſentia, & Exiſtentia includuntur.

Convertens ad Eſſentiam Divinam oculos, ſic eam dilucidat. [Si Bonum (ait) ſi Magnum ſi Beatum, ſi Sapientem, vel quicquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo inſtauratur, quod eſt, est. Nempe hoc eſt ei eſſe, quòd hæc omnia eſſe. Si & centum talia addas, non receſſiſti ab eſſe. Si ea dixeris, nihil addidiſti; ſi non dixeris, nihil minuiſti. Si vidiſti hoc tam ſingulare tam ſummum eſſe, non-ne in comparatione hujus quicquid hoc non eſt, judicas potiùs non eſſe, quàm eſſe? Quid item Deus? Sine quo nihil eſt. Tam nihil eſſe ſine ipſo, quàm nec ipſe ſine ſe poteſt. Ipſe ſibi, ipſe omnibus eſt. Ac per hoc quodammodo ipſe ſolus eſt, qui ſuum ipſius eſt, & omnium eſſe. Quid eſt Deus? Principium. Et hoc ipſe de ſe reſponſum dedit. Multa in rebus dicuntur principia, ſed reſpectu poſteriorum. Alioquin ſi ad aliquid præcedens reſpicias, ipſum potiùs principium dabis.]

Omnes perfectiones poſſibiles & intelligibiles in eſſe Divino includuntur.

Perfectiones creatæ, cum Divina comparatæ, ſunt nihil.

Joan. 8. d. Eſſe Deum dit *Principium ſine principio, Finem ſine fine*

Hic alterâ contemplatione Divinam Durationem, quæ propriè *Æternitas* nominatur, conſiderans, ait, [Si quæras verum ſimplexque Principium, invenias oportet, quòd principium non habuerit. Ex quo univerſum cœpit, ipſum profectò minimè cœpit. Nam ſi cœpit, aliunde cœperit neceſſe eſt. A ſe enim cœpit nihil. Niſi fortè quis putaverit, quod non erat, dare ſibi potuiſſe, ut eſſe inciperet; aut fuiſſe aliquid, antequam eſſet. Quod utrumque, quia ratio non conſentit, conſtat nihil ſibimet [*] extitiſſe principium. Quod verò aliud principium habuit, primum non fuit. Verū ergo Principium nequaquam cœpit, ſed totum ab ipſo cœpit. Quid eſt Deus? Cui ſæcula nec acceſſerunt, nec deceſſerunt, nec coæterna tamen. Quid eſt Deus? *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ex quo omnia* creabiliter, non ſeminabiliter. *Per quem omnia*, ne alium authorem atque alium opificem arbitreris. *In quo omnia*, non quaſi in loco, ſed quaſi in virtute. *Ex quo omnia*, tanquam uno principio authore omnium. *Per quem omnia*, ne alterum inducatur principium artifex. *In quo omnia*, ne tertium inducatur, locus. *Ex quo omnia*, non de quo, quia non eſt materia Deus.]

Nihil poteſt producere ſe ipſum.

*] *Intellige negativè, ut ſenſus ſit*, Non fuiſſe ab alio. *Rom. 11. d.*

Roman. 11. d. Exponitur illa Deſcriptio, *Deus eſt, Ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia*.

Digitized by Google

Et tandem, quia perfectiones, quas habet communicando, Creaturas univerſas producit, nequis fortaſſe, velit credere, ſingulas, aut ſaltem Animam Rationalem eſſe,

—— *Divinæ particulam Auræ*,

claudit ſuum Diſcurſum his verbis. [Efficiens cauſa eſt, non materialis. Fruſtrà Philoſophi materiam quærunt, non eguit materiâ Deus. Non enim officinam quæſivit, non artificem. Ipſe per ſe, in ſe omnia fecit. Unde? de nihilo. Nam ſi ex aliquo fecit, illud non fecit, ac per hoc nec omnia. Abſit, ut de ſuâ incorruptâ incorruptibilique ſubſtantiâ, tam multa fecerit, & ſi bona, corruptibilia tamen.]

Creaturæ non ſunt particulæ à Divinitate deciſæ.

Multa à Bernardo didici: & licèt ejus adductus à nobis Commentarius videretur ſufficere, quia ingenio claro eſt præditus, & quoſcumque obſcuros locos eruditè declarat D. Iſidorus Clarius ex Caſſinate Monacho Epiſcopus Fulginatenſis, Scholia ipſius, quibus exponit Textum Exodi, uberioris doctrinæ causâ, in gratiam Lectorum, ſubſcribo.

D. Iſidorus Clarius laudatur.

IC.

Exponitur Eſſe Divinum.

Ego ſum, qui ſum.] Aut juxta Grammaticas Hebræorum Regulas, *Ero qui ero*. Verùm Hebræi ſæpè uſurpant futurum loco præſentis. *Eſſe* autem ſoli Deo convenit, qui eſt illa eſſentia, quæ nec præteriit, nec præteribit, hoc eſt, ſemper eſt, qui nunquam cœpit, nec unquam deſiturus eſt, ſed tranſcendit omnem temporis rationem, & qui ſolus dicere poteſt Sum, eſt enim ipſe omnis eſſentiæ atque vitæ fons & plenitudo, à quo omnia, quæ ſunt, habent eſſe, quod ſunt. Atque ex hoc loco mihi videtur Plato, & Platonici accepiſſe, unde de Deo res hujus modo (eminentiâ ſuæ perfectionis intra ſe continente; & potentiæ virtute extra ſe creante, producenteque) philoſopharetur.] Et hìc obiter nota, Platonem, non ſolùm Exodum, ſed etiam Geneſim (aut etiam ſis alios Sacræ Scripturæ Libros) interlegiſſe, ſed non intellexiſſe, quoniam ad illa *Cap.2. Geneſ.* verba. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animalibus terræ, & univerſis volatilibus Cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus. Appellavitque Adam nominibus ſuis cuncta animantia, & univerſa volatilia Cœli, & omnes beſtias terræ.* ſic Clarius ſcribit. [Opinor ex hoc loco Platonem veniſſe in eam opinionem ut diceret in libr. de rect. Nominum ratione, videri ſibi eam Naturam, quæ rebus nomina impoſuerit, celſiorem fuiſſe hac humanâ. Nam cùm indidit Adam animantibus nomina, nondum legitur fuiſſe à ſuâ præſtantiâ lapſus: impoſitio autem nominum ſignificat, & quòd Adam naturas animantium perfectè calluerit; nam id demum, aut potiùs id ſolùm proprium cujus rei nomen eſt, quod illius naturam exprimit; & quòd ipſa animalia hominis imperio ſubjecta eſſent. Etenim imponere ſolemus nomina iis, quæ juris ſunt noſtri.] Et placuit hìc hoc Scholium ſcribere; quia etiam Nos de norâ vocabulorum inventione, & impoſitione diſputamus.

Vnde Plato & Academici habuerint, quæ ſcripſerunt de Deo?

An, & quo Adamus modo nomina impoſuerit animalibus?

Quibuſnam nomina imponamus?

Qui eſt, miſit me ad vos.] Alius vertit, *Sum miſit me ad vos*; eſt enim in Hebræo eadem dictio, quæ dudum ubi dictum eſt, *Sum qui ſum*. Sunt etiam qui velint hanc vocem ſignificare tria tempora, præſens, preteritum & futurum, ut magis ſempiterna Dei ſtabilitas exprimatur, ſic Clarius.

An Sum ſit nomen Dei?

Recognoſco ultimas Clarii lineas, & laudo illam Sententiam, quam refert. Eſto ibi (in illo loco) tria tempora illud *Sum* copulativè debeat ſignificare. Sed unde id unuſquiſque ſcire poterit. Sumus aſſueti aliter verbum *Sum* intelligere, & niſi moneamur, non accipiemus verbum illud in legitimâ ſignificatione. Ergo omnis æquivocationis auferatur occaſio, inveniamus vocabulum, quo Divinum exiſtere ſignificetur. Et ſit Syre [hoc eſt in hoc Æternitatis indiviſibili & ſimpliciſſimo *nunc*, fui ab æterno, ſum de facto, & ero in æternum.]

An vocula SVM præteritum, præſens, & futurum ſignificetur?

Ergo Dei illud nomen, cujus ſenſum, capimus, ſed caremus in Hebraicâ, Græcâ, Latinâ, &c. Linguâ vocabulo, quo poſſimus exprimere, pulchrè & adæquatiſſimè exponetur in Dialecto Scholaſticâ ſi dicamus, quòd verba Domini Moyſen adloquentis ſunt hæc.

Verba illius loci capimus, caremus tamé vocabulis, ut ſenſum bene explicare poſſimus.

Ego ſum SYNS (nempe, qui ſine ullâ Exiſtentiæ aut Durationis variatione Sum, Fui, & Ero.) *Sic dices filiis Iſrael.* SYNS (qui ſimul eſt Eſt, Fuit, & Erit) *miſit me ad Vos*.

[illegible]o ergo verbo Dialectus Nova exponit quæ [illegible]n niſi pluribus Linguæ Veteres poſſunt ſignificare.

At illum Dialectus Philoſophica perfectiſſimè exponit.

TAMETSI hæc univerſim dicta, intento perſuadendo ſufficerent: uberioris doctrinæ gratiâ unum adhuc Sacræ Scripturæ Teſtimonium proponamus & expendamus.

Exod.6.2. *Loquutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Ego Dominus, qui apparui Abraham, Iſaac & Jacob in Deo omnipotente; & Nomen meum* ADONAI, *non indicavi eis*. Ecce Nomen Sanctis illis Patriarchis Dominus non expoſuerat, Moyſi, ut ſpeciali eum favore proſequatur, ſignificat, & manifeſtat. Domi[illegible] Iſidorus Clarius. [Hoc loco eſt illud יהוה, JSOVA, nomen Dei ſacrum, & ineffabile, non quòd vox ipſa exprimi non poſſit, cùm certis conſtet literis, & vocalibus, ſed quòd Dei natura per ipſum ſignificata, à nullâ creaturâ exprimi poſſit, cùm ſit infinita, atque ob id ineffabilis. Ferunt virtutem hujus ſancti nominis, primùm innotuiſſe Moyſi. Sunt ex noſtris qui putent ab hoc nomine Gentiles Jovis nomen pro Deo ſuo mutuaſſe. Obſervandum eſt hoc loco, notitiam hujus nominis Dei habere ſua incrementa, ſicut hìc manifeſtè dicitur, majorem contigiſſe Moyſi, quàm Patribus: quam Paulus adventu Chriſti adeò auctam eſſe dicit, ut Principum & poteſtatum cæleſtium de Deo cognitionem auxerit; & in nobis quoque conſummandam confidimus, quando Dominum videbimus facie ad faciem. Atque hoc eſt, quod toties in Pſalmis dicitur, Cantare Domino canticū novum tanquam dicat: aſſiduè nobis ſuppeditat Dominus nova cantandi argumenta.]

An nomen Jeova, vel, ut Rabbini proferunt Adonai, non jam Omnipotentiam, aut aliud attributum, ſed ipſamet Eſſentiam Dei ſignificet?

An nominis Divini notitia cum tempore apud homines creverit?

D. Auguſtinus Redingus *tom. 1. Theol. qu.2. art.2. controv.1. num.9.* ex hoc Exodi loco ſic argumentatur. [Omnipotentia fuit indicata Abrahamo, quin ipſi notum eſſet ſignificatum vocis יהוה ADONAI. Hoc autem nomine ſignificatur veritas Eſſentiæ, & Naturæ Divinæ; ut videre eſt apud Abulenſem *in cit. cap.*

Ex hoc loco probant aliqui Eſſentiæ & Attributorum diſtinctionem.

Digitized by Google

cap.5.Exod. & alios. Ergo Omnipotentia Divina ſecundum noſtros conceptus formales non eſt Eſſentia Dei; ſed ad iſtam ſe habet inſtar Attributi. Ergo datur in Deo aliquâ formalitatum diſtinctio, quarum una intelligatur tanquam Eſſentia, reliqua autem ſe habeant inſtar Attributorum.]

Sore

Quarta eſſendi Differentia explicatur.

EST eſſendi Differentia penultima, quæ *Eſſe Phyſicum* ſignat. Vocatur autem *Eſſe Phyſicum*, quod exercet Materia-prima, quando Formam ſuſtentat.

C.
Quid eſſe Phyſicum ſit?

Et hîc præſcire debes id, in quo plurimi adlucinantur: videlicet (hoc Sore) hoc *Eſſe Phyſicum*, à Sere (ab *Eſſe Exiſtentiali*) realiter, & ſeparabiliter diſtingui, benè enim intelligimus Hominem ex Corpore & Intellectuali animâ conſtitutum, quin exiſtere, aut *non exiſtere* intelligamus. Sic ergo oportet ſare, ſore, & ſere coordinare & exponere; ita ut Materiæ-primæ τὸ ſare in potentiâ conveniat, nam eſt pura potentia; tunc ſot, recipit Formam, quæ eſt actus phyſicus. Ex Materiâ-primâ, & Formâ, fit Compoſitum, quod eſt Ens completum, & ſat perfectè. Cæterùm, ubi Materia recipit actum primum, qui eſt Forma phyſica, & ipſa ſot, & Compoſitum ſat; tunc primum eſt capax, ut recipiat actum ſecundum, nempe, metaphyſicum, hoc eſt, exiſtere, vel ſere.

Verùm Exiſtentiam ſupponat?

Et quidem has ipſas eſſendi Differentias quas quarto loco dilucidamus, admittit Divus Thomas, & ejus cum ipſo Diſcipuli: nam Complutenſes *in Phyſic. diſp.3.qu.5. §.1. num.25. qu.5.* interroganti, *An Materia-prima poſſit per Divinam potentiam exiſtere abſque omni Formâ?* negativè reſpondent; aſſerentes hanc ipſi ſententiam à D.Thomâ *quodl.3.art.1.& 3.* nec non *1.p.qu.66.art.1.* & tandem *3.contr.Gent.cap.4.* dixiſſe. Cæterùm clariùs deberent loqui, ubi ad probationem venitur; videntur enim primo adſpectu ſere cum ſore (eſſe Metaphyſicum cum Phyſico: hoc eſt, habere actum exiſtentiæ cum habere actum Formæ) confundere: dicunt enim [Materia, ſi ſine Formâ exiſteret, eſſet in actu, & non eſſet in actu. Sed hoc implicat. Ergo, & Antecedens, ex quo deducitur. Sequela deducitur. Nam in primis eſſet in actu, ſiquidem exiſteret: & deindè non eſſet in actu, cùm careret Forma ſubſtantiali, quæ eſt actus proprius materiæ. Ergo eſſet in actu ſine actu. &c.]

Verùm ab Exiſtentia diſtinguatur?

Bene Scotiſtæ primo aſpectu non verò ſecſi do Thomiſtis Reſpondent.

Non dixi malè, ſed obſcurè Complutenſes arguere; quia, ut *eſſe in actu*, & *non eſſe in actu*, implicet contradictionem, requiritur, ut de eodem actu diſputetur. Et hîc de uno actu agitur in affirmativâ, & de altero in negativâ tractatur. Conſidera illa partis affirmativæ verba. *Eſſet in actu, ſiquidem exiſteret.* Ergo actus, de quo hîc agitur, eſt ſere (*habere Exiſtentiam.*) Conſidera etiam verba ſequentia, *Non eſſet in actu, cùm careret Formâ ſubſtantiali.* Ergo actus, de quo in negativâ agitur, eſt ſore (*habere Formam ſubſtantialem.*) Eſt ergo unus actus, qui aſſeritur; & alius diverſus, qui negatur. Non ergo benè contradictio probatur. Hanc viam ingrediuntur Scotiſtæ, ut huic argumento reſpondeant; tolluntque omnem contradictionem actum Metaphyſicũ (Sore) ab actu Phyſico (Sere) diſtinguendo; dicuntque in caſu Materiam cum actu exiſtentiæ, & ſine actu Formæ remanſuram: & ſic nullam eſſe Contradictionem: Sed adhuc Complutenſes reſpondent. [Implicat dari actum Exiſtentiæ abſque actu Formæ, Ergo, ſi Materia exiſteret ſine Formâ, eſſet, & non eſſet in actu Exiſtentiæ, quæ eſt implicantia intenta à Divo Thomâ. &c.] Et ſimilia apud alios Autores & præcipuè Thomiſtas, leguntur.

Non datur cõtradictio, ubi non eſt affirmatio & negatio ejuſdem de eodem.

An poſſit Actus Exiſtentiæ ab actu Formæ ſeparari?

Ergo idem argumentum magis directè propoſuiſſem dicendo [Materia, ſi ſine Formâ exiſteret, eſſet in actu, & non eſſet in actu. Sed hoc implicat. Ergo. Probatur Major, Materia enim in caſu exiſteret, & non exiſteret. Nam in primis exiſteret; quia id ſupponitur. Et deindè non exiſteret; nam omnis res, ut habeat actum exiſtentiæ debet habere priùs actum eſſentiæ: nihil enim poteſt exiſtere, niſi Sit Sans (habeat *eſſe quidditativum* actu.) Sed Materiã ſine Formâ non Sat (non habet *eſſe quidditativum* actu, ſed potentiâ tantummodò.) Ergo Materia ſine Formâ (quando nimirùm non Sot) tunc non Set (non exiſtit.)

An, ſi Materia careret Formâ, exiſteret, & non exiſteret?

Hujus ultimi Syllogiſmi Majorem iidem Complutenſes argumento Geometrico perſuadere conantur: dicunt enim. [Actus ultimus alicujus lineæ nequit dari abſque actu primo ejuſdem lineæ: hac quippe ratione operatio, quæ eſt actus ultimus lineæ operativæ ſupponit indiſpenſabiliter potentiam operativam, quæ eſt actus primus. Sed in lineâ Subſtantiæ Forma eſt actus primus, & exiſtentia eſt actus ultimus. Ergo implicat dari actum exiſtentiæ abſque actu Formæ. &c.]

Sæpe Philoſophi, ut ſuas Cõcluſiones probent, ad Geometriæ fundamenta recurrunt.

Eamdem Concluſionem aliter, & aliter alii ſuadent Philoſophi. P.Philippus à Sanctiſſimâ Trinit.*1.2.Summa Philoſoph.qu.3.art.5. ad 3.* ſupponens nil omninò poſſe exiſtere, quin ſit in determinatâ ſpecie, ſubdit [Materia autem prima ex ſe non eſt determinatæ ſpecici, ſed illam ſortitur à Formâ: unde ſine illâ non poteſt exiſtere.]

An Materia prima ſit in ſpecie aliqua determinata?

Sus

𝔖𝔲𝔯𝔢

Quinta eſſendi Differentia explicatur.

CI.
Sum, ſus, ſut, eſt Verbi Subſtantivi *Sum*, *es*, *eſt*. Tempus Indefinitum.

Ultima eſſendi Differentia eſt Sure (eſse in aliquâ differentiâ temporis.) Dico autem Sure ſignificare quoddam eſſe commune, quod ſicut Animal de Homine, Leone, Elephante, &c. ſic ipſum de *Fuiſſe*, de *Eſſe*, & de *Fore* dicatur. Unde aſſero, ad Severæ Dialecticæ leges iſtos Syllogiſmos decurrere

De *Fui*, *Sum*, & *Ero* prædicatur.

Omnis, qui fuit, ſut.
Adamus fuit.
Ergo Adamus ſut.
Omnis, qui exiſtit, ſut.
Tu exiſtis.
Ergo tu Sus.
Omnis, qui erit, Sut.
Antichriſtus erit.
Ergo Antichriſtus Sut.

Recognoſce univerſas Majores, & videbis in ipſis ἀόριστον χρόνον (indeterminatum tempus) de determinato prædicari.

De Græcorum Aoriſtis.

Hoc Indefinito Tempore Lingua Latina omninò caret. An etiam Græca? Sunt diverſæ Criticorum ſententiæ, quæ ſequenti Articulo ſubjicientur examini. Arriaga (& neſcio cur) *diſp.14. Logic. ſect.2. ſubſect.1. num.61.* videtur credere, χρόνον ἀόριστον in Linguâ Latinâ inveniri; quærenti enim, *An una, & eadem numero Propoſitio de verâ in falſam poſſit, aut de falsâ in veram tranſire?* poſtquam in Concluſione Primâ hunc negaverit tranſitum Propoſitioni, quæ eſt alicui determinato inſtanti (puta ipſi A) adligata; in Secundâ ſic inquit. [etiam Propoſitio, quæ affirmat in communi, *Petrum currere*, quamvis nullum determinet inſtans in particulari, non poteſt tranſire de verâ in falſam. Probatur: Quia, ut Propoſitio affirmans, *Petrum currere in aliquo inſtanti determinato*, vera ſit, non requirit niſi Petrum currere in aliquo inſtanti, ſive hoc, ſive illo; cùm autem impoſſibile ſit Petrum currere in aliquo ex illis inſtantibus, & ſimul factâ hac ſuppoſitione, non currere in aliquo; fit, ut ex ſuppoſitione, quòd fuerit Propoſitio vera, non poſſit in falſam mutari, vel è contrario.] Hæc Arriaga, & omnia benè, ſi Latinus haberet Tempus Indefinitum. At hæc Propoſitio *Petrus currit*, aut *Petrus eſt currens*, non æquivalet huic, *Petrus* ſut *currens*; & de hac, & non de illis, quæ adducit Arriaga, verificantur. Huic autem *Petrus* ſut *currens*, aut ſi vis huic, *Petrus aliquandò currit*, hæc *Petrus nunquam currit*, opponitur contradictoriè.

An una Propoſitio Vera poſſit tranſire in falſam?

Santè hac Propoſitio Petrus currit, non eſt, Petrus in aliquo inſtanti veritas tempore) currit: ſed Petrus nunc currit.

Petrus ſut currens.

ET hîc utiliter moveri Quæſtio poterit, quæ interroget, *An & quomodò in dialecto Scholaſticâ Tempus Indefinitum, ac determinatis (Præterito, Præſenti, & Futuro) dicatur?* Reſpondeo, non eſſe cur Novos conſtituamus impræſentiarùm Canones, cùm Antiqui ſufficiãt; & diximus nuper ſicut de *Homine, Leone, Elephante*, &c. *Animal* dicitur, ſic de *Fuiſſe*, de *Eſſe*, & de *Fore*, in noſtrâ Sure Dialecto prædicari. Ergo ſufficiet ſcire, quo modo prædicetur *Animal*. Et quidem, quia non permittit hic locus, ut oratio in hac Diſſertatione diffundatur, perſtringam illam, quantum potero, & à minùs neceſſariis ſuperſedens illa exponam tantummodò, quæ non poſſunt neſciri.

Sed quo modo Tempus Indeterminatum prædicatur?

Vt Genus de ſuis Speciebus

Cur nõ ſit hic de Vniverſalitate uberius diſputandum?

Dico igitur, tres eſſe ad rem præſentem ediſſerendas Philoſophorum Opiniones. Prima enim docet *Animal* ſua inferiora ſignificare æquivocè; Secunda disjunctivè: Tertia præciſivè. Et conſultò illud *ad rem præſentem* poſui, aliæ enim multæ de Univerſali, & Prædicabili, circumferuntur Opiniones, quæ ad has tres reducuntur, & noſtra non interſunt, ſi in ſpecie exponantur.

Proponuntur & ſupponuntur tres præcipuæ ſententiæ

CII.
An dentur Vniverſalia?

Prima olim ab Heraclito, & Cratylo, & ab aliis fuit tradita: qui Naturas univerſales univerſim negantes, & Individua totaliter admittentes, aſſerebant, has Prædicationes, *Homo eſt animal, Leo eſt animal, Elephas eſt animal*, &c. eſſe ſimiles his, *Pater ovium eſt aries, Machina militaris, quâ contunduntur muri, eſt aries, Signum primum Zodiaci eſt aries*. Quæ omnes, ſi benè conſiderentur, ſunt identicæ; nam in ſingulis prædicatum æquivocum ad ſignificationem opportunam determinatur.

An Propoſitio in qua Æquivocum prædicatur, ſit identica?

Complutenſes *in Logic. diſp.3. qu.1. §.1. num.2.* Heraclito, & Cratylo Nominales accenſent, ſed immeritò; non enim Nominales omnem Univerſalitatem proſcribunt; ſed Præciſionum Objectivarum, quas Thomiſtæ, & Scotiſtæ admittunt loco, rebus conceptis jubent, ut diverſa connotata reſpiciant.

An Nominales negent Vniverſalia?

Exceſt expreſsè à Cratyli, & Heracliti opinione Ariſtoteles, nam *lib.1. Perihermenias cap. 5.* ait, *Rerum aliæ ſunt Univerſales & aliæ particulares*. Et etiam *lib.1. Poſt. cap.2.* docet, *Univerſalia eſſe notiora ſingularibus*. Conſonat Ariſtoteli S. Thomas *de Ente & Eſſent. cap 4.* & *Opuſc. 55. & 56.*

Vniverſalia Ariſtoteles, & Peripatetici admittunt.

Secunda Opinio conſtituebat Univerſalitatem in disjunctivo ſenſu. De illis agit P. Rodericus Arriaga *in Logic. diſp.6. ſect.6. ſubſect.2.*

An Vniverſalitas in ſola disjunctione cõſiſtat?

dicens : [Alii Autores , ut fugerent ſupra poſitam difficultatem, dixerunt Univerſale conſtitui per actum confuſum disjunctivum , ideſt, terminatum ad omnia individua ſub disjunctione ad hoc, vel illud, ut idem ſit dicere , *Petrus eſt homo*, ac dicere, *Petrus eſt vel Petrus, vel Joannes, vel Antonius*, quæ propoſitio vera eſt, licèt Petrus non ſit omnes homines ; quia ad veritatem disjunctivæ propoſitionis ſufficit, ut unum ex prædicatis conveniat ſubjecto . Cùm autem una ex illis naturis verè conveniat Petro , etſi non omnes , vera erit propoſitio , in quâ omnes de Petro disjunctivè prædicantur. Confirmant hanc ſententiam autoritate Divi Thomæ *opuſc.* 55. ubi hæc ait : *Genus ſignificat formas* (id eſt differentia) *non hanc, vel illam determinatè quam determinatè exprimit differentia.* Deinde ratione : quia per illam actum natura hominis ſit una in multis & prædicabilis de illis , quia omnes naturæ disjunctivè cognitæ ſunt prædicabiles de quolibet : ergo ille actus conſtituit univerſale .]

An hanc S. Thomas ſententiā amplectatur , & doceat ?

CIII.

An Univerſalitas in præciſione conſiſtat ?

Tertia Opinio , quæ eſt hodie in Scholâ cōmunis, à Platonicis enim, Scotiſtis, Thomiſtis & Nominalibus admittitur : nam apud omnes iſtos *Animal* , v. gr. ſignificat unam rationem communem omnibus inferioribus : in hoc enim Scholæ univerſæ conveniunt : & earum diſſidium totum in eo eſt, quòd diſtinctio, quæ apud Thomiſtas eſt rationis ratiocinatæ, apud Platonicos ſit Realis, apud Scotiſtas ex naturâ rei, & apud Nominales rationis ſit ratiocinantis . De quibus Diſtinctionibus , quas impræſentiarùm tetigiſſe ſufficiat, in Metalogicâ ſatis diffusè diſputavi .

Quænam Diſtinctio inter Gradus ſuperiores & inferiores ponatur ?

Ut hæc doctrina noſtro inſtituto ſerviat, jubes tibi explicari, quo **Sure** modo *Eſſe*, *Fuiſſe*, & *Fore* ſignificet ? An ne æquivocè ? An disjunctivè ? An veriùs præcisè & abſtractim .

Quamnam in Philoſophica Grammatica debeamus opinionem eligere ?

Reſpondeo ſingulas ex his tribus Sententiis ubi agitur de **ſum ſus** , **ſut** tempore indefinito & indeterminato in Dialecto Scholaſticâ utiliter admitti poſſe .

An Sure prædicetur æquivocè ?

Primò enim hæc Propoſitio, *Adamus, Petrus qui adeſt, & Antichriſtus* . **ſunt** , &c. eſt ſimilis huic *Pater ovium, Machina ſalis bellica, & Primum Zodiaci Signum eſt Aries*; nam prædicatum *Aries* de ſingulis ſubjectis, ſed in diversâ ſignificatione, verificatur . Ergo **Sut** quando de Adamo dicitur, eſt *Fuit*: quando de Petro , qui nunc adeſt, eſt *Eſt*: & quando de Antichriſto, eſt *Erit* . Nec rarum , aut inauditum , videri alicui debet, ſi vox æquivoca plura ſimul ſignificet, à verbis cohærentibus determinata : habemus enim apud Virgilium *Æneid*.1. exemplum in verſu illo ,

An aliquando vox æquivoca ſimul plura ſignificet ?

Orantes veniam & templum clamore petebant .

Ecce ibi Troës veniam & templum petebant & illud verbum tametſi unicum materialiter ſit, per *veniam* & *templum* determinatum (æquivocum eſt enim) diſpeſcitur & duplicem ſignificationem importat . Primò eſt rogare , & ſupplicare . Cicero *lib*.12.*epiſt*. *Quapropter à te, etiam atque etiam peto, pro noſtrâ ſummâ conjunctione tuâ in me perpetuâ , & maximâ benevolentiâ majorem in modum peto atque contendo , ut ejus filios, qui in tuâ poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones*, &c. Secundò ſonat *pergere* , & *ambulare* . Suetonius *in Veſpaſ. Cutinias , & Reatina rura , ubi æſtivare quotannis ſolebat , petiit* . Illud ergo *petebat*, prout *veniam* connotat , eſt *ſupplicare* : & prout *templum*, pergere, & ambulare .

Quid ſit *petere veniam* ?

Et quid *petere templum* ?

Secundò hæc, Propoſitio , *Objectum Scientiæ Divinæ, quæ* Viſio *dicitur, ſunt Creaturæ* **Suntes** poteſt intelligi ſub disjunctione ; ita, ut ſenſus ſit, *Scientiæ illius Divinæ Objectum ſunt Creaturæ*. **Suntes** (*hoc eſt, quæ noſtri ævi reſpectu , vel ſunt, vel fuerunt , vel erunt .*) Et hic philoſophandi modus placuit P. Sebaſtiano Izquierdo , quoniam *tom*.1.*Theologico tr*.4.*diſp*.8.*qu*.6.§. *Deinde* ſic ſcribit . [Impoſſibile eſt , ut quidpiam ab ſtatu poſſibilitatis ad ſtatum exiſtentiæ transferatur , quin ſit de illo verificabile , quod vel exiſtit, vel exſtitit , vel exiſtet ; alia enim differentia exiſtendi eſt impoſſibilis .]

CIV.

An Tempus Indefinitum **Sum** ſub disjunctione Præteritum , Præſens , & Futurum ſignificet ?

Et Tertiò denique poteſt accipi præciſivè & abſtractim : ita ut hæc Propoſitio *Præteritum* **Sut** , ſit huic ſimilis *Homo eſt animal* .

An ſignificet indefinitè ?

Ut doctrinam præcedentem dilucidem producam Chriſti Domini verba, qui Joann.8.58. dixit . *Antequam Abrahamus fieret* , Ego *ſum* . Quæ verba Priſcianus, ſi ad Grammaticæ leges exigeret, loco illius *ſum* , poſuiſſet *Eram* .

Evangelicus textus dilucidatur .

Dico igitur illud *Sum* , ſi à Verbo Antiquo *Sum, es, eſt* , ſit deſumptum, ideò Adverbio *Antequam* adhærere , ut Præteritis , Præſentia , & Futura conjungens , Æternam Filii Dei durationem ſignificet . Sed de hoc redibit ſermo Artic. XIII. §. **Syntere** , ibi enim Divinarum Proceſſionum, & Operationum Æternitatem explicabo .

Quid *Sum* in Lingua communi ſignificet ?

Addo , illud ipſiſſimum **ſum** , ſi velimus permittere , ut ad Metaphyſicam Dialectum ſpectet, eſſe Tempus indefinitum, & abſtractū, & loco τῦ *Fui*, *Sum*, & *Ero* poni poſſe . Unde ſicut Adamus , quia fuit , tametſi non poſſet dicere *Ego ſum* , poteſt veraciter dicere **Ego Sum** . Quia *Sum* in Linguâ Latinâ communi ad præſens Tempus tantùm pertinet : & **Sum** in Metaphyſicâ Dialecto, omnia tempora disjunctivè ſignificat, & per ſubjectum (nempe Adamum) contrahitur , & reſtringitur , ut ſignificet cum Præterito Tempore . Ergo ſimiliter Perſona Chriſti , quia antequam Abrahamus fuiſſet, ipſa erat, potuit in linguâ communi dicere , *Ego fui* . Et , ſi noſtrâ Dialecto uteretur , potuiſſet loqui per ἀόριςον , & dicere **Ego Sum** .

Quid **Sum** in Metaphyſica Dialecto importet ?

ἀόριςον in Metaphyſica Dialecto cum omni tempore disjunctivè ſignificat .

NOTA I.

De Verbo ſignificante cum omnibus Temporibus copulativè .

CV.

An dentur Verba , quæ ſignificent cum omnibus temporibus copulativè ?

QUIA paulò antè dicebam , **Sum** *in Metaphyſicâ Dialecto omnia Tempora disjunctivè ſignificat* : interrogat ſtudioſa Curioſitas, An detur, aut dari poſſit Verbum , quod ſignificet cum omnibus temporibus copulativè ?

Reſpondeo Æternitatem non eſſe Tempus, eſt enim ſimultanea, & Tempora ſunt ſucceſſiva ; ſed tamen univerſis reſpondere Temporibus . Unde ſicut eſt verum dicere , *Hoc* Nunc *Æternitatis , univerſis Temporibus (Præteritis, Præſentibus, & Futuris) eſt præſens* ; ſic etiam eſt verum dicere , *Univerſa Tempora (Præterita, Præſentia , & Futura) præſentia* **ſunt** *huic* [*] Nunc *Æternitatis* : & Thomiſtarum nomine ut

*] *Illa* … *prolata à D…* *tribus Thom…* *tis Præſen…* *videlicet*, Omnia tempora (præterita, præſentia, & futura) ſunt … præſentia … hoc *Nunc Æ*ternitatis . … *bene intellig…* *tur, eſt vera* … *autem* …

garum bene, ſore τῦ ſunt pone ſunt: & loco τῦ in hoc *Nunc* æternitatis, *ſubſtitue* huic *Nunc* æternitatis. *Sed de hoc uberius diſſertat. 3. diſputabo.*

ut hanc dilucidet doctrinam, Pater Franciſcus Macedo *collat. 9. differt. 4. ſect. 2.* ſic ſcribit. [Primò (ſuadetur) teſtimoniis Sacræ Scripturæ. Job. 19. *Numerus menſium ejus apud Te eſt*. Illud *eſt* præſentiam Numeri communis Præterito, Præſenti, & Futuro, ſignificat. Et ita exponit Gregorius Magnus. &c.] In illâ voce *Numeri* eſt manifeſtus lapſus calami, Macedus enim *Temporis* ſcribere voluit. Quoniam Tempus, & non Numerus, eſt Præterito & Futuro prædicatum commune.

Sicut verbo *eſt* omnia tempora Iobus intelligit, ſic *Menſium* nomine durationes temporaneas.

Agit profectò Job de Homine; tam præterito, quàm præſenti, aut futuro; &, quia numerus menſium (dierum, horarum, & momentorum) vitæ, quam ſuperſtites impræſentiarùm agimus, apud Deum eſt: & momentorum vitæ, quam agent futuri, apud Deum erit; & tamen *eſt* dicit Patriarcha Job. Ergo illud *eſt* juxta Figuram Dialecticam, quæ *Ampliatio* dicitur, omnia pervadit tempora; & *fuiſſe*, *eſſe*, & *fore* complectitur.

Quæ Figura illa ſit, quæ apud Logicos nominatur *Ampliatio*.

De hac Figurâ (quam *Termini proprietatem* vocant Logici) egerunt Antiqui diffuſiſſimè: Juniores breviùs; & inter eos Complutenſes *in Inſtitutionib. ad Logic. lib. 2. cap. 5.* ſic ſcribunt. [Ampliatio temporum contingit, cùm Suppoſitio Termini extenditur ad varias differentias temporum: quæ apud Logicos ſunt quinque; videlicet; Præteritum, Præſens, Futurum, Poſſibile, & Imaginarium: ut in hac Propoſitione *Avarus expetit pecunias*: pecuniæ ampliantur ad omnia tempora. Et ideò prædicta Propoſitio, reddit hunc ſenſum, *Avarus expetit* [*] *pecunias, quæ fuerunt, quæ ſunt, quæ erunt, vel ſunt poſſibiles, aut imaginariæ*. &c.

*] *Per omnia tempora ampliant Complutenſes divitias: & fortè meliùs ampliarent verbum; ut ſi dicerent*, Avarus divitias, & appetiit, & appetit, & etiam appetet.

Equidem, ſi in Verbis vellemus Ampliationem exprimere, deberemus aliquod novũ invenire Vocabulum; quod, ſicut Sum Præteritum, Præſens, & Futurum disjunctivè ſignificat, ſic eadem copulativè tempora ſignificaret,

NOTA II.

De Negationibus. *Utrùm, Ubicationem, & Durationem habeant?*

IN multis locis utemur præcedenti doctrinâ; ſed quia uberiùs & oculatiùs, quàm alibi Diſſertatione illa (in quâ cum P. Izquierdo de duratione & ubicatione Negationum & Carentiarum diſputo. Temporis Indefiniti (quod eſt ſure) eſſentiam & paſſiones expoſui, poterit ingenioſus Lector eò tranſire, & quæ ibi dicuntur, cum his, quæ hîc fuerunt dicta, componere.

Remittitur Lector ad alium locum, in quo ad ipſum accuratè tractatur.

ARTICVLVS XII.

De modis Eſſendi Imperfectis.
Saim. Seim, Syim, Soim, Suim.

CVI. De Modorum Imperfectorũ numero.

SIcut ſunt quinque Perfecti Eſſendi modi, quos præcedenti Articulo dilucidavimus, ſic & ſunt alii quinque imperfecti, quos impræſentiarùm illuſtrabimus.

Cur Perfecti Modi Vocalibus puris ſignificentur?

Perfectos Eſſendi Modos vocalibus puris (nam earum pronunciatio eſt perfecta) ſignificavi: & illæ fuerunt A, E, Y, O, U. Et malui in loco tertio Y, quàm I ſcribere; ne, ſi *Sim, ſis, ſit: ſimus, ſitis, ſint;* & nõ ſym, ſys ſyt ſymus, ſytis, ſynt, ſcriberem, Eſſendi hunc Modum Tertium, qui eſt Divinus, & Æternitatem importat, cum Præſenti Subjunctivo Verbi Subſtantivi confunderem.

Cur litera Y fuerit adiumpta?

Cur diphthõgis imperfecti Modi notētur?

Impræſentiarùm autem Imperfectos Eſſendi Modos Diphthongis, quæ ſunt Syllabæ pronunciationis imperfectæ, ſignificabo: Et quia claritatem amo, & confuſionem omnem fugio, literam I, quâ priùs non ſum uſus, adſumam: illamque prioribus Vocalibus addendo, has quinque Diphthongos [AI, EI, YI, OI, UI.] conformabo. Quæ tametſi Latinis non ſint notæ Grammaticis, ſunt in uſu apud Græcos, & ſignificantur iſtis literis: [αι, ει, υι, οι, ϒι,] ex quibus tertia & ultima cenſentur impropriæ, & ultima ut ω, aut ut ευ poterit ſonare, ſi velis. Et id ipſum non ſcribo, quòd velim has diphthongos à Linguâ Græcâ, aut ab aliâ deſumi, quoniam noſtra Dialectus Scholaſtica, ſicut apud Criticos Latinos exlex eſt, ſic etiam à Græcorum Canonibus dependere non debet.

An hæ diphthongi in Lingua Latina, aut ſaltem in Græca inveniātur?

Quid, ſi in neutra?

NOTA.

De Voculis, quibus eſſendi perfecti, & imperfecti Modi ſignificantur.

CIrca harum Vocularum ſignificationem hæc habe. Illæ, quæ Modos perfectos ſignificant, [nempe, Sam, Sem, Sym Som, Sum,] communes ſunt; & etiam ſervire poterunt imperfectis, ubi eſſendi imperfectio non debeat explicitè ſignificari. At verò alteræ [videlicet, Saim, Seim, Syim, Soim, Suim.] quibus utemur raro, non niſi imperfectos eſſendi Modos ſignificabunt, & ideò de perfectis nunquam intelligentur.

Saire, & Seire.

CVII. De Quiditativo & Exiſtentiali eſſendi Modis imperfectis.

SUnt duo eſſendi Modi Imperfecti. Prior ad Quiditatem, ad Exiſtentiam verò poſterior pertinet. Et hîc ſtatim quæritur à Philoſopho. Primò, *An ſint Res, quæ ha-*

beant Prædicata Eſſentialia imperfecta? &, ſi reſpondeatur affirmativè, quoniam imperfecta ſunt omnium rerum creatarum prædicata, progredietur Philoſophus, & volet diſcere, *An ſint Res, quæ habeant Prædicata Eſſentialia imperfectè?* Et ad Exiſtentiam tranſeundo, ſimili modo interrogare poterit, *An etiam reperiantur res, quæ aut Imperfectam habeant, aut Exiſtentiam Perfectam imperfectè?* Et nos impræſentiarùm his Quæſtionibus ſatisfaciemus. Et hanc ob rem dicemus

De eorumdem poſſibilitate & exiſtentia.

PRIMÒ. *In Entibus rationis (ſi hæc dantur) illud Eſſe, quod in ipſis Philoſophi ſe intelligere dicunt, eſt imperfectum: & illa Exiſtentia, quâ ſunt in rerum naturâ, (ſiquidem objectivè tantùm, & non ſubjectivè exiſtunt) etiam eſt imperfecta.* Entia rationis igitur, ſi admittantur, in duplici ſtatu ſcilicet Eſſentiæ, aut Poſſibilitatis, nec non Exiſtentiæ, poſſunt conſiderari. Audi Complutenſes *in Logic. diſp. 2. quæſt. 1.* ſic enim inquiunt. [Dicendum eſt, Poſſibile eſſe ens rationis, & aliquando exiſtere. Concluſio iſta eſt expreſſa Philoſophi 4. *Metaph. text. 13.* & D. Thomæ 1. *part. qu. 28. art. 1.* quos ſequuntur communiter Doctores, &c.] Et in hoc duplici eſſendi ſtatu entia rationis, nec ſant, nec ſent, ſed ſaint, & ſeint. Quoniam ut paulò antè dicebamus, per diphthongum, quæ ſyllaba eſt pronunciationis imperfectæ, imperfectos eſſendi modos in Dialecto hac Scholaſticâ ſignificamus.

De Entium rationis quiditate.

An imperfecta ſit diphthõgorum prolatio?

De Negationũ ſeu Carentiarũ eſſentia, & exiſtentia.

SECUNDÒ. *Omnes etiam Carentiæ, quoniam dividuntur in Species, & propriis definitionibus dilucidantur, habent eſſentias & exiſtentias ſibi proportionatas.* Ita P. Sebaſtianus Izquierdo, qui *in Theologici Operis tom. 2. tract. 9. de Deo Uno diſp 22. quæſt. 1. concluſ. 1.* poſtquam dixerat cognoſci à Deo per Simplicem Intelligentiam res poſſibiles: & per Viſionem res exiſtentes, ſubjungit. [Nomine autem rerum etiam Veritates negativæ veniunt, quo ad rem attinet, complectendæ; ut pote, quæ etiam ſuo modo vel tanquam poſſibiles, vel tanquam exiſtentes, ſeu potiùs tanquam pertinentes ad illarum, vel quiditatem, vel exiſtentiam, poſſunt cognoſci, &c.] Ergo hujuſmodi Carentiæ conſiderari ut poſſibiles poſſunt; immò etiam ut exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis: & quia imperfectæ ſunt, non ſunt dicendæ Sare, aut Sere, ſed Saire, & Seire, ut per imperfectam ſyllabam earumdem ſignificetur imperfectio.

Nota illud veritatem: nam Negationes veritatem habēt, etſi Entitatem non habeant.

An, & quando ſit Circulus ſine vitio admittendus?

Quia in rebus neceſſariò connexis admitti debet Circulus, ut ſi quis dicat, *Petrus eſt homo, Ergo & animal rationale. Eſt animal rationale. Ergo & homo*, pronuncio hunc in præſenti materiâ Circulum, non ſolùm non eſſe vitioſum, ſed totam controverſiam maximè dilucidare. Sic enim inquam. *Deus omnia, ſeu poſſibilia, ſeu exiſtentia ſint, cognoſcit, ut ſunt in ſe. At cognoſcit alias Carentias eſſe poſſibiles, & alias exiſtentes eſſe. Ergo dantur negationes, quæ habent eſſe quidditativum & poſſibile; & dantur, quæ habent eſſe exiſtentiale & actuale.* Vel è converſo, ſi volueris. *Dantur Carentiæ poſſibiles, dantur & exiſtentes.* [nam homo vivus, poteſt mori: & qui perſpicaciſſimos habet oculos, excæcari poteſt, & illos perdere.] *At omnia cognoſcit Deus, ut ſunt in ſe. Ergo ſicut prædicata poſitiva tam in Poſſibilitatis ſtatu quàm in exiſtentiæ ſtatu intelligit, ſic etiam in utroque ſtatu (poſſibilitatis, & exiſtentiæ) veritates negativas intelligit & intuetur.* Deus igitur cognoſcit ea, quæ non ſunt, ſicut (hoc eſt, æquè; non minùs, quàm) illa, quæ ſunt.

Sunt negativæ Veritates, & illæ cognoſcũtur à Deo.

CVIII. Quid, & qualis ſit Materia prima?

TERTIÒ. *Materia prima habet imperfectam eſſentiam: caret enim actu* Sandi *& in genere* Sandi *eſt pura potentia.* Eſt expreſſa D. Thomæ hæc Concluſio: eam enim tenet S. Doctor 1. *contr. Gent. cap. 43.* ſcribit enim. *In rebus invenitur aliquid, quod eſt potentiâ tantùm, ut Materia prima; & aliquid, quod eſt actu tantùm, ut Deus: & aliquid quod eſt actu & potentiâ, ut res cæteræ.* Sequuntur ſuum Magiſtrum Thomiſtæ, quibus Fonſeca & Conimbricenſes ſubſcribunt.

An, & cur Veritas à Thomiſtis aſſerta, male defendatur?

Hanc Doctrinam, aliàs pulchram & bonam nec explicare nec perſuadere (neſcio, an intelligere) poſſunt aliqui illius Propugnatores vocabulorum defectu: illam autem Ego terminis Dialecti Philoſophicæ admiſſis bene expono. Ajo itaque Angelici Doctoris verba in ſandi genere intelligenda eſſe, & quia juvat mutare illorum ordinem, & à re certâ & indubitatâ exordium ſumere, illa reſeribo.

Angelici Doctoris verba exponuntur in Dialecto Scholaſtica.

Sicut in Sandi *genere (hoc eſt, in genere habendi eſſe quidditativum) datur aliquid, quod eſt Purus Actus, quod quia nullâ perfectione in ſerie* Sandi *caret, nullam habet ad illam conſequendam potentiam: & hoc eſt Deus: Et ſicut etiam datur aliquid, quod cùm in eodem* Sandi *genere aliquas perfectiones habeat, & alias non habeat; & reſpectu illarum, quas habet, eſt in actu; & reſpectu illarum, quas non habet, eſt in potentiâ: Et tales ſunt res univerſæ, ſi excipias Deum atque Materiam primam. Ratio poſtulat, ut & detur etiam aliquid, quod in* Sandi *etiam genere ſit pura potentia, quod nullam perfectionem includat actu, ſed habeat puram ad illam actu adquirendam potentiam. Et hoc eſt, quod in Peripato dicitur* Materia prima.

Argumentum à combinatione formalitatum.

Naturalium & Artificialium Formarum Analogia.

Non eſt malum argumentum, quo *in Phyſic. libr. 1. diſp. 3. quæſt. 1.* & poſteà *quæſt. 2. §. 1.* Complutenſes utuntur. Moneo autem obiter, hoc argumento, quod in Combinatione terminorum fundatur, ſi non dari de facto, Materiam, quæ ſit Pura Potentia, ſaltem ſuaderi illam eſſe poſſibilem. Cæterùm eſſe illam admittendam de facto, probant Peripatetici teſtimonio Ariſtotelis *libr. 1. Phyſic.* dicentis. *Ita ſe habet ad formas Subſtantiales Materia-prima, ſicut æs vel Lignum ad Artificiales.* Quam aſſertionem etiam nos docet D. Thomas *Opuſc. 31. §. 1.* his verbis. [Ita ſe habet Materia-prima in ordine naturali, ſicut Lignum in genere Artificiali. Conſtat autem Lignum ſecundum ſe acceptum non includere ullum actum artificioſum, ſed eſſe in potentiâ ad illos. Ergo definitiones & deſcriptiones, quibus Ariſtoteles explicat Materiæ quiditatem, nullum actum præ ſe ferunt, ſed potiùs puram & ſummam potentialitatem.] Materia igitur prima, ſi Philoſophicâ Dialecto utamur, ſecundum ſe conſiderata, & à Forma præciſa non Sat, ſed Sait. Et quando Sot, actum phyſicum habet, non Set, ſed

An Materia prima ſare, aut ſere, dicenda ſit?

ſcit, non exiſtit perfectè per exiſtentiam propriam; ſed imperfectè per alienam.

CIX.
De Accidentis eſſentia.

An imperfecta ſit?

Cur Entium Entia nominentur?

QUARTÒ. *Forma Accidentaria habent eſſentiam imperfectam, Formæ Subſtantiales perfectam: & ideò non dicuntur* entia *ſimpliciter, & abſolutè, ſed* entium entia. *Earum ergo (Accidentalium Formarum) quiditativum* eſſe, *non eſt* ſare, *ſed* ſaire. Quod ſatis manifeſtè Complutenſes *in Phyſic. diſp. 4. quæſt. 5. §. 1. num. 26.* nos docent; inquiunt enim. [De ratione Formæ Subſtantialis eſt, quòd conferat materiæ *eſſe* ſimpliciter: ſed implicat, quòd Forma communicet *eſſe* ſimpliciter materiæ actuatæ per aliam formam: ergo non eſt poſſibilis conjunctio duarum formarum Subſtantialium in eâdem numero materiâ. Major liquet; quia in hoc diſtinguitur Forma Subſtantialis ab accidentali, quòd illa dat *eſſe* abſolutè, & ſine addito, quod eſt *eſſe* ſimpliciter, & ideò quando advenit forma v. gr. equi, dicitur ſine addito, quod equus ſit; è contra verò forma accidentalis ſolum queit conferre *eſſe* ſecundum quid quâ ratione, quando equo advenit v. gr. albedo, non dicimus abſolutè fieri equum, ſed cum addito, fieri videlicet album. Minor etiam liquet; quoniam materia actuata per unam formam ſubſtantialem habet *eſſe* ſimpliciter: ergo repugnat, quòd ſimul ab aliâ recipiat *eſſe* ſimpliciter: quemadmodum implicat fieri ſimpliciter id quod jam eſt ſimpliciter factum. Nam cùm fieri ordinetur ad *eſſe*, ita debet repugnare, quòd res habens *eſſe* ſimpliciter, ſimul ab aliâ recipiat *eſſe* ſimpliciter, quàm quòd res ſimpliciter producta, iterum in eodem inſtanti ſimpliciter producatur.] Ecce Complutenſes duo dicunt: alterum formas ſubſtantiales habere *eſſe* ſimpliciter & perfectè; accidentarias verò imperfectè & ſecundum quid: alterum duas ſubſtantiales formas non poſſe eſſe ſimul in eâdem Materiâ. Et Ego non eorum verba adduxi propter hoc poſterius, quod tametſi probabiliſſimum ſit, ab Scoto negatur; ſed propter illud prius, ut oſtendam, ſive de *eſſe* quiditativo, ſive de *eſſe* exiſtentiali diſputemus, non ſare, nec ſere Accidentia, ſed ſaire, & ſeire.

...n formæ accidentariæ dent ... ſimpliciter ... tantummo... ... *eſſe* ſecundum quid?

An duæ ſubſtantiales formæ ſimul in eâdem materia eſſe poſſint?

An Accidentia dicenda ſint ſare, & ſere, an ſaire, & ſeire?

Syire.

CX.
De Æternitatis conceptu.

SI Mundus (quod & aſſeruit Ariſtoteles) fuiſſet à Deo ab æterno productus, & duraturus in æternum, non ſyret, hoc eſt haberet Durationem æternam: quoniam illa Duratio, quæ ab æterno & in æternum in eo flueret, eſſet ſucceſſiva, & de conceptu æternitatis veræ hoc eſt, ſyntia, eſt, *quòd interminabilis vita ſit tota ſimul & perfecta poſſeſſio*; ut ex Boetio ſcribunt univerſi Theologi. Mundus ergo in caſu haberet Æternitatem imperfectam, adeòque juxtà noſtrum Scholaſticum modum loquendi, non ſyret, ſed ſyiret.

Quid illa ſit?

An ſucceſſionem habeat?

Æternitatis Imperfectæ diviſio.

Æternitas Imperfecta, hoc eſt Succeſſiva dividitur, in Adæquatam, & in Inadæquatam. Adæquata eſt Duratio ex utroque latere infinita, qualem habitura eſſet Creatura, quæ ab æterno à Deo producta, in æternū à Deo conſervaretur. Inadæquata verò eſt ex altero tantùm latere infinita: puta Durationem Creaturæ, quæ fuiſſet ab æterno producta, & in tempore adnihilaretur: vel Creaturæ, quæ ſit in tempore producta, & ſit conſervanda in æternum.

Alia eſt Adæquata, & alia Inadæquata.

Æternitatis Imperfectæ Adæquatæ, nempè Durationis creatæ, quæ nec principium habuit nec habitura finem ſit, nullum habemus de facto exemplum in rerum naturâ; nullam enim rem Deus ab æterno produxit.

Nulla Creatura fuit ab æterno.

Æternitatis autem Imperfectæ Inadæquatæ quæ quidem principium habuerit, & finem habitura non ſit, habemus exemplum in Angelis; in Rationalibus Hominum Animabus: in Humanis poſt reſurrectionem Corporibus: in Cælo Empyreo, & in Inferno: & omnia horum corporum, & locorum perſiſtentiam concernunt.

Multæ habuerunt principiū & finem habituræ non ſunt.

Sed quid dicemus de Imperfectâ, & Inadæquatâ Æternitate à parte ante? An-ne exemplo aliquo poterit dilucidari? Putat Pachymeres, quòd ſic: quoniam Caput VII. S. Dionyſii de Divinis Nominibus Scholiis eruditis dilucidans, ſic ſcribit. [*Rectè igitur etiam Magnus Baſilius ait*, Quædam eſſe, quæ quidem principio carent, ſed finem habent, ut Divinæ illæ Creationis cogitationes: *ab æterno enim, ut ita dicam, apud Creatorem fuere rationes Creationis: nam idcircò dicitur, Qui novit omnia prius, quàm ſint.* &c.] Et ſtatim diſputat de luce, tenebris, & caligine. Non deſignat locum Baſilii Pachymeres, & ideò non poteſt recognoſci; ſed, cùm nec ipſe Pachymeres ſit bonus, utpotè Hæreticorum, & Schiſmaticorum ſtudiis, & conatibus favens, ut cōſtat ex Michaelis Palæologi Imperatoris Hiſtoriâ, quam ipſe Græcè ſcripſit, & ex his, quæ in Prologo fatetur P. Petrus Poſſinus, qui illam Latinè reddidit; cùm nec doctrina ab ipſo nomine Baſilii propoſita, tolerabilis ſit; dicam liberè Baſiliū, Sanctiſſimum, & doctiſſimum Præſulem, malè citari; & uberioris doctrinæ gratiâ proponam, & exponam Opinationem Pachymeræ: quoniam diſcurrit ſic.

An adſignari aliquid poſſit, quod caruerit principio, & tamen eſſe aliquando deſierit?

An bene Baſilius citetur?
An fuerit Pachymeres Schiſmaticus?

CXI.
Proponitur Pachymeræ diſcurſus.

[Ab æterno Deus de producendo Mundo cogitationes habuit. Hæ uſque ad illud momentum, in quo creavit Deus Cælum & Terram durarunt. Modo non permanent. Non enim de faciendo Mundo Divinæ hodie cogitationes ſunt, ſed de jam facto conſervando. Illæ igitur cogitationes ab æterno fuerunt; & licèt nullum habuerint principium, habuerunt finem nihilominùs.] Sanè quid Æternitas Divina ſit, ignorat Pachymeres. Nam in Deo non eſt prius & poſterius, ſed omnia ſunt ſimul. Deo nihil eſt futurum, nîl præteritum: nam omnia ſunt præſentia Æternitati. Deus æternaliter (vel in hoc *nunc* Æternitatis, ut loquuntur Thomiſtæ) decernit producere Mundum in inſtanti A, & in hoc decreto, nam relativum eſt, duo ſunt conſideranda; nempe *eſſe in*, & *eſſe ad*. Secundum *eſſe in* durat & eſt hoc *nunc* Æternitatis: & ſecundum *eſſe ad* attingit inſtans A, quod eſt *nunc* temporis. Æternitatis *nunc*, ſicut nunquam incepit, ſic nunquam finem habere poterit. Ergo decreta Dei (quæ *Cogitationes Dei* Pachymeres appellat) quia Æternitate durant, ſimultanea ſunt, & ſucceſſione carent. Ergo decreta om-

Neſcit, quid ſit æternitas?

De decretis Divinis.

Secundum *eſſe in* ſunt æterna: principio & fine carent.

omnia, quæ in Deo fuerunt ab æterno: & id aſſero cum Pachymere. Nulla igitur decreta Dei habuerunt finem, & id contra ejuſdem Pachymeræ allucinationem ſtatuo.

De Negationibus. An ab æterno fuerint?

Minùs improbabiliter Pachymeres diſcurreret, ſi non jam decreta Divina de producendo Mundo, ſed ipſum *Non-eſſe*, quod erat ante creationem Mundi, conſideraret. Quoniam *Geneſ.* 1. 3. ſcribit Moyſes. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*. Sic igitur poſſet diſcurrere. [Tenebræ illæ fuerunt ab æterno; & quo momento lux fuit à Deo producta ceſſarunt. Ergo eſt in rerum naturâ exemplum, in quo Æternitas Imperfecta & Inadæquata, carens principio, & habens finem, reperiatur.]

An aliquæ ex illis ceſſaverint?

Izquierdi Opinio.

Hanc inadæquatam, & à parte ante tantummodò infinitam Æternitatem P. Izquierdus *in Oper. Theol. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 4. *Propoſ.* 3. *nu.* 124. *pag.* 106. *b.* explicat dicens [Omnis puta Negatio, abſque omni Ente diſtincto à Deo, abſolutè exiſtente, extitit ab æterno, ut Fides docet, &c.] Sed ubi quæſo docet Fides fuiſſe ab æterno Tempus? & tamen ſine tempore, nihil poteſt durare adeoque nihil eſſe ab æterno. Ergo (quod P. Izquierdi pace dixerim) hæc Negationum exiſtentia ab æterno, non eſt aſſerenda poſitivè, ſed negativè: non enim ab æterno fuerunt tempora, in quibus illæ Negationes extiterint: ſed nullum adſignabile momentum fuit, in quo, ſi & illud eſſet, illæ Negationes non eſſent. Poterunt ergo dici fuiſſe ab æterno illas, non realiter & abſolutè, ſed negativè, conditionatè & hypotheticè.

Vera Sententia.

De Veritate negativè, virtualiter, & hypotheticè ab æterno.

Soire.

CXII.
Modus ſubſtandi duplex,

Duos habet modos ſubſtandi Materialis Subſtantia: nam vel Formæ Subſtantiali, aut Accidentali ſubjicitur. Et quia perfectius eſt Subſtantiali, quàm Accidentariæ ſubeſſe, cùm Subſtantialem amplectitur Formam **Sore** dicitur, & **Soire**, cùm Accidentalem.

Et hîc obiter nota hanc eſſe inter Accidens & Modum differentiam, quòd tametſi illud & hic Subjecto accidant, accidunt diverſimodè: nam Accidens, non autem Modus, eſſe ſine Subjecto poteſt de potentiâ Dei abſolutâ: Eſſentia enim Accidentis non conſiſtit in eo, quòd actu inhæreat, ſed quòd inhærere poſtulet, & inhærere debeat, ſi rerum ordo naturalis ſervetur. D. Thomas *in* 4. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. *art.* 1. *quæſtiunc.* 1. *ad* 2. rem exponit his verbis. [*Eſſe in ſubjecto* non eſt definitio Accidentis, ſed è contrario, *res, cui debetur eſſe in alio*, & hoc nunquam ſeparatur ab aliquo Accidenti, neque ſeparari poteſt; quia illi rei, quæ eſt Accidens, ſecundum naturam ſuæ quiditatis ſemper debetur eſſe in alio, *&c.*] Quæ Veritas, non poteſt ratione aliquâ naturali ſuaderi, ſed debet tantùm argumento à Fide deſumpto probari: quia in Euchariſtiæ Sacramento non inhærent alicui ſubſtantiæ Accidentia, & tamen conſervantur de facto. Hoc argumento utuntur Complutenſes *in Logic. diſp.* 11. *quæſt.* 6. §. 3. *num.* 41. & communiter Orthodoxi univerſi.

Quodnam diſcrimen ſit inter Modum & Accidens?

De Accidentis eſſentia.

D. Thomæ Sententia.

De Sacramento Venerabili.

Cum ergo de Venerabili Euchariſtiæ myſterio nihil Ariſtoteles, nihil Porphyrius ſcierit, ſtat illos, & Ethnicos cum illis Philoſophos, non cognoviſſe Accidentis eſſentiam; & Modos cum Accidentibus confudiſſe. Ethnicis Sacramentarios Hæreticos accenſere debemus, qui perfidè Veritatem Euchariſticā negant.

Non cognoverunt Ethnici, nec hodie plerique Hæretici cognoſcunt Accidentis e[illegible]ſentiam.

Cognitâ igitur Accidentis eſſentiâ, quid ſit Modus ignorari non poterit: & Ego ut eam dilucidem, verba Angelici Doctoris attemperabo Modorum eſſentiæ & ingenio, & ſic inquam. [*Eſſe in ſubjecto*, eſt definitio Modi: & non è converſo, *res cui debetur eſſe in alio*; illud enim (videlicet, *eſſe in ſubjecto*) nunquam ſeparatur ab aliquo Modo; quoniam illi entitatulæ, quæ eſt Modus, ſecundum naturam ſuæ quiditatis ſemper debetur, quòd non poſſit eſſe ſine ſubjecto, *&c.*]

Quid Modus ſit?

An ſine ſubjecto eſſe poſſit?

Suire.

CXIII.
De Duratione imperfecta.

Res illæ, quæ imperfectè exiſtunt, nempe (quæ **ſeint**) etiam durare imperfectè (hoc eſt, **ſuire**) dicuntur. Et quia agendo de Eſſentiâ & Exiſtentiâ imperfectis, rationis Entia primo loco poſuimus, de imperfectâ eorum etiam Duratione breviter diſſeramus. Attende.

EST commune præjudicium, ut Articulo VI. perſuaſi, illud, quod aſſerit, eſſe idem tempus, in quo rem Intellectus cognoſcit, & illud, in quo res ab ipſo Intellectu cognoſcitur. Interim, quia interdum prodeſt, aut ſaltem placet, loqui cum pluribus, lineas ſequentes ſubſcribamus.

An loquendū cum pluribus ſit?

Sicut Objectiva Exiſtentia; ſic etiam Objectiva Duratio, eſt quid minus Reali; nam eſt Enti Reali & Rationis communis. Rationis enim Entia, ſicut objectivè exiſtunt in humano intellectu, ſic etiam in illo aliquandiu perſeverant & durant.

An quę objectivè exiſtunt, cenſeantur imperfectè exiſtere?

Prodeſt audire Scotum *in* 1. *diſt.* 36. *qu. unic.* dicentem. [Ens communiſſimè acceptum, vel *Res*, poteſt dici à *reor, reris*: & ſic (Res) eſt communis figmentis, & aliis multis. Alio modo procedendo ultra, *Res* dicitur à ratificatione, ut eſt res rata & diſtincta à re fictâ. Et iſta eſt duplex vel tanquam Res, cui poteſt competere *eſſe*; vel, cui competit eſſe; prius tamen eſt Res, cui poteſt competere *eſſe*, &c.]

Vnde dicatur Res? An à ren[illegible]do, an à r[illegible]cando?

Ens Objectivum. *Quod objectivè in Intellectu poteſt exiſtere, & durare ſeu perſiſtere.*
- *Si extra Intellectum exiſtere & durare non poſſit, dicitur* Ens rationis.
- *Si poteſt extra Intellectum exiſtere*
  - *& tamen non exiſtat de facto dicitur* Ens Poſſibile
  - *ſi autem de facto exiſtit*, Ens Actuale *vocabitur*.

Exponitur d[illegible]ferentia inter Ens rati[illegible] Poſſibile & Actuale.

Ergo rationis Entia, ſi dentur, habebunt Eſſentiam & Exiſtentiam imperfectas: ergo, ſi in Intellectu perſeverent & durent, Durationem

tionem

tionem habebunt imperfectam. Ergo ſicut **ſaire**, & **ſcire**, ſic etiam **ſuire** dicenda ſunt.

An Activæ Orationes bene in Paſſivis à Grammaticis converti ſoleant?

Sic diſcurrere placuit, loquens cum Sententiâ communi. At, quia id poſtular Veritatis cognitio, juxta Articuli VI. doctrinam, iterum dicam, non ſcire Grammaticos, *Primas Activa Orationes*, quas vocant, in Paſſivas convertere: ſæpe enim in circumſtantiis Loci & Temporis adlucinantut. Portò iſtæ Propoſitinnes.

An circumſtātiæ loci, & tēporis, quæ agentem perſonam afficiūt, poſſint in patientem tranſire?

Ego hic cogito Americam.
Ego nunc cogito Adamum.

non poſſunt tranſire in has,

America hic cogitatur à me.
Adamus nunc cogitatur à me.

Quoniam, nec America eſt hic, neque Adamus eſt nunc. Ergo illa adverbia non ſunt Subjecto & Prædicato communia: adeoque ex uno ad alterum tranſire non potèrunt.

Hinc ad aliam venio: videlicet,

Ego *hic & nunc Circulum triangalarem concipio.*

Sunt impoſſibilia Entia rationis.

Si eſt vera; ego facio ens rationis. Sed quo illa modo in Paſſivam tranſibit. An in hanc

Circulus triangularis hic & nunc concipitur à me.

Ergo hic & nunc eſt illud quod concipitur. Ergo hic & nunc eſt Circulus triangularis. At hic non eſt, Ergo non dantur entia rationis. Sed de hoc alibi uberiùs, & accuratiùs in Metaphyſicâ Sectione diſputabimus.

De Carentiis, & Negationibus.

NON longè ab Ente rationis abſunt Carentiæ, & Negationes, quæ exiſtunt imperfectè, & ſicut **ſaire**, & **ſcire**, ſic & **ſuire** dicuntur.

De Materia prima.
An ſit & exiſtat imperfecte?

Huc referri etiam poterit Materia prima in Scholâ Thomiſticâ. Ipſa enim ſiquidem in **ſandi** genere eſt pura potentia, habet *Eſ*ſentiam imperfectam. Et ipſa, ſiquidem exiſtit Exiſtentiâ Formæ, habet modum exiſtendi imperfectum. *E*t tandem, quia durat, & perſiſtit duratione & perſiſtentiâ Formæ, habet durationem, & perſiſtentiam imperfectam. Ergo de Materiâ-primâ erunt veræ & formales iſtæ Propoſitiones.

N. B.
Materia eſt ex ſe incorruptibilis & ingenerabilis. Interìm, quoties aliqua miſſa celebratur minuitur: & hanc ob cauſam eſt hodie in Mundo minus Materia, quàm fuit in creatione ipſius Mundi.

Materia panis, qui heri fuit conſecratus, ante conſecrationem **ſut**.

Materia panis, qui cras conſecrabitur, poſt conſecrationem **non ſut**.

Ubi, ut conſpicis, **ſut** in Primâ Propoſitione eſt *fuit*; in ſecunda autem, *erit*.

CXIV.
De Angelorū Vbicatione & Duratione.

PRÆTEREA, quando diſputamus de Angelis, de illorum Ubicatione & Tempore diverſas Opiniones in Scholâ invenimus. Alii enim eos habere Ubicationem propriam docent, alii prorſus propriâ carère; ſed per operationem aliquam ſe unire Corpori; adeoque eſſe præſentes illi loco & ſpatio, in quo Corpus eſt præſens. Unde ſequitur (& nota id bene) quòd unus & idem locus, qui circumſcribit Corpus, definit Angelum. Quoniam ille locus ipſiſſimus, in quo totum Corpus reſpondet toti ſpatio, & ſingulæ Corporis partes ſingulis partibus ſpatii, eſt in quo totus Angelus (nam indiviſibilis eſt) totus

An unus & idē locus, qui circumſcribit Corpus, definiat Angelum?

reſpondet toti ſpatio, & totus cuilibet ſpatii parti. [Et eodem modo de Anima & ſuo Corpore philoſophator.]

Loci Circumſcriptivi & Definitivi diſcrimen.

Sanè Angelos habere Ubicationem propriam, eſt hodie Sententia extra Scholam S. Thomæ communis. Eam tenet & docet P. Rodericus Arriaga *tom.2. Theol. diſp.15. ſect. 3. ſubſ.5. pag.157.b.* ubi hanc Concluſionem ſtatuit. *Angelus habet ſuam poſitivam Ubicationem independentem à Corporibus, & reſpicientem ſpatium imaginarium, non minùs quàm eam habent res omnes materiales.*

An propriam Vbicationem habeant Angeli?

Angelos autem eſſe in loco per ſolam operationem, eſt D. Thomæ, & communis ejus Scholæ Sententia. Illam enim *in 1. diſt.3. qu.3. art.1.* expreſsè tradit S. Doctor ſcribit enim. *Angelus & qualibet Subſtantia Spiritualis non poteſt eſſe in corpore, ſive in loco, niſi per operationem, qua effectum aliquem in eo cauſat.* [Vide Arriagam *loc.cit. ſect.3. ſubſect. 1. num. 16. pag.152. a.* Suarium *cap.* 4. & alios.] Aliqui apud Suarium *cap.*5. hanc Opinionem limitant, ita ut non per ipſammet operationem, ſed per aliquid ipſi operationi prævium Angelus in loco conſtituatur formaliter. Eamdem autem Sententiam Vaſquez *diſp.* 188. *cap.* 7. alio modo limitat & exponit, aſſerit enim Angelos in loco conſtitui per unionem realem non cum ſpatio, ſed cum loco. Unde & ſequitur motis corporibus, cum quibus ſunt uniti, illos per accidens loco movendos eſſe. *E*t hunc Modum dicendi, videtur ſumpſiſſe ex eodem Angelico Doctore, nam *quodl.1.art.4.* ſic inſit. *Contactus in corpore eſt per quantitatem dimenſivam, quæ in Angelo non invenitur, cùm ſit incorporeus, ſed loco ejus eſt in eo quantitas virtualis. Sicut ergo Corpus eſt in loco per contactum dimenſivæ quantitatis, ita Angelus eſt in loco per contactum virtutis. Siquis autem velit virtutis contactum* operationem *vocare, propter hoc quòd operari eſt proprius effectus virtutis, dicatur, quòd Angelus eſt in loco per operationem; ita tamen quòd per operationem non intelligatur ſola motio, ſed quacunque unitio, quâ ſua virtute ſe corpori unit, vel præſidendo, vel continendo, vel quocunque alio modo.* Unde P. Joannes à S. Thomâ *in 1. part. quæſt.51. pag.306. a. num.* 20. ſcribit, *quòd S. Thomas perpetuò doceat, Angelos eſſe in loco per contactum virtutis.*

An ſint in loco per operationem?

An per aliquid prævium operationi?

An per unionem?

N. B.
Ex hoc D. Thomæ teſtimonio colligitur, Prædicamenta Vbicationis, & Situs in Syſtemate Incorporeo uſ effetat in eo negari non debere Prædicamentū Quantitatis; datur enim, ut conſpicis, Quantitas Spiritualis.

CXV.
An ſicut de Vbicatione, ita de Duratione philoſophandum ſit?

HInc ad Durationem Temporaneam eorum tranſeo, & aſſero, ſicut de Ubicatione, ita & de Temporaneâ eorum Duratione eſſe ſtatuendum. Ita Arriaga *diſput.* 15. *in princ.* inquit enim. [Simul cum Loco Angeli, tractandum videbatur de ejus Duratione: quia autem, quæ ad perpetuitatem eorum pertinent, *diſp.* 1. expedita ſunt; quæ verò ad diſtinctionem durationis à ſubſtantiâ eorum planè ſunt communia omnibus rebus permanentibus, ut ſupra in initio notavi, & ſuppono ex Phyſicis, efficaciter probarum univerſaliter, eam diſtinctionem non minùs quàm in Ubicatione: neque quo ad Durationem adſignari ab ullo potuit differentia inter res ſpirituales & materiales permanentes, &c.] Opinione ergo Arriagæ *Sicut de Ubicatione Angelicâ, ſic de Tempore Angelico erit philoſophandum.* Ergo, qui per Ubicationem intrinſecam Angelos in loco conſtituunt, eoſdem per Dura-

An alterutra à Subſtantia realiter diſtinguatur?

An Tempus Angelis intrinſecum, aut extrinſecum ſit?

tionem

Digitized by Google

tionem intrinſecam conſtituent in tempore: illi autem, qui exiſtimant Angelos per operationem aut unionem cum Corporibus nanciſci Ubicationem corpoream, idem de Duratione Corporeâ erunt neceſſario dicturi. P. Joannes à S. Thomâ *in 1. par. quaſt. 52. & 53. nu. 19. pag. 229. a.* appoſitiſſimè hæc ſcribit. [*Ex* dictis colliges quomodo tempus Angeli computatur & ſit diſtinctum à tempore noſtro, nec illi ſimile, ſicut nec motus ejus, cùm ſpiritualis ſit, non eſt ſimilis motui noſtro, ut *hac quaſt. 53. art. 3.* S. Thomas advertit, loquendo tam de tempore & motu continuo, quàm de diſcreto, &c.] Cùm autem Angelus per operationem ſuam unitur Corpori durat tempore Corporis. Idem Pater Joannes à S. Thomâ. [Iſtæ autem operationes Angeli indiviſibiles ſunt in ſe; quia non ſunt operationes procedentes de potentiâ ad actum, & per partes ſucceſſivas procedentes, ſed ſunt actus perfecti: ſed, quia ſucceſſione carent, vocantur *inſtantia*, non tamen eſt neceſſe, quòd correſpondeant unico inſtanti noſtri temporis, quod eſt ex omni parte indiviſibile, tàm formaliter, quàm [*] virtualiter, ſed poſſunt durare ſecundum correſpondentiam ad multum tempus noſtrum; ut, ſi Angelus perſeveret uno die in ſuâ operatione indiviſibili ſine aliquâ ejus mutatione, vel ſucceſſione partium. Unde talia inſtantia ſeu operationes, quæ ut procedunt ab Angelo ſunt indiviſibiles formaliter, dicuntur virtualiter diviſibiles, quia æquivalent & correſpondent durationi indiviſibili (lege diviſibili) noſtri temporis, quamdiu Angelus vult illam operationem durare.]

P. Ioannis de S. Thoma opinio.

An, & quomodo Angelus duret tempore corporis?

Cur dicantur Angeli per inſtantia durare?

*] *Eſt in ea ſententia P. Joannes, qua indiviſibilia admittit; at nullum adſignabile eſt, quod intellectualiter humanitùs, & realiter divinitùs non poſſit in infinitum divide.*

De Lingua Græca Aoriſtis. An, & qualiter Tempus abſtractum & indefinitum ſignificent? An ad Sure *vel* Suire *(quoniam eſſendi differentiam) ſpectent?*

CXVI.
De re ſignificata & modo ſignificandi.

HUcuſque Sure à Suire diſtinximus, in ipſomet objecto perfectionem & imperfectionem conſtituendo: alia enim (nimirùm omnia Corpora) propriè & verè tempore durant, alia impropriè & per accidens: (& tales ſunt Subſtantiæ Angelicæ in opinione Thomiſtarum; quoniam Corporum Ubicatione collocantur, & eorumdem Tempore etiam durant, quandiu uniuntur corporibus.) Nunc autem non ad objectum, & rem ipſam, ſed ad ſignificandi modum hos oculos convertamus.

De Aoriſto, ſeu Tempore indeterminato.

In Perfectum, & Imperfectũ dividitur.

Tempus Indefinitum, & Indeterminatum, quod χρόνος ἀόριστος Græcè dicitur, in ſuo genere Perfectum & Imperfectum eſſe poteſt. Perfectum, ſi ab univerſis temporibus (Præterito, Præſenti, & Futuro) abſtrahatur: Imperfectum, ſi à Præteritis tantùm, aut à Futuris tantùm. Et quid de Aoriſtis Idiomatis Græci eſt dicendum? Sunt-ne in ſuo ipſi genere Perfecti aut Imperfecti? Quod eſt interrogare, *An hæ voces Græcæ*, ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, *ſiat* Sum. ſus. ſut verberans: *an verò* Suim, ſuis, ſuit, verberans *in Dialecto Scholaſticâ?* Et hic duas diverſas Opiniones reperio.

De Linguæ Græcæ Aoriſtis.

An perfecti ipſi ſint?

Prima Opinio.

Prima docet Græcos omnes Aoriſtos in ſuo genere Perfectos eſſe, hoc eſt, ab omnibus temporibus abſtrahi. Eam tenet & docet P. Jacobus Gretſerus *in ſuâ Græcâ Grammatica* (mihi *pag. 147.*) qui ſic ſtatuit. *Probabilius eſt, quod alii dicunt; hæc Tempora vocari* Aoriſta, *ſeu* Indefinita *quòd habeant ſignificationem, interdum quidem Præteritam, aliquando Futuram, & nonnunquam præſentem*, &c.

Altera Opinio

An Aoriſti æquivaleant Præteritis?

Secunda è contrario Sententia hæc Indefinita Græcorum Tempora in ſuo genere eſſe Perfecta non admittit, putat enim à Præteritis abſtrahi, & non pertinere ad Futura. Hujus Sententiæ meminit *ubi ſupr.* Gretſerus; inquit enim. *Reſpondent Aoriſti Præteritis Latinorum. Licèt enim nonnulli tradant, incertam eſſe ſignificationem, paulo-ne res præterierit, an multò; id tamen vix obſervatur ab Auctoribus, ut exemplis paſſim obviis oſtendi poteſt. Nam cum Iſocrates principio Panegyrici ait*, Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὴν τῶν σωμάτων εὐεξίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν. *Quis hos alios in eadem periodo ſequentes Aoriſtos non idem ſignificare dicat, quod Præteritum Perfectum. Et, ſiquis omnes illos Aoriſtos in Præteritum mutet, in aliam Orationis ſignificationem efficiet?*

An Aoriſti Primi à Præteritis, & Secundi à Futuris abſtrahantur?

Et confirmaret hanc ſecundam opinionem qui diceret, Aoriſtum Primum eſſe Tempus quoddam indefinitum à Præteritis univerſis abſtractum: ſecundumque Aoriſtum eſſe Tempus à Futuris univerſis præciſum. Nam, qui hanc viam Criticis ingrederetur, oſtenderet horum duorum Aoriſtorum differentem eſſe ſignificationem: quod hucuſque voluerunt aliquandò Grammatici, ſed nunquam potuerunt oſtendere. Interim, ut hanc aliquis rem benè & clarè expediret, magno ſtudio, lectione, & obſervatione indigeret; quoniam Idioma Græcum ubertate ſuâ opulentâ luxuriat; & in Temporum ſignificatione, non Poëtæ tantùm, ſed & Oratores differunt inter ſe. Ergo dum lux evidentior affulgeat, dicamus Primum, Secundumque Aoriſtum, quoad ſignificationem coincidere; & importare Tempus à Præterito, Præſenti, & Futuro præciſum, ut Prima aſſerebat Opinio.

An aliàs nullo modo differat inter ſe?

Eligitur prima Sententia.

An, & cur Verbum Subſtantivum εἰμὶ, Aoriſtos apud Græcos non habeat?

*E*t hîc pro coronide notare volo, id quod cum admiratione magnâ obſervo; videlicet, Verba Adjectiva in omnibus Modis (Indicativo, Subjunctivo, Optativo, Imperativo, Infinitivo) nec non etiam in ipſo Participio duos Aoriſtos inflectere, quibus carere poſſent: & tamen verbum ſubſtantivum εἰμι, quod maximè Aoriſtis indigere videtur, illis abſolutè carere. *E*t auget admirationem, quòd cùm ab eodem verbo ἕω, quod vario affectum ſpiritu varia ſignificat, oriantur εἰμι, *ſum*: εἶμι, *vado*; ἵημι, *mitto*; ἵμαι, *cupio, deſidero*; & alia: Aoriſtos Nomenclator (hic eſt Inventor Linguæ Græcæ) Aoriſtos, quos verbis εἶμι, ἵημι, &c. prodigè concedebat, non ſine avaritiæ notâ verbo εἰμι abſolutè negaverit.

Ab ſua varia exoriuntur Verba, quæ Aoriſtos habent.

AR-

N O T A.

An Græci Patres Verbum Subſtantivum εἰμὶ, *ſum interdum activè, & cauſaliter ſumpſerint?*

An verba ambigua à perſona loquente reſtringantur?

QUOD non poteſt tolerari in Hæretico, in Orthodoxo debet, quoniã ambigua vox, quæ in bonam, & malam partem poteſt trahi, per Perſonam proferentis reſtringitur. Quod tametſi centenis ſuadere teſtimoniis, & authoritatibus poſſem, unicum verbũ in exemplum propono. Nutiſſimi Vitii nomen eſt *Prodigalitas*, & opponitur Liberalitati. Ergo ſi *Deum eſſe prodigum*, Wicleffus diceret, nota impietatis ab omnibus inureretur: interim, quando Paſchali Tempore Eccleſiaſtici canimus

An, quo ſenſu, & à quibus Chriſtus vocari poſſit *Prodigus*?

Nobis diu, qui debita
Redemptor affixus Cruci,
Noſtra dediſti prodigus,
Pretium ſalutis, ſanguinem.

à nullo Viro pio, & prudente reprehendimur, quoniam à proferentium perſonarum circumſtantiã colligitur vocem in illo verſu *prodigus*, liberaliſſimum ſignificare: nempe Virum (Hiſp. *tan maniroto*) ut ſuam Liberalitatem extenderit, quouſque potuerit, quin maculam vitioſæ profuſionis incurrerit. Hæc dixero, ut oſtendam, etſi, *Deus eſt annus*, *Deus eſt locus*, *Deus eſt Angelus*, *Deus eſt canis*, & ſimilia, Wicleffo, & aliis dicere non licuerit, nam contra illos ſtabat impietatis præſumptio; Priſcis licuiſſe Eccleſiæ Patribus, quos quia ſcimus fuiſſe Catholiciſſimos, eoſdem hæc verba, non identicè, ſed cauſaliter uſurpaſſe ſupponimus. Audiunto Patrem Balthaſſarem Corderium, qui *in* D. *Dionyſii cap.* 10. *libr. de Divinis Nominibus pag.* 661. ſic ſcribit. [Dicitur autem *omnium ævum, & tempus*; quia omne ævum ex ipſius duratione pendet, & omne tempus ex ipſo fluit, qui ævo, & tempori ſuum eſſe tribuit & continuat. Unde cap. 5. idem Dionyſius ait, Αὐτός ἐϛιν αἰὼν τῶν αἰώνων, ὁ ὑπάρχων πρὸ αἰώνων, *Ipſe eſt ævum ævorum exiſtens ante omne ævum*: & paulò antè, Ἀρχὴ καὶ μέτρον αἰώνων, καὶ χρόνων ὀντότης, καὶ αἰὼν τῶν ὄντων, *Ipſe eſt principium & menſura ævorum, & temporum entitas, & entium ævum* quæ omnia cauſaliter intelligenda.]

Nomen Hiſp. *Manirroto*.

De ſenſu cauſali.

An creaturarũ nomina de Deo cauſaliter poſſint verificari?

An, & quo ſenſu Deus Ævum, & Tempus nominetur?

DIximus melius eſſe dicere, *Deus eſt canem* quàm dicere, *Deus eſt canis cauſaliter*, nam licèt utraque Propoſitio, idem prorſus ſignificet, illa prior, ſi per Priſcianum liceat, videtur eſſe clarior & melior. *Et*, ſi interroges, An aliquis olim Græcus Author juſſerit, ut Verbum Subſtantivum εἰμὶ, regat Accuſativũ? reſpondebo aſſertivè, & Dionyſium producam, qui Interpretis antiqui induſtriã perorans Latinè ſic inquit. *Laudatur autem Deus ab antiquitate dierum, qui ipſe eſt omnium ævum & tempus*. *Et*, quia αἰῶνα, & χρόνον, *ævum* & *tempus* in textu Græco ſunt in accuſativo, ut hanc ipſe circumſtantiam exprimeret, debuiſſet in Verſione ſuã dicere, *Quia ipſe eſt omnium æviternam aut temporaneam durationem*. Textus Græcus juxta Corderii caſtigationem ſic decurrit, ἡμερῶν παλαιὸς ὁ Θεὸς ὑμνεῖται γάρ, διὰ τὸ πάντων αὐτὸν εἶναι καὶ αἰῶνα, καὶ χρόνον. At ex verſione ipſa colligitur Interpretem ob oculos habuiſſe hæc verba, ἡμερῶν γὰρ παλαιὸς ὁ Θεὸς ὑμνεῖται, Διὰ ὁ πάντων αὐτὸν εἶναι καὶ αἰῶνα, καὶ χρόνον.

An Verbum Subſtantivum εἰμὶ, *Sum*, ſumatur interdum activè, & regat accuſativum?

Locus S. Dionyſii illuſtratur

Quomodo illũ hodie legat Corderius?

Et quo eumdẽ modo Vetus Interpres legerit?

Dierum antiquus (nempe, Deus) hymnis eſt celebrandus: quia omnium rerum autor eſt quidem Æviternitatem, & Temporaneam Durationem. Ecce Verbum εἰμὶ *Sum* activè ſumitur, & *dare eſſe (creare, aut producere)* importat.

ARTICVLVS XIII.

An Metaphyſica Verbi Subſtantivi Differentia (videlicet, Sam Sem, Sym, Som, Sum. *poſſint activè ſumi?* *Et, An neceſſariò, aut utiliter ex iiſdem Verba Activa* Samo, Semo, Symo, Somo, Sumo, *deducantur?*

CXVII.

VErbum Subſtantivum poſſe uſurpari activè, & eſſe ſignificantiſſimum ſi ſumatur activè jam vidimus. Sed pergit ulteriùs ingenioſa Curioſitas, & inquirit, *An Nova eſſendi Differentia poſſint recipere Activam ſignificationem?* Et ego, ut ſatisfaciam breviter diſcurram per ſingulas.

De Differentia Prima.

Porrò Sure, ut ab ultimâ incipiam, & retrogradum ordinem teneam, *eſſe ſignificat indefinitè in aliquã differentiã temporis*. Ergo dari poterit Cauſa Activa, & Efficiens, quæ res in aliquã temporis differentiã producat, ſumſe igitur Cauſa, quæ producit Rem ſuntem.

Som eſt idem ac *ſubſum*. Cauſa igitur, quæ præſtet ut aliqua Res alteri ſubſtet, verè illam ſomee.

De Secunda.

Syre *Eſſe æternum* importat, quia repugnat, ut unus Deus producat alterum, ſymere naturaliter, aut etiam eſſentialiter ſumptum repugnabit; At quia in Divinis una Perſona poteſt aliam producere, dici poterit Pater ſymſe *Verbum Æternum*, nec non, *Pater, & Filius, per modum unius Principii*, Symunt *Spiritum Sanctum*.

Non eſt verum dicere, quòd unus Deus producit alium Deum: bene tamen, quòd una Perſona Divina aliam producit.

Cur apud Hebræos HELOHIM, quod nomen, nam pluralis eſt numeri, tres Perſonas inſinuare videtur, poſtulet Verbum ſingulare.

ctum. Et quid mali, ſiquis ut exprimeret unicitatẽ Principii, diceret *Pater, & Filius* **Symit** *Spiritum Sanctum*: aut etiam in Linguâ ipsa communi *Pater & Filius producit Spiritum Sanctum*? Ut enim puto exemplum in Linguâ Hebraicâ haberet, in primâ enim Geneſeos lineâ dixit Moyſes, ברא אלהים, HALOHIM BARA, *Tres Divinæ Perſonæ creavit, videlicet, Cælum, & Terram*.

De Prima eſſendi Differentia.

In **ſere** nullam omninò difficultatem invenio; ſonat enim *exiſtere*, & omnis Cauſa Efficiens, cùm Effectum producit **illum ſemit**, hoc eſt, *illam facit exiſtere*.

Tota ergo difficultas concernet tantùm verbum **ſare**. Eſt enim **ſare** *habere eſſentiam*, & non producuntur eſſentiæ, ſed fiunt exiſtentes, cùm **ſemuntur**, cùm exiſtentiæ ipſis communicantur.

Creaturæ non ſolùm Exiſtẽtias, ſed etiam Eſſentias, quas habent, receperunt à Deo.

Reſpondeo, Deum ſuâ ſimplici intelligentiâ, illas intelligendo, dare Eſſentiis **illud ſare**, *illud eſſe quidditativum*, quod habent. Ergo illas **ſamit**. Et poſteà accedente libero ſuæ voluntatis decreto, illis exiſtentias communicat, **illas ſemit**. Unde Deus, non *Exiſtentiator* modò, ſed & *Eſſentiator* à Viris doctis nominatur. Audiunto Joannem Henricum Alſtedium, qui *Encyclopædia tom.1.lib.5.* Hebræam Radicem הוה, HAVA, *Eſſe*, à quâ tetragrammaton nomen JEOVA; deducitur, dilucidaturus, circa hujus Divini nominis pronunciationem, & circa ſignificationem, varias eſſe nos monet Scriptorum ſententias. De vocis prolatione hæc ſcribit. [Hinc nomen Dei proprium יהוה: pro quo Benedictus Arias Montanus putat legendum JAHEVEH, ad formam EHEJEH: alii JAHVOH: alii IIHVAH: Apud Gentiles occurrunt iſta Ἰάω, Ἰαώ, Ἰαῦ Apud Epiphanium Ἰαβὲ; apud Theodoretum Ἰασβαὶ: apud alios Ἰώβέ. Vetus quoque Nominativus *Jovis* hinc ortus eſt.] Et veniens ad nominis ſignificationem hæc addit. [Porrò vocem JEOVA quidam vertunt Αὐτοούσιον: alii *Eſſentiator*; item *Exiſtentiator*.] Et ſicut *Exiſtentiatoris* nomine ille ſignificare debet, qui per externam productionem facit, ut res exiſtant: ſic etiam *Eſſentiatoris* nomine ille ſignificatur, qui res poſſibiles intelligendo, præſtat, ut illæ **Sare**, (*eſſe quidditativum*, ſeu *objectivum*) habeant.

De Dei proprio nomine יהוה.

Quo modo proferendum ſit?

Quid ſignificet?

Samens eſt *Eſſentiator*: & eſt *Exiſtentiator* **ſemens**.

Significationem verbi **Samo** Græci Veteres cognoviſſe videntur; nam apud ipſos, ut in *eius* notavit Scapula, legitur Verbum Activum οὐσιόω, *eſſentio*, & Paſſivum οὐσιῶθαι *eſſentior* & Nomen abſtractum οὐσίωσις, *eſſentiatio*.

οὐσιόω. οὐσιῶσθαι. οὐσίωσις.

NOTA.

Occaſio reſcribendi hunc Articulum.

CXVIII.

EA, quæ hucuſque diximus, continent generalem doctrinam, & viderentur ſufficere, ut omnium eſſendi Differentiarum cognoſcatur activitas: ſed, quia ſuccurrunt aliquæ difficiles Propoſitiones, quæ ſpeciali conſideratione indigere videntur, ſumamus alium Calamum; iterumque de eodem argumento diſſeramus.

Verba Subſtantiva, ut dicebamus, quæ actionem eſsendi ſignificant, poſſunt activè ſumi: & tunc univerſim loquendo ſignificabunt *dare eſſe*. Et conſultò illud, *quæ actionem eſſendi ſignificant*, ſcripſi, quia omnia verba modo congruo cenſentur agere. Audiunto P. Jacobum Gretſerum *in Gramm. Græca lib.2.cap.10.pag.mihi* 89. dicentem. *Nomine* Verborum actionem ſignificantium, *intelligi volumus non tantum Verba Activa, ſed etiam Communia, Deponentia, & Neutra; nam & hæc interdum actionem ſignificant, ut rectè docet Emanuel (Alvarez)* &c. Ergo ſingula breviter dilucidemus.

An Subſtantivum Verbum ſumi poſſit activè?

An omnia Verba quodammodo actionem ſignificent?

Samere, & Semere.

CXIX. Quid ſit **Samere**?

ESſentiæ rerum non ſolùm in Eſſe exiſtentiali, ſed etiam in Eſſe quidditativo pendent à Deo; qui quoniam **Sare** eſt *habere Eſſentiam*, & **Sere** eſt *habere exiſtentiã*, **ſamens** & **ſemens** (hoc eſt, *Eſſentians*, & *Exiſtentians*; ſeu *Eſſentiator*, & *Exiſtentiator*) Metaphyſicè dicitur.

Profectò (ut inferiùs dicemus, & exponemus) Intellectus Divinus intelligens Creaturas poſſibiles, eas neceſſariò **ſamit**, (hoc eſt, illis communicat illud eſſe poſſibile, quod habent) & accedendo actu libero Divinæ Voluntatis, quas vult **ſamit** (hoc eſt, quibus vult, exiſtentiam communicat.)

Samere eſt actio propria Dei.

Verbum **ſamo** (*Do, aut communico eſſentiam*) non variatur per tempora: nam **Samptio** eſt Divina Intellectio, quæ neque ſecundum *eſſe in*, neque ſecũdum *eſſe ad* concernit tempus, quod perſuadeo clariſſimè. Quoniam hæc Intellectio (nic actus ſimplicis Intelligentiæ) ſecundũ *eſſe in* eſt in Deo, & quia eſt in Deo identicè, eſt Deus. Durat ergo non ſucceſſivo Tempore, ſed ſimultaneâ Æternitate. Et eadem Divina Intellectio ſecundum *eſſe ad*, terminatur ad rerum Eſſentias, ſeu ad Creaturas poſſibiles, quæ non ſunt in aliquo determinato tempore, ſed **ſant** ab omni temporum varietate præciſæ.

An, & cur Verbum **Samo** per tempora non conjugetur?

De Intellectione Divina ſecundum *eſſe in* & ſecundum *eſſe ad* conſiderata.

Tranſeo ad Verbum **ſemo**, & ut illud convenienter exponam, Verbum *Creo* (quod jam ſignificat [*] rem producere ex nihilo) in examen præmitto. Creatio activa eſt actus Intellectûs Divini à Divinâ Volũtate determinatus. In eâ *eſſe in*, & *eſſe ad* diſtinctè contemplari debemus. Nam Creatio Activa (Intellectio Divina) ſecundum *eſſe in* eſt Deus, duratque Æternitate. Ergo ſecundum *eſſe in*, inflecti, & variari per tempora non poteſt Verbum *Creo*: at poterit ſecundum *eſſe ad*, quoniam dat Corporibus Exiſtentiam in Tempore, quod totaliter eſt ſucceſſivum: & Angelis communicat Exiſtentiam in Ævo, quod partim ſimultaneum & partim ſucceſſivum eſt, & habet præteritum, futurumque, quomodocumque intelligatur. Et huc reſpicientes dicimus *Deus creavit Cælos, Deus creavit Angelos*; & tunc utimur tempore præterito, non ut Creationis activæ, ſeu Divinæ Intellectionis *eſſe in*, ſed ut *eſſe ad* exponamus. Ergo quæ de Verbo *Creo* ſunt dicta, dicta ſunto ſimiliter de Verbo **ſemo**. Quoniam habere poteſt tempora, quibus non ejus *eſſe in*, in quo nulla eſt varietas, ſed terminus *eſſe ad*, qui varietati obnoxius ſignificatur.

Quid ſit **Semere**?

*] *Apud Sacra Pagina Interpretes, & apud Scriptores Antiquos nomen* Creatio *non ſemper importat productionem ex nihilo.*

Verbum *Creo* ratione termini poteſt conjugari per tẽpora.

Verùm *Creare*, ſit **Semere**?

Quæris, *An verbum* **ſemo**, *ſaltem prout dicit* eſſe ad, *habeat tempora in caſu, quo Deus nunquam*

(in

Digitized by Google

De Creatura nunquam (hoc eſt, in nullo tempore) exiſtente.

(in nullo tempore) aliquam Creaturam produceret?

Dico, ut reſpondeam Difficultati, Primò, non eſſe iſtam Quæſtionem ſpecialem in Verbo Metaphyſico **Semo**: quoniam, ſi Deus lapidem in nullo tempore produceret, inquiri poſſet, quo deberemus modo loqui? Utrùm dicere deberemus activè, *Deus produxit lapidem*? an verò *Deus producit*, aut *Deus producet*? &, ſi loqui paſſivè vellemus, An deberemus dicere; *Lapis productus fuit*, an verò *Lapis producitur*, aut denique *Lapis producetur*? Et, ſi non jam Cauſam Effectricem, ſed rationem exiſtendi formalem explicare vellemus, An deberemus dicere *Lapis exſtitit*, an potiùs *Lapis exiſtit*, aut *exiſtet*.

Quo modo loqui deberemus de illa?

An reſpectu noſtri eſſet præterita, præſens, aut futura dicenda?

Quamobrem, ut meam ſententiam proferam, dico illum Lapidem, qui exiſteret in nullo tempore, reſpectu Tui, nec præteritum, nec præſentem, nec futurum eſſe: & hanc ob rem non eſſe in Linguâ Græcâ, aut Latinâ vocabulum, quo talis exiſtendi modus ſignificetur: quia, cùm Nomenclatores, non fuerint Philoſophi, ſed Politici, non fuerunt ſuſpicati, rem de quâ diſſerimus, eſſe poſſibilem, & ideò non conformaverunt vocabula, quibus illam ſignificarent.

An Lingua Latina habeat verba quibus ejus exiſtentiâ ſufficienter exponat?

Dico Secundò, Caſum evidenter impoſſibilem eſſe, ſi ab Exiſtentiâ Duratio realiter non diſtinguatur. Quoniam, ſi idem eſt exiſtere, ac eſſe in tempore, repugnat dari exiſtentem Lapidem, qui tamen nullo in tempore ſit.

An Caſus poſſibilis ſit?

Dico Tertiò, ea ſuppoſitione, quòd inter exiſtentiam, & durationem realis admittatur diſtinctio, Caſum eſſe poſſibilem, & ut talem doctiſſimè à Thomiſtis defendi. Sed de hoc uberiùs in Criticâ, Pandecte, & aliis in libris diſputavi.

Thomiſtarum Opinio.

Symere.

CXX. Quale verbum ſit Symere?

VErbum Divinū, & Perſonale **Symo** eſt; & quia eſt activum, habebit ante Nominativum, & poſt ſe Accuſativum: & in Activâ (**Symere**) conveniet Patri, & Filio: & in Paſſivâ (**Symi**) conveniet Filio, & Spiritui Sancto Ejus ſignificatio ut ſic, eſt *Producere*, & illa per Productionis *eſſe in*, & *eſſe ad* reſtringitur, & determinatur. Dicimus enim *Pater* (**Symit**) *producit Filium*; nec nō *Pater, & Filius* (**Symunt**) *producunt Spiritum Sanctum*, in quarum priori Propoſitione illud (**Symit**) *producit*, eſt *generat*: & in poſteriori illud (**Symunt**) *producunt*, eſt *ſpirant*.

Et hinc Dubiū oritur triplex. PRIMUM, *An Verbum* **Symo** *inflectatur per tempora*? SECUNDUM, *An Nominativus ille* (*quem* Perſonam Agentem *dicunt Grammatici, & Subſtantia Divina eſſe debet*) *ſit Deitas in abſtracto: aut Deus in concreto: aut aliqua Perſona Divina*? Et TERTIUM, *An Accuſativus* (*quem* Perſonam Patientem *appellitant Grammatici, & Subſtantia Divina debet eſſe*) *ſit Divinitas in abſtr. aut Deus in concr. aut aliqua Perſona Divina*?

An habeat tempora?

Cuinam conveniat Symere? Cui nam conveniat Symi?

RESPONDEO ad Primum, Verbum **Symo** omni temporum varietate deſtitui, quia dicit Durationem æternam, quæ eſſentialiter eſt ſimultanea, & immutabilis, & ideò ſucceſſionis eſt incapax.

In Deo varietas temporum non reperitur.

Hinc patet, quo ſenſu accipiendum ſit illud Pſalmi *Dominus dixit ad me, Filius meus es Tu, Ego hodie genui Te*. Vox enim *Dominus* ſumitur perſonaliter, & *Patrem Æternum* ſignificat; qui hæc verba dicit Verbo Æterno; in quibus illa *Ego hodie genui Te*, indigent expoſitione: nam ſi hodie, quomodò genui? &, ſi genui, cur non heri, ſed hodie?

Dilucidatur Pſalmi 2. Verſ. 7.

Caramuelis Leptotatos.

Ut rem intelligas, reſcire debes, Hebraicè eecinisſe Davidem: in Græcam, Latinam, & alias Vernaculas linguas Interpretes tranſtuliſſe ejus verba, in quibus quia Conjugationes per Tempora, & Modos decurrunt, nec David habuit convenientia vocabula ut ſuum conceptum exprimeret; nec debuerunt aliter quàm ipſe, loqui Interpretes. Interim Propheta Rex quod unicâ non potuit, duplici voce expoſuit, uſus enim eſt præterito *genui*, ut illam generationem fuiſſe ab æterno innueret: &, ne putare poſſet in Deo præteritum à præſenti diſtingui, addidit illud *hodie*, quo ſignificaret in Deo omnia ab æterno præterita, & omnia in æternum futura, eſſe unum *hodie* (hoc die) Hiſpanicè *un ahora* (*hac horâ*) hoc eſt, unum *nunc* infinitum.

Circumloquēdo expoſuit David, quæ loquendo explicare non potuit.

Cur Verbum de præterito per adverbium de præſenti modificetur?

Unde, qui velit hæc verba in Metaphyſicam Dialectum traducere, dicere poſſet, *Dominus dixit ad Me. Filius meus es Tu. Ego æternaliter (id eſt, hoc* Nunc *Æternitatis)* **Symo** *Te*.

[N.B. Et hîc obiter nota hunc Pſalmi locum ſolâ tranſpoſitione unius puncti corrupiſſe Mahometum, nam denticulus cum ſuppoſito puncto in Linguâ Arabicâ eſt B, & cum ſuperpoſito N. Unde per ſolam tranſpunctionem BENI, *Filius meus*, tranſit in NEBI, *Propheta meus*, & tollitur Argumentum, quo Chriſti demonſtratur Divinitatis.]

Hic Pſalmi locus ſola unius puncti tranſpoſitione in ſuo Alcorano à Mahometho corrumpitur.

انت نبی انا ارسلتك

Arabicè.

انت ابنی انا ارسلتك

CXXI.

Sicut Davides, ut æternitatem exprimeret Verbum Præteriti Adverbio Præſentis Temporis modificavit; ſic (quod in idem recidit) Dominus Noſter Jeſus Chriſtus, ut eamdem proponeret & exponeret, Verbum Præſentis Temporis, Adverbio Præteriti fuit proſequutus. Quoniam dicenti (aut, ſi in noſtra Metaphyſica dialecto loqui placeat **Syteranti**) *Abraham, Pater veſter, exultavit ut videret diem meum: & vidit, & gaviſus eſt*, replicarunt Judæi; *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti*? Et illis Chriſtus, ut ſe eſſe Deum, & ab Æterno exſtitiſſe, reſpondit, Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. Vulgatus. *Antequam fieret Abraham, Ego ſum*. Arias Montanus, *Prius Abraham fieri, Ego ſum*: hoc eſt, *Ante ipſum generari Abrahami, Ego ſum*. Ubi, ut conſpicis Verbum εἰμί *ſum*, ad Tempus Præſens, & Adverbium πρὶν, *ante, prius* ad Præteritum pertinet. Et cur? Nam in Æternitate, Præſentia, Præterita, & Futura coincidunt.

Joann. 8. 58.

Et cur etiam Verbum de præſenti Adverbio de præterito aſſocietur?

[N.B. Hanc eamdem authoritatem *Art. XI. de Modis eſſendi perfectis*. §. **Sum**. Scholio altero illuſtratam invenies.]

UT RESPONDEAM ad Secundum, & Tertiū, neceſſarium erit aliquas Aſſertiones proponere, & examinare.

Formaliter loquendo Operationes ad intera, nec à Divinitate procedunt, nec ad Divinitatem terminantur.

Et primò occurrunt hæ, *Divinitas* ſymit *Divinitas* ſymitur. Vel in Linguâ communi loquendo, *Divinitas generat. Divinitas generatur. Divinitas ſpirat. Divinitas ſpiratur. Divinitas producit. Divinitas producitur. Divinitas à Patre, aut à Patre, & Filio procedit.* &c.

Dico omnes eſſe falſas, & condemnatas in Lateranenſi Concilio, ut Arriaga *tr. de Trinitate diſp.54.ſect.5.nu.35.pag.607.*teſtatur.

An procedant à Deo, & in Deum terminentur?

Secundò occurrunt iſtæ Activæ, *Deus* ſymit, & *Deus non* ſymit. Et loquendo cum multis, *Deus generat, Deus non generat. Deus ſpirat. Deus non ſpirat. Deus producit, Deus non producit.* &c. Quibus hæ Paſſivæ reſpondent, *Deus* ſymitur. *Deus non* ſymitur. Et iſtæ *Deus generatur, ſpiratur, producitur, procedit.* Et *Deus non generatur, non ſpiratur, non producitur, non procedit.* &c.

An potiùs diſtinguendæ, quàm negandæ ſint propoſitiones, quæ habere poſsint ſenſum bonum & malum? Objectiones.

Reſpondeo hujuſmodi Propoſitiones in examen vocari *diſp.158.* per totâ ab Arriagâ *diſp.54. ſect.3.pag.604.*& ab aliis Doctoribus. Quia autem *Deus eſt de Deo*, ut docemur in Symbolo, admitti debent omnes affirmativæ; negativæ autem, meliùs poterunt diſtingui, quàm negari.

Contra Reſolutionem præcedentem duas Objectiones, eaſque Arriagæ ſententiâ difficiles, aliqui Novitii proponunt.

CXXII.
Quid ſignificet in recto nomen Deus?

Objiciunt Primò. Nomen *Deus* ſignificat in recto Naturam: Deus enim eſt Deitas in ſuppoſito, ſicut, & Homo eſt Humanitas in ſuppoſito. Atqui, ut ex præcedentibus conſtat, non benè dicitur *Deitas generat*, Ergo nec benè dici poterit *Deus generat*.

An Natura ſubſiſtens generetur?

Secundò. Non verè, ſed falsò dicitur, *Natura ſubſiſtens in Filiatione generatur*. Non ergo dici poteſt, *Deus generatur*.

His Objectionibus aliqui obviam ire conantur; ſed quia illorum Reſponſio Arriagæ diſplicet, illam proponam, examinaboque, An benè ab Arriagâ impugnetur. Reſponſio cujus meminit, his verbis ab illo proponitur. [Fortè aliquis reſpondebit (ait) nomen *Deus* aliquandò uſurpari pro ſuppoſito, ideòque verè dici, *Deus generat, & generatur*; tunc enim idem eſt, ac *unũ ſuppoſitum generat, aliud generatur*, quod ſine dubio verum eſt, ita videtur S.Thomas, & alii reſpondere apud Vaſquez ſupra caput primum.]

An Deus ſumatur pro Suppoſito?

An, quia dantur tria in Divinis ſuppoſita, dari debeãt tres Dii?

Sed inſurgit Arriaga citatus, & infit. [Hæc ſolutio patitur difficultatem; ſequeretur enim, ſi *Deus* abſolutè dictus ſine aliquo limitante ſignificaret idem omninò quod ſuppoſitum, poſſe dici, *Sunt tres Dii*, quia dici poteſt, *Sunt tria ſuppoſita*; & abſolutè dici poſſet, *Deus non generat*, quod tamen ab ipſo Divo Thoma negatur, & meritò; nam (ut dicemus infrà) illæ ſunt contradictoriæ. Sequela autem probatur: nam Suppoſitum eſt nomen commune, ut *Deus*, ergo ſicut verè dicitur, *Suppoſitum Divinum generat*, & *Suppoſitum Divinum non generat*; ſic etiam dicitur verè, *Deus generat*, & *Deus non generat*. &c.

Hanc Reſponſionem Arriaga, eſſe bonam exiſtimat, alteram enim, cui potiùs confidit, eſſe meliorem [a] aſſerit, inquit enim [Meliùs reſpondetur ad Primum, etiam ſi de ſolitariè acceptâ naturâ non dicatur, *Natura generat*, aut *ſpirat*; denotaretur enim aliquid eſſe commune generans, aut ſpirans; ſi tamen cum naturâ perſonalitas Patris ponatur, etiam in obliquo rectè dici, *Natura ſubſiſtens in Paternitate generat*: ergo rectè etiam dicetur *Deus generat*. Major difficultas eſt in propoſitione ſecundâ; nam de naturâ non poteſt dici *quòd generetur*. Reſpondeo tamen facilè ex doctrinâ à nobis datâ ſuprà ſicut rectè dicitur, *Deus eſt Perſona Divina*: & contrà, *Perſona eſt Deus*, licèt *Deus* in recto ſignificet [b] naturam, *Perſona* verò perſonalitatem; rectè, inquam, dicitur, eò quòd natura, & perſona ſunt idem realiter; ita etiam, quia obliquum ejus nominis *Deus*, nempè filiatio, ſeu filius, in concreto eſt genitus, illa propoſitio eſt abſolutè vera: non autem, quia in recto Deus ſignificat filiationẽ; ſemper enim illam in obliquo ſignificat.]

a] Comparativum in utroque Extremo eſſe Poſitivum ſupponit.

b] Iam pluries dixi. Concreta Subſtantialia non ſignificant in recto Naturam & in obliquo Suppoſitum: ſed contrà, Suppoſitum in recto, & Naturam in obliquo: Deus *enim non eſt* Deitãs habẽs Suppoſitum, *ſed* ſuppoſitum habens Deitatem

Ego autem, ut procedam legitimè, non ſolùm Objectionem ipſam, ſed datam ab Arriagâ Reſponſionem, & Solutionem breviter examinabo.

CXXIII.
Concreta Subſtantialia & Accidentalia explicantur.

In Objectione nego illam Majorem abſolutè: videlicet, *Nomen* Deus *ſignificat in recto Naturã* omnia enim [b] Concreta Subſtantialia (quod pluries dixi, & ut puto evidenter probavi) dicunt in recto Suppoſitum, & in Obliquo Naturam; & Accidentalia, dicunt in recto Subjectum & in obliquo Formam accidentalem. Quoniam *Deus* non eſt Deitas in Suppoſito, nec *Homo* eſt Humanitas in Suppoſito: ſed ille eſt Suppoſitũ habens Divinitatem, & iſte habens Humanitatẽ. Unde ſimiliter, *Albũ*, non eſt albedo in ſubjecto ſed ſubjectum habens albedinem. Corruit igitur Objectio prima, quoniam ſupponit falſum.

D. Cacherani de recto, & obliquo in Cõcreto Sententia.

Hæc à nobis exhibita nominis Concreti expoſitio, etſi ab aliquibus non intelligatur, aut non admittatur, à D. Cacherano *tom.1. Theolog. tr.2.pag.563.b.*§.10.traditur, & dilucidatur: ſcribit enim. [Confundunt nonnulli ſignificatum rectum, ſeu directum, cum ſignificato formali; & ſignificatum obliquum, ſeu indirectum cum ſignificato materiali. Sed incongruè: quia ſignificari in recto, eſt præcisè ſignificari in caſu recto, ſeu nominativo à re ſignificante: id autem quod ſignificatur formaliter, id eſt, aut per modum formæ, aut per ſe primò, aut explicitè non ſemper importatur in recto; hoc enim Concretum *Album*, cùm per modum formæ, tùm per ſe primò albedinem: quam tamen in obliquo ſignificat: *Album*, quippe, ſignificat *Subjectum habens Albedinem*.]

An Rectum, Directum, & Formale coincidant?

De reſponſionibus Arriagæ.

Præmiſsâ verâ, & legitimâ propoſiti argumenti diſſolutione, primam, & ſecundam ab Arriagâ Reſponſionem exhibitam examinemus.

Prima Reſponſio, quæ noſtræ conſonare videtur, impugnat Arriaga, quoniam, ſi *Deus* dicit in recto Suppoſitum, poterit dici *Sunt tres Dii*, ſicut dicitur, *Sunt tria Suppoſita*.

Unde Concretorum Unitas, & Multiplicatio deſumatur?

Ego autem ſimpliciter nego Sequelam. Quoniam in Concretis dantur duæ res, altera quæ habetur; nam *Homo*, eſt Res quædam (nempè, Suppoſitum) habens humanitatem. Concretorum autem multiplicatio, non ſumitur tantùm à multiplicatione Rei habentis, nec tantũ à multiplicatione Rei habitæ, ſed à multiplicatione utriuſque. Unde, ſi plura ſubjecta haberent eamdem numero albedinem, eſſent plura, quæ haberent albedinem, non autem eſſent plura alba. Et ſimiliter, ſi unum Subjectum haberet plures albedines, eſſet unicum album: tunc enim tantùm eſſent plura *Alba*, cùm plura eſſent Subjecta, & Albedines plures.

Ex

An Chriſtus Vn', an Plures?

Ex hac doctrinâ ſolvitur illa Quæſtio quæ interrogat, *Utrùm Chriſtus ſit unus, vel duo?* & illa *Utrùm Chriſtus ſit unum, vel duo?* Quas quamvis non velit D. Thomas *3. par. qu. 17. art. 1.* diſtinguere, illas majoris claritatis gratia P. Joannes à S. Thomâ ſecernit, aſſerens, quòd Chriſtus ſit unus & unum. Et poſteà in caſu, quo Chriſtus duas humanitates haberet, unum dicendum eſſe affirmat, & impugnat Vaſqueziun, qui *in 3. p. diſp. 70. cap. 2. num. 10.* dicebat, quòd ſi pluralitas referatur ad naturam, eſſe plures, vel duplex Chriſtus: ſi ad ſuppoſitum, unus.

Quid, ſi haberet plures humanitates?

Quid ad Deorũ pluralitatem requiratur?

Et hinc manet ſoluta Arriagæ contra primã Argumenti ſolutionem Objectio: dicimus enim eſſe in Divinis tria Suppoſita, non autem eſſe tres Deos; quoniam, ut eſſent tres Dii, non ſuppoſita tantùm, ſed & Deitates eſſent multiplicandæ.

CXXIV.

De Patre Divino.

Quid formaliter loquendo ſit?

Tranſeo ad alteram Reſponſionem, quam eſſe meliorem aſſeverat Arriaga. Concedo ergo falſam eſſe iſtam Propoſitionem *Natura generat*, in quâ *Natura* ſumitur ſolitariè. Addo alteram, *Natura ſubſiſtens in Paternitate generat*, in ſenſu formali eſſe falſam. Quoniam tametſi *Pater, Paternitas*, & *Divinitas* realiter identificentur, id quod in recto dicitur, eſt, quod formaliter loquendo generat, Solus autem Pater Verbum Divinum generat, & tamen Pater formaliter loquendo, non eſt *Divinitas ſubſiſtens in Paternitate*, ſed *Suppoſitum habens Paternitatem & Divinitatem*.

De Filio Divino. Quid ſit?

Hinc patet, Filium formaliter loquendo, nõ eſſe *Divinitatem in Filiatione ſubſiſtentem*, ſed *Suppoſitum habens Filiationem, & Divinitatem*; adeoque hæc Propoſitio *Natura generatur*, ſi Natura relinquatur in recto, quidquid addatur, aut non addatur, ſemper erit falſa, & neganda.

An verum ſit, quòd Deus nõ generet?

OBJICIUNT Secundò, Hanc Propoſitionem *Deus non generat*, Eſſe veram. Quia nomen *Deus* ſignificat in recto Naturam, & Natura Divina non generat.

An poſſint verificari Affirmatio & Negatio de eodẽ Subjecto ſingulari?

Reſpondet *loc. cit.* Arriaga, hanc Propoſitionem eſſe falſam; quia, cùm habeat Subjectum Singulare, nempe, *Naturam Divinam*, eſt omninò contradictoria præcedentis (nempe, *Deus generat*, quam eſſe veram demonſtravimus.

At hujus Propoſitionis ſubjectum, inquam Ego, eſt *Deus*, & non *Natura Divina*.

An *Deus* ſit nomen ſingulare?

Si dicat, adhuc in priori vi Objectionem manere. Quia, cùm iſtæ duæ Propoſitiones, *Deus* (ſymit) *generat*, & *Deus* (non ſymit) *non generat*, ſint de ſubjecto ſingulari (*Deus* enim nomen ſingulare eſt) erunt ſimiliter contradictoriæ. At prior eſt vera. Erit igitur falſa poſterior.

Quid requiratur, ut aliquid affirmetur, aut negetur de altero?

Vera igitur Reſponſio eſt, quam ex Vaſquez deſumit Arriaga, dicens, *Ut aliquid affirmetur de altero, ſufficere, ut ex uno capite illi competat. Ut autem negetur, ut ex nullo capite ei conveniat, requiri*. Quam ob rem, ut hæc Propoſitio, *Petrus ſentit*, ſit vera, ſufficit, quòd v. gr. videat. Ut autem ſit vera hæc *Petrus non ſentit*, non ſufficit, quòd non videat, ſed requiritur, ut nullum prorſus ſenſum exerceat. Sic ſimiliter, ut hæc Aſſertio *Paulus currit* verificetur, ſufficit quòd ipſe Romæ currat: ut verò hæc *Petrus non currit*, vera ſit, non ſufficit, quòd Romæ nõ currat; ſed omninò requiritur, quòd in nullo alio loco currat.

Nec *generare*, nec *generari* competit Naturæ Divinæ.

Hanc doctrinam admittit Arriaga, licèt aliis eam exemplis dilucidet. At poſteà ſuo præjudicio inſiſtens, ait. [Cùm ergo Naturæ Divinæ, ſeu Deo ſaltem ratione unius ſuppoſiti, cõveniat generare, abſolutè dicitur, *Generat* non autem poteſt dici Non generat, &c.] *Ego* autem dico hoc quod eſt (ſymere) *generare*, aut *producere*, nec per ſe, nec per accidens Divinæ Naturæ competere: eſt enim actio notionalis & debet convenire Perſonæ.

Cur vera ſit hæc Propoſitio *Deus generat*, & falſa hæc *Deus non generat*?

Eſt igitur ex doctrinâ præcedente inferendũ eſſe veram iſtam Propoſitionem, *Deus* (ſymit) *generat*, quia Deus quâ afficitur Paternitate (ſymit) *generat*. Addendumque, quòd iſta, *Deus* (non ſymit) *non generat*, eſſet vera, ſi Deus nulla prorſus Perſonalitate affectus (ſymeret) *generaret*, quod non contingit; quoniam *Deus Pater* (ſymit) *generat*.

CXXV.

An, & quomodo differãt iſtæ Propoſitiones, *Homo non currit*; & *Non homo currit*?

ADDI poteſt Objecti, quam ex Durando; ex Vaſquezio *ubi ſupr. cap. 2.* & ex aliis Arriaga (quicum diſſerimus in præſenti) deſumit. [Quoniam aliud eſt dicere, *Homo non currit*, & aliud omninò diverſum, *Non homo currit*. Prima enim Propoſitio erit vera, etſi aliqui, vel multi, non currant, modò ſit vel unus, qui currat. Secunda autem eſt falſa, quia negat de omnibus hominibus. Cujus ratio eſt, Quia *Homo* eſt terminus communis. Ergo ſimiliter, cùm *Deus* ſit terminus communis omnibus tribus Perſonis, rectè dicetur *Deus* (non ſymit) *non generat*: hoc enim idem erit ac *Filius* (non ſymit) *non generat*. Non autem dicitur verè, *Non Deus* (ſymit) *generat*: jam enim tunc etiam de Patre negaretur, &c.]

An, & quo ſitæ modo *Deus non generat*, & *Non Deus generat* differant inter ſe?

De Termino communi Logicè, & communi Theologicè.

Reſpondet Arriaga, doctrinam Durandi eſſe veram in termino communi ſolùm logicè, re autem verâ realiter multiplici, qualis eſt *Homo, Equus*, &c. tunc enim poteſt in uno affirmativa verificari, & negativa in altero diſtincto; at *Deus* eſt terminus communis per identitatem, ita ut idem Deus ſit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Unde non poteſt de illo idem prædicatum affirmari, & negari abſolutè, ſicut non poteſt de Petro, ubi idem eſt dicere, *Petrus non currit*, ac, *Non Petrus currit*.

At Ego, & in Objectione, & in Reſponſione, nonnulla caſtiganda reperio. Dico ergo

De Indefinitæ Propoſitionis Quantitate.

Primò. *Propoſitio Indefinita, ſi habeat prædicatum eſſentiale, æquivalet Univerſali: ſi habeat non eſſentiale, æquivalet Particulari*. Et hanc ob rem iſtæ *Homo currit*, & *Homo non currit*, ſunt ſubcontrariæ, & poſſunt eſſe ſimul veræ; nam æquipollent his, *Aliquis homo currit*, & *Aliquis homo non currit*. Et hanc etiam ob rem iſtæ *Homo eſt rationalis*, & *Homo non eſt rationalis*, ſunt Contrariæ, & eſſe ſimul veræ non poſſunt; nam æquipollent iſtis, *Omnis homo eſt rationalis*, & *Nullus homo eſt rationalis*.

Negatio, ſi ſubjectum afficiat, Propoſitionem Negativam non reddit.

An aliquid dicat de ſubjecto infinito?

Secundò. *Propoſitio de ſubjecto infinito, qualis eſt*, Non homo eſt currens, *ſi nullâ negatio afficiat copulam, eſt affirmativa. Et nihil aſſerit aut negat de ſubjecto, quod infinitat; ſed aſſerit, quod alicui, quod à ſubjecto illo diſtinguatur, prædicatum conveniat*. Hinc patet, hanc Propoſitionem, *Non homo eſt currens*, affirmativam eſſe. Et patet etiam prædicatum, nec dici, nec negari de Homine: ſed affirmari tantùm de ali-

quo,

quo, quod non eſt Homo; Unde, ſi Canis, ex. gr. currat, erit verum dicere, *Non homo currit*; hoc eſt, *Aliquod, quod non eſt homo, currit*.

Adlucinatur evidenter Arriaga.

His præmiſſis recognoſco Objectionem. Noto illa verba, *Secunda Propoſitio (nempe*, Non homo currit) *eſt falſa, quia negat (curſum) de omnibus hominibus*. Et pronuncio, eos, qui illa pronunciant, neſcire prorſus, quid importet negatio, quando ſubjectum afficit. Sanè Propoſitio prædicta (videlicet, *Non homo currit*) eſt affirmativa, de nullo prorſus homine curſum negat; non enim æquivalet huic, *Nullus homo currit*, ſed huic, *Aliquod, quod non eſt homo, currit*. Ergo in ejus intellectu & expoſitione adlucinantur Adverſarii. Ergo ſimiliter in hac Propoſitione, *Non Deus, generat* iidem adlucinantur.

Termini Communis à Lovanienſibus ſcitè aſſerta diviſio.

In Perſonis Humanis Humanitas numero multiplicatur; in Perſonis Divinitas numero non multiplicatur.

Tu autem cum Lovanienſibus Objectioni præcedenti reſponde, Terminum Communem eſſe duplicem, Univerſalem videlicet, & Singularem. Univerſalis eſt, *Unum in multis cum eſſentiali multiplicatione*, ut *Homo*, &c. nam *Homo* ita eſt unum in multis, ut in ſingulis humana natura multiplicetur, quoniam Natura illa ſingularis, quæ eſt in Petro, non eſt in Joanne, ſed alia numero diſtincta & diverſa. At Terminus Communis ſingularis eſt, *Unum in multis ſine eſſentiali multiplicatione*, ut *Deus*. Quoniam *Deus* ita eſt Unum in multis (Perſonis) ut in ſingulis Natura Divina non multiplicetur: nam eadem ſingularis natura, quæ eſt in Patre, eſt in Filio, & in SpirituSancto.

CXXVI.

An nomen *Deus* ſit Univerſale?

Exponitur Propoſitio, *Deus generat*; & etiã iſta *Deus non generat*.

Hinc patet primò, hunc Terminum *Deus*, etſi communis ſit, non eſſe Univerſalem, ſed Singularem. Et hinc patet ſecundò, hanc Propoſitionem, *Deus generat*, nec Indefinitam, nec Univerſalem, nec Particularem, ſed eſſe Singularem Communem; nam æquipollet huic, *Hic Deus, aliquâ Perſonalitate affectus generat*. Unde ſequitur iſtam, *Deus non generat*, æquipollere huic, *Hic Deus, nec hac, nec illâ, nec illâ affectus Perſonalitate generat*. Et, quia hic Deus Paternitate affectus generat, ex præmiſſis duabus Propoſitionibus, illa prior *Deus generat*, hoc eſt, *Hic Deus aliquâ*, &c. erit vera: & poſterior, *Deus non generat*, hoc eſt, *Hic Deus, nec hac*, &c. erit falſa.

Qualis ſit hæc Propoſitio, *Non Deus generat*?

Præterea, illa Propoſitio, *Non Deus generat*, non eſt negativa: nec enim æquivalet huic, *Nullus Deus generat*, nec huic, *Nihil, quod ſit Deus, generat*; ſed eſt affirmativa, & æquipollet huic; *Aliquid quod non eſt Deus, generat*, in quã, ſi *generare* ſit **ſymere**, hoc eſt, *divinitus producere*, erit falſa; nullum enim Agens, quod Deus non ſit, Divinam poteſt actionem aut operationem elicere: cæterùm, ſi *generare* ſit **ſemere** illa Propoſitio erit vera: quoniam Cauſæ Secundæ non ſunt Deus, & tamen **ſemunt**, hoc eſt, *effectibus ſuis exiſtentiam communicant*.

Quod ſit diſcrimen inter **Symere**, & **Semere**?

SUCCURRIT adhuc alia Objectio, quæ congruam ſolutionem requirit. Aliqui enim argumentantur ſic. [Ratione Filii, qui importatur in obliquo per hoc nomen *Deus*, dicitur verè *Deus genitus*. Ergo ratione ejuſdem Filii dicetur etiam verè, *Deus non generans*, &c.]

Nomen *Deus* non Perſonas, ſed Perſonalitates importat in obliquo.

Et ante Reſponſionem monendus eſt Argumentator, ut verba corrigat, *Deus* enim non dicit in obliquo Patrem, Filium, aut Spiritum Sanctum. Bene tamen Paternitatem, Filiationem, & Spirationem. Ergo hæc Objectio poterit per hæc verba reſcribi. [*Deus*, ratione Filiationis, quam importat in obliquo, dicitur *genitus*. Ergo propter eamdem rationem *non generans*, Poterit dici, &c.]

Scitè Arriaga *ubi ſupr.* reſpondet, negando conſequentiam ex paulò ante dictis; nam propoſitio affirmativa (qualis eſt, *Deus genitus*) verificatur, ſi vel ex uno capite conveniat prædicatum illud; at negativa, qualis eſt, *non generat*, negat totùm; unde ut ſimpliciter aſſeratur, non ſufficit ex uno capite non convenire. Quod bene confirmat Vaſquez exemplo hujus vocis *Chriſtus*; quæ licèt duas naturas in uno ſuppoſito ſignificet, bene dicitur ratione unius *Chriſtus mortuus eſt*; non tamen abſolutè poteſt dici *Chriſtus non eſt mortuus*; etiamſi in unâ naturâ non ſit mortuus. Et hoc ipſum eſt in hac voce *Filius Dei*; rectè enim dicitur ratione unius naturæ, *Filius Dei eſt mortuus*, non tamen abſolutè dici poteſt, *Filius Dei non eſt mortuus*. Quòd ſi in his propoſitionibus, quæ tantù ſunt veræ per communicationem idiomatum, adhuc negativa non eſt vera (non obſtante diſtinctione obliquorum) eò quòd in uno fuerit talo prædicatum; ſine dubio erit falſa eadem negans generationem Deo, cùm hæc non per communicationem idiomatum, ſed realiſſimè conveniat propriè.

Eſt vera hæc Propoſitio, *Chriſtus* (aut *Filius Dei*) *eſt mortuus*: & falſa hæc, *Chriſtus* (aut *Filius Dei*) *non eſt mortuus*.

CXXVII.

De Propoſitione, cujus infinitante negatione Prædicatum afficitur.

PRæmiſerat Arriaga quamdam Propoſitionem de Subjecto infinito, nimirùm *Non Deus eſt generans*: quam non benè intellexit: modò negationem in Prædicatũ transfert: & hanc, *Deus eſt non generans*, quæ eſt de prædicato infinito, in examen adducit: ſcribit enim.

An negatio quæ cadit ſuper prædicatũ, reddat Propoſitionem Negativam?

De iſtis Propoſitionibus, *Chriſt' eſt mortalis, Chriſtus nõ eſt mortalis, Chriſtus eſt immortalis* &c. quo modo differant inter ſe?

Et quo modo iſtæ diſtinguãtur, *Deus eſt aliquid quod generat*, & *Deus eſt aliquid quod non generat*.

[Si *non generans* ſumatur infinitanter, & copula ſit affirmativa, poſſe benè dici, *Deus eſt generans, Deus eſt ingenerans*, vel (ut ponamus exẽplum in terminis uſitatis), *Deus eſt genitus, Deus eſt ingenitus*: quia tunc non eſt negatio, ſed infinitatio, quæ non tàm multùm deſtruit, ut in exemplo immediatè allato à Vaſquez de Chriſto Domino conſtat: nam licèt non benè dicatur, *Filius Dei*, vel *Chriſtus mortuus eſt*, & *Filius Dei*, ſeu *Chriſtus non eſt mortuus* (quia negatio totum deſtruit) benè tamen dicitur ſine ullâ limitatione, *Chriſtus eſt immortalis*, *Chriſtus eſt impaſſibilis*, &, *eſt mortalis, eſt paſſibilis*: nam propoſitiones illæ infinitantes ſunt minùs negativæ, quã alteræ: faciunt enim hunc ſenſum, *Deus eſt aliquid, quod eſt genitum*, quæ vera eſt: nam Deus eſt Pater, qui eſt genitus: prima autem purè negativa facit alium ſenſum, ideſt, *Deus non eſt aliquid quod ſit genitum*, quæ ſine dubio eſt falſa, & hoc ipſum poteſt manifeſtè in humanis oſtẽdi; licèt enim ſedere & ſtare videantur contraria; tamen ſi quis in uno loco ſtet, in altero ambulet, benè dicitur, *Petrus ſedet, Petrus ambulat*; at non poteſt dici abſolutè, *Petrus ſedet, Petrus non ſedet*. Fateor in creaturis, nec per infinitantem poſſe dici, *Petrus eſt ſedens, Petrus eſt non ſedens*; quia Petrus non eſt aliquid, quod non ſedeat, cui æquivalet hæc, *Petrus eſt non ſedens*. Diſparitas inter Deum, & Creaturas hæc eſt, quòd Deus identificatur rebus diſtinctis, unde eſt aliquid, & aliquid; hoc autem non habet homo, ideò nec per infinitantem poſſunt contraria de homine aſſeri, ſicut de Deo.]

*] *Ecce Arriaga aſſeverat eſſe humanas æquivalentes iſtas Propoſitiones*, Petrus non ſedet, Petrus non eſt ſedens, & Petrus eſt nõ ſedens, *quæ* Reſolutione noſtri Herculis Logici Laborem Primũ roborat & cõfirmat.

VL-

An Deus producat alium Deum?

VLtima Propoſitio, quæ debet examinari, & exponi, eſt hæc, *Deus* (ſympſit) *genuit alium*.

Reſpondet P. Rodericus Arriaga, abſolutè eſſe rejiciendam; nam ſignificat abſolutè duos Deos; poſſe autem concedi, ſi ſonet, *Genuit alium, qui eſt Deus*: tunc enim *alium* non ſignificat niſi aliam perſonam; quia tamen ea propoſitio non facit ordinariè iſtum ſenſum, non poteſt niſi adhibitâ explicatione concedi propter circulum erroris.

Cuinam Subſtantivo Nomen Adjectivū adhæreat?

At tu abſolutè iſtam Propoſitionem nega: quia juxtà leges Grammaticæ, quando in Oratione eſt Subſtantivum, cui adjectivum adhæreat, non impeditur hæc adhæſio, & adducitur nomen, quod in Oratione non erat.

CXXVIII.
An Deus genuerit ſemetipſum?

POnatur pro coronide hæc Propoſitio, *Deus* (ſympſit) *genuit eumdem Deum*, vel aliter, *Deus* (ſympſit) *genuit ſemetipſum*.

Et quidem videretur debere, vel poſſe concedi. Nam Deus (ſympſit) genuit Deum. Ergò vel alium, vel eumdem. Non alium, ut paulò antè probavimus. Ergo eumdem. Sanè, ſi Conſequentia admittatur, hæ tres Propoſitiones erunt admittendæ ſimiliter: nempe,

Aliquæ Propoſitiones in examen vocantur.

Deus (ſympſit) *genuit ſe Deum*: *Deus* (ſympſit) *genuit Deum qui eſt Pater*; *Deus* (ſympſit) *genuit Deum, qui eſt Deus Pater*. Omnes enim ſunt æquipollentes. At duæ ultimæ negantur ab omnibus. Ergo & prima.

Hanc, *Deus* (ſumpſit) *genuit ſe Deū*, concedit Vaſquez, Arriaga negat.

Sanè D. Thomas duas poſteriores negat, de primâ verò nihil dicit. Vaſquez, tametſi etiam duas poſteriores neget, concedit & admittit primam. Arriaga eamdem rationem de omnibus tribus eſſe aſſerit, [ſicut enim reciprocum *ſe* (ut ait D. Thomas) denotat identitatem ſuppoſiti generantis, ita pronomen *idem* ſeu *eumdem* denotare videtur reciprocationem

De Reciproco *Se*.
An Perſona ſignificet identitatem?

cùm enim ambo cadant ſupra idem nomen, non magis unum quàm alterum arguit identitatem.] Sic ille.

At majorem difficultatem reperirem in doctrinâ, quam ſubjicit: inquit enim. [Putarem tertiam Propoſitionem magis adhuc ex ſe poſſe eſſe veram quàm primam; nam rectè dicitur, *Pater & Filius ſunt unus idemque Deus*; Ergo rectè dicitur, *Deus generat eundem Deum*, Ergo Deum, qui eſt idem cum Deo generante, Ergo qui eſt idem cum Deo Patre; ergo ea propoſitio eſt tam vera quàm ea prima, *Deus genuit eundem Deum*, &c.]

Monitum opportunum.

Ego autem ſuaderem Orthodoxo Theologo, ut abſtineret ab hujuſmodi propoſitionibus, vel ſaltem, ſi illas poneret, verba illa adderet, quæ per circumloquium verum ſenſum exponerent. Et ratio eſt, quia illæ non ſunt in communi uſu, & ab uſu dependet phraſium ſignificatio. Quam ob rem, quas nudè ſumptas uſus deficit, afficere nequit legitima ſignificatio.

Aut abſtinendum eſt ab hujuſmodi Propoſitionibus, aut illas, ſi dicantur aut ſcribantur, ſcholio convenien te explicare.

Somere.

CXXIX.
De Actione, Paſſione, & Fieri. Quid illa ſint?

SUnt tres voces, quæ ſæpe audiuntur, & repetuntur in Scholis; non autem ſemper bene intelliguntur, aut exponuntur. Ipſæ ſunt, *Actio*, *Fieri*, *Paſſio*. [Omitto vocem *Motus*; nam [*] illam alibi accuratiùs & uberiùs expoſui.] Ut has voces exponam, ponam ob oculos Generationem Subſtantialem: & Ignifactionem v. gr. hoc eſt, Formæ Ignis productionem & introductionem in lignum.

Sanè *Fieri* Formæ Ignis, eſt ejuſdem paſſiva productio; tunc enim illa *fieri* dicitur, quando ab Agente efficienter producitur.

Paſſio Formæ Ignis, eſt ejuſdem receptio: tunc enim lignum Formam Ignis productam pati dicitur, cùm illam recipit. Quod teſtatur Gilbertus dicens, *Paſſio eſt accidens, à quo Res conſtituitur actu recipiens*. Vide Complutenſes *in Logic. diſputat.* 16. *quæſt.* 1. §. 1. *nu.* 3.

Actio eſt accidens correlativum, quod Formam productam, & Paſſum, in quo illa producitur, reſpicit. Et pertinet ad Inflexionem illam, quæ [*] *Hiphil* à Rabbinis vocatur. Quoniam *facit ut aliqua res aliquid faciat*. Prout enim terminum reſpicit, facit, ut Forma Ignis, ex. gr. exiſtat, & ut paſſum reſpicit, facit, ut lignum Formam Ignis, de novo productam, recipiat. Et id eſt, quod ſomere, in rigoroſâ acceptione ſignificat.

*] Complutenſes tametſi in Log. diſp. 16. quæſt. 1. num. 2. expreſsè aſſerant, Actionē non eſſe formaliter Motum: ibid. quæſt. 3. §. 3. num. 20. quas Actio habet ſpecies, eaſdem adtribunt Motui. Conſequenter igitur Motum & Actionē concedere.

*] De hac Voce, ſeu Conjugatione, ejuſque uſu in lingua Hebræa & Arabica, diſputo in Criticæ Philoſophicæ Diſſert. V. Art. XI. pag. 576. & 577.

Quid ſint Actio & Paſſio formaliter?

Hanc eſſe veram Actionis & Paſſionis expoſitionem ſcitè aſſerunt Complutenſes *in Logic. diſput.* 16. *qu.* 1. inquiunt enim, *Ratio formalis Paſſionis ſita eſt in habitudine actualis ſubjectionis, quam Mobile dicit ad Agens: vi cujus ſuperatur, & recipit novam Formam*. Quæ verba in noſtræ Philoſophicæ Criticæ Diſſertatione V. quæ eſt & inſcribitur Metaphyſica, Artic. XI. pag. 587. hoc Scholio dilucido. *Paſſio eſt*, inquam *accidens, vi cujus Paſſum prædeterminatur, ut novam Formam recipiat*. Quia, autem ille liber paſſim proſtat, & inipſo uberiùs & accuratiùs doctrina præcedens ediſſeritur, non eſt cur nunc ulteriùs in ejus dilucidatione diffundamur.

Actio, non ſolùm formam novam producit, ſed ut eam recipiat prædeterminat Paſſum.

Sumere.

CXXX.
Quid Sure ſit?

A *Fuiſſe*, *Eſſe*, & *Fore* formalitas abſtracta, ut nuper expoſuimus, eſt Sure: illa enim Res dicitur Sure, quæ in aliquo quidem tempore eſt, non quidem quo ad ſe, ſed quo ad nos ἀοριςῶς, ſive indeterminato.

Indeterminatio eſt duplex quoad ſe, & quoad nos.

Et conſultò poſui illud *quoad nos*: quia ſicut in hac Propoſitione, *Aliquis homo currit*, non ſignificatur, quòd aliquis nunc homo, ſecundum ſe indeterminatus, currat: ſed, quòd currat aliquis ſecundum ſe determinatus, qui tamen apud nos eſt indeterminatus; quia vel ejus determinatio ignoratur, aut ſaltem in illâ Propoſitione non exprimitur. Sic ſimiliter,

Quomodo homo ſit indeterminatus in hac Propoſitione, *Aliquis homo currit*?

quando dico *Petrus* ſut, non aſſero, quòd realiter detur tempus indeterminatum, in quo Petrus exiſtat: ſed quòd ille reverà exiſtat in aliquâ differentiâ temporis, quæ eſt determinata quoad ſe; adeoque præteritâ, præſenti, aut futurâ: ſed indeterminatâ quo ad nos, quia vel illam ipſam determinationem ignoramus, vel ſaltem illis verbis, *Petrus* ſut, non exprimimus.

Quid indeterminatum tempus ſit?

A verbo Sure oritur Sumere. Et *ille rem* ſumere dicitur, *qui eam facit* ſure, hoc eſt, qui facit, ut ea in aliquâ temporis, videlicet, præteriti, præſentis, aut futuri differentiâ exiſtat.

Quid ſignificet Sumere?

His verbis ſure, & ſumere, quod vix aliis con-

An, & quo modo Deus ſumat Creaturas ſuntes?

congruè poteſt, exponitur, quo modo Deus per ſuum Intellectum creaturas (Suntes) *exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis*, (Sumat) *producat*. Sed de hoc redibit ſermo, ubi de Scientiæ Divinæ efficaciâ & omnipotentiâ diſputabo.

Diſſertatio
SECVNDA
PHILOSOPHICA.

CXXXI. Dicuntur *Critici*, qui profitantur Grammaticam Speculativam.

In præcedenti Diſſertatione multa fuerunt Metaphyſica dilucidata.

Quid præſtandum in ſequẽtibus ſit?

In quaſne Partes ſit diſtribuenda hæc Diſſertatio?

GRAMMATICAM (aut ſi grandiori uti placeat vocabulo; CRITICAM) tota Prima concernit Diſſertatio: in eâ enim de Vocularũ, quæ noſtrâ hanc Dialectum Mataphyſicam conſtituunt & exornant, inventione, formatione, inflexione, & ſignificatione, quâ licuit brevitate, aut etiam claritate, diſſerui. *Et* tametſi, ut Modorum eſſendi Differentiæ dilucidarentur, multa debuerint ex ſublimiori Philoſophiâ & Theologiâ Naturali deſumi, quæ inſinuata ſunt veriùs, quàm explicata & illuſtrata. Nunc ſumo alterum Calamum, & Diſſertatione Tertiâ dirempturus Controverſias Theologicas, in hac Secundâ expedio Philoſophicas Difficultates; eamque in tres Partes differentes diſtribuo: in quarum Primâ de Negationibus; in Secundâ de Entibus rationis; & in Tertiâ de Entibus Realibus & Poſitivis diſputabo.

Pars Prima.
De Negationibus.

CXXXII. Vt ſuas Ideas exponant Metaphyſici, ſemper carent opportunis vocabulis.

Semper Voces æquivocæ Idiomatis paupertatem teſtantur.

Prædicamentũ Negationum.

SEmper de Vocabulis conqueror: eſt enim Lingua Latina, ut diſſerat de Metaphyſicis Ideis pauperrima, & in iis paucis nominibus, quæ præſefert, committit frequentes abuſus. Et, ſiquis, quę totâ Primâ Diſſertatione ſcripſimus, aut non legerit; aut lecta, oblivioni mandaverit, nomen *Negationis* (quod crebrò occurrere debet in hac Diſputatione) debitâ attentione conſideret. Eſt æquivocum. Et, quia tunc Lectores præpedit æquivocatio, cùm uni & eidem Voci ut ſignificet plura præcipitur; & tunc hoc præceptum præſcribitur, cùm multitudo rerum, numerum dictionom excedit: relinquitur, ęquivoca de paupertate Linguę teſtimonium manifeſtum præbere. Et, ut certiùs & clariùs iſtam Veritatem percipias, Categoriam ſubſequentẽ, quam *Artic.1.,ſect.2.* §.*Vera ſententia*, radiis uberioribus dilucidabo, ſtudioſâ attentione conſidera.

CARENTIA, quæ paſſim nominatur NEGATIO eſt vel
- Metaphyſica. *Et hoc indigitatur* [b] *nomine quodcumque (loquendo univerſim* Non-eſſe) *& vocatur* Negatio.
- Phyſica. *Et eſt carẽtia Forma in Subjecto*
  - *Incapaci*. *Et vocatur* [c] Negatio.
  - *Capaci*. Et *vocatur* Privatio.
    - *Si ſit Carentia Forma indebita, non erit* Privatio defectuoſa.
    - *Si ſit Carentia Forma debita, erit* Privatio defectuoſa, *& dicetur abſolutè* Defectus. [d]

d] *Carentiis differentia, aut ſpecies, qua vulgò admittebantur, erant* Negatio, *&* Privatio: *at præter illas addi debuit neceſſariò* Defectus.

Ecce

Nominis *Privatio* triplex ſignificatio.

Ecce ſupremum præcedentis Categoriæ Caput [nempe, a.] quod aliàs dicitur *Carentia ut ſic*. Et ecce *Carentia Metaphyſica* [nempe, b] qualis erat Carentia Creaturarum, antequam Mundus produceretur. Et ecce etiam *Carentia Formæ in Subjecto incapaci*. Sunt tres Carentiæ, inter ſe toto Cælo diverſæ, & omnes *Negationes* vocantur. Ergo dicendum eſt, nomen *Negatio*, laxè, ſtrictè, & ſtrictiſſimè ſolere ſumi. Quando uſurpatur laxè, & latè, Carentiam [nempe, a.] univerſaliſſimè ſumptam ſignificat. Sumitur autem ſtrictè, aut minus latè, cùm pro [b] Carentiâ Metaphyſicâ ponitur. Et tandem ſtrictiſſimè accipitur, cùm eſt [nempe, c.] Carentia Formæ in Subjecto incapaci.

Quæstio Incidens.

Utrùm, qui in Voluntate Hominum liberâ dari Puras Omiſſiones tuentur, habuerunt olim ſufficientia vocabula, ut reſpondere poſſent Argumento communi.

CXXXIII.
Cur *Defectum* in Categoria Negationum addiderim?

QUIA omnes antiquiores Philoſophi Carentiam in *Negationem*, & *Privationem* diviſerunt, & Ego primus fui, qui hanc Diviſionem, inſufficientem cenſui, & tertium membrum, nempe *Defectum*, addidi, reſcire vis, cur Carentiæ Phyſicæ addiderim hanc tertiam ſpeciem? Reſpondeo, me id jam dudum feciſſe Salmanticæ, quia videbam clariſſimè vocabulorum defectu perperam à Theologis Puras Omiſſiones defendi.

An, & cur non bene propugnetur Opinio quæ *dari Puras Omiſſiones* ſtatuit?

Contingit autem Pura Omiſſio, cùm Contradictionis, quam vocant, exercetur libertas. Nam, ſi eſt Voluntas libera in actu primo, quia poteſt operari, & poteſt non operari [nimirùm ſimultate potentiæ, non verò potentiâ ſimultatis.] Sicut in actu ſecundo ſuam libertatem *operando* exercet, ſic ſimiliter eam exercere poterit *non operando*. Dantur igitur Puræ Omiſſiones.

Achilles, qui contra Puras Omiſſiones producitur.

Contra hanc Concluſionem (quæ hodie à plurimis propugnatur Theologis) hoc paſſim Argumentum formatur. [In omni Potentiâ actus primus à ſecundo diſtinguitur. Sed, ſi darentur in Voluntate Puræ Omiſſiones, ab actu primo ſecundus non diſtingueretur. Non ergo Puræ poſſunt Omiſſiones admitti. Probatur Minor, quia, ſi daretur aliqua pura Omiſſio, eſſet in homine, qui die Dominicâ ex. gr. purè omitteret audire Miſſam. Sed tunc non dantur. Quia tunc actus primus, & ſecundus coincidunt. Omnia ergo ficta ſunt, quæ de purâ Omiſſione dicuntur. Illud *quia*, quod in Minori ponebatur, ſuadetur. Quia toto Sabbato eſt Voluntas in actu primo, quia caret audiendi Miſſam volitione. Sed etiam totâ die Dominicâ caret hac volitione. Ergo etiam totâ die Dominicâ eſt Voluntas in actu primo.

An in pura Omiſſione Voluntas poſſit ex actu primo in ſecundum tranſire?

Reſpondent aliqui, die Sabbati non fuiſſe præceptum Miſſæ audiendæ, & ſuperveniſſe illud die Dominicâ adeòq; Voluntatem mutari.

Rejicitur prima ſolutio.

Sed hæc Reſponſio, ſi nihil addatur, non placet. Quia tranſitus, quo Potentia ex actu primo in ſecundum mutatur, debet eſſe Potentiæ intrinſecus: & tamen eſſe præceptum, aut non eſſe præceptum eſt Voluntati ſubditorum extrinſecum. Ergo in præcepto non conſiſtit formaliter, actus primi liberi, & actus ſecundi, de quibus diſputatur, diſtinctio.

Tranſitus ex actu primo in ſecundum eſt intrinſecus.

Rejicitur ſecunda ſolutio.

Reſpondent alii, à præcepto, quod eſt in Superioris Voluntate, reſultare in Voluntate ſubditi obligationem obediendi. Et addunt, ex hoc conſtare capite, quòd Voluntas tranſeat ab actu primo ad ſecundum, & mutetur intrinſecè. Quoniam illâ die Sabbati habet negationem Volitionis audiendi Miſſam: & die Dominicâ hujuſmet Volitionis privatam. Hanc viam iniverunt multi Viri docti Salmanticæ, & per eam me, & alios conducebant Diſcipulos.

CXXXIV.
An in pura Omiſſione, cùm ex actu primo in ſecundum, tunc Voluntas ex negatione in privationẽ tranſeat?

Dicebam autem contrà, me benè percipere, quid illis terminis volebant dicere, ſed mihi illos importunos, & ineptos videri. Quoniam Voluntas humana die Sabbati, non habet negationem, ſed privationem Volitionis, quia Volitio eſt quædam forma, cujus ſicut die Dominicâ, ſic, & die Sabbati capax eſt ſubjectum, Voluntas. Ergo, ſi tam priori Voluntas die, quàm poſteriori, habet Volitionis privationem nullam fuit intrinſecam mutationem perpeſſa, ergo ex primo non potuit in actum ſecundum tranſire.

Cur Viri, aliàs docti, male huic Argumẽto reſponderint?

Reſpondebant ergo malè, in florentiſſimâ illâ Univerſitate, Viri doctiſſimi, terminorum penuriâ. Et ego addendo tertiam Carentiæ ſpeciem, eſſe poſſe & ſolere in Voluntate pronunciabam, Volitionis audiendi Miſſam, Negationem, Privationem, & Defectum. Habet profectò Titius volendi audire miſſam Negationẽ, cùm Miſſam non recogitat; quia, cùm nihil ſit volitum, quin ſit præcognitum, quando Miſſæ auditionem non præcognoſcit Intellectus, Voluntas illius Volitionis eſt incapax. Tunc ergo habet illius Volitionis Negationem. Quid, ſi Titii Intellectui auditio Miſſæ occurrat, non tamen (vel quia illud nondum eſt; vel, quia illud invincibiliter [a] ignorat) præcognoſcat, tunc inſtare præceptum, & tamen actum volendi audire Miſſam non eliciat? Habebit volitionis audiendi Miſſam non defectuoſam Privationem; quia tunc illa Volitionis Carentia, eſſet Carentia formæ indebitæ in ſubjecto capaci. Sanè *forma indebita*, quia diebus Sabbatinis Titius Miſſam audire non tenetur. Et quidem *in ſubjecto capaci*, quia Titius, etſi non habeat obligationem, audire Miſſam poteſt, ſi velit. Præterit Sabbatum, & incipit Dominica dies, & Titius etſi inſtare præceptum præcognoſcat, nõ elicit actum volendi audire Miſſam. Ergo tunc ejus Voluntas ex Privatione non defectuoſâ in Privationem defectuoſam tranſivit (ex purâ Omiſſione in Defectum.)

Quando Voluntas audiendæ miſſæ Negationem, & quando autem Privationem, habeat?

a] *Privatio in Defectuoſam, & Non defectuoſam dividitur. Illam* Defectum *dicimus, at nos deficit dictio, quâ iſtam (Non defectuoſam, ſcilicet) ſignificemus.*

Et quando denique Defectũ habeat?

CXXXV.
Vera Argumẽti Diſſolutio proponitur.

Hac doctrinâ præmiſsâ Achilles, cui Pars confidebat adverſa, enervatur certiſſimè; Majorem enim illam, *In omni Potentiâ actus primus à ſecundo diſtinguitur*; abſolutè concedo. Et Minorem nego, hæc enim Philoſophica Maxima, etſi dentur Puræ Omiſſiones, debet verificari. Ad Probationem conceſsâ majori, nego Minorem, quæ ſubſumitur. Probabant eam dicendo, *Toto Sabbato eſt Voluntas in actu primo, quia caret audiendi Miſſam volitione*. Et ego diſtinguo illud *quia caret*, Eſt enim Voluntas in actu primo die Sabbati, quia carentiâ, quæ ſit Negatio, aut non defectuoſa Privatio, caret Miſſam audiendi volitione, concedo: quia caret carentiâ, hoc

Quomodo Voluntas purè omittens, tranſire ex actu primo in ſecundũ dicatur?

Quia ſunt plures Carentiarum ſpecies, debet Carentia diſtingui.

eſt, quia habet carentiam, quæ ſit Defectus, nego. Et ſimiliter ſubſcriptam Minorem videlicet, *Sed etiam totâ die Dominicâ caret hac Volitione*, diſtinguo: Caret quia habet Carentiam, quæ ſit Negatio, aut non defectuoſa Privatio, nego: caret quia habet Carentiam, quæ ſit Defectus, concedo. Et nego Conſequentiam illatam, *Ergo totâ die Dominicâ eſt etiam Voluntas in actu primo*. Quoniam ex Negatione tranſivit in Privationem, & ex Privatione in Defectum Voluntas. Nam recolligendo omnia, quæ diximus, Voluntas erat in actu primo, & habebat negationem illius Volitionis quamdiu Intellectus miſſam actu non cogitabat, quoniam ut dicebamus, ceſſante Intellectu, non poteſt in actum prodire Voluntas. Cùm primùm incipit Miſſæ recordari Intellectus, & illam poſſe audiri cognoſcit, non tamen ullum præceptum percipit, tunc ex Negatione in non defectuoſam Privationem, (hoc eſt, ex actu primo, in actum ſecundum [b] Philoſophicum) tranſit, & mutatur Voluntas. Et denique, cùm primùm die Intellectus Dominicâ advertit adeſſe præceptum, & tamen Voluntas hæret, & audiendi Miſſam volitionem non elicit, tunc ex non defectuoſâ Privatione in Defectum (hoc eſt, ex actu primo in actum ſecundum [b] Theologicum & peccaminoſum) tranſit & prorumpit Voluntas. Erat ergo Therſites illud Adverſariorum argumentum, à quo velut ab Achille invincibili, victoriam, & triumphum ſperabant.

b] *Etſi negentur actus purè indifferentes in individuo, non poſſunt in ſpecie negari; & tales ſunt, qui nec conſuluntur, nec præcipiuntur, nec interdicuntur. Et iſti, quia nō concernunt conſcientiae*, Philoſophici *vocari ſolent: cæteri enim, quia conſcientias concernunt, ſeu boni, ſeu mali ſint, nominantur* Theologici

Depoſueram jam calamum, ſed quia tu interrogas, An pura Omiſſio ante cognitionem præcepti Theologicè eſſe poſſit peccatum, dabo Propoſitionem, quam contra noſtræ ætatis Hæreticos admittunt univerſi Catholici. Illa eſt

Ut actio quæpiam ſit peccaminoſa, oportet, ut procedat ab homine, qui noſcit, & percipit, quid boni, mali-ve in eâ ſit, & antequam id videat, aut animum reflectat, actio neque bona eſt, neque mala. [c]

Hanc cum aliis Propoſitionibus Antonius Epiſcopus Gandavenſis Lovanienſibus Janſeniſtis cenſurandam 9. Aprilis 1657. propoſuit: Et illi ſupponentes hæreticè Deum poſſe impoſſibilia præcipere, quod in hac Aſſertione ſatis clarè negatur, blaſphemâ hac juſſere Cenſurâ.

Eſt contra communia Chriſtianæ Theologiæ Principia, & innumera etiam immaniſſima hominum peccata excuſat cum pernicie animarum.

c] *Naturalem & minimè liberam Inadvertentiam, aequè ac Ignorantiam invincibilem excuſare à peccato Theologico, de Fide eſt: aliàs enim Deus impoſſibilia præciperet, ut ſentiunt & pronunciant Hæretici.*

ARTICULUS I.

An Entia Negativa (quæ *Negationes Reales* dici in Scholis ſolent) veniant neceſſariò admittenda?

Utrùm Philoſophi Negationum *abutantur vocabulo; & earum nomine jubeant omnes rerum carentias (nimirùm, Negationes, Privationes, & Defectus) intelligi?*

CXXXVI.

Cur in ipſa Diſſertationis Primæ limine de Negationibus agatur.

Negationes primo loco conſidero; & poſt illas Diſputationem de Entibus Rationis expedio; & tertio tandem loco entia Realia dilucido. Et, quia Tua ſtudioſa Curioſitas, hujus Digeſtionis & Ordinis rationem poſtular, lineas ſubſequentes ſcribo. Placet Interrogatio; &, ut ſatisfaciam, ſic inquam.

Nihilum intelligimus *Negationis* vocabulo, & *Entis* nomine intelligimus aliquid; & quia in rebus creatis, de quibus Philoſophia ſpecialiter diſſerit, priùs eſt Non-Ens, quàm Ens; Nihil [*] quàm Aliquid; priùs de Nihilo debet, quàm de Ente, aut aliquo Diſputatio formari. Tam Nihilum, quàm Ens cognoſci debent, quàm de illis diſputare poſſimus, & ab hac ipsâ cognitione ſuboritur, quòd inter Nihil, & Aliquid, Non-ens & ens, quæ ſunt termini contradictorii ſecundum ſe conſiderata, detur Medium, quod *Ens rationis* in Scholis vocatur. Sanè Negatio nihil eſt, ut eſt in ſe conſiderata: & ens, aliquid profectò eſt, ſi ut eſt in ſe, conſideretur. At, quia Negatio (& ipſa eſt Non-ens) aliter quàm eſt in ſe (hoc eſt, per modum entis Poſitivi) certè (in Opinione Juniorum) poteſt concipi, reſultabit, ut Non-ens per modum entis intellectum, ſit plus quàm Non-ens, aut purum Aliquid. Ergo, ſi ens rationis ſuo ſe ingenio & naturâ protrudit inter Non-ens, & ens; inter Nihil & Aliquid; nemini videri mirùm poterit, ſi inter Diſputationem de Negationibus, & Diſputationem de ente Reali, quæ agit de ente Rationis interſeratur diſputatio. Meritò igitur de Negationibus priùs, de entibus rationis poſteà, & tandem de entibus Realibus, & Poſitivis in hac Diſſertatione Controverſia excitabitur.

*] *Nomine* Phi*loſophiæ illam hic intelligim' Scientiam, quæ Creaturas conſiderat: nam Theologia demonſtrat* Nihil nō fuiſſe pri', quàm aliquid: *ſemper enim fuit Deus.*

Utrùm Ens rationis, ſi daretur, eſſet Medium inter Nō Ens, & Ens?

De Negationibus. An ſint? Et quid ipſæ ſint?

Sanè, ſicut quando de ente poſitivo diſcurritur, duæ controverſiæ inter ſe differentes moventur; Prima, *Quid ſit*? & Secunda, *Utrùm ſit*? ſic impræſentiarùm, agentes de ente Negativo procedemus: & in primâ Sectione Quid Negationes ſint? hoc eſt, An ſuas analogas, & proportionatas quiditates habeant? & in quas ipſæ Species debeant dividi? Et datis, & expoſitis Definitionibus in ſecundâ, an reverà dentur, aut exiſtant Negationes? quæremus; & hinc ſumptâ occaſione, An aliquæ Negationes ab æterno fuerint? inveſtigabimus.

SE-

SECTIO I.

Utrùm Negationes habeant proprias Eſſentias? An ipſa ſare, *aut ſaltem* ſaire *(habere eſſe quidditativum) dicenda ſint?*

CXXXVII. De Negationibus poſſibilibus, & ſecundum ſe conſideratis.

SIcut ſunt Eſſentiæ poſſibiles, & exiſtentes, ſic etiam uterque eſſendi ſtatus convenit Negationibus: nam *non eſſe* hujus Mundi eſt poſſibile; & *non eſſe* alterius Mundi nunc datur in rebus de facto. Præterea ſicut eſſentiæ ſecundum ſe conſiderantur, ſic etiam negationes poſſunt conſiderari ſecundum ſe: ſicut enim dicimus, *Homo eſt animal rationale*, ſic etiam dicimus *Privatio eſt carẽtia formæ in ſubjecto capaci.* Et huc ingreditur Dubitatio, quæ interrogat, *An ſicut in Dialecto noſtrâ Philoſophicâ dicitur* Homo ſat animal rationale, *ſic etiam* Privatio ſat carentia formę in ſubjecto capaci *dici queat?* ET RATIO aſſerendi eſſe poſſet: quia ſicut in Linguâ communi, utroque in loco dici poterit ſat. ET RATIO negandi eſſe poſſet: quia enti Poſitivo & Negativo nullum eſt prædicatum commune.

Quid ſit Privatio?

An cognoſcatur à Deo prout eſt in ſe?

Ut hoc ultimum ſuadeam, producam P. Rodericum Arriagam, qui *tom.1. Theol. diſp.19. ſect.6.* expoſiturus *An, & quo modo Deus negationes cognoſcat?* ſic ſcribit. [Quando Deus dicit, *Privatio eſt carentia;* τὸ *eſt* non concipitur à Deo quaſi copula poſitiva: hoc enim ideò à nobis fit, quòd concipimus negationem per ſpecies rei poſitivæ, cùm nullas alias habeamus: at Deus affirmat copulam negativam, ſicut ipſa extrema negativa ſunt]. Arriaga igitur admittit entia negativa, & in Affirmativis Propoſitionibus, in quibus extrema ſunt negativa, interponit copulam negativam, quæ non neget, ſed aſſerat. Et ut oſtendat illam perfectè à Deo, & à nobis imperfectè cognoſci, ſubjicit. [Adverte, ſicut ens, prout abſtrahit à poſitivo, & negativo, eſt æquivocum, ita & copulam, prout abſtrahit à poſitivâ & negativâ, eſſe æquivocam, & ut talem cognoſci à Deo, & conſequenter ſine converſatione cum entitate, aut copulâ poſitivâ, quandò affirmatur negativa, aut è contrario: nos autem, quia quærimus ibi ex parte objecti aliquam entitatem veram, dum illa nobis non proponitur ante oculos, non poſſumus capere, quòd ſit objectum illius actus; ſicut in ſimili notavi de ente rationis in Metaphyſicâ, immò & de Creaturis poſſibilibus: volumus enim dare aliquid de præſenti verum, & reale, quòd ſit objectum actus. Et indè multi dixerunt, poſſibilitatem creaturarum eſſe aliquid de præſenti, & Ens rationis dixerunt eſſe ipſa objecta realia, prout denominata ab actu intellectûs; at ſicut falluntur in hoc, & de præſenti objectum illorum actuum, *Petrus eſt poſſibilis*, *Chimæra repugnat*, nihil eſt: ita & dico, objectum actus, quo Deus dicit, *Privatio eſt carentia in ſubjecto capaci* nihil eſſe poſitivum, ſed negativum, quod ex terminis ipſis ita manifeſtè apparet, ut ſi in aliquâ propoſitione per ſe notâ debemus unquam ſiſtere, ſiſtendum ſit in hac, *Carere formâ eſt non habere formam*; nec eſt ibi quærendum aliquid aliud, quàm ipſum *non habere*, & illud *eſt carere* ſicut *Homo eſt animal rationale*.] Omnia ſunt difficilia: & quæ Arriaga dicit, tam ſunt obſcura ut non ſtatim poſſint, aut concedi, aut negari. Non enim ſtatim occurrit, quo extrema negativa modo in aſſerente Propoſitione poſſint copulâ poſitivâ connecti, & non apparet, quo aliquis poſſit modo copulâ negativâ affirmare. Interim, ſine aliorum Philoſophorum præjudicio, proponamus, defendamuſque Concluſiones ſequentes: erit

An, & cur cognoſcatur à nobis per modum formæ poſitivæ?

An Ens, prout de Negativo & Poſitivo dicitur ſit æquivocum?

An Poſſibile, & Futurum (aut etiam Ens rationis) aliquid dicant de præſenti?

Quid ſit carere forma?

An in Propoſitione aſſerente eſſe poſſit Copula negativa?

CXXXVIII. Quid ſit Negatio?

PRIMA. *Negatio formæ eſt formam poſitivam non eſſe*. Aſſeritur ab univerſis.

Quid ſit Ens negativum?

SECUNDA. *Hac ipſa negatio forma eſt, quæ Ens negativum vocatur*. Patet: quia ita omnes vocem *Ens negativum* uſurpare videntur.

An Ens Poſitivum & Negativum conveniant univocè inter ſe?

TERTIA. *Poſitivum, & Negativum Ens in ratione ſuperiori Veri & Cognoſcibilis non ſunt æquivoca*. Patet, quia conveniunt analogicè aut, ſi velis, univocè.

An Entia Negativa ſint ficta?

QUARTA. *Entia negativa, non ſunt ficta ab intellectu, ſed ſunt vera in ſuo genere*. Et demonſtratur: quoniam ante omnem mentis fictionem, imò & operationem plurimæ Propoſitiones negativæ ſunt veræ. Et tales, ſunt, *Cæci non vident*. *Surdi non audiunt*, & *Animantes irrationales non diſcurrunt*.

An dentur Entia, quæ totaliter ſint negativa?

QUINTA. *Repugnat Ens negativum, quod ſit tale totaliter*. Et ſuadetur clariſſimè. Quia ſicut Animal irrationale pro materiali dicit animalitatem, & negationem rationalitatis pro formali, ſic ſimiliter Ens negativum pro materiali dicit cognoſcibilitatem, & negationem eſſentiæ aut exiſtentiæ pro formali. *Confirmatur*. Quia repugnat Ens totaliter malum, quia in omni Ente malo dari debet aliqua poſitiva formalitas, quæ in ſuo genere bona ſit. Ergo idem de Ente Negativo dicendum eſt: debet enim in illo inveniri ſaltem cognoſcibilitas, quæ eſt formalitas realis & poſitiva.

An, quæ ſint mala totaliter?

Quomodo Negationes cognoſcantur?

Corollarium I. *In ſe ipſis igitur Entia negativa cognoſcuntur*. Patet; quia in ſe ipſis habent cognoſcibilitatem.

An ſemper cognoſcantur per alienas ſpecies?

Corollarium II. *Non ergo ſemper illa cognoſcimus per alienas ſpecies*. Et, ut hoc Corollarium intelligas, adnotato, ſicut vocalibus, ſic & mentalibus verbis bifariam res ſignificari. Proferuntur labio verba propria, & impropria: & nominantur *propria*, quæ ſignificant rem, ut eſt in ſe: *impropria* verò, quæ aliam rem propriè ſignificant, & inde transferuntur ad rem priori ſimilem ſignificandam. Sic *fulmen* propriè ſonat ignem erumpentem de cælo; qui propter ſplendorem *Rayo* (Radius) à Caſtellanis dicitur: & quia interdum animantes occidit, *Saetta* appellatur ab Italis. Vocem in ſenſu proprio accepit Ovidius *Eleg. 1. libr. 2. Triſt.* dicens.

De Propria & Impropria ſignificatione.

Fulmen. Rayo. Saetta.

Si quoties peccant homines, ſua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit.

Belli fulmina; qui?

Et quia Heroës fortes & bellicoſi, ſunt fulminibus ſimiles, *fulmina* nominantur. Et hoc ſenſu libr. 6. vocavit Virgilius

—— Duo fulmina belli
Scipiadas.

CXXXIX. Nominum Propriorum tranſpoſitio.

Non ſolùm Translatio aut Metonymia reperitur in Nominibus Appellativis, ſed etiam interdum in propriis; vocamus enim Alexandrum, quem volumus à liberalitate laudare: & Neronem, quem crudelitatis incriminamur. Hæc omnia firmant Inſtitutores Rhetoricæ, inter quos Nicolaus Cauſinus *De Eloquutione libr. 7. cap. 19. pag. 413.* ſic ſcribit. *Metaphora eſt ad*

Alexander. Nero.

Quid Metaphora ſit?

Digitized by Google

Quid Metonymia?

unum verbum contracta ſimilitudo, quæ ſua vitatem & ſplendorem addit orationi, ubi moderatè adhibetur. Paulò antè *cap. 17. pag. 401.* dixerat, *Metonymia eſt nominis pro nomine poſitio* &c.

De Rebus aut Perſonis, quarum nomina propria habẽt ſignificationẽ communem.

Hæc Metaphorica vocum translatio in Epigrammatis, & Panegyricis frequentiſſima eſt; ubi enim Perſona, aut Res, quæ laudatur & celebratur, nomen aut cognomen ſignificativum habet, per Metaphoram de illâ diſcurritur, ac ſi eſſet, illud ipſum, quod ejus nomine aut cognomine ſignificatur. Hanc viam ingrediuntur Poëtæ, quoties illius Perſonæ, quam laudaturi ſunt, nomen proprium eſt *Leo*, *Taurus*, &c. *Roſa*, *Viola*, &c. *Felix*, *Clemens*, *Pius*, &c. Et hanc ipſam ingreſſus Palæphatus, ἄπιςα (Hiſtorias cogitaras, omnium judicio, non ſolùm incredibiles, ſed impoſſibiles) ita expoſuit, ut veræ eſſe potuerint, & reverà accidiſſe credantur. Quod enim de Ganymede à Jovis Aquilâ rapto, & in Olympum vecto; de Europâ in Tauri dorſo in Cretam à Phœniciâ translatâ, ut impoſſibile ſit, ſi verba accipiantur Grammaticè, reducitur ad congruum ſenſum; ſi legio, quæ Ganimedem rapuit, *Aquila*; & navis, quæ Europam tranſtulit, *Taurus* appellari dicatur.

ἄπιςα *Incredibilia.* De illis ſcripſit curioſum libellum Palæphatus.

Aquila fuit legionis nomen. Et nomen navis *Taurus*.

An in Picturis locum habeant Metaphoræ?

Hæ Metaphoricæ Significationes tranſeunt ad penicillum; nam ſicut in Carminibus, ſic etiam in linteis ſub alienis ſpeciebus depinguntur Heroes: unde canit Horatius,

—— *Pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Quali Galilæũ imagine Ioannes Hevelius in intellectu ſuo ſibi repræſentaverit?

Et hinc (ſi res accuratè conſideretur) hinc ut plurimum nata Emblemata, Symbola, & Hieroglyphica. Et quando hæc ſcribo, Joannis Hevelii Mathematici Dantiſcani meminerim, qui in ſuæ Selenographiæ Galilæum de Galilæis frontiſpicio expreſſurus, ut ſciret Poſteritas, qualem in mente Ideam habebat, nominis ſignificatione deluſus, hominis, quem eſſe Florentinum neſciebat, habitu Saraceno inveſtit, turbanto (ſic pileus Turcicus nominatur) coronat, in manu Teleſcopium committit, & infra in baſi Galilæi cognomentum ſubſcribit. Pinxit ergo alienâ Galilæum imagine, quem concipiebat per alienam ſpeciem.

CXL.
An Tráslationes & Metaphoræ in ipſomet intellectu habeant locũ?

Ultima linea me ad metam, ad quam pergebam, tandem aliquando perduxit: Sit igitur Concluſio

Sexta. *Sunt in ipſomet intellectu Metaphoræ.* Quoniam, ut experientiâ conſtat, res ipſas non ſemper propter neceſſitatem, ſed ob voluptatem aliquando intelligimus per alienas ſpecies. Sic in totâ Apocalypſi Deo concurrente in mente Joannis Apoſtoli formabantur imagines, quæ erant ſymbolicæ, & in aliarum rerum cognitionem nos ducunt. Idem Prophetis accidiſſe reperio, & in Jordane cùm baptizaretur Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſub columbæ ſpecie, & die Pentecoſtes ſub linguatum ignitarum imagine Spiritus Sanctus apparuit. Et ſic denique nos, quando Angelum concipimus, per modum alati & ſpecioſi adoleſcentis, illum per alienam ſpeciem concipimus, quia ſic volumus; bene enim ſcimus nec illum figurâ humanâ prædictum, neque plumas habere. Non ergo, ut dicebat Arriaga, hanc Ideam ex neceſſitate formamus: quòd ex ipſo Arriagâ contra Arriagam ad hominem ſum perſuaſurus.

De Apocalypſi S. Ioannis Apoſtoli.

De Prophetarum revolutionibus.

An Negationes neceſſariò per modum formarum cognoſcamus?

In curſu Philoſophico *diſp. 6. Metaph. ſect. 2. ſubſect. 1. num. 9.* ſic ſcribit. [Tandem idem confirmo: quia ſicut contra negantes ſe apprehendere res ſpirituales, arguimus, ipſos ſibi contradicere; niſi enim res ſpirituales apprehendiſſent, non poſſent aliquid certi de illis affirmare vel negare, ita ſimiliter in præſenti dico, eos, qui negant Entia rationis, ſibi ipſis cõtradicere. Cùm enim eſſe Entium rationis nihil aliud ſit, quàm ea cognoſci aut apprehendi, eo ipſo quòd illa negant, illa apprehendunt; aliàs negarent, & non tamen ſcirent quid negarent, quod eſt ridiculum, Ergo admittunt Entia rationis ideſt ea apprehendunt.] Fatetur ergo Arriaga nos Angelos & res ſpirituales propriâ cognitione intelligere; non enim Entia rationis (ſi dantur) intelligimus per alienas ſpecies. Et hìc exeſſe debet omnis æquivocatio; quando enim Privatio per modum formæ concipitur, Privatio cognoſcitur per alienam ſpeciem, non autem ipſa Privatio eſt Ens rationis, quoniam præter omnem fictionem reperitur à parte rei, ſed *Ens rationis* vocatur ille Conceptus objectivus, qui loco Privationis cognoſcitur, & iſte non intelligitur per alienam ſpeciem. Angelum ergo, cujus eſſentiam ſaltem genericè concipio, ad effectus & terminos, quos facit, referens, illum apprehendo ſpecie metaphoricâ, nempe, ut juvenem, ut ejus pulchritudinem exprimam; & ut aligerum ut ejus exprimam velocitatem. Bifariam ergo cognoſco Angelum, per propriam videlicet & alienam ſpeciem.

An negare dari Angelos poſſit, qui illos non concipit?

An ſimiliter dari Entia rationis poſſit negare aliquis qui ea non cognoſcat: adeò & faciat?

An Entia rationis cognoſcantur per alienas ſpecies?

An ipſa Privatio ſit Ens rationis?

Quo modo cognoſcatur Angelus?

SECTIO II.

An reverà Negationes dentur in rerum naturâ: & quo ipſæ modo à nobis cognoſcantur?

CXLI.
An, & cur diſſentiant Authores inter ſe?

Metaphyſici dividuntur in claſſes: alii enim affirmativè Quæſtioni, & alii negativè reſpondent. Sic decurrunt humana. Sæpe diſtribuuntur in claſſes, & in diverſas, aut etiam adverſas Opiniones dividuntur Autores; Et cur?

Non quia ſic licuit, ſed quia ſic placuit.

Contra Non-Entium, ſeu Negationum exiſtentiam, qui illas negant, hoc ſolent argumentum proponere. [Si hujuſmodi negationes darentur, cognoſcerentur à Deo, in cujus oculis patent univerſa, quæ in Mundo. At Deus hujuſmodi Carentias & Negationes non cognoſcit. Ergo non ſunt.]

An à Deo Carentiæ & Negationes cognoſcantur?

Reſpondeo, non fore argumentum inefficax, ſi perſuaderetur illa Major. At ipſa eſt falſa: non enim Theologi, quos adverſarii adlegant, Deum non cognoſcere negationes aſſerunt; ſed earum dicunt non habere propriam ideam, ſed cognoſcere illas per ideam & cognitionem Formæ, & Compoſiti.

An per propriam Ideam?

Infers. Ergo non dantur Carentiæ & Negationes. Et Conſequentiam probas: quoniam, ſi illæ darentur, illarum propriam ideam haberet Deus, illaſque in ſe ipſis & per ſe ipſas cognoſceret.

An propriam ideam habeat Deus rerum univerſarum.

Non urgeor. Primò enim, nec omnes, nec oculariores Theologi, negant Deum cognoſcere Non-Entia in ſe ipſis, ut ultimâ parte hujus Libri videbimus: nam multi & graves oppoſitæ

poſitæ

poſitæ ſententiæ adhærent.

An aliquis cognoſcat per alienam ideam?

Et reſpondeo ſecundò, ex hoc Antecedenti, *Deus non habet propriam Negationum Ideam*, hanc Conſequentiam non inferri, *Ergo Negationes non dantur*; multi enim Thomiſtæ aſſerunt Deũ non habere propriam ideam Materiæ-primæ, & tamen nemo ex illis aſſerit Materiam primam in rerum naturâ non eſſe.

Quid de Materia prima dicendum ſit?

Admittendas eſſe Negationes oſtenditur.

Profectò in hac Quæſtione, cur debeamus hærere, non video. *Cæcum* dici animal, quod non habet oculos, & *tenebroſum* locum, qui non habet lucem, &c. vel Analphabeti ſciunt. Et exiſtere animalia, quæ viſum non habeant, & loca, quæ luce non illuminentur, experientiâ oculari percipimus. Ergo de Carentiarum, & Negationum exiſtentiâ diſputandum non erit.

CXLII.
Proponitur Quæſtio.

Interim, quia materia hæc eſt ſubtilis & varia, & multa in diſcurſu tanguntur, multa dilucidantur, quæ in vaſtis Philoſophorum Voluminibus, aut prorſus intacta, aut non ſufficienter explicata manebant, ulteriùs proſequar, & quæ concipio mente, quâ potero brevitate perſtringam. Sanè de Entium Negativorum exiſtentiâ nemo ante P. Comptonũ ex profeſſo tractavit. Ipſe autẽ aliis negotiis procul interrogat, *Dentur-ne hujuſmodi Negationes, ſeu remotiones entium, quæ rebus poſitivis extremè ſeu contradictoriè opponantur, ſintque formalis earum è rerum naturâ expulſio.* Illas nonnulli admittunt; &, quia malè eas explicant, in obſcuros labyrinthos ſe injiciunt. Alii, quia in iiſdem, etſi bene exponantur, difficultates & obſcuritates reperiunt, ſe ſubducunt, & ut impoſſibiles incriminantur.] Unde progreditur.

Malè illæ expoſitæ, ſunt impoſſibiles: Difficiles, ſi bene exponãtur.

Non eſt fugiẽda una difficultas, qua victa tolluntur aliæ difficultates.

[*Et* ego ſicut intellectum in illis, ſic in iſtis voluntatem incriminor; me enim judice, fieri debuit oppoſitum: nec propterà negationes ablegandæ ſunt, quòd nonnihil ſecùm moleſtiæ ferant, ſed aſtruendæ potiùs, cum ſtabilitâ ſemel earum doctrinâ, res quaſque intricatiſſimas faciles reddat & expeditas: & quamvis aliquo ſenſu tenebræ ipſæ ſint, rebus tamen aliis non parum lucis adferunt. Quod vel indè conſtat; illi enim ipſi, qui hìc Negationes impugnant maximè, iiſdem poſteà maximè utuntur, nec explicare quidquam in hoc genere poſſunt, quin eas incogitantes, imò nolentes incidant. Conari ergò debet Philoſophus, ut principium potiùs aliquod ſtabiliat quamvis nonnihil in eo difficultatis occurrat, &, eo poſito, clarè poſteà procedat, quàm ut eo negato, omnia tenebris involvat. Difficultates verò, ſiquæ inſurgant, complanandæ ſunt, non fugiendæ.]

Prima Sententia.

An Privationũ & Negationũ nomine res poſſibiles intelligantur?

NON dari Negationes, aut Privationes contendunt aliqui: & quia talia in Scholâ nomina reperiri, negare nequeunt: earum nominibus intelligi debere aſſerunt *res ipſas poſitivas poſſibiles*. Et tamen plerique omnes, qui ſic philoſophantur, eodem modo loquantur, in intelligentiâ & expoſitione hujus Sententiæ differunt inter ſe. Aureolus enim Gabriel, Sotus, & alii quibus ſubſcribit Pater Moncæus *d.* 1. *c.* 2. Negationes, & Privationes, ajunt eſſe res poſſibiles connotando propoſitionem de ipſis negativam veram. Sed contrà

An intelligantur ſaltem cũ relatione ad aliquam propoſitionem.

Primò, quoniam ſignificatio vocum ab hominum acceptione dependet: & qui Negationum & Privationum nomina dicunt, aut audiunt, quid dicant, aut audiant intelligunt, & de propoſitione affirmativâ aut negativâ, verâ aut falsâ, non cogitant. Sed & contrà Secundò, hæc enim eſt manifeſta petitio principii, contraria enim ſententia contendit, propoſitionem negativam, quæ de ipſis per modum poſitivæ tendentiæ formatur, ut *Aër eſt tenebroſus*, veram eſſe non poſſe niſi dentur negationes.

An denique cum relatione ad voluntatem Divinam?

Alio modo quidam Junior (Vir quidem eruditus & doctus) eamdem Concluſionem exponit. Negationes aſſerit nil aliud eſſe, quàm res ipſas poſitivas poſſibiles connotantes volitionem, vel nolitionem divinam, ut exiſtant, Petrus ergò purè poſſibilis, eſt, inquit, entitas Petri, & vel nolitio divina ut exiſtat omninò, vel volitio ut tali tempore exiſtat, & tunc, inquit, adveniente illo tempore, tranſit ipſo facto Petrus de ſtatu poſſibili ad actualem. Sed contrà; nam, qui invincibiliter dari Deum ignoraret, adhuc quid ſignificant voces *Cæcitas, Tenebra, Caligo*, &c. intelligeret. Ergo Negationum aut Privationum in ſuo conceptu nomina non includunt voluntatem Divinam.

An Atheiſta poſſit intelligere, quid ſit *Cæcitas*?

Secunda Sententia.

CXLIII.
An Negatio & Forma oppoſita poſſint ſimul in eodem ſubjecto conſiſtere?

EST communis; & dari Negationes affirmat: eaſ-que vult ſuo modo à parte rei exiſtere, tanquam remotiones rerum poſitivarum, iiſque contradictoriè opponi, itaque ipſis adverſari, ut nullâ potentiâ cum iis componi, aut ſimul exiſtere poſſint: ita Scotus, Cajetanus, Molina, Suarez *d.* 54. *Metaph. ſect.* 4. *&* 5. Vaſquez 1. *part. d.* 61. *cap.* 1. *&* 2. Rubius, Murſia, Conimbricenſes, Hurtadus *d.* 3. *Phyſic.* Arriaga *d.* 11. *Phyſic. Sect.* 12. & alii paſſim, licèt hi omnes ſupponant potiùs Negationes dari, quàm probent.

Tertia Sententia.

An in rebus neceſſariis & impoſſibilibus poſſit dari negatio?

ALii ineunt mediam viam, & inter res neceſſarias & contingentes diſtinguunt. Rerum contingentium dari negationes concedunt: earum autem, quæ neceſſariò ſunt, ut Deus, Tres Perſonæ Divinæ; ſicut & earum, quæ neceſſariò non ſunt, ut Circularis Triangulus, non poſſe dari negationes exiſtimant. Ergo illorum ſententiâ datur privatio viſûs in cœco: non autem negatio Dei, aut Perſonarũ Divinarum. Negatio chimæræ de facto datur, & tamen chimæra eſt impoſſibilis, quòd ſi dicas Chimæram in negativo conſiſtere, ut tolleretur negatio Chimæræ, deberet poni à parte rei ipſa Chimæra.

An detur Negatio Chimæræ?

Quarta Sententia.

CXLIV.
Negationes aliæ tollibiles, & aliæ intollibiles ſunt.

AVtoribus ſecundæ Comptonus, vir ſanè ab eloquentiâ & ingenio laudatus, aſſentitur, & conſtanter affirmat, *admittenda neceſſariò eſſe Negationes à formis, ſeu rebus poſſibilibus diſtinctas & iis contradictoriè oppoſitas, nec tollibiles tantùm, ſed etiam intollibiles*. Ad Concluſionis declarationem ſimul & probationem

Formarum & Negationum habitudines.

Notandum, ſicut in rebus poſitivis, ita & in Negationibus tria reperiri, neceſſitatem, impoſſi-

Solus Deus eſt Ens ſimpliciter neceſſariū.

poſſibilitatem, & contingentiam,ſed modo ferè oppoſito, ubi enim res eſt neceſſaria, Negatio eſt impoſſibilis: ubi res impoſſibilis, Negatio neceſſaria: demum ubi res contingens, Negatio ſimiliter contingens. Ens ſolùm neceſſarium eſt Deus Optimus Maximus, cujus proindè quiſquis Negationem concipit, Chimæram concipit, omnium, quæ fingi poſſunt, maximam, rerum ſcilicet omnium impoſſibilium (ſi magis & minus in impoſſibilibus reperiatur) maximè impoſſibilem. Res impoſſibiles ſunt Globus Cubicus, Triangulus Quadratus, & ſimiles, quorum Negationes ita exiſtunt ut neceſſariò exiſtant. Res tandem contingentes ſunt, Lux, ignis, calor, & hujuſmodi, quorum iis non exiſtentibus, exiſtunt negationes, iis poſitis evaneſcunt, rebus verò iterùm pereuntibus denuò emergunt negationes; & mori faciles, & renaſci.

Impoſſibilia & Contingentia exemplis appoſitis dilucidantur.

Probatur Concluſio primò ex principio illo per ſe noto, *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*, ſed in oppoſitâ ſententiâ ſequeretur, idem ſimul eſſe, & non eſſe, ergo. Probatur Minor, Negatio ſecundum hos Autores non diſtinguitur à re poſſibili, nec hæc ab actuali, ergo Negatio rei eſt idem cum eſſe poſſibili, & actuali, ergo non eſſe rei, eſt idem cum ipsâ re, ergo idem eſt eſſe ejuſdem rei, cujus tamen oppoſitum ſtatuitur pro principio per ſe & lumine naturæ noto.

Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe.

Confirmatur primò: non minùs datur objectum à parte rei in quod fertur hæc propoſitio, *alius Mundus non eſt*, quàm in quod fertur propoſitio affirmans; hæc enim tam eſt veritas cognoſcibilis, quàm oppoſitum, & contradictio non ſolùm exercetur in actibus aſſenſûs, & diſſenſûs, ſed etiam in objectis, ſicque datur non ſolùm contradictio formalis, ſed objectiva, quo ſenſu dicunt omnes non poſſe idem ſimul eſſe, & non eſſe. Unde Ariſtoteles cap. de oppoſitis tr. 9. *ut affirmatio*, inquit, *veluti ſedet, negationi, ſeu non ſedet, opponitur: ſic & res quæ ſub utrumque cadunt, ſedere, inquam, & non ſedere ſibi mutuò adverſantur*. Ergo clariſſimè docet Ariſtoteles contradictoria exiſtere à parte rei.

N. B. Ergo his Componens verum conſtituit ſupra Ens: nam cognoſci eſt prædicatum commune enti, & non-enti.

Aſſenſus ſimul & diſſenſus nō poſſunt in eodem intellectu ſimul coexiſtere.

Confirmatur ſecundò, ex Auguſtino, qui *tom. 6. lib. de naturâ boni, contrà Manichæos, cap. 15. fine*, clariſſimè hanc ſententiam tradit, ubi de Privationibus loquens addit: *quæ tamen etiam privationes rerum ſic ordinantur in univerſitate naturæ, ut ſapienter conſiderantibus, non indecenter vices ſuas habeant; nam, & Deus certa loca, & tempora non illuminando, tenebras fecit tàm decenter quàm dies: ſi enim nos continendo vocem, decenter interponimus in loquendo ſilentium, quantò magis ille quarumdam rerum privationes decenter facit, ſicut rerum omnium perfectus artifex*. Quid clarius? & toto libro idem proſequitur argumentum, ubi tàm plenè, tàm pulchrè, tàm clarè, hanc noſtram de Negationibus ſententiam tradit, ut ad quemvis moderatum Negationum impugnatorem convertendum ſufficiat.

CXLV. S. Auguſtinus dari in rebus Negationes admittit.

An Negationes non ſolùm ſint veræ, ſed etiam bonæ?

Secundò probatur, Non minùs à parte rei, & nemine cogitante verum eſt hominem mori, ignem extingui, Petrum non ſedere, non legere, Paulum eſſe cæcum, & ſexcenta hujuſmodi, quàm hominem vivere, Petrum videre &c. ergo aliquid eſſe à parte rei debet, à quo hæ iis denominationes proveniant, ſed nihil excogitari aliud poteſt præter negationes, quæ has denominationes negativas tribuant, ſicut formæ poſitivæ denominationes tribuunt poſitivas, ergo. Confirmatur primò; tàm viſione intuitivâ novit Angelus lucem non eſſe, quàm eſſe. Confirmatur ſecundò; ſine negationibus explicari hæ, & ſimiles propoſitiones nequeunt, *Anti-Chriſtus non exiſtit, Sol non lucet*, quæ ſunt diverſæ veritates objectivæ.

Rationes ad probandum Negationum exiſtentiam.

An Angeli Negationes cognoſcant?

Nec dici poteſt, quod inſinuant aliqui, Anti-Chriſtum, ſeu rem non exiſtentem eſſe nihil. Vel enim volunt nihil illud per quod non exiſtit Anti-Chriſtus, eſſe Anti-Chriſti negationem, & tunc convenimus; vel eſſe ſimpliciter nihil, & hoc dici nullo modo poteſt, ſic enim à parte rei idem eſſet *Anti-Chriſtus non exiſtit, & alius Mundus, vel lux, ignis, calor non exiſtunt*; ſi enim per nihil non exiſtant, in non exiſtendo nihil differunt, & tamen manifeſtum videtur non eſſe idem à parte rei *Anti-Chriſtus non exiſtit, & alius Mundus non exiſtit*. Si verò confugiant ad formas poſſibiles, poſteà impugnabuntur.

Propoſitiones negativæ, in quibus ſubjecti exiſtentia negatur, aliquid dicunt præter nihil.

At non dicunt eſſe exiſtentiale (Sere) Ergo dicunt eſſe quidditativum (hoc eſt, Sare)

Vera Sententia.

PRimum, & Supremum in Metaphyſico Syſtemate prædicatum, eſt *Verum*, ſive *Cognoſcibile*: & in *Ens*, & *Non-Ens* immediatâ diviſione diſpeſcitur. Et *Non-Ens* eſt, quod ab aliquibus Philoſophis *Ens negativum* dicitur: & ab illis appellatur *Negatio*.

CXLVI. Supremum Prædicatum, quod? Ens Negativū, quid?

Et quidem nomen iſtud *Negatio*, ut jam alibi monui, bifariam; nempe, largè, & ſtrictè ſumitur; quod aliis verbis dici ſolet, metaphyſicè, & phyſicè. Sumitur metaphyſicè, & laxè, cùm pro quocumque *non eſſe*, ſive illud quidditativum ſit, ſive exiſtentiale. Sumitur phyſicè & ſtrictè cùm pro *non eſſe* formæ in ſubjecto aliquo determinato. Quod ſubjectum vel capax, vel incapax eſt illius formæ; &, ſi eſt capax, vel illi forma eſt debita, vel indebita. Ergo ex dictis ſic texi poterit Negationum Categoria,

Nominis *negatio* duplex acceptio.

Acceptio Metaphyſica.

Acceptio Phyſica.

CARENTIA.
- *Metaphyſica. Et eſt non eſſe cujuſcumque rei.*
- *Phyſica. Et eſt carentia formæ in ſubjecto*
  - *incapaci. Et vocatur* Negatio.
  - capaci, *& vocatur* privat.
    - *Si eſt indebita nō eſt defectuoſa.*
    - *Si autem eſt debita appellatur* Defectus.

Et hinc oriuntur iſtæ Definitiones.

Definitiones. Quid ſit Negatio? Quid Carētia?

Negatio, latè ſumpto vocabulo, *eſt Non eſſe rei, aut Carentia rei*.

Carentia Phyſica, *eſt carentia formæ (aut quaſi formæ) in ſubjecto*. Conſultò illud *quaſi forma* interpoſui, ſæpè enim rerum, quæ non ſunt verè & propriè formæ, in ſubjectis reperiuntur Carentiæ, ut patet in acephalo corpore, & in homine nudo.

Negatio, ſtrictè ſumpto vocabulo, *eſt carentia formæ in ſubjecto incapaci*, ut carentia planæ ſuper-

Quid Negatio ſtrictè ſumpta?

perficiei in Globo: quartæ lineæ in triangulo; viſûs, aut auditûs in lapide.

Quid Privatio?

Privatio *eſt carentia forma in ſubjecto capaci*, ut carentia lucis in aëre, & figuræ circularis in cerâ.

Quid Defectus?

Defectus *eſt carentia formæ, quæ ſubjecto debetur*; ut Cœcitas, quæ eſt in animali viſus carentia; & *defectus* dicitur, quia viſus animali debetur.

His præmiſſis, ut ſingula meliùs intelligantur, opportunas aliquas Aſſertiones ſubſcribamus. *Et ſit*

Verùm Carentiæ ſint res purè negativæ in ſuo objectivo conceptu?

An per negativas differentias diſtinguantur?

PRIMA. *Carentiæ hæ Phyſicæ, non ſunt Entia purè negativa, nec per purè negativas differentias conſtituuntur, & inter ſe diſtinguuntur.* Et oſtenditur. Omnes enim ſunt Veræ tranſſcendentaliter & metaphyſicè; ſunt omnes cognoſcibiles & intelligibiles: & in hoc univerſæ conveniunt. Conveniunt præterea, quia omnes ſunt in ſubjecto. Differunt autem per habitudinem formæ (aut quaſi formæ) ad ſubjectum. Illa enim vel eſſe in ſubjecto non poteſt, vel certè poteſt. Et ſi poteſt, vel ita poteſt, ut & debeat; vel poteſt & tamen non debet. Quas omnes differentias exempla paulò antè poſita, ſatis clarè dilucidant.

Errarunt ſæpè Nomenclatores imponendo poſitiva vocabula entibus negativis.

SECUNDA. *Pleraque omnes Carentiæ poſitivis vocabulis à Nomenclatoribus ſignificantur.* Et hic illorum error occaſionem præbuit Philoſophis exiſtimandi eſſe entia rationis, quæ erant entia linguæ.

Eſt manifeſta hæc Aſſertio, quoniam loquendo generaliter, *Carentia, Negatio, Privatio, Defectus*, &c. & loquendo in particulari, *Tenebræ, Cœcitas, Caligo, Paupertas, Nuditas*, & ſimilia, ſunt proculdubiò poſitiva vocabula.

CXLVII.

An Negationes cauſâ habeât?

TARTIA. *Datur interdum Cauſa realis & poſitiva, quæ ſit Forma contraria, & eam expellendo, Carentiam, ſeu Negationem conſequēter introducat.* Et demonſtratur; quoniam denſi vapores impediendo lucem, & ideò cauſæ ſunt caliginis, & tenebrarum. Et tales videntur fuiſſe Ægyptiacæ illæ tenebræ, quæ propter Pharaonis contumaciam affligebant indigenas: & tales etiam illæ, quæ *Cimmeria* appellantur.

Ægyptiæ tenebræ.

Cimmeriæ tenebræ.

Carentiæ nomine ejus cauſa ponatur.

QUARTA. *Carentiæ, ſeu Negationis nomine, interdum non ipſamet carentia, ſed ejus cauſa indigitatur.* Et hoc ſenſu loquutus eſt Ariſtoteles, quādo dixit, *Generatio unius eſt corruptio alterius.* Non enim generatio ignis, ex.gr. eſt formaliter corruptio ligni: ſeu *non eſſe* ligni: ſed formam ignis in materiam illam introducendo, præſtat ut forma genita, nam cum alterâ componi non poteſt, ligni formam expellat, & ſequatur per conſequens hujus formæ privatio. Eodem ſenſu loquutus eſt Doctor Angelicus, quando de Sacramento Venerabili cecinit,

Mors eſt malis, vita bonis.
Vide, paris ſumptionis,
Quàm ſit diſpar exitus.

Chriſti enim corpus non eſt mors; cæterùm, ſi ſumatur indignè, ſpiritualem mortem, non per ſe, ſed per accidens cauſat.

In hac materia Philoſophi res intelligunt bene & de illis loquuntur malè.

QUINTA. *In ſimilibus vocabulis, Viri docti, tametſi loquantur, ut cæteri, quia Carentias non eſſe poſitivas formas ſciunt, non concipiunt illas ut formas poſitivas affirmativè: videlicet, v. gr. dicendo,* Aër habet tenebras, Petrus cœcitatem; &c. *Sed negativè v. gr.* Aër non habet lucem, Petrus non habet viſum. &c. Et hoc modo Deum cognoſcere tenebras, & cœcitatem multi Theologi affirmant. Dabo alios in Theologicâ parte, nunc unum produxiſſe ſufficiat. P. Antonius Bernaldo de Quiros *tract. 4. de Scientiâ Dei, diſp. 55. ſect. 1. pag. 366. a.* ſcribit. [Deus non dicit affirmativè, *Tenebras eſſe carentiam*: ſed præciſè dicit, *non eſſe lucem.* &c.]

Quomodo Deus negationes cognoſcat?

Et quia dixi Viros doctos per modum formæ linguâ tenebras ſignificare, non autem mente illas ut formas poſitivas concipere, dabo pulchra S. Auguſtini verba, qui *tom. 10. libr. de vitâ beatâ* longè ante finem, his verbis hujuſmodi carentias exponit. *Neſcio quomodo dicamus habet egeſtatem, tale eſt enim, ac ſi locum aliquem, qui lumine careat, dicamus habere tenebras, quod nihil eſt aliud quàm lumen non habere; non enim tenebræ, quaſi veniunt & recedunt: ſed carere lumine hoc ipſum eſt tenebroſum eſſe: ut carere veſte, hoc eſt, eſſe nudum; non enim veſte accedente veluti aliqua res mobilis fugit nuditas; quamobrem ut quod volo explicem, ſicut poſſum ita dicitur: habet egeſtatem, quaſi dicatur, habet non habere.* Ergo teſte D. Auguſtino, quando agimus homines de negationibus, rem bene intelligimus, ſed impropriis vocibus ſignificamus: Illas non eſſe formas poſitivas concipimus, & tamen loquimur de ipſis, ac ſi poſitivæ eſſent formæ; non ergo dantur entia rationis, & quidquid Juniores cum veteribus dixerint, omnia illa, quæ entia rationis in Scholis vocantur, fusè in noſtrâ Metalogicâ *libr. 2. per tot.* perſuaſimus eſſe Entia linguæ.

D. Auguſtinus.

Entia linguæ propter allucinationes Nomenclatorum veniunt neceſſariò admittēda.

Non dantur Entia rationis.

Quarta Sententia recognoſcitur & examinatur.

CXLVIII.

INgenio plena ſunt, quæ à Comptono (aut alio, quicumque ejuſdem Autor ſit) proponuntur & ediſſeruntur in illâ.

Concluſio defendenda proponitur.

Sanè Concluſio illa vera eſt, ſi bene intelligatur, & ne in ſenſum aliquem diſſentaneum obtorqueatur ab aliquo, illam Ego repono, & meis verbis reſeribo. Sic inquam. *Sicut* (1) *de Entibus Poſitivis, ſic etiam de Negativis ſunt Veritates neceſſariò admittendæ; Et hæ* (2) *ſunt à poſſibilibus formis diſtinctæ, &* (3) *ſunt iiſdem formis contradictoriè oppoſitæ: &* (4) *non ſemper tollibiles ſunt.* Continet quatuor partes Concluſio: ſingulas breviter probemus & dilucidemus.

Cur *Verum* ſit ſupremum in Categoriis Prædicatum?

Prima Concluſionis pars eſt manifeſta; quia æquè de Entibus ac de Non-entibus dantur Propoſitiones veræ: tam enim eſt certum *Calidum habere calorem*, quàm *Cœcum non habere viſum*. Et ideò voluimus *Verum* eſſe ſupremum Prædicatum, & dividi in *Ens*, & *Non-ens*.

An poſſimus Negationes cognoſcere?

Secunda ejuſdem Concluſionis pars præcipuè ponitur contra Primam Sententiam, in quâ Autores non videntur ingenioſè diſcurrere. Nam vel poſſum concipere *Non-ens*, aut non poſſum. Si primum: Cur per ambages itur? Cur Cœcitas fingitur eſſe Potentia viſiva poſſibilis, &c. cùm facilius eſſet dicere, Cœcitatem eſſe privationem potentiæ viſivæ. Si ſecundum. *Ergo* nec potero cognoſcere Non-exiſtentiam. *Et*, ſi hanc nequeo cognoſcere, nec cognoſcere potero formam poſſibilem. Nam realiter poſſibilis ea forma dicitur, quæ actu exiſtentiam non habet, ſed eam habere poteſt, & habebit quando eam Cauſa efficiens producat.

Quid ſit creatura poſſibilis?

Ter-

Digitized by Google

Forma & Privatio opponuntur contradictoriè.

Tertia probatur, quia Cognita ſorma eſt Cognita ejuſdem negatio, ut *Album*, *Non-album*, contradictoriè opponuntur.

Objectio.

Dices. Forma vera, & Privatio vera, non opponuntut contradictotiè. At forma vera eſt forma cognita; & ptivario vera, eſt privatio cognita. Ergo forma cognita, & privatio cognita contradictoriè & ex diametro non opponuntur. Suadetut Major. Quia forma & privatio, ur ſint veræ, non poſſunt de eodem ſubjecto dici: Quia, ſi de eodem dicantur, non erunt ſimul veræ; &, niſi de eodem dicantur, non erunt contradictoriæ. Ergo, &c.

CIL.
Veritas eſt duplea, alia Logica, alia Metaphyſica.

Reſpondeo, à te in argumenro tuo Veritatem Metaphyſicam cum Logicâ Veritare confundi. Illa eſt Terminorum cognoſcibilitas, hæc eſt Propoſitionum, in quibus ita ſe habet à parte rei objectum, ſicut aſſeritur. Quia Vetitari Metaphyſicæ (ſeu Cognoſcibilitati) nihil prorſus opponitur; non enim quidpiam datur (ſit ens, aut Non-ens) quod incognoſcibile ſit: & ideò *ens* & *Non-ens* poſſuut eſſe ſimul vera metaphyſicè; hoc eſt, poſſunt ſimul cognoſci. At non poſſunt eſſe ſimul vera Logicè; hoc eſt, de eodem ſubjecto in Propoſitionibus ſimul verificari. Quoniam Propoſitiones, in quibus idem ſecundùm idem aſſeritur, negaturque de eodem ſubjecto (quales ſunt iſtæ *Petrus eſt exiſtens*, & *Petrus non eſt exiſtens*) ſunt contradictoriæ, & ideò ſimul eſſe veræ non poſſunt.

Veritati Metephiſicæ nihil opponitur.

Quid requiratur, ut duæ propoſitiones ſint contradictoriæ?

Homines cognoſcimus negationes.

Ut Concluſionis ultimam pattem probem, dico me tam bene intelligere, quid importent Regis Prophetæ verba, quando pſalm. 139. 7. dicebar Domino, *Deus meus es tu*; & quid Inſipientis verba, quando videlicet dicebat in corde ſuo, *Non eſt Deus*.

Pſalm. 13. 1.

Autor Quartæ Sententiæ ſcitè docet materiam Negationum eſſe triplicem, Neceſſariam, Impoſſibilem, & Contingentem: & hanc bene diviſionem exponere. Ubi ſi ſorte Autorem in ſuo legeris libro, & obſervaveris, me in materiâ impoſſibili mutaſſe exempla, reſpondebo (quod ſæpe alibi dixi) Hirco-cetvum, Hominem-Leonem, & ſimiles uniones naturarum non videri impoſſibiles.

An Hircocervus impoſſibilis ſit?

CL.
Creatura poſſibilis & exiſtens formaliter & contradictoriè.

Probatio illa prima non eſt efficax, non in omni & in Autorum, qui nobis adverſantur, ſententiâ, creatura purè poſſibilis & exiſtens ſe habeat contradictoriè; nam illa eſt res non exiſtens, hæc res exiſtens. Et hanc ob rem Primæ Sententiæ Autores huic poſſent reſpondere argumento, concedendo illud Axioma, *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*. Et negando Minorem illam, *Sed in oppoſitâ Sententiâ*, &c. Ad probationem dicent, Rem poſſibilem præciſivè ſumptam, & rem poſſibilem negativè ſumptam debere diſtingui inter ſe: ita, ut res poſſibilis præciſivè ſit, quæ habet potentiam ad exiſtendum: res autem poſſibilis negativè, eſt, quæ eſt in potentiâ ad exiſtendum; quæ caret quidem exiſtentiâ, & tamen eam poteſt habere. Et hoc poſito Poſſibilitatum diſcrimine, Negationem non diſtingui à formâ poſſibili, ſi poſſibilitas ſumatur præciſivè, negabunt; ſi negativè, concedent, & transeundo ad minorem, eâdem utentur diſtinctione, nam res poſſibilis & actu exiſtens ſecundum eſſe quiditativum (ſive Sare) coincidunt, non autem ſecundùm eſſe exiſtentiale (ſive Sere) nam

An poſſibilitas bifariam poſſit ſumi, præciſivè & negativè?

in illâ intelligitur exiſtentiæ carentia, & in hac ejuſdem exiſtentiæ poſitio. Nec juvat dicere, exiſtentiam ab eſſentiâ realiter non diſtingui, quoniam prima ſententia poſſet à Thomiſtâ defendi, quin contradicat D. Thomæ exiſtentiam ab eſſentiâ realiter diſtingui aſſerenti. Et quomodocunque philoſophentur quartæ ſententiæ propugnatores; ſemper tenebuntur admittere eſſe in potentiâ, & eſſe actu abſolutè diſtingui. Prima confirmatio meo judicio eſt certiſſima & ſecuriſſima, & ſupponit totam doctrinam meam; ſed quia ultima linea aliquam æquivocationem poteſt parere, illam dilucido. *Clariſſimè docet Ariſtoteles contradictoria coëxiſtere à parte rei*. Aſſentior. Quia à parte rei datur eſſe & non eſſe, exiſtentia eſt non exiſtentia, vita non vita, & alia ſimilia, quæ ſunt contradictoria. At non inde ſequi in Intellectu humano dari ſemper propoſitiones contradictorias; quoniam, ſi formentur, erunt; & ſi non formentur, non erunt. Cæterùm ſi ab Intellectu formentur, aut à linguâ vocaliter proferantur, erunt (hoc eſt, exiſtent) ſimul, at non erunt aut ſimul veræ aut falſæ. Erit enim neceſſarium, ut altera illarum ſit vera, altera verò falſa. [Et hîc obiter noto certiùs judicaſſe Ariſtotelem impoſſibile eſſe, quòd idem intellectus eidem propoſitioni ſimul præbeat aſſenſum & diſſenſum, quàm quòd impoſſibile ſit idem ſimul eſſe & non eſſe. Et probatur clariſſimè; quoniam illud prius aſſumit, ut nobis hoc poſterius perſuadeat.]

An Eſſentia & Exiſtentia realiter diſtinguantur?

An contradictoria exiſtant à parte rei?

De iſtis duobus principijs *impoſſibile eſt eidem rei aſſentire & diſſentire ſimul*, & *impoſſibile eſt eandem rem ſimul eſſe & non eſſe*; quæritur, utrû ſit certius opinione Ariſtotelis?

Illa S. Auguſtini Autoritas, quæ in confirmatione ſecundâ recenſetur, eſt meâ ſententiâ aptiſſima, & congratulor mihi tanti Doctoris teſtimonio meam doctrinam probari. Secunda probatio bene fluit; deſideratem tamen clariùs Autores loqui, & exiſtentiæ vocem, quæ rem poſitivam ſignificare videtur, non ipſo Non-enti, ſeu negationi, ſed veritati potiùs, & cognoſcibilitati Non-entis, ſeu Negationis cenſeri.

De verbis D. Auguſtini.

An Exiſtentiæ nomen veritatem quàm negationem debeat afficere?

CLI.
An diſtinctionem inter **Sare** & **Sere** benè ponant Philoſophi, tametſi utantur aliis verbis?

In paragrapho ultimo quarta ſententiæ Autores **Sare** & **Sere** (eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) ſe diſtinguere inſinuare videntur; &, ut clariùs id percipiatur, eorundem argumentum reſumo, & ad formam ſubſequentem reduco. Sic inquam. Globus poſſibilis, & Cubus poſſibilis vel ſunt purè nihil, vel ſunt aliquid. Sanè, ſi hoc ſecundum dicatur, hæc duo corpora poſſibilia **(Sant)** habent eſſe quiditativum, & ſicut in definitione, ſic etiam in iſto eſſe quiditativo differunt inter ſe. Si autem dicatur illud prius, videlicet eſſe purum nihil, hoc ſulmen contra hujuſcemodi opinationem explodam. Attende. Unum purè nihil non diſtinguitur ab alio purè nihil, quia diſtinctio debet fieri in aliquo, & in eo quod eſt purè nihil, non eſt aliquid. Ergo repugnant in rebus dari duo, quæ ſint purè nihil; quia ſi darentur, diſtinguerentur, & non diſtinguerentur. Diſtinguerentur quidem, quia eſſent duo; & non diſtinguerentur, quia eſſent purè nihil. Progredior. Ergo ſi globus poſſibilis eſt purè nihil, & cubus poſſibilis eſt purè nihil, globus poſſibilis non diſtinguitur à cubo poſſibili: hoc eſt abſolutè falſum, quia Globus & cubus differunt definitione. Ergo dicendum eſt, res omnes poſſibiles antequam exiſtant non habere eſſe exiſtentiale (hoc eſt **Sere**) ſed habere

Creaturæ poſſibiles nõ ſunt purè nihil.

Si eſſent purè nihil, non diſtinguerentur inter ſe.

Globus poſſibilis non eſt Cubus poſſibilis.

eſſe

eſſe quiditativum (hoc eſt **Sare**) Ergo (& hîc te attentum & benignum deſidero) hanc diſtinctionem inter **Sare** & **Sere** (inter eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) Philoſophi acuto ingenio præditi, & ſi de noſtro Pentalogn nihil audiverim, lumine naturali eos lucente ſemper quoad ſubſtantiam admittunt.

SECTIO III.

De Multiplicatione Carentiarum.

CLII.

QUO modo Negatio, Privatio, & Defectus inter ſe diſtinguantur, jam ſuperiùs expoſui: ſupereſt ſingulas has Carentias ſubdividere in diverſas ſpecies. Conſidera Concluſiones ſequentes. Et ſit

Vnde Carentiæ & Negationes ſpecificentur?

PRIMA. *Carentia ſecundum ſpecies formarum aut rerum, quarum ſunt carentia, ſpecificè multiplicantur.* Demonſtratur: quia cùm nihil aliud ſint iſtæ Carentiæ, quàm remotiones & abſentiæ formarum, tot genera & ſpecies Carentiarum eſſe poterunt, quot ſint genera & ſpecies formarum: & hanc ob rem ſicut Calor & Frigus diſtinguuntur ſpecie, ita Carentia caloris, & Carentia frigoris ſimiliter diſtinguentur ſpecie.

Vnde in Carentiis & Negationibus diſtinctio Numerica aſſumatur?

SECUNDA. *Quando Forma aut Res, quæ abſunt, diſtinguuntur numero, earum Carentia ſimiliter diſtinguuntur numero.* Unde, quia quando duo lapides ſunt calidi, duo calores, qui in illis ſunt, numero diſtinguuntur, quando frigeſiunt poſteà, habebunt duas Carentias caloris, quæ etiam different numero.

De principio individuationis.

Et hîc obiter nota de Carentiarum individuatione, ſicut de Formarum individuatione eſſe philoſophandum: quam ob rem Thomiſtæ, quia duas Formas puro diſtinctas numero (ſint accidentariæ, aut ſubſtantiales) poſſe ſimul ineſſe eidem ſubjecto, negãt; duas Carentias puro numero diſtinctas, in eodem poſſe reperiri ſubjecto, debebunt doctrinæ conſequentiâ negare. Et Scotiſtæ contrà, quia Formas puro numero diſtinctas (ſaltem accidentarias) eidem permittunt ſimul inhærere ſubjecto, etiam in eodem ſubjecto duas, vel plures Carentias, diſtinctas puro numero, ſimul eſſe poſſe aſſeverant. Et denique Platonici, ſeu Academici, quorum opinione realiter ſunt Univerſales, & ſubjectorum individuatione individuantur; & ita ſunt ſuis ſubjectis affixæ, ut Forma A, quæ eſt in ſubjecto A non poſſit tranſire ad ſubjectum B, debent rationis paritatem ſervare, & conſequenter dicere, Carentias ſecundum ſe conſideratas, & à ſubjectis præciſas, eſſe realiter Univerſales, & individuari à ſubjectis; quibus ita affixæ ſunt, ut nequeant de uno in aliud tranſire: quia Carentia A, non eſt Carentia B, & hoc ipſum, quòd ſit A, & non ſit B, habet à ſubjecto A: ſi enim non jam in ſubjecto A, ſed in ſubjecto B, collocaretur, eſſet Carentia B, & non eſſet Carentia A.

An duæ carentiæ diſtinctæ puro numero eſſe poſſint in eodem ſubjecto?

An dentur Carentiæ aut Negationes realiter univerſales?

Quare Carentia hæc ſit hæc & non illa?

CLIII.

Verùm dentur nomina collectiva, quæ carentias aut negationes ſignificent?

TERTIA. *Sicut in rebus poſitivis dantur Nomina collectiva, quæ ſignificant multas res ſimul poſitas, ut* Numerus, Multitudo, Populus, *&c. quibus hæc Syncategoremata* Cuncti, Omnes, Aliqui, Multi, &c. *adjunge: ſic & dantur in rebus negativis, qualia ſunt* Caligo, Tenebræ, Nuditas, *&c.* Analphabetos, Inermis, *&c. quibus hæc Syncategoremata* Nulli, Pauciores, *&c. poteris accenſere.* Quæ Concluſio, ſatis demonſtrata cenſebitur, ſi aliqua Nomina collectiva exponantur.

Nonnulla exponuntur vocabula.

Numerus eſt multitudo, quæ continet tot unitates.

Quid ſit Numerus?

Multitudo multas unitates complectitur; ſed non numero determinato.

Quid ſit Multitudo?

Populus eſt multitudo hominum, in uno loco cohabitantium.

Quid Populus?

Cuncti, & *Omnes*, Syncategoremata ſunt, quæ univerſos complectuntur, nemine dempto.

Quid Cuncti, & Omnes?

Aliqui, comprehendit nonnullos, qui etſi pauci ſint, erunt aliqui.

Quid Aliqui?

Multi, ſignificat aliquos, qui ſimul ſumpti non ſint pauci.

Quid Multi?

Et hinc tranſeamus ad Collectiva Negativa.

Caligo, & *Tenebra*, ſunt nomina, quæ ſignificant *nullam lucem*: quam ob rem illa verba Geneſ. c. 3. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, æquivalent his. *Et nulla lux erat ſuper faciem abyſſi.*

Quid Caligo, & Tenebra?

Nuditas eſt nulla veſtis: & ideò, qui nullam veſtem habet, *Nudus* dicitur.

Quid ſit Nuditas?

Analphabetos, qui nullas literas ſcit, qui in literario ſyſtemate ne quidem Alpha & Beta cognoſcit.

Quid Analphabetos?

Inermis, qui nullis armis eſt munitus, &c.

Quid Inermis?

QUARTA. *Forma & ejus Carentia contradictoriè & ex diametro inter ſe opponuntur.*

Formæ & Carentiæ oppoſitio.

Corollarium, ERGO (1) *Carentia Carentiæ eſt Forma, cujus erat in Subjecto Carentia.* ERGO (2) *Privatio Privationis eſt Forma, cujus erat in Subjecto Privatio.* ERGO (3) *Negatio Negationis eſt Forma, cujus erat in Subjecto Negatio.*

CLIV.

An detur Carentiæ Carentia, aut Negationis Negatio?

Hæc Concluſio, & quæ ex illâ inferuntur, tam ſunt certa, ut ſupponi potiùs deberent, quàm ſcribi: at impræſentiarùm poni huc debuit propter Patrem Salas, qui *in 1, 2. diſp. 18. Sect. 7.* dari in rebus aſſerit Carentiarum Carentias. Quod probat ſic. Cœcitas eſt Privatio. Eſt enim Carentia viſûs in Subjecto capaci. At in muro eſt Cœcitatis Carentia; nec enim murus cœcus eſt, nec habet Privationem viſûs. Ergo in muro eſt Carentia Cœcitatis, ſive Carentia Privationis. At hæc Carentia Cœcitatis, quæ in muro, non eſt Forma Cœcitati oppoſita: videlicet, Potentia viſiva, ſed eſt Forma negativa. Ergo dari poteſt Carentiæ, Privationis, aut Negationis, Carentia, Privatio, aut Negatio, quæ ſimiliter ſit Ens negativum.

An in Muro ſit cœcitatis carentia?

Hoc argumentum (opinor) ei ſufficere poterit, qui λογομαχίαις delectetur: nõ enim dubito Patris Salas poſſe opinionem à Viro mediocriter ingenioſo defendi. Sed quo fructu?

An Patris Salas opinio defenſabilis ſit?

Interim Comptonus non bene reſpondet Patri Salas. Inquit enim. [Diſtinguo conſequens, eſt in pariete diſparata vel contraria cæcitatis, concedo conſequentiam; eſt in eo negatio cæcitatis contradictoria, nego. Eſt ergò in pariete negatio contradictoria ſolius viſûs, diſparata, vel ad ſummum contraria cæcitatis, nihil enim contradictorium negationis præter formam poſitivam eſſe poteſt, quippe quæ ſola maximè ab eâ diſtat. Unde è con-

An bene Comptonus ejus argumento reſpondeat?

Forma & Privatio opponũtur contradictoriè.

Tertia probatur, quia Cognita forma eſt Cognita ejuſdem negatio, ut *Album*, *Non-album*, contradictoriè opponuntur.

Objectio.

Dices. Forma vera, & Privatio vera, non opponuntur contradictoriè. At forma vera eſt forma cognita; & privatio vera, eſt privatio cognita. Ergo forma cognita, & privatio cognita contradictoriè & ex diametro non opponuntur. Suadetur Major. Quia forma & privatio, ut ſint veræ, non poſſunt de eodem ſubjecto dici: Quia, ſi de eodem dicantur, non erunt ſimul veræ; &, niſi de eodem dicantur, non erunt contradictoriæ. Ergo, &c.

CIL.

Veritas eſt duplex, alia Logica, alia Metaphyſica.

Reſpondeo, à te in argumento tuo Veritatem Metaphyſicam cum Logicâ Veritate confundi. Illa eſt Terminorum cognoſcibilitas, hæc eſt Propoſitionum, in quibus ita ſe habet à parte rei objectum, ſicut aſſeritur. Quia Veritati Metaphyſicæ (ſeu Cognoſcibilitati) nihil prorſus opponitur; non enim quidpiam datur (ſit ens, aut Non-ens) quod incognoſcibile ſit: & ideò *ens* & *Non-ens* poſſunt eſſe ſimul vera metaphyſicè; hoc eſt, poſſunt ſimul cognoſci. At non poſſunt eſſe ſimul vera Logicè; hoc eſt, de eodem ſubjecto in Propoſitionibus ſimul verificari. Quoniam Propoſitiones, in quibus idem ſecundum idem aſſeritur, negaturque de eodem ſubjecto (quales ſunt iſtæ *Petrus eſt exiſtens*, & *Petrus non eſt exiſtens*) ſunt contradictoriæ, & ideò ſimul eſſe veræ non poſſunt.

Veritati Metaphiſicæ nihil opponitur.

Quid requiratur, ut duæ propoſitiones ſint contradictoriæ?

Homines cognoſcimus negationes.

Ut Concluſionis ultimam partem probem, dico me tam bene intelligere, quid importent Regis Prophetæ verba, quando pſalm. 139. 7. dicebat Domino, *Deus meus es tu*; & quid Inſipientis verba, quando videlicet dicebat in corde ſuo, *Non eſt Deus*.

Pſalm. 13. 1.

Autor Quartæ Sententiæ ſcitè docet materiam Negationum eſſe triplicem, Neceſſariam, Impoſſibilem, & Contingentem: & hanc bene diviſionem exponere. Ubi ſi forte Autorem in ſuo legeris libro, & obſervaveris, me in materiâ impoſſibili mutaſſe exempla, reſpondebo (quod ſæpe alibi dixi) Hirco-cervum, Hominem-Leonem, & ſimiles uniones naturarum non videri impoſſibiles.

An Hircocervus impoſſibilis ſit?

CL.

Creatura poſſibilis & exiſtens formaliter & contradictoriè.

Probatio illa prima non eſt efficax, non in omni & in Autorum, qui nobis adverſantur, ſententiâ, creatura purè poſſibilis & exiſtens ſe habent contradictoriè; nam illa eſt res non exiſtens, hæc res exiſtens. Et hanc ob rem Primæ Sententiæ Autores huic poſſent reſpondere argumento, concedendo illud Axioma, *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*. Et negando Minorem illam, *Sed in oppoſitâ Sententiâ*, &c. Ad probationem dicent, Rem poſſibilem præciſivè ſumptam, & rem poſſibilem negativè ſumptam debere diſtingui inter ſe: ita, ut res poſſibilis præciſivè ſit, quæ habet potentiam ad exiſtendum: res autem poſſibilis negativè, eſt, quæ eſt in potentiâ ad exiſtendum; quæ caret quidem exiſtentiâ, & tamen eam poteſt habere. Et hoc poſito Poſſibilitatum diſcrimine, Negationem non diſtingui à formâ poſſibili, ſi poſſibilitas ſumatur præciſivè, negabunt; ſi negativè, concedent, & tranſeundo ad minorem, eâdem utentur diſtinctione, nam res poſſibilis & actu exiſtens ſecundum eſſe quiditativum (ſive **Sare**) coincidunt, non autem ſecundùm eſſe exiſtentiale (ſive **Sere**) nam in illâ intelligitur exiſtentiæ carentia, & in hac ejuſdem exiſtentiæ poſitio. Nec juvat dicere, exiſtentiam ab eſſentiâ realirer non diſtingui, quoniam prima ſententia poſſet à Thomiſtâ defendi, quin contradicat D. Thomæ exiſtentiam ab eſſentiâ realiter diſtingui aſſerenti. Et quomodocunque philoſophentur quartæ ſententiæ propugnatores; ſemper tenebuntur admittere eſſe in potentiâ, & eſſe actu abſolutè diſtingui. Prima confirmatio meo judicio eſt certiſſima & ſecuriſſima, & ſupponit totam doctrinam meam; ſed quia ultima linea aliquam æquivocationem poteſt parere, illam dilucido. *Clariſſimè docet Ariſtoteles contradictoria coëxiſtere à parte rei*. Aſſentior. Quia à parte rei datur eſſe & non eſſe, exiſtentia eſt non exiſtentia, vita non vita, & alia ſimilia, quæ ſunt contradictoria. At non inde ſequi in Intellectu humano dari ſemper propoſitiones contradictorias; quoniam, ſi formentur, erunt; & ſi non formentur, non erunt. Cæterùm ſi ab Intellectu formentur, aut à linguâ vocaliter proferantur, erunt (hoc eſt, exiſtent) ſimul, at non erunt aut ſimul veræ aut falſæ. Erit enim neceſſarium, ut altera illarum ſit vera, altera verò falſa. [Et hîc obiter noto certiùs judicaſſe Ariſtotelem impoſſibile eſſe, quòd idem intellectus eidem propoſitioni ſimul præbeat aſſenſum & diſſenſum, quàm quòd impoſſibile ſit idem ſimul eſſe & non eſſe. Et probatur clariſſimè; quoniam illud prius aſſumit, ut nobis hoc poſterius perſuadeat.]

An poſſibilitas bifariam poſſit ſumi, præciſivè & negativè?

An Eſſentia & Exiſtentia realiter diſtinguantur?

An contradictoria exiſtant à parte rei?

De iſtis duobus principiis impoſſibile eſt eidem rei aſſentire & diſſentire ſimul, & impoſſibile eſt eandem rem ſimul eſſe & non eſſe; quæritur, utrũ ſit certius opinione Ariſtotelis?

Illa S. Auguſtini Autoritas, quæ in confirmatione ſecundâ recenſetur, eſt meâ ſententiâ aptiſſima, & congratulor mihi tanti Doctoris teſtimonio meam doctrinam probari. Secunda probatio bene fluit; deſiderarem tamen clariùs Autores loqui, & exiſtentiæ vocem, quæ rem poſitivam ſignificare videtur, non ipſo Non-enti, ſeu negationi, ſed veritati potiùs, & cognoſcibilitati Non-entis, ſeu Negationis cenſeri.

De verbis D. Auguſtini.

An Exiſtentiæ nomen veritatem quàm negationem debeat afficere?

CLI.

An diſtinctionem inter **Sare** *&* **Sere** *bene putant Philoſophi, tameſi utantur aliis verbis?*

In paragrapho ultimo quarta ſententia Autores **Sare** & **Sere** (eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) ſe diſtinguere inſinuare videntur; &, ut clariùs id percipiatur, eorundem argumentum reſumo, & ad formam ſubſequentem reduco. Sic inquam. Globus poſſibilis, & Cubus poſſibilis vel ſunt purè nihil, vel ſunt aliquid. Sanè, ſi hoc ſecundum dicatur, hæc duo corpora poſſibilia (**Sant**) habent eſſe quiditativum, & ſicut in definitione, ſic etiam in iſto eſſe quiditativo differunt inter ſe. Si autem dicatur illud prius, videlicet eſſe purum nihil, hoc fulmen contra hujuſcemodi opinationem explodam. Attende. Unum purè nihil non diſtinguitur ab alio purè nihil, quia diſtinctio debet fieri in aliquo, & in eo quod eſt purè nihil, non eſt aliquid. Ergo repugnant in rebus dari duo, quæ ſint purè nihil; quia ſi darentur, diſtinguerentur, & non diſtinguerentur. Diſtinguerentur quidem, quia eſſent duo: & non diſtinguerentur, quia eſſent purè nihil. Progredior. Ergo ſi globus poſſibilis eſt purè nihil, & cubus poſſibilis eſt purè nihil, globus poſſibilis non diſtinguitur à cubo poſſibili: hoc eſt abſolutè falſum, quia Globus & cubus differunt definitione. Ergo dicendum eſt, res omnes poſſibiles antequam exiſtant non habere eſſe exiſtentiale (hoc eſt **Sere**) ſed habere

Creaturæ poſſibiles nõ ſunt purè nihil.

Si eſſent purè nihil, non diſtinguerentur inter ſe.

Globus poſſibilis non eſt Cubus poſſibilis.

eſſe

eſſe quiditativum (hoc eſt *Sare*) Ergo (& hîc te attentum & benignum deſidero) hanc diſtinctionem inter *Sare* & *Sere* (inter eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) Philoſophi acuto ingenio præditi, & ſi de noſtro Pentalogo nihil audiverim, lumine naturali eos lucente ſemper quoad ſubſtantiam admittunt.

SECTIO III.

De Multiplicatione Carentiarum.

CLII. QUO modo Negatio, Privatio, & Defectus inter ſe diſtinguantur, jam ſuperiùs expoſui: ſupereſt ſingulas has Carentias ſubdividere in diverſas ſpecies. Conſidera Concluſiones ſequentes. Et ſit

Vnde Carentiæ & Negationes ſpecificentur?

PRIMA. *Carentia ſecundum ſpecies formarum aut rerum, quarum ſunt carentia, ſpecificè multiplicantur*. Demonſtratur: quia cùm nihil aliud ſint iſtæ Carentiæ, quàm remotiones & abſentiæ formarum, tot genera & ſpecies Carentiarum eſſe poterunt, quot ſunt genera & ſpecies formarum: & hanc ob rem ſicut Calor & Frigus diſtinguuntur ſpecie, ita Carentia caloris, & Carentia frigoris ſimiliter diſtinguentur ſpecie.

Vnde in Carentiis & Negationibus diſtinctio Numerica aſſumatur?

SECUNDA. *Quando Formæ aut Res, quæ abſunt, diſtinguuntur numero, earum Carentia ſimiliter diſtinguuntur numero.* Unde, quia quando duo lapides ſunt calidi, duo calores, qui in illis ſunt, numero diſtinguuntur, quando frigeſiunt poſteà, habebunt duas Carentias caloris, quæ etiam different numero.

De principio individuationis.

Et hîc obiter nota de Carentiarum individuatione, ſicut de Formarum individuatione eſſe philoſophandum: quam ob rem Thomiſtæ, quia duas Formas puro diſtinctas numero (ſint accidentariæ, aut ſubſtantiales) poſſe ſimul ineſſe eidem ſubjecto, negãt; duas Carentias puro numero diſtinctas, in eodem poſſe reperiri ſubjecto, debebunt doctrinæ conſequentiâ negare. Et Scotiſtæ contrà, quia Formas puro numero diſtinctas (ſaltem accidentarias) eidem permittunt ſimul inhærere ſubjecto, etiam in eodem ſubjecto duas, vel plures Carentias, diſtinctas puro numero, ſimul eſſe poſſe aſſeverant. Et denique Platonici, ſeu Academici, quorum opinione realiter ſunt Universales, & ſubjectorum individuatione individuantur; & ita ſunt ſuis ſubjectis affixæ, ut Forma A, quæ eſt in ſubjecto A non poſſit tranſire ad ſubjectum B, debent rationis paritatem ſervare, & conſequenter dicere, Carentias ſecundum ſe conſideratas, & à ſubjectis præciſas, eſſe realiter Univerſales, & individuari à ſubjectis; quibus ita affixæ ſunt, ut nequeant de uno in aliud tranſire: quia Carentia A, non eſt Carentia B, & hoc ipſum, quòd ſit A, & non ſit B, habet à ſubjecto A: ſi enim non jam in ſubjecto A, ſed in ſubjecto B, collocaretur, eſſet Carentia B, & non eſſet Carentia A.

An duæ carentiæ diſtinctæ puro numero eſſe poſſint in eodem ſubjecto?

An dentur Carentiæ aut Negationes realiter univerſales?

Quare Carentia hæc ſit hæc & non illa?

CLIII. TERTIA. *Sicut in rebus poſitivis dantur Nomina collectiva, quæ ſignificant multas res ſimul poſitas, ut* Numerus, Multitudo, Populus, *&c. quibus hæc Syncategoremata* Cuncti, Omnes, Aliqui, Multi, &c. *adjunge: ſic & dantur in rebus negativis, qualia ſunt* Caligo, Tenebræ, Nuditas, *&c.* Analphabetos, Inermis, *&c. quibus hæc Syncategoremata* Nulli, Pauciores, *&c. poteris accenſere.* Quæ Concluſio, ſatis demonſtrata cenſebitur, ſi aliqua Nomina collectiva exponantur.

Vtrùm dentur nomina collectiva, quæ carentias aut negationes ſignificent?

Nonnulla exponuntur vocabula.

Numerus eſt multitudo, quæ continet tot unitates.

Quid ſit *Numerus*?

Multitudo multas unitates complectitur; ſed non numero determinato.

Quid ſit *Multitudo*?

Populus eſt multitudo hominum, in uno loco cohabitantium.

Quid *Populus*?

Cuncti, & *Omnes*, Syncategoremata ſunt, quæ univerſos complectuntur, nemine dempto.

Quid *Cuncti*, & *Omnes*?

Aliqui, comprehendit nonnullos, qui etſi pauci ſint, erunt aliqui.

Quid *Aliqui*?

Multi, ſignificat aliquos, qui ſimul ſumpti non ſint pauci.

Quid *Multi*?

Et hinc tranſeamus ad Collectiva Negativa.

Caligo, & *Tenebræ*, ſunt nomina, quæ ſignificant *nullam lucem*: quam ob rem illa verba Geneſ. 1. 3. *Et tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, æquivalent his. *Et nulla lux erat ſuper faciem abyſſi*.

Quid *Caligo*, & *Tenebræ*?

Nuditas eſt nulla veſtis: & ideò, qui nullam veſtem habet, *Nudus* dicitur.

Quid ſit *Nuditas*?

Analphabetos, qui nullas literas ſcit, qui in literario ſyſtemate ne quidem Alpha & Beta cognoſcit.

Quid *Analphabetos*?

Inermis, qui nullis armis eſt munitus, &c.

Quid *Inermis*?

QUARTA. *Forma & ejus Carentia contradictoriè & ex diametro inter ſe opponuntur.*

Formæ & Carentiæ oppoſitio.

Corollarium. ERGO (1) *Carentia Carentiæ eſt Forma, cujus erat in Subjecto Carentia*. ERGO (2) *Privatio Privationis eſt Forma, cujus erat in Subjecto Privatio*. ERGO (3) *Negatio Negationis eſt Forma, cujus erat in Subjecto Negatio.*

CLIV. Hæc Concluſio, & quæ ex illâ inferuntur, tam ſunt certa, ut ſupponi potiùs deberent, quàm ſcribi: at impræſentiarùm poni huc debuit propter Patrem Salas, qui *in 1. 2. diſp. 18. Sect. 7.* dari in rebus aſſerit Carentiarum Carentias. Quod probat ſic. Cæcitas eſt Privatio. Eſt enim Carentia viſûs in Subjecto capaci. At in muro eſt Cæcitatis Carentia; nec enim murus cæcus eſt, nec habet Privationem viſûs. Ergo in muro eſt Carentia Cæcitatis, ſive Carentia Privationis. At hæc Carentia Cæcitatis, quæ in muro, non eſt Forma Cæcitati oppoſita: videlicet, Potentia viſiva, ſed eſt Forma negativa. Ergo dari poteſt Carentiæ, Privationis, aut Negationis, Carentia, Privatio, aut Negatio, quæ ſimiliter ſit Ens negativum.

An detur Carentiæ Carentia, aut Negationis Negatio?

An in Muro ſit cæcitatis carentia?

Hoc argumentum (opinor) ei ſufficere poterit, qui λογομαχίαις delectetur: nõ enim dubito Patris Salas poſſe opinionem à Viro mediocriter ingenioſo defendi. Sed quo fructu?

An Patris Salas opinio defenſabilis ſit?

Interim Comptonus non bene reſpondet Patri Salas. Inquit enim. [Diſtinguo conſequens, eſt in pariete diſparata vel contraria cæcitatis, concedo conſequentiam; eſt in eo negatio cæcitatis contradictoria, nego. Eſt ergò in pariete negatio contradictoria ſolius viſûs, diſparata, vel ad ſummum contraria cæcitatis, nihil enim contradictorium negationis præter formam poſitivam eſſe poteſt, quippe quæ ſola maximè ab eâ diſtat. Unde è contra

An bene Comptonus ejus argumento reſpondeat?

tra rei etiam poſitivæ contradictorium nihil eſt præter negationem, ſicque nullæ duæ res poſitivæ ſibi propriè ſunt contradictoriæ, nec enim immediatè tollunt, nec maximè diſtant.] Ergo (inferet Salas) ſive ſit contradictoria, ſive ſit diſparata, in Entium Negativorum Syſtemate debet Negatio Negationis admitti.

Manet non obſtante reſponſione Comptoni illæſa P. Salas ſenteotia.

Ego autem DICO PRIMÒ, *Carentiam & Rem, cui hæc Carentia opponitur, debere eſſe in eodem ſubjecto*. Non enim Calori, qui eſt in ſubjecto A, opponitur Carentia Caloris, quæ eſt in ſubjecto B.

Forma & Carentia idem ſubjectum cõcernunt.

DICO SECUNDÒ. *Non dari Negationem Negationis*. Patet; quia Carentia viſûs in lapide eſt Negatio; & viſus ſi poneretur in lapide, in quo naturaliter eſſe non poteſt, eſſet Negationis Negatio.

An detur Negationis Negatio?

DICO TERTIÒ. *Dari in rebus frequenter Carentiæ Carentiam, & Privationis Privationem*. Quandocumque enim Lapis eſt frigidus, habet Carentiam & Privationem caloris: ubi autem caleſit, recipit calorem, qui formaliter eſt Carentia & Privatio Carentiæ & Privationis præcedentis.

An detur Carentiæ Carentia, aut Privationis Privatio?

SECTIO IV.

De Negationum Duratione, & Ubicatione.

An tenebræ, quæ erant ſuper faciem abyſſi, fuerint ab æterno? & An fuerint ubique?

Geneſ. 1. 3.

CLV.
Confunduntur aliquando Philoſophi Tempus Poſſibile & Actuale.

EST communis, ut video, Sententia aſſerens, quia Philoſophorum vulgus quid ſit Tempus non concipit, confundit enim cum poſſibili actuale. Cæterùm, quia inter eos, qui de Negationum duratione, & ubicatione ſcripſerunt, nullus uberiùs & accuratiùs, quàm P. Sebaſtianus Izquierdo diſſeruit, proponam Concluſiones ipſius, eaſdemque Scholiis brevibus dilucidabo.

Izquierdo eſt Siniſter Hiſpanicè.

Communis de Negationum Duratione, & Ubicatione ſententia.

P. Izquierdus laudatus.

S*iniſter* Hiſpanicè vocatur *Izquierdo*; & tamen P. Sebaſtianus, qui licèt *ſiniſter* nomine, in omnibus ſuis libris ab Ingenii dexteritate commendatur, *in Operis ſui Theologici tom. 1. tract. 4. diſp. 8. quæſt. 7. nu. 138.* nos vult docere in titulo, *Qualiter Negationes Entium exiſtant ſive durent in tempore?* reſpondetque exhibendo aliquas Propoſitiones. Et eſt

PRIMA. *Quemadmodum Ens, ita & Negatio Entis in tempore præſenti duntaxat dici poteſt exiſtere, ſive durare ſimpliciter*. Eſt Aſſertio tam certa, ut à nemine negari poteſt; quia hæc prædicata, *Eſt, Durat, Exiſtit*, ſicut non poſſunt verificari de re quæ fuit; & non eſt; nec de re quæ non eſt, ſed erit: ita illa Negatio Mundi, quæ erat, antequam ille produceretur: nec Negationes modò non ſunt, ſed poſteà erunt, dici poſſunt eſſe, durare, exiſtere: quoniam ut hæc Aſſertio, *Antichriſtus eſt, durat, & exiſtit*, eſt falſa: ſic etiam falſa eſt, *Eſt, durat, & exiſtit hujus folii, quod proſpecto, Negatio*.

De Verbo Subſtantivo. Vocula *Eſt* pertinet ad tempus præſens, & de præterito aut futuro nequit verificari.

Hæc doctrina ſicut in Ente poſitivo, ſic in Negativo locū habet.

CLVI.

SECUNDA. *Negatio de facto removens à toto ſpatio exiſtentiali durationem (aut quodvis aliud Ens affixum determinato tempori) in eo ipſo tempore cenſetur exiſtere per ſe ipſam, in quo per ſe ipſam exiſteret duratio negata, ſi exiſteret*. Et hæc Propoſitio, ſi intelligatur de Negatione quà tollibili, eſt vera, ſi de illâ, quæ tolli non poteſt, eſt falſa. Et, ut id benè intelligas, ſcire debebis PRIMÒ, idem eſſe *durationem temporaneam*, & *tempus*, & quia una duratio eſſe nequit in aliâ, nec unum tempus in alio tempore; ideò dicitur ſuo eſſe tempori affixa; ſicut enim ubicatio Romana (eſt enim uni loco affixa) poni nequit Pariſiis, ſic dies hodierna, nec heri poni potuit, nec cras poterit repeti. Et ſcire debebis SECUNDÒ Ubicationis Romanæ Negationem, (puta, ſi nullum corpus eſſet in ſpatio Civitatis Romanæ) eſſe cùm in illo ipſo ſpatio, tùm etiam in omnibus aliis locis (puta, Pariſiis Madriti, Londini, &c). Sed cum hac differentiâ quòd in illo ſpatio Romano eſſet producibilis; & in aliis locis illa Negatio non eſſet tollibilis quia illa Ubicatio, quam negat, non eſt in aliis locis producibilis. Ergo debebis ſcire TERTIÒ, ſicut de Ubicatione, ſic de Duratione philoſophandum eſſe. Et hanc ob rem dicendum diei hodiernæ durationem eſſe præſentem hodie, ejuſque negationem Sure (eſſe) in omnibus præteritis, & futuris diebus: at in illis intollibilem eſſe; ſi tamen eſſet hodie (puta, ſi tempus ſine creaturis eſſe poſſet: & nulla hodie creatura exiſteret) hac ipsâ illam die, & non aliâ, tollibilem eſſe.

An poſſit unū tempus eſſe in alio tempore, aut una Duratio in alia?

Negationum aliæ tollibiles, & aliæ non tollibiles ſunt.

An ubicatio una poſſit in alia poni?

An unus locus poni in alio?

Quomodo negatio Ubicationis tollibilis, & non tollibilis ſit?

Analogia inter durationem & ubicationem. An duratio ſine re durante eſſe poſſit?

TERTIA. *Negatio de facto removens ens determinato tempori non affixum, à toto ſtatu exiſtentiæ, eo ipſo eſt exiſtens ſive durans in omni tempore*. Et talis eſt negatio alius Mundi: iſte enim, ſiquidem nunquam erit, à toto ſtatu exiſtentiæ removetur. Et hæc ipſa Negatio, aſſerente Izquierdo Sut (eſt) in omni tempore: hoc eſt, ab æterno fuit, & in æternum durabit. Cæterùm, cùm verum, & reale tempus ab æterno non fuerit, ſed inceperit cum creaturarum productione, & ſit ſine fine duraturum in ſæcula, tu dic hanc Negationem de quâ loquimur, realiter ante Mundi creationem non fuiſſe, incepiſſe cum Mundo, & in æternum duraturam [Et nota, me conſultò ſcripſiſſe illud *realiter*, quæ enim in tempore imaginario durare dicuntur, non realem & veram durationem, ſed imaginatam tantùm habent.]

An dentur negationes ab æterno?

Tempus reale non fuit ab æterno.

Tempus imaginarium eſt tempus imaginatum.

QUARTA. *Negatio de facto removens durationem (aut quodvis aliud Ens affixum determinato tempori) à toto ſtatu exiſtentiæ, eo ipſo eſt etiam exiſtens, ſive durans in omni tempore*. [Et hanc Propoſitionem, juxtà ea, quæ paulò ante dicebamus, ſic intelligo, ut illa Negatio ſit durans realiter in omni tempore reali, & ſit durans imaginariè in omni tempore imaginario.] Coincidit cum ſecundâ, aut parùm ab eâ differt, ſi ut ibi monuimus à non tollibili diſtinguamus Negationem tollibilem: Negatio enim durationis hodiernæ, ſi hodierna non daretur duratio, tametſi, ut vult Izquierdus, omni in tempore exiſteret: hac in die exiſteret & eſſet tollibilis: & in aliis diebus exiſteret & tamen intollibilis eſſet.

N. B.
Hæc Izquierdi doctrina in quantum ponit negationes ab æterno, falſa eſt; & ipſimet contraria Izquierdo: nam ſine tempore nō datur Duratio, & Tempus nō fuit ab æterno.

QUINTA. *Quoties exiſtit quoddam Ens in aliquâ tantùm temporis parte, in cæteris, à quibus deeſt, non ſolum exiſtunt negationes durationum ejus ei reſpondentium, ſed etiam negatio ipſius Entis; v. gr. hodie non ſolùm exiſtit negatio durationis hodiernæ Antichriſti, poſteà futuri; ſed etiam negatio ipſius Antichriſti*.

CLVII.
An per negationem durationis alicujus determinatæ ejuſdem etiam rei exiſtentia negetur?

Et,

Mutari poſsūt, & ſolent Opiniones communes.

Et, ut ſcias, quid hac in parte Autores ſentiant, Izquierdus hoc Scholiū ſubjungit. [Hæc Propoſitio, inquit, de mente omnium Doctorum hactenùs fuit, donec Recentiores quidam noviſſimè oppoſitum opinati ſunt.] Sanè eorum Argumentum hoc eſt.

Verùm Iuniores diſſentiant à Sententia Antiquorum?

Sive de Entibus, ſive de eorum negationibus diſſeratur, ſicut de Loco, ſic etiam de tēpore philoſophandum eſt. At, qui dicit Petrum non eſse hìc, non tollit ipſum Petrum, nec tollit à Petro exiſtentiam, ſed Ubicationē hanc tantùm. Ergo qui dicat, Paulum non eſſe nunc, non tollet ipſum Paulum, nec à Paulo exiſtentiam, ſed hanc Durationem tantummodò. Patet Conſequentia: quia, ſicut hæ duæ Propoſitiones *Petrus non eſt in hoc loco*, & *Petrus eſt in alio loco*, ſimul veræ eſse poſsunt; ſic etiam poſsunt eſse ſimul veræ hæ, *Paulus nō eſt in hoc tempore*, & *Paulus eſt in alio tempore*.

Illorum argumentum proponitur.

Reſpondeo breviter hanc ultimam Propoſitionem, in quam totus diſcurſus Recentiorū exonerat, eſse impoſſibilem: illud enim *eſt* præſens tempus (nempe, hoc tempus) ſignificat: & hanc ob rem, idem eſt dicere, *Paulus eſt in alio tempore*, quàm dicere, *Nunc (in hoc tempore) Paulus eſt in tempore præterito; aut eſt in futuro*. Cui Propoſitioni ſunt ſimiles hæ, *Joannes fuit cras*, & *Franciſcus erit heri*.

Verbum *Eſt* ſignificat tempus præſens, de futuro & præterito nequit verificari.

Ut video, his Recentioribus, contra quos Izquierdus efficaciter argumentatur, adluxit inter tenebras Veritas, & tamen non potuerunt ſe explicare vocabulorum defectu. Sanè ut videas, unde illi habuerunt occaſionem errandi, & quibus vocabulis admiſſis, eorum opinio erit vera, hæreamus hic tantiſper, & voces aliquas conſideremus.

CLVIII. Unde orta ſit allucinatio Recentiorum?

Pone primò, verbum *ruſticor, aris*, ſignificare eſse in rure, & nil aliud: nam Plinius ſcribit, *Cum ſimul æstate ruſticaremur*, & Cicero Tyroni *Liceat modò ruſticari*. Pone ſecundò, tantummodò eſſe in Mundo unicum rus; videlicet, rus A. His poſitis ſequentes conſidera Propoſitiones.

De ſignificatione verbi *Ruſticor, aris*.

Petrus non eſt in rure A, ſed eſt alibi.

Petrus non ruſticatur in rure A, ſed ruſticatur alibi.

Homo extra rus eſſe poteſt, extra rus autē ruſticari non poteſt.

Utraque habet duas partes: de quarum connexione eſt diverſum judicium. Nam in priori utraque pars eſſe poterit vera: quid enim vetat, Petrum non eſſe in rure A, ſed eſſe alibi, nempe, in foro, in Eccleſiâ, aut palatio. In poſteriori ſola prima pars poterit eſſe vera, nam altera neceſſariò erit falſa. Quoniam Petrum non ruſticari in rure A eſt poſſibile: at impoſſibile eſt eum alibi ruſticari: non enim ruſticari poteſt in alio rure; ponitur enim præter rus A, aliud non eſſe: ſed neque poteſt, ruſticari in foro, in Eccleſiâ, in palatio, &c. nam verbum *ruſticor* eſt alligatum ruri, & cum aliis locis non componitur.

N. B. Si illi Recentiores habuiſſent in verbo Subſtantivo aoriſton, ſeu tempus indeterminatū, quale in noſtra Metaphyſica dialecto eſt **Sure** *bene diſcurrerent, & poſſent facilè negotio ſuam reſolutionem propugnare*

Modò ſervatâ analogiâ ex Loco ad Tempus procedamus; & ſequentes conſideremus Aſſertiones.

Paulus non **fut** *in hoc præſenti tempore; at* **fut** *in alio; videlicet in futuro, aut præterito.*

Paulus non eſt in hoc præſenti tempore; at eſt in alio; videlicet, in futuro, aut præterito.

Hæ Aſſertiones ſunt aliis duabus ſimiles, quas explicabamus paulò antè. Prior duas partes habet; & ſecundum utramque poterit eſſe vera. Non enim repugnat Paulum, qui nunc (in hoc præſenti tempore) non **fut**. **fure** in alio: nam Adamus, qui nunc non **fut**, in tempore præterito **fut**. Et Antichriſtus, qui nunc non **fut**, in tempore futuro **fut**. Nam **fure** eſt tempus indefinitum, nulli determinato alligatum; & eſt ſimillimum nomini æquivoco, nam per voces in contextu poſitas reſtringitur, & determinatur. Quam ob rem Propoſitiones *Titius* **fut** *heri*, *Joannes* **fut** *hodie* *Livius* **fut** *cras*, ſi ex dialecto Scholaſtica in communem tranſeant, æquivalebunt his, *Titius fuit heri*, *Joannes eſt hodie*, *Livius erit cras*.

Tempus indefinitū per contextum & adjacentes circumſtantias reſtringitur & determinatur.

Poſterior etiam Propoſitio habet duas partes; quarum prima eſse vera poteſt, non ſecunda; nam, cùm verbum *eſt* ſit præſenti alligatum, hæ aſsertiones *Paulus eſt in tempore præterito*, & *Paulus eſt in tempore futuro*, nec dici, nec intelligi poſſunt.

Verbum *Eſt* alligatur præſēti tempori, & de aliis temporibus nec dicitur nec verificatur.

Vera Sententia proponitur, & dilucidatur.

HÆC de Propoſitionibus Izquierdo ſcripſiſſe ſufficiat, nunc, quid de Æternitate, & Ubiquitate Negationum ſentiamus, breviter explicemus. Et agendo de Negationum Duratione, ſit Concluſio

CLIX.

PRIMA. *Si fuiſſet verum, & reale tempus ab æterno, tenebræ, quæ ante Creationem Mundi erant ſuper faciem Abyſſi, realiter fuiſſent ab æterno.* At non fuit ab æterno tempus reale. Ergo illæ tenebræ non fuerunt realiter ab æterno.

An tempus reale fuerit ab æterno?

SECUNDA. *Fuit ab æterno tempus poſſibile, & imaginarium.* Ergo eo modo, quo hæc tempora intelliguntur ab æterno fluxiſſe, ita in eis intelliguntur iſtæ tenebræ ab æterno extitiſſe.

De tempore poſſibili & imaginario.

De poſſibili tempore nullum eſt dubium, nam in omnium ſententiâ ab æterno ſyncategorematicè potuit Deus creare Mundum, tempuſque in eo reale, & corporeum producere. [Nota illa verba, *omnium ſententiâ*, & illa *ab æterno ſyncategorematicè*; quia licèt in quæſtione de categorematicæ æternitatis creatæ poſſibilitate Scholaſtici diſputent, potuiſſe Deum hunc Mundum priùs, & priùs, &c. ſine ullo termino produxiſſe conſenſu unanimi univerſi aſſeverant.

De qua æternitate, An de categorematica, an verò de Syncategorematica diſputent Scholaſtici, quando inquirunt, *an Mundum Deus producere potuerit ab æterno?*

Sed neque de imaginario moveri dubium poterit, nam illa tempora poſſibilia, quæ nunquam fuerunt, ac ſi reverà fuiſſent & fluxiſſent cùm volumus, imaginamur.

Tempus imaginarium nihil aliud eſt, quā tempus imaginatum.

TERTIA. *Fuerunt ab æterno illæ tenebræ hypotheticè, & negativè.*

Sanè fuerunt ab æterno hypotheticè: quoniā ut conſtat ex Concluſione I. ſi ab æterno fuiſſet tempus reale, illæ tenebræ realiter fuiſſent ab æterno.

De hypothetica æternitate. Quid illa ſit?

Et fuerunt negativè ab æterno: non enim eſt in totâ tranſactâ æternitate adſignabile inſtans, in quo, ſi illud exiſteret, illæ non fuiſſent.

De Æternitate negativa.

Semel poſitâ & expoſitâ Durationis doctrinâ, ad Ubicationem veniamus.

CLX. An habeant ſubjecta Negationes?

SUA ſubjecta, & loca cenſentur, Negationes habere: ubicumq; enim non eſt Forma, aut Realis entitas, eſt ejuſdem Negatio.

Sequentes Concluſiones conſidera. *Et erit*

An ante Mundi creationem fuerit ſpatium reale, in quo ille creatur?

Prima. *Si ante Mundi Creationem fuiſſent ſpatia vera & realia, hæc fuiſſent in infinitum diffuſa; & tenebræ, quæ erant ſuper faciem abyſſi, eſſent in omnibus illis ſpatiis, ac propterea in infinitum diffunderentur.* Corollarium. *Ergo, ſi talia ſpatia fuiſſent tunc, etiam nunc eſſent in infinitum expanſa extra Cælum Empyreum: & in iiſdem omnium creaturarum exiſtentium, & non exiſtentium Carentia, & negationes eſſent.* Eſſent ſanè ibi Negationes rerum non exiſtenrium, quoniam ipſæ non ſunt; & eſſent ibi Negationes rerum hîc in Mundo exiſtentium, quoniam hæ ibi non ſunt. An-ne Deus eſſet in hujuſmodi ſpatiis? Quis dubitat? *Eſt* in omni ille loco: adeóque, ſi extrà Cælum Empyreum loca, aut ſpatia eſſent, Deus in illis eſſet.

An extra cœlum nunc reperiantur realia ſpatia?

An in iis ſpatiis eſſet Deus?

At Spatia non diſtinguuntur realiter à corporibus. Ergo ante creationem Mundi non erant realia ſpatia, ſiquidem non erant realia corpora. Ergo Deus quando produxit Mundum, produxit realia ſpatia, quia produxit corpora. Ergo ultrà Empyreum Cælum non dantur realia ſpatia, quia non dantur corpora. Nõ ergo Deus dicendus eſt reverà eſſe in ſpatiis, quæ reverà non ſunt.

An actuale ſpatium diſtinguatur à corpore? Reſpondetur negativè & ex reſponſione conſequentiæ neceſſariæ inferuntur.

Sed pergis & interrogas, *An Deus ultrà ultimam Empyrei ſuperficiem ſit?* Reſpondeo Te reconveniendo, hoc eſt, proponendo alteram interrogationem: ſcire enim deſidero, quid in verbis tuis ſignificet illud *ultrà*? nam, ſi importet aliquam rem creatam, eſt de ſubjecto non ſupponente, nam ultra Cęlum nullæ ſunt creaturæ. Si illud *ultrà* ſignificet rem increatam, habes in tuâ ipsâ interrogatione reſponſionē, quia ſi illud *ultrà* eſt aliquid, & eſt increatum, eſt Deus: Ergo ibi, hoc eſt, in ſemetipſo eſt Deus, qui poteſt novos Mundos facere, & iſtum ſine termino extendere, quoniam illâ ſuperficie convexâ ultimâ immenſitas Divina non clauditur; unde Deiparam ſalutat Eccleſia, hoc nimirùm elogio, *Quia quem Cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti.*

An & quomodo dicendum ſit, quòd ultra cœlum Empyreum ſit Deus

Quid illud ultra in hac interrogatione ſignificet?

An ſignificet Deum?

CLXI. De ſpatiis poſſibilibus & imaginariis.

Secunda. *Ante creationem Mundi fuerunt ſpatia poſſibilia, & imaginaria.* Sanè poſſibilia; quia Deus potuit creare corpora, & facere ſpatia. Sanè imaginaria; quia homines poſſumus illa imaginari. Ergo in illis ſpatiis poſſibilibus erant tenebræ, & omnes negationes poſſibiliter: & in illis ſpatiis imaginariis erant tenebræ, & negationes imaginariè.

An ſint extra Cœlum Empyreum?

Corollarium I. *Ergo ultrà Cælum Empyreum poſſibilia, & imaginaria ſunt ſpatia.* Et eâdem ratione perſuadetur, quia Deus illa ſpatia poteſt producere, & eadem homines poſſumus imaginari.

An & quomodo in illis ſit Deus?

Corollarium II. *Ergo in illis ſpatiis eſt Deus poſſibiliter & imaginariè.* Eodem enim modo, quo illa ſunt, Deus in illis eſt. Quoniam ſi eſſent actu, Deus etiam in illis eſſet actu. Ergo ſi poſſunt eſſe, poſſunt eſſe præſentia Deo: & quando concipiuntur tacitè, vel expreſſè, tanquam creaturæ concipiuntur: Atqui nulla poteſt eſſe creatura, in quâ non ſit Deus, ergo quando hujuſmodi ſpatia concipiuntur, implicitè, aut explicitè in illis concipitur Deus.

An in iiſdem ſint rerum negationes?

Corollarium III. *Ergo in iiſdem ſpatiis ſunt omnium rerum exiſtentium, & non exiſtentium negationes poſſibiliter & imaginariè.* Patet conſequentia; nam, ſi illa ſpatia exiſterent realiter, hæ in illis negationes eſſent realiter. Atqui exiſtunt poſſibiliter, & imaginariè: Ergo hæ negationes ſimiliter ſunt in illis poſſibiliter, & imaginariè.

Tertia. *In ſpatiis, quæ ambitu machinæ mundialis continentur, forma aut rei, quæ in ſingulis exiſtit, non eſt carentia, ſeu negatio. At præter iſtam formam vel rem omnium aliarum rerum, aut formarum negationes, & carentiæ ſunt ibi.* Demonſtratur clariſſimè, quia ſi locus, in quo eſt Petrus, vocetur locus A; in illo non erit carentia, aut negatio ipſius Petri; aliàs enim Petrus eſſet & non eſſet in loco ſimul. Cæterùm in loco A erunt omnes carentiæ & negationes corporum, quæ non ſunt Petrus. Patet conſequentia: quia in loco A non ſunt alia corpora, & non eſſe illorum eſt illud ipſum, quod vocatur negatio.

De ſpatiis realibus.

Quænam in illis negationes ſint aut nõ ſint?

SECTIO V.

Iterum de Negationum Duratione. *An Carentia (ſeu* Non eſſe*) hujus Mundi fuerit ab æterno?*

CLXII. *Quid Carentia ſit, & quo modo dividatur?*

Carentiam eſſe conceptum ſuperiorem, & in Negationem, Privationem, & Defectum dividi, alio in loco jam dixi, & luculenter expoſui; & *Negationis* nomen à multis latè ſumi lego & obſervo, & ideò de modo loquendi non diſputo, ſed de ipsâ re Quæſtionem moveo & interrogo, *Utrùm hujus Mundi negatio fuerit ab æterno?* Et quidem hæc ipſa Diſputatio, ſuperflua & inutilis videri poſſet; quoniam eſt illius ſimilis, quam Sectio præcedens decidit: &, ſi ſcimus, An tenebræ (negatio lucis) fuerint ab æterno, aut non fuerint? ſciemus profectò, quid debeamus in præſenti controverſiâ reſolvere. Hoc tamen non obſtante, uberioris doctrinæ gratiâ, Quæſtionem hanc in propriis terminis ediſſeramus.

Latè, & ſtrictè ſumitur nomen Negatio?

An hujus Mũdi non eſſe fuerit ab æterno?

Primùm enim videri alicui poſſet fuiſſe ab æterno negationem & *non eſſe* hujus Mundi: *ſic.* Quoniam, antequam produceretur, hic Mundus non erat, Ergo erat *non eſſe* hujus Mundi: adeoque hujus Mundi Carentia, quam vocas *hujus Mundi negationem*, ſi velis. Ergo hæc Carentia fuerat ab æterno. Et probatur. Quia, ſi non fuit ab æterno, fuit aliquod inſtans determinatum, à quo illa inceperit. At non eſt adſignabile tale inſtans. Caruit ergo principio hujus Negationis duratio. Ergo fuit ab æterno.

De Entis & Negationis connexione.

Et hæc videtur P. Sebaſtiani Izquierdi Reſolutio: quoniam *Operis Theologici tom.1.tr.2.diſp.4.qu.4.Propoſ.3.n.124.pag.106.b.* ſic ſcribit. [Nulla pura Negatio entis eſt connexa quoad exiſtentiam abſolutam cum aliquo ente diſtincto à Deo, ut abſolutè exiſtente, ſiquidem, omnis pura Negatio abſq; omni ente diſtincto à Deo abſolutè exiſtente exiſtit ab æterno, prout Fides docet. Ergo neque ulla pura negatio cum Deo prout exiſtente, connexa eſt. &c.

Ante creationem Mundi, nec loca, nec ſpatia, nec tẽpora, nec durationes erant.

Reſpondeo, hanc Propoſitionem, *Antequam hic Mundus fieret, ab æterno, ſemper, & ubique exiſtit hujus Mundi non eſſe*, negativè, & hypotheticè, non autem poſitivè, & abſolutè eſſe veram. Non ergo illam docet & tradit Fides Orthodoxa, & Catholica in falſo ſenſu. Et me

benè

benè reſpondere perſuadeo. Quoniam, ſi ante Mundi creationem, nec erant ſpatia, nec loca, quæ diffunderentur; nec durationes, aut tempora, quæ defluerent; ſed erat ſolus Deus, qui prout voluit, & quando voluit, tempora & ſpatia produxit. Impoſſibile erat, quod aliqua entis realis, aut Carentia, aut Poſitio fuerit realiter in loco, aut tempore, quando nec loca, nec tempora realia erant realiter in rerum naturâ. Stat ergo illam Propoſitionem *Antequam hic Mundus*, &c. eſſe de terminis non ſupponentibus, ſi in ſenſu reali & poſitivo ſumatur. In negativo autem, & hypothetico eſſe veram pronuncio; quia nullus eſt cogitabilis aut poſſibilis locus, nullum cogitabile, aut poſſibile tempus, in quo illa Propoſitio, *Hic, & nunc non eſt Mundus*, ſi diceretur, eſſet falſa.

An admittenda ſit Izquierdi autoritas?

Nec contrà militant verba, quæ ex Izquierdo producta: nolo enim reſpondere illum non eſſe Autorem Claſſicum, adeoque non debere argumenta ab ejus autoritate deſumi: Ego enim omnes Viros ingenioſos ſuſpicio, & ipſe ingenio feliciſſimo eſt præditus, ut ejus ſcripta teſtantur. Ergo ejus verba admitto, & expono. Dico ergo primò ab ipſo nomen *Negatio*, non ſtrictè, & in rigore Scholaſtico ſumi ſed largè, prout idem ſonat, ac *Carentia*, & ſub ſe complectitur omnia *non eſſe*. Et dico ſecundò, negativè, & non poſitivè intelligendum eſſe: non enim Fides docet, quòd ante hujus Mundi Creationem fuerit ab æterno verum, & reale tempus, in quo ſemper fuerit hujus Mundi *non eſſe*; ſed nullum ab æterno tempus fuiſſe in quo hujus Mundi *eſſe* fuerit: quæ duo, ſi benè intelligantur, ſunt omninò diverſa.

Admittuntur & exponuntur verba Izquierdi.

CLXIII.

An Mundi negatio ſaltem in mente Divina fuerit ab æterno?

DICES. Deus eſt ab æterno; & ab æterno cognovit toto illo tempore, quod ante Mundi creationem effluxit, eſſe Mundi carentiam (ſive Mundi *non eſſe*) Ergo hoc ipſum *Non eſſe* (hæc Mundi negatio) ſaltem in mente Divinâ eſt ab æterno,

An idem de ipſomet Mundo quæri poſſet?

Reſpondeo hanc tuam Conſequentiam non eſſe veram: nec ad rem. Dico non eſſe ad rem: quia eodem argumento probari poſſet, fuiſſe ab æterno hunc viſibilem Mundum, nam ab æterno à Mente Divinâ cognoſcitur. Addo non eſſe veram, quoniam ipſa laborat præjudicio, contra quod Diſſertationis I. Art. VI. diſſeritur: ſupponit enim Perſonam agentem, & Patientem eodem durare tempore: unde hanc Propoſitionem, *Ego nunc cogito Lunæ, & Solis conjunctiones poſt tres annos futuras*, quæ ad Activam ſpectat poſſe tranſire in hanc Paſſivam, *Solis, & Lunæ conjunctiones poſt tres annos futuræ cogitantur à me*. Quæ in rigore Scholaſtico eſt falſa & impoſſibilis, quæ enim nunc non ſunt, non poſſunt nunc meam cognitionem & cogitationem terminare. Debet ergo Perſonæ Agenti, & Perſonæ Patienti ſuum tempus relinqui! & ſi id fiat, Paſſiva Propoſitio erit hæc, *Solis, & Lunæ conjunctio poſt tres annos futura*, Sunt *cogitata à me nunc exiſtente*.

An actibus intentionalibus eſſe in, & eſſe ad (ſubjectum cognitionis terminus) in eodem tempore eſſe debeāt?

Orationis Activæ.

Hac doctrinâ præmiſſà, quo hæ Propoſitiones modo [*Deus ab æterno cognovit non fuiſſe Mundum, antequam à ſe crearetur*, & *Deus ab æterno cognovit hunc Mundum*.] debeant in Paſſivas tranſire. Quam ob rem

An in has convertantur?

Dico Primò, Illas non converti in has *Illud non fuiſſe Mundi quod creationem ipſius Mundi præceſſit, ab æterno à Deo cognoſcebatur*; & *Hic Mundus, qui nunc eſt, & tali fuit productus tempore, ab æterno à Deo cognoſcebatur*. Dico itaque non converti in has, quia illud *ab æterno*, quod in prioribus Dei cognitionem afficiebat, in his, ſi ſtetur verborum rigori, res cognitas ſeu intellectas afficit: quæ cùm non fuerint ab æterno, non potuerunt eſſe cognitæ ab æterno.

Debet haberi magna cura, ne duratio Perſonæ Agentis in Patientem exoneret.

Ergo (ſiquidem Cognoſcentem Deum, & non rem cognitam afficere debet æternitas) illa Propoſitio, *Deus ab æterno cognovit hunc Mundum*, in hanc tranſire neceſſariò debebit, *Ergo Mundus in ſuo tempore* ſuns (*exiſtens*) *& non* ſuns *ab æterno* (*non enim exiſtit ab æterno*) ſuns *cognitus à cognitione æternâ, quæ ab æterno, & in æternum* ſyt (*ſimultanea duratione perſiſtit*) ergo Mundus relinquitur ſuns in ſuo tempore, & Divina Intellectio relinquitur ſyns in æternitate. Non enim Theologica permittit ſinceritas, ut tempore (finitâ, & ſucceſſivâ duratione) Deum: aut æternitate (infinitâ & ſimultaneâ duratione) creaturas afficiamus.

Duratio Dei non eſt Tempus: neque Duratio creaturæ eſt æternitas.

Nulla creata Duratio Divinam Durationem exæquat.

Hinc autem tranſeo ad alteram Propoſitionem. Erat hæc, *Deus ab æterno cognovit* τὸ non fuiſſe Mundi, *antequam à ſe Mundus crearetur*. Dico itaque *non eſſe Mundi*, non poſſe Divinam cognitionem duratione coæquare: nam nunc eſt, & in æternum erit Divinæ cognitionis duratio; & tamen *non eſſe Mundi*, quod fuit olim nunc non eſt, nec erit olim, nam hic Mundus, ſaltem quoad ſuas principaliores partes, in æternum durabit. Illa igitur Propoſitio activa converti in hanc Paſſivam debet, *ergo* non eſſe Mundi *eo modo, quo realiter, negativè, hypotheticè poſſibiliter, & imaginariè, extitit, ita à Deo æternâ (ab æterno & in æternum exiſtente) cognitione intelligitur*. Conſidera, & perpende illa adverbia. Sanè *Negatio Mundi* antequam Mundus produceretur, *erat realiter*; quia non metaphoricè, aut fictè. *Erat* enim *realiter negativè*, quoniam ante Mundi Creationem non fuit tempus, in quo illa non fuerit. *Et erat realiter hypotheticè*, quia ſi fuiſſet ante Creationem Mundi tempus, in illo fuiſset illa Mundi negatio de quâ loquimur. Et *erat realiter poſſibiliter*, quia ante Mundi Creationem tempus ab æterno ſyncategorematicè loquendo fuit poſſibile & in ipſo, ſi ſine Mundo exſtitiſſet, etiam hæc Mundi negatio exſtitiſſet. Et denique *realiter imaginariè*; quia, ſi ante Mundi Creationem realia ſæcula imaginamur, in illis hanc ipſam fuiſſe Mundi negationem imaginamur,

An durabit in æternum hic Mundus?

Quo ſenſu Mundi *non eſſe* fuerit ab æterno?

An realiter?

An negativè? An hypotheticè?

An imaginariè?

AR-

ARTICVLVS II.

An & quo modo Deus Non-Entia (*hoc eſt*, Negationes , *aut* Entia Negativa) *cognoſcat*?

CLXIV.
Reſpondetur affirmativè.

INcipio à Catholicâ Reſolutione, de quâ movere dubium Orthodoxa nō permittit Religio. Ergo ſit noſtra Reſolutio, & Concluſio. *Deus cognoſcit Non-Entia; nempe, Carentias, Negationes, Privationes, Defectus*, &c. Eſt certa: quoniam à Sacrâ Paginâ definitur expreſsè.

Noſtra doctrina traditur ab Apoſtolo,

Apoſtolus *ad Roman.* 4. ſcribit. Ἀβραὰμ ἐπίςευσε Θεῷ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα; quæ verba Interpres Vulgatus ſic tranſtulit. *Abraham credidiſti Deum, qui vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt*. Arias autem Montanus ſic. *Abraham credidit Deum, vocantem non exiſtentia, ut exiſtentia*. Et ad rigorem literæ nos transferimus ſic. *Abraham credidit Deum, vocantem non entia æquè ac entia*.

Et etiam à Propheta Davide.

Et generaliter loquendo cap. 4. Epiſtolæ ad Ephesios dicit Deo, *Domine, tu es, qui habes omnium Scientiam*. Et in Epiſtolæ ad Hebræos cap. 4. *Omnia autem nuda & aperta ſunt oculis tuis*. Et conſonat Prophetæ Regi, canenti Pſalm. 138. *Tu cognoviſti omnia*. Quæ loca P. Sebaſtianus Izquierdus hoc Scholio dilucidat.

An Verum ſit Ente ſuperius?

P. Izquierdi Opinio.

[Particula illa *omnia*, omnes Veritates cognoſcibiles complectitur, citra omne dubium; non ſolùm poſitivas, ſed negativas; nec ſolùm poſſibiles, ſed impoſſibiles.] Nota illam vocem *Veritates*. Ergo Izquierdi ſententiâ Verum latiùs patet quàm Ens; nam etſi Negationes non ſint Entia, ſunt tamen veræ, quoniam cognoſcibiles ſunt.

Proponuntur Argumenta in contrarium.

Contra hanc doctrinam, quæ eſt certa & nulli dubio obnoxia, quinque moventur argumenta, quæ manifeſtâ indigent ſolutione. *Et eſt* PRIMUM. Quod non eſt, non ſcitur *lib. 1. Poſter. cap. 2.* aſſerente Ariſtotele. Ergo Deus nō ſcit aut cognoſcit non-entia.

An, quod non eſt neſciatur?

SECUNDUM. Ab eo, quod res eſt, vel non eſt, Propoſitio dicitur vera vel falſa, ut idem affirmat Ariſtoteles. Sed Deus non poteſt cognoſcere falſa; repugnat enim, ut Scientia infinita fallatur. Ergo Deus non poteſt cognoſcere aut ſcire ea, quæ non ſunt.

An, quæ non ſunt, ſint falſa?

An Veritas attributum ſit Entis?

TERTIUM. Veritas eſt paſſio entis. Ergo Non-ens non eſt verum. Ergo, nec cognoſcibile verè.

An cognitio ſit ſimilitudo ſui objecti?

QUARTUM. Cognitio dicit ſimilitudinem reſpectu ſui objecti. Ergo nō poteſt dari cognitio Non-entis. Quia cognitio eſt entitas poſitiva, & Non-entis dari nequit poſitiva aliqua ſimilitudo.

An cognoſcere nihil, ſit non cognoſcere?

QUINTUM, Non-ens eſt nihil. Ergo cognoſcere Non-ens, eſt cognoſcere Nihil. Sed nihil cognoſcere, eſt nullam rem cognoſcere. Et nullam rem cognoſcere, eſt actu cognitionis carere. Ergo, qui dicit Deum cognoſcere Nihil, aſſerit Deum nihil cognoſcere: hoc eſt Deum non cognoſcere: quod eſt nullum actū cognitionis elicere.

Controverſiam intelligis, ſi bene ſcias præcedentia Argumenta enervare.

Quę non ſunt à nemine ſciūtur eſſe: at ſciuntur non eſſe.

Ad primum reſpondeo, eum, qui res bene cognoſcit, ſcire illas eſſe, quæ ſunt; & ſcire illas non eſſe, quæ non ſunt. Et hanc ob rem addo, ſicut de rebus, quæ ſunt, ſic etiam de rebus, quæ non ſunt, poſſe eſſe Scientiam: tam enim ſcientificè cognoſcit Geometra Triangulum eſſe figuram trium linearum, quàm Triangulum non eſſe Circulum. Cùm ergo Triangulus non ſit Circulus, illum eſſe Circulum ſciri non poteſt. at poteſt ſciri illum non eſſe Circulum. Et hæc eſt vera Ariſtotelici Dogmatis interpretatio.

CLXV.
De Propoſitionum Veritate. Aliter de Aſſerentibus, & aliter de Negātibus debemus philoſophari.

Ad Secundum reſpondeo, omnes Aſſerentes Propoſitiones eſſe veras, & Negantes falſas, male ab Argumentatore ſupponi, quoniam Affirmativa, ſi res ſit, erit vera; & ſi non, erit falſa: & Negativa contrà, ſi res ſit, erit falſa; &, ſi non, erit vera. Rem exemplo dilucido. Dicit Petrus, *Bucephalus currit*, & interrogas, An verum dixerit. Aſſero, ſi Bucephalus currat, Petrum verum dixiſſe; ſi autem non currat, falſum. Sed ſubjungit Anſelmus, *Sol non oritur*, & ajo, ſi Sol oriatur, falſam eſſe negationem Anſelmi; ſi autem non oriatur, eſſe veram. Cùm autem de rebus, quæ ſunt, aſſerendo, & non negando Deus judicet: & de rebus, quæ non ſunt, negando & non aſſerendo ſtatuat: æquè ea quæ non ſunt, quàm ea quæ ſunt, ſuâ Divinâ intellectione pertingit.

An entia Negativa habeāt Veritatem?

Ad Tertium reſpondet Izquierdus Veritatem poſitivam eſſe proprietatem Entis poſitivi; id autem non tollere, quin etiam Entia negativa, ſicut habent Entitatem negativam, ſic etiam habeant Veritatem ſibi proportionatam. At re benè perpenſâ, aliter debemus reſpondere Argumento. Sed quomodo? Duæ impræſentiarùm ſolutiones occurrunt. Et ſit

An habeāt negativam?

An Veritas ſit quid à Poſitivo, & Negativo præſcindens?

Prima. Ajo Verum, ſeu Cognoſcibile eſſe quid utroque ente (Poſitivo & Negativo) univerſalius, & ſuperius; adeoque ſecundum ſe conſideratum, ab utroque præſcindi. Quam ob rem, quando cognoſcitur ens Poſitivum, qui rigoroſè loqui velit, non debet dicere, Ibi eſſe cognoſcibilitatem poſitivam, ſed cognoſcibilitatem Objecti poſitivi. Ac propterea, quando cognoſcitur Ens negativum, non debet dicere, Ibi eſſe cognoſcibilitatem negativam, ſed cognoſcibilitatem objecti negativi. Nec valet contra dicere, nullum dari medium inter *Eſſe* & *non eſſe*: quia datur medium in ſta-

Verùm inter *Eſſe*, & *Non eſſe* ſit medium?

tu

tu abſtractionis, quoniam tametſi inrer Rationale & Irrationale non ſit medium, nec eſſe in rebus poſſit Animal, quod neutrum ſit, quod nec rationale, nec irrationale ſit: & tamen in intellectu Animal, quod Genus eſt, ab utroque præſcinditur. Ergo ſimiliter, tametſi nullum ens in rebus eſſe poſſit, quin Negativum aut poſitivum ſit: nihilominùs Verum, quod eſt Conceptus objectivus ſuperior, ad Intellectum noſtrum pertinet, & ab utrâque differentiâ præſcinditur.

Quid dicendũ ſit de abſtractionis ſtatu?

CLXVI.

Poſitivus Conceptus per cõtradictorias Differentias (quarum altera poſitiva, & altera negativa ſit) poteſt dividi.

Hæc Solutio videretur ſufficere; ſed quia ſum pollicitus duas, alteram dabo. Dicam igitur omnem Veritatem, omnem Cognoſcibilitatem eſſe Poſitivam: nec hoc obſtare, quòd Verum in *Ens* Poſitivum & Negativum dividatur: quia Poſitio & Negatio, quæ in membris dividentibus reperitur, non ponit aut aufert Diviſum; ſed rationem ſolummodo differentialem. In Animali (de quo paulò antè diſſerebam) exemplum manifeſtum habemus. Poſitivum quid eſt; & tamen in Rationale & Irrationale, per Differentias contradictorias, quarum illa Poſitiva eſt, hæc Negativa, diſtribuitur. Ergo Verum (ſeu Cognoſcibile) ſimiliter, tametſi ſit quid Poſitivum, per contradictorias Differentias, in Ens, & Non-ens diſpeſci poterit. Et hæc Secunda propoſiti Argumenti Solutio Concluſioni illi Quintæ Metaphyſicæ, Articuli I. Sect. I, *Repugnat Ens Negativum, quod ſit tale totaliter*, correſpondet exactè. Et his præmiſſis in formâ eidem Argumento reſpondeo *Veritas eſt paſſio Entis*, Adverſarii dicebant; & hoc Nos Antecedens rejicimus, nam Veritas, ut ſæpe diximus, eſt ratio quædam communis, ſuo modo ſuperior, & prædicabilis de Ente, & Non-ente. Et inde illam Conſequentiam, *Ergo Non-ens non eſt verum*, abſolutè negamus. Nam poſitâ noſtrâ doctrinâ, ſicut dicimus, *Animal in Hominem & Brutum dividitur. Ergo Homo eſt Animal, & Brutum ſimiliter eſt Animal*; ſic etiam debebimus dicere. *Verum (ſeu Cognoſcibile) dividitur in Ens, & Non-ens. Ergo ens eſt Verum (Cognoſcibile:) Ergo ſimiliter Non-ens eſt Verum (Cognoſcibile.)*

Non datur Ens purè negativũ.

De Membris dividentibus ſemper poteſt Diviſum prædicari.

CLXVII.

An cognitionẽ eſſe rei cognitæ imaginem, bene unquam probent Peripatetici?

Ad Quartum reſpondet idem Izquierdus, ſimilitudinem intentionalem à reali & phyſica diſtinguendo: aſſerit enim inter cognitionem, quæ ſemper eſt actus poſitivus, & Non-ens cognitum, phyſicam, realemque, non poſſe intercedere ſimilitudinem, bene autem poſſe intentionalem. Et Ego hanc ipſam Solutionem relegens, & recognoſcens, ut fatebor eſſe bonam ſtando doctrinæ Peripateticæ, & communi, hanc eſſe veram, & bene alicubi aut ab Ariſtotele, aut ab ejus Diſcipulis probatam fuiſſe abſolutè negabo; non enim video, cur rei cognitæ imago, eſſe debeat cognitio: quia, cùm cognitio ſit actio, per quam Potentia ſuum Objectum attingit, & Gladius v. gr. acutus poſſit obtuſum corpus tangere, ſic intellectio Objectum poterit, licèt nullam cum eo ſimilitudinem habeat. Quoniam per intentionales actus Homo, non percipit, qualis ipſe ſit, ſed quale Objectum, quod attingitur, ſit. Immò auderem dicere; illam ipſam ſimilitudinem, quam Ariſtotelis pace, rejicio, non ſolùm inutilem eſſe, ſed poſitivè officere; nam in exterioribus Senſibus illa qualitas, quæ intentionaliter percipitur, debet non haberi formaliter. Quod in Guſtu, & Odoratu manifeſtè probatur; nam Cibus, qui ſub initium erat ſapidus, ſi quotidie præbeatur, nauſeam cauſat: & Odores, qui recreabant heri, hodie non percipiuntur. Quorum ratio eſt; quoniam uſu frequenti formaliter jam Senſorio inhæret qualitas, quæ priùs intentionaliter attingebatur. Et hæc ſententia à nobis olim pluries tradita, & Salmanticæ, Compluti, & Lovanii, ut tempora tulerunt, defenſa, eſt expreſſa Præceptoris Angelici, qui *libr. 2. de Anim. lect.* 17. (apud Complutenſes *in Logic. diſp. 9. quæſt.* 2. §. 2. *num.* 11.) ſic ſcribit. *Humidum aqueum, quod eſt in pupillâ, caret omni colore, ut poſſit cognoſcere omnium colorum differentias.*

An officeret ſimilitudo?

Cur ab aſſuetis non fiat paſſio?

Si Potentia Senſitiva qualitatem aliquã habeat formaliter, non percipiet illam intentionaliter.

Cur pupilla oculi omni colore careat?

Dices. Verbum Mentis eſt ſui Objecti expreſſa imago. Sed Intellectio eſt Verbum Mentis. Omnis ergo Intellectio eſt ſui Objecti imago. Probas Majorem. Quia Verbum Divinum, eſt actus Intellectûs Divini: &, quoniam Verbum Divinum, eſt imago Dei Patris, neceſſarium eſt dicere, verba etiam Angelici, & Humani Intellectûs, ſuorum eſſe objectorũ imagines. Et quidem Verbum Æternum Patris Divini effigiem & imaginem eſſe, multis & variis Sacræ Scripturæ teſtimoniis probatur. Paulus enim cap. 8. Epiſt. ad Romanos ſcribit. *Nam, quos præſcivit, & prædeſtinavit conformes fieri Imaginis Filii ſui.* Et cap. 4. ad Corinth. *Qui (Chriſtus) eſt Imago Dei.* Et cap. 1. ad Coloſſenſ. *Qui eſt Imago Dei inviſibilis.* Et aliis in locis Dominus noſter Jeſus-Chriſtus nominibus Characteris, Figuræ, & aliis ſimilibus ſignificatur.

An Verbum Mentis formaliter ſit Intellectio? *Negatur: nam Intellectio eſt Verbi mentis, aut Speciei expreſſæ productio.*

Verbum Divinum eſt Imago Dei Patris.

Reſpondeo, totam doctrinam hanc, quæ intelligendi modum concernit, Peripateticorũ præjudiciis, quibus Philoſophi præpediuntur communiter, obnubilari. Nobis enim *Intellectio* eſt actio & operatio Intellectûs, Objectũ reſpiciens & attingens; & hanc ob rem ſecundum *Eſſe in* eſt in Intellectu, & ſecundum *Eſſe ad* attingit Objectum. *Species Impreſſa* (ſi retinere placeat jam per bis mille annos præſcripta in Ariſtoteleo Peripatu vocabula) ipſummet vocatur Objectum, prout Intellectum ad intelligendum prædeterminat. *Species* verò *Expreſſa* includit in ſuo conceptu Objectum, cum relatione cognitionis paſſivæ; quæ quidem relatio eſt quędam paſſiva productio, quę ſecundum *eſſe in* eſt in Objecto, & ſecundum *eſſe ad* ad Intellectum, actu intelligentem terminatur. Cùm ergo Intellectio, formaliter ſumpta, non ſit Verbum mentis, aut Species Expreſſa, ſed illius objectiva productio, ſequitur in Divinis Patrem intelligendo ſuam eſſentiam generare Filium: adeoque Intellectionem eſſe realiter Paternitatem, quæ formaliter ſumpta habet rationem imaginis. Non ergo Intellectio Humana eſt Objecti Imago: ſed eſt actio quædam intentionalis, Objectum producens intentionaliter & objectivè. Quæ productio in nobis eſt accidentalis, nam procedit ab Intellectu noſtro, qui eſt qualitas; adeoque Animæ accidens: in Deo autem eſt ſubſtantialis; nam procedit ab intellectu Divino, qui in Deo non ſolùm eſt Subſtantia; ſed Eſſentia, & Natura.

De Ariſtotelis Pſychica.

Quid Intellectio ſit?

Quid Species Impreſſa?

Quid expreſſa?

Res intentionaliter ab Intellectu producuntur.

De Intellectione Humana & Divina.

Cur Intellectio noſtra ſit accidentalis, & ſit ſubſtantialis Divina?

Dico ad Quintum cum eodem Izquierdo, illud totum merâ æquivocatione ſuccollari.

Nihil dicere eſt vel non loqui, vel voculam *nihil* proferre.

Quia

Quia ſicut non eſt idem *Nihil dicere*, hoc eſt tacere: & *Dicere Nihil*, hoc eſt, hoc vocabulum *Nihil* pronunciare: ſic etiam aliud eſt *Nihil prorſus cognoſcere*, hoc eſt, nullum actum intellectus elicere, & aliud toto Cælo diverſum *Cognoſcere ipſum Nihilum*. Quæ duo in hoc ultimo argumento malè confundebantur.

Pars Secunda.

De Parontibus, & Pſeudontibus, quæ *Entia rationis* à Latinis vocantur.

QVAERITVR, *An qui* Ens rationis *dari in rebus admiſerit, teneatur conſequentiâ doctrinæ* Nihilum [*] *rationis admittere?*

*] *Fateor neminem de Nihilo rationis ſcripſiſſe, at non ideò concedo, ab iis, qui rationis Entia admittunt, illud poſſe negari.*

CLXVIII.

De *Ente*, & *Non ente* Morali ſeu Virtuali.

NON agimus de Moralitatibus; quia ſicut ſunt in Republicâ plurima, quæ realiter ſunt *Aliquid*, & tamen *Nihil* ſunt moraliter conſiderata; ſic etiam reperiuntur multa, quæ realiter ſunt omninò *Nihil*, & tamen cenſentur eſſe *Aliquid*, ſi moraliter conſiderentur.

De illis Autor multos Libros ſcripſit.

Non agimus, inquam, de hac Quæſtione; nam illam diffuſiſſimè edisserunt, multa à nobis exarata Volumina, in quibus Moralis Theologia exponitur & dilucidatur.

De *Ente rationis*, & *Non ente rationis*.

De *Nihilo rationis*.

Agimus autem de Objectivis Conceptibus, & hic ſub initium inquirimus, *Utrum Novitii Metaphyſici, qui dicunt ſe poſſe, & ſolere concipere* Non-ens per modum entis, *& aſſerunt* ens rationis *tunc facere: teneantur addere, ſe poſſe concipere* ens per modum Non-entis, *& tunc* Non-ens rationis, *aut* Nihilum rationis *formare?*

An obſervari debeat rationis Paritas?

Sanè Ego in hac Quæſtione libenter Analogiam, & rationis paritatem admitto: & quia cenſeo, eſſe omninò impoſſibile, quòd Non-ens per modum entis concipiatur, debeo conſequenter aſſerere, ſimiliter eſſe impoſſibile, ut ens per modum Non entis cogitetur. Cæterùm ſi eſſe poſſibile ens rationis admitterem, à Conſequentiâ ductus aut ſeductus aſſererem, poſſe ens per modum non entis intelligi; tanta enim meo judicio inter *Ens rationis*, & *Nihilum rationis* reperitur connexio, ut vel utrumque admitti debeat, vel utrumque negari.

Reſolutio Quæſtionis.

AR-

ARTICVLVS I.

An dentur Entia Rationis?

Quid illa ſint; & quo ipſa à D. Thomâ ſenſu, & ab Authore admittantur? An poſſibilia eadem ſint, ſi eo ſenſu, quo vulgò admittuntur, exponantur? An in ipſis Saire *à* Seire *debeat opportunè diſtingui? Vtrùm hac*, Non dantur Entia rationis. Ergo datur Deus, *ſit Conſequentia neceſſaria, & legitima?*

CLXIX. Cur de rationis Entibus impræſentiarùm diſputetur?



Rticoli præſentis Epigraphen, legit Philomuſus attentè, & admirabundus inquirit, *Cur tandem ego ſententiam, quæ Entia rationis comminiſcitur; quam eſſe falſam puto, aut ottã ſcio; quam jam olim in Metalogicâ everti funditus, tanto nunc verborum apparatu, reponam, & tantâ accuratione dilucidem?*

Quænam Entia rationis Ariſtoteles, & Angelicus Doctor admittat?

Et duo Ego Ingenioſo Philomuſo reſpondeo. *Alterum*, me non negaviſſe, aut negare entia rationis qualia cum Ariſtotele D. Thomas & Philoſophi Subtiliores admittunt. Sed ex illis Argumenta deducere, ut profundiùs Realitatum **ſare**, & **ſere** (eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale) cognoſcam. *Alterum* Recentiores eò Entia promoviſse, ut non folùm fateantur, in ipſis repugnare τὸ **ſere** (eſse exiſtentiale ſubjectum, & perfectum) ſed tale **ſeire** (eſse exiſtentiale objectivum imperfectum) poſuerunt, ut etiam illud repugnare manifeſtè probemus.

Quænam rationis Entia ſint, quæ impoſſibilia judicantur?

Sed, cur tanto molimine de entibus rationis, eo ſenſu acceptis, ut dari non poſſint, philoſophor? Ut contra eos, qui contra S. Auguſtinum, & Doctorem Angelicum negant, debere in Deo Ideas Objectivas admitti, & aſserunt Creaturas poſſibiles, præter Creatricem Potentiam nihil eſſe, quia **ſtre** (*eſſe exiſtentiale*) cognoſcunt: & de **ſare** (*eſſe quiditativo*) nihil ſciunt, iſtud breviſſimum ſed fortiſſimum argumentum efformem: videlicet.

De Ideis Divinis: & de Creaturis poſſibilibus.

Per vos Intellectus humanus, qui cum Divino compoſitus, eſt quaſi nibil, cogitando ens rationis, facit (ſic enim loquimini) ens rationis hoc eſt, **ſaimit**, *ſeu ſuo modo producit, unum ens objectivum à ſe & ab ipsâ ſuâ cognitione diſtinctum, quod ipſiuſmet cognitionis ſit terminus.*

Si Intellectus humanus dat Enti rationis aliquod eſſe objectivum,

Ergo a fortiori Intellectus Divinus, qui eſt infinitus, & cum humano collatus, nullam proportionem admittit, quando Poſſibiles Creaturas cognoſcit, eas **ſamit** (*eas eſt: Eas eſſentiat; Eas in illo genere eſſendi producit*) *hoc eſt, illis communicat* **ſare**, *Eſſe quiditativum, à ſe ipſo, & ab ipsâmet cognitione diſtinctum, quod ipſiuſmet cognitionis ſit objectum, & terminus.*

Etiam Intellectus Divinus dabit Enti poſſibili aliquod eſſe Objectivum

Ergo Creaturæ Poſſibiles, licèt non habeant **ſere** *habent* **ſare**. (*Licèt non habeant Eſſe exiſtentiale, habent eſſe quiditativum, quod Intellectionis Divinæ, quam* Simplicem Intelligentiam *nominant, eſt objectum, & terminus.*

Ergo bene constat, Quid ſint Creaturæ poſſibiles?

Ergo denique in Deo, præter Ideas Formales, quæ ſunt ipſamet Intellectio Divina, Ideæ Objectivæ admitti debent, quæ ſunt Creaturæ Poſſibiles, & ad ſtatum Exiſtentiæ tranſibunt, quando Deus, accedente ſuæ liberæ Voluntatis decreto, ſolummodò pronuncians unum Fiant.

Et quales ſint Ideæ Divinæ?

Hæc fuit hujus noſtræ Scriptionis occaſio: & iſte eſt finis. Interim brevitati ſtudebo; non enim intendo impræſentiarùm, alibi examinata & digeſta accuratè, reſcribere, ſed ea notare tantùm, quæ poſſunt hujus ſyntagmatis argumento ſervire. Vide noſtræ Metalogicæ totum Librum Secundum, qui ideò Paralogicus quòd de Linguæ entibus diſſerat, nominatur; & tametſi hîc poſſem, contra alios orationem dirigere; quia tamen P. Rodericum Arriagam, quem recognovi, cùm ſcribebam Metalogicã, jam poſt annos triginta, Adverſariis ſuis in novâ Editione reſpondentem, convenio; illum intelligo; & has Concluſiones propono. Sit

Paralogicus. Qui Liber ſit, & cur ita vocetur?

An, & cur de illis velim in præſentiarum diſputare?

PRIMA.

CLXX. An æquivocationibus obnoxia ſunt, quæ de Entibus rationis dicuntur?

IN *Diſſertatione, quæ de Entibus rationis eſt, ſæpè Antagoniſtarum diſſidia naſcuntur ex verborum abuſu, aut etiam ex æquivocatione.* Fatentur id Autores univerſi; & Arriaga, quem ob oculos habeo, præcipuè. Ipſe enim *diſp.* 17 *Metaphyſic.* quæ eſt totius Curſûs Philoſophici ultima, & de ente rationis tota diſſerit: *Sect.* 1. §. *opinantur Thomiſtæ*, ſic ſcribit, *Quòd ſi hæc omnia velint etiam dicere* Entia rationis, *loquentur quidem conſequenter, valdè tamen malè.* Et poſt pauca. *Quòd ſi, non velis vocare in eas denominationes, niſi quando aliquid habent de fictione, eris rurſus quæſtio tecum de nomine.* Et ſect. ſequ. *Quòd verò in eſſe ficto includatur actus fingens, habes aliquid de æquivocatione.* Et in ſequenti columnâ. *In quæſtione de voce, quid ſcilicet ſignificetur per vocem hanc* Ens rationis, *Diſcedit à communi.* Et ibidem. *Verum quia alii Authores (ut Bona-Spes, & alii fortè de ſolo nomi-*

Caramuelis Leptotatos.

ne diſceptantes) non volunt admittere eas propoſitiones, &c. Poſſem alios locos producere, is quibus Arriaga oſtendit, aut malè, aut æquivocè loqui multos Doctores, ſed ſufficiat hos paucos produxiſſe, quibus nunc addo ipſummet Arriagam non ſemper in ſuis verbis debitum obſervare rigorem. Sectione illâ primâ dicebat: *Res in ſe eſt certa, quia Joannem eſſe à me cognitum formaliſſimè eſt idem, ac me cognoſcere Joannem, ſolùmque differunt penes voces Activam & paſſivam: ſicut eſt idem Deum producere Angelum, & Angelum produci à Deo.* Et tamen Ego non ſolùm formaliter, ſed realiter differentiam inter activam, & paſſivam reperio; quoniam inter *Facere* & *Fieri* tametſi detur ſimultas, non datur identificatio: Licèt enim in eodem inſtanti, quo Deus producit Angelum, Angelus producatur à Deo, non tamen formaliter producere eſt produci; non enim *producitur* de Deo, nec *producit* de Angelo verificatur.

An ſemper Arriaga in verbis ſuis Scholaſticum rigorem obſervet?

Producere, & *Produci* formaliter loquendo non ſunt idem.

Corollarium. *Ergo ſi Doctores, quando loquuntur de actibus intellectûs humani, interdum abutuntur vocabulis, & laborant æquivocatione: mirum nemini videri poterit, ſi agentes de Intellectu Divino præpediantur æquivocationibus, aut etiam abutantur vocabulis.*

Sæpe homines non habemus vocabula, ut bene loquamur de Deo.

Hæc illata Reſolutio à fortiori procedit, quia notiores hominibus ſunt actus humani, quàm Divini: quia, cùm Nomenclator Latinus fuerit Aulicus & Politicus, & Philoſophiæ & Theologiæ prorsùs ignarus, præbuit Populo ſufficientia vocabula, ut tractaret Civilia; & reliquit Doctoribus, ut congrua invenirent vocabula, quibus in Metaphyſicâ Entitates abſtractas, & in Theologiâ eſſentiam Divinam ejuſque Attributa, & Perfectiones explicarent.

Reſpectu noſtri Phyſica Metaphyſicis, & Humana Divinis, ſolent eſſe notoria.

Secunda.

CLXXI.

Quid præſtari debeat, ut æquivocationes vitentur?

VT *tollantur æquivocationes, & λογομαχίαι vitentur, oportet, præmittere, & præcognoſcere quot modis nomen* ens rationis *à Viris doctis in Scholâ ſumatur.*

Sanè nomen hoc *Ens rationis* varias ſignificationes, & acceptiones habet, ut perſuadet ſequens Categoria.

Nominis *Ens rationis* variæ ſignificationes explicantur.

ENS RATIONIS.
- *Activum*. Quo nomine ſignificatur ipſemet Intellectus, quæ eſt quædam operatrix Ratio [a]
- *Paſſivum*.
  - *Reale* [b]
  - *Intentionale* [c]
    - *Impoſſibile* [d]
    - *Poſſibile* [e]
      - *Logicum*.
      - *Phyſicum*.
      - *Pſychicum*.
- *Inhæſivum*. Et tales ſunt Species intelligibiles, [e] ſi ipſæ dantur; & tales ſunt Illuminationes ab extrinſeco immiſſæ.

A

Prima ſignificatio.

PRima *Entis rationis* acceptio, nec communis, nec propria eſt. Interim admittitur à Lalemandetio *tom.3. Curſûs Philoſophici diſp.2 partis.1. columm.17.* dicente [*Ens rationis* pluribus modis accipi poteſt. Et primò pro ipsâmet facultate ratiocinandi, quæ eſt *Ens* & *Ratio*. In quâ ſumptione dicitur *Ens rationis intranſitivè*, id eſt, quod non tranſit, neque fit ab ipsâ Potentiâ, quæ eſt Ratio, ſed eſt ipſamet ratiocinatrix Potentia. &c.] At, ut video, abutitur adverbio illo *intranſitivè*, nam *tranſire* non eſt *fieri*, ſed *facere*; & *Verba tranſitiva* dicuntur, quæ vel ſunt activa, vel in rem aliam tranſeunt.

Quid importent Adverbia, *tranſitivè*, & *intranſitivè*?

B

De viribus Imaginationis.

MUlta ſunt dicta, & ſcripta de viribus Imaginationis. Et ad illa reſpiciens, quia Intellectus *Ratio* dicitur, effectus reales, ſiquos habet, poterunt *Entia rationis* nominari.

C

SEcunda *entis Rationis* acceptio, jubet, ut intelligamus iſto nomine actum mentis, qui Secundas Intentiones ſpeculatur. Quoniam nomen *Ratio*, & Intellectum, & Intellectionem (hoc eſt, Potentiam, & Actum) ſignificat. Accepta & uſurpata primo modo, realiter verbum Mentis producit: & tunc id poterit *Ens rationis* vocari. Secundo verò modo accepta, eſt ipſemet actus intelligendi & circa Objectum Poſſibile, aut Impoſſibile intentionaliter verſari poterit.

Quid nomen *Ratio* ſignificet?

Secunda Nominis *Ens rationis* acceptio

D

TErtia *Entis rationis* acceptio, rem impoſſibilem, objectam Intellectui concernit: quando, videlicet, Non-ens per modum entis Mens cognoſcit: eo modo quo exponetur inferiùs.

CLXXII.

Entis rationis in Subjectivũ, & Objectivũ diviſio.

Omiſsâ igitur primâ acceptione, quæ non videtur in Scholis recepta, dicendum eſt *Ens rationis* eſſe duplex: alterũ ſubjectivum, alterum objectivum. *Subjectivum rationis ens* vocari ſolet, ille actus realis, & poſitivus, qui à

Membra dividentia exponuntur.

Ra-

Ratione, ſeu humano Intellectu producitur: & *Ens rationis objectivum*, extrinſeca, aut intrinſeca rerum incomponibilium unio, quæ res incomponibilia conjungit, ut inferiùs dicemus.

Quid ſit Ens rationis Objectivum?

Has duas Entis rationis differentias cognoſcit, & admittit P. Richardus Lynceus *in Logic. tr.1.cap.5.pag.33.b.num.42.* dicens

Creaturæ Poſſibiles Sunt; hoc eſt, habēt ſuum eſſe poſitivum quiditativum.

[Ens rationis aliud eſt objectivum, aliud ſubjectivum: illud definiri ab omnibus ſolet, *quod habet tantùm eſſe objectivè in intellectu*: eſſe autem objectivè tantùm in intellectu, eſt præter ei objici, ab eoque cognoſci, omni prorsùs eſſe deſtitui, tam poſitivo, quàm negativo, tàm actuali, quàm poſſibili; quo fit, ut creaturæ poſſibiles, etſi nihil actu ſint, tamen propter eſſe poſſibile, non ens rationis objectivum ſed potiùs ens reale dici ſoleant, ac debeant; inde etiam fit carentias v.gr. tenebras haud eſſe ens rationis objectivum, quoniam ſuum habent eſſe negativum & diminutum, idq; quin intellectui objiciantur, ab eo-ve cognoſcantur; ſolùm igitur illud, quod repugnat de potentiâ abſolutâ eſſe ſicut cogitatur, quodque eſt aliquid dumtaxat fictum, cognitumque aliter quàm eſſe poſſet, ens rationis objectivũ eſt, & tale, ut nullum habeat eſſe præter eſſe objectivè in intellectu. Poſterius diviſionis membrum, nempè ens rationis ſubjectivum, eſt cognitio vera & realis, quæ in intellectu, & ratione ſubjicitur, illud propriè, & ſtrictè eſt ens rationis, utpotè quod eſt extra latitudinẽ totam entis realis; hoc poſterius eſt impropriè & fusè ſolùm ens rationis, propriè verò, & rigorosè ens reale non phyſicum, ſed intentionale: quo pacto ſpecies impreſsæ, habituſque, neque non denominationes ab actibus intellectûs etiam ſine ullo artificio logico profectæ, ac merè naturales, tamen entia rationis latè nuncupantur. Rurſus Ens rationis objectivum aliud eſt formaliter, & propriè tale, aliud ſolùm fundamentaliter & impropriè tale; illud eſt, quod initio explicui, latiorem expoſitionem in Metaphyſicâ jacturus: hoc verò nihil aliud eſt, quàm id, quod fundamentum præbet, ut intellectus proprium, ac formale ens rationis confingat, tametſi ipſum ſponte ſuâ ſit ens verum, ac reale, quo pacto omnis denominatio extrinſeca generis, ſpeciei, ſubjecti, & prædicati, quamvis ſuâpte naturâ ſit ens reale ex cognitione reali, v. gr. genereitate, & naturâ animalis, itidem reali, & poſſibili coaleſcens, nihilominùs ens rationis lato modo vocatur, eo quòd ſit fundamentum ſufficiens, ut Intellectus reflectens in eam denominationem generis, etſi extrinſeca ſit, eam tamen naturaliter intrinſecam eſſe confingat, nec ſecus illam apprehendat, adeoque ens rationis proprium, & formale comminiſcatur. &c.] At hoc ultimum eſt negare ſecundas Intentiones, antequam tamquam formæ intrinſecæ intelligantur, eſse entia rationis. Et quis illas, quæsò, apprehendit tamquam formas intrinſecas?

Negationes Sunt, hoc eſt, habēt ſuum eſſe quiditativum negativum.

Quid ſit Ens rationis Subjectivum?

An intelligendi actus ſit Ens rationis?

Subdiviſio Entis rationis Objectivi.

An Secundæ Intentiones Logicæ (Generis, Speciei, Individui: &c.) ſint Entia rationis?

CLXXIII. MAgnæ profectò aboriuntur perturbationes ex ſignificatione in vocabulis receptia mutatione. Turbavit olim Eccleſias in Oriente Pelagius in aliâ ſignificatione uſurpando nomen *Gratia*: & Cornelius Janſenius nuper in Europâ perturbavit Scholas nomen *Liberum arbitrium* exuendo propriâ, & receptiſſimâ ſignificatione, & abſurdâ onerando. Et modò Lynceus Thomiſtas & Scotiſtas diſſentientes omninò, aut ad concordiam reducit: aut his, ſi velis, cogit alios aſſentiri & ſubſcribere. Quoniam excitatur in ipſo limine Philoſophiæ, pugnaciſſima controverſia, quæ inquirit, *Quod ſit Objectum Logicæ?* Et duæ oppoſitæ militant in hac Quæſtione Sententiæ; altera aſſerit ens rationis eſſe formale objectum Logicæ; altera, eſſe objectum Logicæ operationes Intellectûs. Priorem tam uniformi conſenſu amplectuntur Thomiſtæ, ut Complutenſes *in Log. diſp.1.qu.2.§.2.nu.9.* ſcripſerint [Angelicum Doctorem ſequuntur omnes Thomiſtæ, ut teſtatur Maſius *in præſenti ſect.1.q.13.* à quibus proindè referendis abſtinemus. &c.] Poſterior tam eſt recepta extra Thomiſtarum Peripatum, ut Pater Richardus Lynceus *in Curſus Philoſoph. libr.2. tr.1. cap.5. in fin. num.43.* dixerit. [Contrariam Sententiam tuentur Nominales, Scotiſtæ, ac Noſtri [*] ferè omnes, ut neceſſe non ſit, in eis ſingillatim recenſendis immorari. &c.]

Caramuelis Leptotatos,

Pelagius nomen *Gratia* admittebat, rem negabat.

Ianſenius nomen *Liberi Arbitrii* admittit, ſed rem negat.

Quæſtio de Objecto Logicæ.

Quæ ſint in illa Adverſariæ Opiniones.

Quid dicat alterutra, & à quibus propugnetur Philoſophis?

Et quid hîc dicit Lynceus? Ceſſare Quæſtionem, ſi *Entis rationis* nomen in ſecundâ acceptione ſumatur: nam ſi Mentis Operationes *Entia rationis* nominentur, Thomiſtæ Scotiſtis conſeriunt. Unde Lynceus n.43. ſic ſtatuit. [Fateor, inquit, Ens rationis Subjectivũ; nẽpe, act⁹ Intellectûs, eſſe Objectum formale Dialecticæ. Habeo etiam in confeſſo, ens rationis fundamentale (cujuſmodi eſſe Denominationes extrinſecas, Generis, Speciei, & ſimiles, nuper inſinuavi, mox id latiùs probaturus) eſſe etiam Objectum formale Dialecticæ. &c.]

An poſſint ad concordiam reduci?

Quid ſentiat Lynceus?

At iis non obſtantibus nulla affulget inter has adverſarias Scholas concordiæ ſpes; nam Thomiſtæ *Entis rationis* nomine, Objectivum, & non Subjectivum, nec Fundamentale intelligere volunt; quod neque ignoravit, neque negavit Lynceus, qui aſſentitur Scoto, & contra ſe habere D. Thomam fatetur.

Omnes ſciunt, quo ſenſu D. Thomas loquatur.

E

CLXXIV. De Poſſibilibus Creaturis.

SI rem poſſibilem Mens humana concipiat illam **ſamit** (non eſſentiat) non enim illi eſſe quiditativum impertitur; nec præſtat, ut poſſibilis ſit. Quoniam Intelligentia ſimplex Dei, **ſamit** dat creaturis poſſibilibus illud eſſe eſſentiale, & quiditativum, quod habent. Unde quia **ſere** eſſe exiſtentiale, procedit à Volitione Divinâ, **poſſe ſere**, à Divinâ Voluntate proveniet. Quam obrem *Poſſibilitas* erit denominatio ab exiſtentiâ actuali, & Divinâ Voluntate proveniens: dicitur enim eſſe *Poſſibilis* alius Mundus; quia alius Mundi Quiditas poteſt Exiſtentiam recipere, Et eam poteſt recipere, quia Intellectus Divinus à Divinâ Voluntate adplicatus, illam poteſt communicare.

Vnde recipiāt Eſſe illud poſſibile, quod habent?

Sanè Intellectus non poteſt Objectum impoſſibile attingere. Sed quia id Philoſophi peritiſſimi negant, hoc in loco ex ſuppoſitione diſcurremus: dicemuſque tunc *Ens rationis Philoſophicum* fieri, cùm concipiuntur incom-

An Intellectus concipere impoſſibilia poſſit?

ponibilia ſimul. Interim, quia illius adverbii *ſimul* duplex poteſt eſſe appellatio, ens rationis Philoſophicum duas habebit differentes ſpecies, quarum altera ab unâ appellatione, & altera ab aliâ ſumatur. Aliud enim eſt *ſimul cognoſcere lucem & tenebras*, & aliud toto cælo diverſum, *cognoſcere lucem & tenebras eſſe ſimul in eodem ſubjecto*. Statim de ſimultate cognitionis dicemua, modò autem agendo de ſimultate coexiſtentiæ, quam nomen *ens rationis* importat in ſententiâ communi, illud dico ſic, & non aliter definiri debere, videlicet. *Eſt ens rationis Objectum Mentis impoſſibile, ſi intelligatur ut poſſibile.* Et hoc ſenſu, & non alio, accipiunt illud nomen Recentiores Philoſophi, qui *entia rationis* eſſe poſſibilia aſſeveraut. Sunt igitur *entia rationis* ultimo hoc ſenſu accepta, *quæ objectivè ſunt in intellectu, & non poſſunt ſubjectivè eſſe alicubi*. Aliter. *Quæ præter illud eſſe, quod cognoſcitur & intelligitur, nullum habent eſſe poſſibile*.

Cognitionis ſimultatem debemus à ſimultate coexiſtentiæ ſubjectivæ diſtinguere.

Quid Ens rationis ſit ſecũdum acceptionem vulgarẽ?

CLXXV.
Entium rationis ſubdiviſio.

Hæc autem entia diſtribuuntur per Claſſes. Audiunto Lalemandetium, qui *ubi ſupr.* ſic inquit. [Ulteriùs prænotandum eſt illa Entia rationis, quæ nullum eſſe poſſident, niſi beneficio intellectûs, adhuc eſſe triplicis generis, alia namque ſunt entia rationis Phyſica, alia Logica, & alia (ut ita loquar) Phantaſtica ſeu Chimærica ad nullam ſcientiam pertinentia. Entia rationis Phyſica, *ſunt privationes & negationes, tenebræ, cacitas*, &c. & hæc conſiderantur à Phyſico. Phantaſtica ſunt, *quæ fabricat noſter intellectus abſque ullâ occaſione aut fundamento*, v.gr. cùm format, aut repræſentat ſibi aliquod animal conſtans ex capite bovis, auribus aſini, pectore Leonis, manibus hominis, & pedibus canis, tunc intellectus id abſque fundamento facit, quia licèt illæ partes ſint in rerum naturâ, nullus tamen eſt ordo, nec ulla in rerum naturâ talium partium inter ſe ſe conjunctio. Alia autem entia rationis dicuntur ad diſtinctionem prædictorum, *Entia rationis Logicalia, quæ quidem ſiunt ab intellectu, ſed habet intellectus occaſionem & fundamentum in re ipsâ illa ponendi in ratione Entium*.] Et hucuſque diſcurrit Lalemandetius bene. At pergit ulteriùs, & dilucidare dicta gliſcens, illa abſolutè deſtruit; vult enim opportunis exemplis entia rationis Logicalia explicare, & ipſa, ſi attentè legatur, tollit veriùs, quàm explicat. Ejus verba conſidera: inquit enim. [Exemplifico. Natura humana de ſe aut eſt apta, aut ſaltem indifferens, ut inſit multis individuis, Petro, Joanni, &c. & natura animalis eſt apta [*] aut ſaltem indifferens, ut inſit multis ſpecie differentibus: & quia Logici, illud, quod eſt aptum aut indifferens, ut inſit multis ſpecie differentibus, vocare ſolent *Genus*, rectè natura animalis dicetur *genus*, eſt enim fundamentum illam ſic denominandi; cùm (*inquam*) natura animalis fundamentum habeat, ut inſit multis ſpecie differentibus; ſimiliter quia natura hominis habet fundamentum eſſendi in multis numero differentibus, ob id vocatur *ſpecies*, non enim quodlibet ens rationis poteſt dici ſpecies, ſed illud tantùm, quod habet fundamentum eſſendi in multis numero differentibus, quare intellectus noſter non fabricat hujuſmodi Entia rationis ad ſuum beneplacitum, ſed prout fundamentum in re ipsâ repe-

De Entibus rationis Phyſicis.

De Phantaſticis.

De Logicis.

*] *Sanè, ſi Natura ex ſe eſt apta aut indifferens, ut inſit multis: ex ſe erit Univerſalis. Ergo nihil finget Intellectus cùm illam aptam ad eſſendum in multis conſiderabit. Manebunt igitur ſecundæ intentiones Logicæ; At ipſa non Entia rationis, ſed denominationes reales erunt.*

rit, ſic tres propoſitiones in debitâ figurâ, & modo conſtitutæ, denominantur *Syllogiſmus*.]

TERTIA.

SI darentur Entia rationis, nec ad Logicam, nec ad Metaphyſicam, ſed ad ſpecialem ipſa ſcientiam ſpectare deberent.

CLXXVI.
Ad quam pertinerent Facultatem Entia rationis, ſi darẽtur?

Horum entium conſiderationem pertinere ad Dialecticam, multi Authores exiſtimant. At contrà Suarez *diſp. 54. Metaph. in princ.* errorem eſſe aſſerit, in Dialecticâ de entibus his diſſerere, quia pertinent ad Metaphyſicam, quæ primatiò agit de entibus realibus, & de entibus rationis ſecundariò; quoniam iſta ad inſtar realium intelliguntur. Hoc autem Suarii Aſſertum non ita verum eſſe, inquit Lalemandetius, quia Dialecticum Artificium ubique Secundis Intentionibus, quæ entia rationis ſunt, refertum eſt. Entia rationis pertinere ad Dialecticam probat Lalemandetius, quia Durandus *in 1. diſt. 19. quæſt. 5.* ſed breviter. Hervæus prolixo & ſatis difficili tractatu *de ſecundis Intentionibus*. & multò prolixiùs adhuc Sanchez *in Logic. qu. 19. toto tract. de Secundis Intentionibus per quæſtiones undecim*. Maſſius *Sect. 3. de rebus univerſis*. Petrus Niger *quæſt. 5. Clypei*. Soncinus *libr. 6. Metaph. qu. 18.* Cardinalis à Saenano *tract. de Secund. Intentionib.* Suarez *diſp. 54. Metaph.* aliique communiter Recentiores, priuſquam, aut de Objecto Logicæ, aut de Univerſalibus agant, Diſputationem iſtam de Entibus rationis præmittunt.

An ipſa ad Logicam, an verò ad Metaphyſicam ſpectent?

Cur de Entibus rationis agant Logici?

Sed hæc ratio non ſufficit, ut entium rationis conſideratio ad Dialecticam pertinere dicatur: aliud eſt enim, *hæc vel illa in alicujus Scientiæ Objecto includi*: & aliud, toto cælo diverſum, *ante aliquam Scientiam debere neceſſariè præſciri*. Geometriæ ignaros Plato in Diſcipulos nolebat admittere; non tamen ideò ad Philoſophiam Naturalem pertinere docebat Geometricas Meditationes. Sine Numerorum, & Linearum Mathematis Muſica addiſci nequit; & tamen illa non ſpectant ad Muſicam. Serlius, Caramuel, & alii Autores Tractatus integros de aliis Scientiis præmittunt ſuis Inſtitutionibus Architecturæ; nec tamen ideò cenſendi ſunt aſſerere, in Architecturâ illas Scientias includi, &c. Ergo ſimiliter de Entibus rationis debet ſtatui. Si Secundæ Intentiones Dialecticæ ſunt entia rationis, entia rationis (ſint, aut non ſint, quod multi tenent) ut Artificium Dialecticum cognoſcatur medullitùs, præcognoſci illa debent non autem ideò inferri poteſt, illa claudi in Objecto Dialecticæ, ſed illam Scientiam, quæ de illis diſputat, quocumque nomine indigitetur, Dialecticæ convenienter præmitti.

Præſciri debent Scientiæ Subalternantes.

Cur Plato à ſuis Scholis excelſe juſſerit imperitos Geometriæ?

Cur Arithmetica & Geometria ante alias Mathematicas Facultates tractentur?

a] *Omnia, quæ hîc dicuntur de Secundis Intentionibus Logicis, in Grammatica, Poetica, Rhetorica, & in aliis Scientiis dici poſſunt, omnes enim Secundas Intentiones ſibi congruentes habent.*

QUARTA.

NON ſolùm Mens imaginari, ſed & Penicillus imaginare poteſt multiformia animalia, videlicet,

Semibovesque viros, ſemiviroſque boves.
Semicaproſque canes, ſemicaneſque capros.

CLXXVII.
An Pictores Entia rationis poſſint facere?

Huc Chimæræ, Hircocervi, Minotauri, & aliæ Animantes fictæ pertinent. Ovidius 6. Metamorph.

Quo-

Quoque Chimæra jugo mediis in partibus Hircum,
Pectus & ora Leæ, caudam Serpentis habebat.

Et generaliùs cantando Hotatins libt. 1. de Arte in init.

Apud Horatiũ Pictor varia membra Animalium commiſcet.

Humano capiti cervicem Pictor equinam
Jungere ſi velit, & varias inducere plumas;
Undique collatis membris, ut turpiter atrum
Deſinat in Piſcem mulier formoſa ſupernè.

Et hoc Animal, quale Natura, rerum Parens non condidit, poteſt & ſolet Penicillus exprimere.

An verbis fieri Entia rationis poſſint?

Poſſe, quod Penicillus poteſt, Linguam; & ſolere repræſentare verbis, quæ à Pictoribus exprimuntur coloribus, adſerturus ſubſcribit,

Credite Piſones, iſti Tabulæ fore Librum
Perſimilem, cujus, velut ægri ſomnia, vanæ
Fingentur ſpecies; ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formæ.

*] *Quoniam* Magnes *ex. gr. in Genitivo habet* Magnetis, *& non* Magnis, ſic Priſcianus vult, ut *Apelles* non *Apellis*, ſed *Apelletis habeat.*

Et, ſi cauſam inquiras, exclamat cum Apellete[*] Homerum, cum Pictoriâ Eloquentiam componens,

—— *Pictoribus atque Poëtis*
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Ergo quia Pictoris Idea, quæ eſt in Intellectu, repræſentatque delineandam figuram, penicillum dirigit & gubernat; Et, quia, ut *libr. 1. Peribermen. cap.* 1. ſcitè nos docet Ariſtoteles, verba ſunt Conceptuum Intellectualium Notæ; qui pictos Hitcocetvos videmus, & à Poëtis Chimæras decantatas audimus, non poterimus negare ſeriò, Intellectum Humanum in Imaginationis ſuæ Tabulâ, Chimæras, & Hitcocervos pingere. *An-ne hoc eſt facere Entia rationis?*

CLXXVIII.

An Entia rationis, in rerũ incomponibilium cognitionibus exiſtentibus ſimul cõſiſtant?

Aſſerit Herice, *diſput. 8. de Deo cap. 1.* & ſuam Reſolutionem putat fuiſſe ab Scoto *in libr. 5. Metaph. cap. 11.* & à Conimbricenſibus *in præfat. ad Porphyrium qu. 6.* & ab aliis Scriptoribus traditam. Et juxta eam, ait, *Ens rationis eſſe totum omninò reale, conſiſtens in partibus realibus, quæ licèt exiſtere non poſſint eo modo, quo Intellectui objiciuntur, eorum tamen unio ſit cognitio ipſa, non tamen aliquid ex parte objecti reſpondens illi cognitioni.* Er hanc Sententiam *in Philoſophia Peripatetica libr. 1. diſp. 2. qu. 2. ſect. 2. pag. 16.* Rhodeſius *novam*, & *malam* vocitat, ut tamen illam ad ſuorum Autorum mentem intelligamus, exponit & illuſtrat his verbis. [Obſerva (inquit) nullam eſſe Cognitionem, cui non correſpondeat aliquod Objectum: ſi enim cognoſco, certè aliquid cognoſco, quod dicitur *Objectum Cognitionis*. Unde, quando fit Ens rationis (*v. gr. cùm cogito Chimæram*) Cognitioni huic correſpondet Objectum aliquod reale, videlicet Naturæ Bovis, Leonis, & Capræ, &c. & præterea Unio, &c.] Differt ab Herice Rhodeſius, quòd illam intellectualium cognitionum unionem, quam non ſolùm eſſe realem & poſſibilem, ſed reverà exiſtentem Herice judicat, Rhodeſius communi Opinioni ſubſcribens rejiciat; velitque dari in ente rationis unionem conceptam, quæ ex parte objecti naturas illas intellectas conjungat.

Nulla poteſt dari ſine objecto cognitio.

Quo modo differat Rhodeſius ab Herice?

An naturarum incompoſſibilium unio ſit extrinſeca, ex parte Intellectus ſe tenens: an verò ſit intrinſeca & concepta, in ipſomet objecto conſiſtens?

Iſte modus entia rationis explicandi, quem nos docet Herice, eſt intellectu facilis, & quidquid Rhodeſius clamitet, & pulcher, & probabilis eſt. Nec contrà militant Authoritates, quæ ex Ariſtotele, Averroë, & D. Thomâ adduci ſolent. Ut enim illæ bene intelligantur, duo veniunt neceſſariò dicenda. PRIMUM, Non eſſe à parte rei, & Non poſſe eſſe à parte rei, *eſſe res toto cælo diverſas*. Quia, nec alter Mũdus, nec Cubus Sphæricus ſunt à parte rei, & tamen in ipſo ſuo *non-eſſe* differunt: alter Mundus caret Exiſtentiâ, quam habere poteſt: Deus enim poteſt alios Mundos producere. At Cubus Sphæricus, caret exiſtentiâ cujus incapax eſt. Unde exiſtentiæ Carentia, in altero Mundo & Privatio: & in Cubo Sphætico eſt Negatio. SECUNDUM. [Uniri intrinſecè, & Uniri extrinſecè *univerſim loquendo, ſunt res valde diverſæ, nec poſſunt in Diſputatione confundi.*] Et loquendo in particulari, ad rem noſtram, [Uniri Intellectiones *aut* Dictiones inter ſe, & res per Intellectiones cognitas, *aut* per dictiones ſignificatas, uniri objectivè inter ſe, *ſunt termini toto cælo diverſi.*] Quoniam, quæ intrinſecè ſunt incomponibilia, poſſunt extrinſecè & uniri & componi. His præmiſſis teſtimonia, quæ à P. Philippo de Sanctiſſimâ Trinitate *in Summa Philoſophica part. 1. qu. 2. art. 3.* Complutenſibus *in Logic. diſp. 2. qu. 2.* & ab aliis producuntur, conſideremus.

Aliud eſt *Rem non eſſe*, & aliud omninò diverſum, *Rem non poſſe eſſe.*

De Unione intrinſeca & extrinſeca.

Non eſt idem *eſſe ſimul actas* ac *eſſe ſimul voces ſignificatas per actus.*

Ariſtoteles *libr. 6. Metaph. text. 8.* Definitionem hanc proponit. [*] *Ens rationis eſt quod habet eſſe tantum in Intellectu*: Quæ verba Averroës *ibid. Comm.* 13. fecit ſua, & D. Thomas *1. part. quæſt. 16. art. 3. ad* 2. hoc Scholio dilucidat. *Ens rationis eſt, quod cùm non ſit in rerum naturâ, accipitur ut ens in ratione.* Et prætereà *Opuſcul. 52. cap. 1.* etiam iſto. *Tunc efficitur ens rationis, quando Intellectus nititur apprehendere, quod non eſt, & ideò fingit illud, ac ſi ens eſſet.* Non ergo ex his teſtimoniis colligitur, *tunc ens rationis fieri, cùm id quod eſt impoſſibile concipimus ut actu exiſtens*, Quoniam in primo teſtimonio dicitur *Quod habet* Eſſe *tantùm in intellectu* &, quo ſenſu accipiendum ſit illud *Eſſe* non exponitur. Impoſſibile enim videtur, quòd ſit Intellectionis terminus aliquid, quod non habeat *Eſſe quidditativum*. Et, ſi voce *Eſſe* intelligitur *Eſſe exiſtentiale*, nõ ſolùm ſtat Hericæ Opinio, ſed quãdo quis alium Mundum tanquam exiſtentem concipit, dici poterit facere ens rationis. Et plus ſeenndo & tertio teſtimonio perſuaderi non poterit; non enim dicit S. Thomas *quod, cùm non poſſit eſſe in rerum naturâ*, ſed, *quod cùm non ſit*, &c. Et poſteà non dicit, *Nititur apprehendere, quod non poteſt eſſe*, ſed *Nit. app. quod non eſt*. Nihil igitur ex iſtis teſtimoniis elicitur contra Hericæ ſententiam. Ergo quouſque clariora inveniantur, à Doctoribus Thomiſtis, illa poterit ſuſtineri & defendi.

*] *Verba antè hæc, quia citantur à prædictis Authoribus, poſtmus: ſed recognovi Ariſtotelem, & eo in loco, nec de Entibus rationis diſputat, nec ſimilia aut in Græco Textu, aut in Verſione Latina pronuntiat.*

Pro Hericæ ſententia exponi poſſunt verba, quæ ex Ariſtotele, Averroe, & Angelico Preceptore adleganrur.

Verùm Thomiſtæ poſſint Hericæ opiniunẽ defendere?

CLXXIX.

Eadem adhuc illuſtratur ſententia.

Et quidem, ut hæc ipſa Opinio meliùs intelligatur, operæ pretium erit addere aliqua Dicta, quibus dilucidetur.

Dico igitur Primò, *Quando ad mentem Hericæ Homo ens rationis facit, res quæ ſeorſum ſunt poſſibiles, ſed realiter incomponibiles, concipit.* Patet, quia cùm Hircocervum intelligit, Eſſentias, Hircinam & Cervinam, quæ exiſtunt, in rerum naturâ, nititur apprehenſione concipere. Et conſultò illud *nititur* poſui, ut loquar cum D. Thomâ, qui, ut paulò antè vidimus, dice-

An res poſſibiles, an verò impoſſibiles intelligantur, quando Ens rationis concipitur.

Digitized by Google

Vtrùm rerum eſſentias humanus Intellectus côcipiat?

dicebat, *Tunc ens rationis fieri, quando intellectus nititur apprehendere, quod non eſt*, &c. Et ſcitè D. Thomas illud *nititur* poſuit, quia Intellectus humanus non apprehendit eſſentias, ſed earum loco colores & figuras ſenſibiles. Et id experientia demonſtrat, quia Pictor, qualem Hircocetvum ſuo penicillo imaginat, ſicut illum in tabulâ lineis & coloribus exprimit, ſic in ſui Intellectûs ideâ imaginatur.

An Vnio extrinſeca in ente rationis ſufficiat?

Dico Secundò. *Ad uniendas Hircinam & Cervinam eſſentias ſufficit Unio extrinſeca.* Ut autem hoc Dictum intelligas, adnotato, aliud eſſe *duas Naturas unà, aut ſimul concipere*, & aliud *concipere illas eſſe unitas, & identificatas*. Quoniam, hæc Propoſitio, *Toletum & Hiſpalis ſunt Urbes Regiæ*, eſt vera; & tamen in illâ τὸ *Et*, quæ eſt Conjunctio, non ſignificat illas duas Civitates reverà eſſe conjunctas, per multas enim leucas diſtant; ſed ſignificat illas in mente, & etiam in ipsâmet oratione conjungi.

De particula &.
Quænam ipſa in Oratione conjungat?

Non res ſed verba, & ſententias connectit.

Sed, quia non omnes Philoſophi & Theologi ſtuduere Criticæ, ſeu Speculativæ Grammaticæ, proderit hic proponere, quo Veteres & Juniores modo, illam Orationis partem, quæ dicitur *Conjunctio*, definiant. Apud Gerardum Joannem Voſſium de Arte Grammat. *libr.* 1. *cap.* 2. ſic lego. *Conjunctio, juxta Veteres, eſt dictio, quæ conjungit verba & ſententias*, &c. *Sanè aliud eſt, res conjungere, aliud verba. Conjunctiones Disjunctivæ, res disjungunt: at Conjunctiones, tum Disjunctivæ, tùm aliæ omnes, ſententiam ſententiæ conjungunt.* Et poſteà *cap.* 3. ad propriam mentem loquens, ait. *Conjunctio eſt, quæ ſententiam ſententiæ conjungit. Etenim Disjunctivæ Conjunctiones, etſi rem disjungant, à priori munere quadam* Disjunctivæ *dicuntur: à poſteriori omnes vocantur* Conjunctiones, *ut antè diximus*.

Disjunctiva Conjunctio, res ſeparat, & verba conjungit.

Ad Ens rationis præcedens doctrina transfertur.

Hoc lucis radio ex Grammaticâ Speculativâ deſumpto, jam, ut puto, præſens Difficultas manet diſſoluta & deciſa. Quoniam, quando Herice Hircocervum intelligit, Naturas Hircinam & Cervinam intelligit: hoc autem *Et*, quod eſt Unio & Conjunctio, habet ibi Conjunctionis Disjunctivæ virtutem: quoniá non ſe tenet ex parte Objecti, ſed ex parte Intellectûs & Linguæ; ſignificat enim eſſentias illas, quæ intrinſecè & realiter uniri non poſſunt, realiter, & de facto, extrinſecè in Intellectu, & in linguâ conjungi.

CLXXX.
An objectivè poſſit dari Vnio ficta.

Dico Tertiò. *Eſt mihi certum, indubiumque Unionis, quo ad ſubſtantiam & quiditatem fictæ repugnare conceptum.* Et huic tam firmiter adhæreſco ſententiæ, ut Oppoſitam improbabilem judicem. *At mihi non ita certum & indubium eſt, non poſſe hominem veram & realem Diſtinctionem & Unionem concipere, & intellectualiter collocare, ubi non poſſit eſſe:* iſtam enim poſteriorem partem Reſolutionis ſæpe, prout tulerunt tempora, contra Doctiſſimorum Virorum argumenta defendi.

Vnio ficta eſt duplex.

Hinc patet Unionem ex duplici capite poſſe vocari *fictam*. Poteſt enim indipiſci iſtud nomen, quæ ficta ſit quoad ſubſtantiam, & talem Unionem non eſſe intelligibilem, dico. Et poſſet ſortiri hoc vocabulū, ſi in loco ficto collocetur: puta, ſi inter duas conſtituatur formalitates, quæ non ſint, ſed fingantur diſtinctæ. Et quidem, ut oſtendam, hac ſecundâ ſignificatione nomen *Unionis fictæ* accipi ab aliquibus Novitiis Authoribus; & illorum ſententiâ, nihil aliud eſſe *intelligere Unionem fictam quàm intelligere veram, ubi eſſe non poteſt*, dabo Rhodeſii verba, *ex Philoſophia Peripatetica libr.* 1. *diſp.* 2. *ſect.* 2. *pag.* 17. *n.* deſumpta. Hoc ibi argumentum illi proponebatur. [Implicat, ut Ens repræſentet Non-ens: nam illud, quod repræſentat aliud, debet eſſe illi ſimile. Sed, ſi fingatur ens rationis, erit neceſſe, ut ens repræſentet Non-ens. Ergo implicat ens rationis eo modo fingi, ſed omnia, quæ in eo ſunt, realia ſunt, &c.] Huic autem Argumento ſic propoſito reſpondet, [Diſtinguendo Majorem. *Impoſſibile eſt, ut Ens repræſentet Non ens*, repræſentatione verâ, concedo: repræſentatione fictâ, nego. Nam ad hoc ut unum, aliud verè repræſentet, requiritur vera ſimilitudo: ad hoc ut repræſentet fictè, non neceſſariò debet habere veram ſimilitudinem, ſed ſatis eſt, ut habeat fictam ſimilitudinem, in eo ſitam, quòd Intellectus ponat unum loco alterius, &c.] Ponit autem unum loco alterius, cùm Non-entis loco ponit ens; adeoque cùm Carentiæ loco Formam concipit. [*]

An ab Ente repræſentari Non Ens poſſit?

De repræſentatione vera & ficta.
Quo modo inter ſe diſtinguantur?

[*] Hæc Rhodeſii doctrina non eo, ut exponas & defendas Hericem; non autē eam univerſim accipias; nam ex ea ſequeretur Nos homines, quando Deum, quando Angelos, quando Eſſentias alienas ſpecies concipimus (ubi enim unum pro alio ponimus) facere Entia rationis.

Dico Quartò. *Eſt Opinio Herice ingenioſa & plauſibilis; &, ſi ad illam entia rationis explicentur; nihil dicetur impoſſibile.* Patet: quia omnia entia, quæ in entis rationis conceptu ab Herice ponuntur, ſunt vera & realia. Unio illorum extrinſeca eſt vera & realis. Et res, quæ objectivè & intrinſecè uniri nequeunt, poſſunt formaliter & extrinſecè (puta, in mente, aut in linguâ) conjungi.

Cenſura de Hericæ Sententia.

CLXXXI.
De rationis ratiocinantis diſtinctione aſſerta à Nominalibus.

Dico Quintò. *Sicut datur in Grammaticâ verborum & non rerum Conjunctio, ſic poteſt ad Nominalium mentem dari in Logicâ verborum, & non rerum Disjunctio.* Et hoc probari à pari poteſt: quoniam nulla apparet diſparitas.

Conjunctio Grammatica non eſt rerum, ſed vocum.

De verborum Conjunctione jam diximus. Quia, quando dicimus, *Julius Cæſar, & Carolus V. fuerunt Imperatores*, dictio & eſt Conjunctio Grammatica, & non conjungit Perſonas per illa nomina ſignificatas, nam ipſæ longo intervallo loci & temporis differunt, ſed conjungit vocabula; & ſi ſic loqui velis, Perſonas vocaliter & extrinſecè copulat: non enim in ſe ipſis, ſed in ſuis nominibus, jungit.

Diſtinctio Formalis in Nominalium Schola eſt extrinſeca, deſumiturque à nominum ſignificatione.

Et de verborum Disjunctione aliquid per Analogiam ſubſcribamus. Profectò quando dicit Ochamus, *Principium ſentiendi in Homine diſtinguitur ab intelligendi Principio*, vel breviùs, *Animal diſtinguitur à Rationali*, non res, ſed nomina tantùm diſtinguit. *Profectò non diſtinguit res*: quoniam, ſicut in Triangulo Sphærico Triangularitas & Sphæricitas, realiter identificari nequeunt; ſic in Homine Animalitas, & Rationalitas realiter diſtingui non poſſunt, *Diſtinguit autem verba*, quoniam, ſicut in illa Propoſitione, *Julius Cæſar, & Carolus V.* &c, conjungit nō res ſed dictiones Grammaticus; ſic in iſtâ, *Animal eſt Rationale*, non res ſed nomina diſtinguit Logicus; &, ſi fortaſſis res, non eas diſtinguit, ut ſunt in ſe: ſed prout his nominibus ſignificantur. Et hæc in Nominalium gratiam adnotaſſe ſufficiat.

§§§§§

Quin;

Digitized by Google

QUINTA.

CLXXXII.
Quo modo, & quando fiat Ens rationis?

An Vnio in illo ſit extrinſeca?

An ſit intrinſeca?

FIT *Ens rationis* (1) *quando duæ res realiter incomponibiles objectivè ab Intellectu componuntur.* (2) *Si Unio, quâ illa conjunguntur, ſit extrinſeca, & ex parte actuum Intellectus ſe teneat ut dicebat Herice, facere entia rationis poteſt Intellectus Humanus.* (3) *Si autem, ut communis aſſeverat Sententia, Unio, quâ illæ (incompoſſibiles res) conjunguntur, ſit intrinſeca, & ex parte Objecti ſe teneat (puta, ſi Intellectus, quando dicitur Triangulum Sphæricum concipere, cenſeatur apprehendere, quod Triangularitas & Sphæricitas identificentur inter ſe) non habet vires Intellectus Humanus ut entia rationis efficiat.*

Probatur, quo ad ſingulas ſuas partes Concluſio.

Habet tres partes hæc Concluſio. Conſtat ſatis ex dictis Primæ Veritas; Et conſtat etiam eſſe veram Secundam; quia res, quæ dicuntur concipi vel intelligi, ſeorſim poſſibiles aut exiſtentes ſunt; & extrinſeca illarum unio & conjunctio; ſunt poſſibiles. Tertia duo aſſerit, alterum eſſe communem Sententiam, quæ illo modo ens rationis intelligit; & alterum, ens rationis, illo modo explicatum, humanitùs non poſſe fieri.

Communes Thomiſtarum Sententias ſemper Complutenſes propugnant.

Illud prius conſtat ex Authorum conſenſu, nam Complutenſes, qui putant ſe omnium Thomiſtarum ore loqui, *in Logic. diſp. 2. quæſt. 2. §. 1. num. 9.* ſic inquiunt. *Eſſentiam entis rationis conſiſtere, in entitate fictâ, ad modum formæ intrinſecæ objecta denominante.* Et nomine *Fictæ entitatis* intelligunt, rem, quæ ſit ſubjectivè impoſſibilis.

An ſint poſſibilia Entia rationis, qualia Opinio communis propugnat?

Hoc poſterius, licèt ſit contra plurimos, tuentur expreſsè Vallius *controverſ. 10. Phyſic.* Bernardus Mirandulanus *in Expoſitione Prædicament.* Spinula *diſp. 4. de ente rationis ſect. 2. art. 3. apud Bonifacium Bagatam in Logic. diſp. 2. ſect. 1. nu. 5.* & Valleſius (ſi ipſe fortè à Vallio diſtinguitur) *qu. 1. Philoſoph. apud Complutenſes in Logic. diſp. 2. qu. 1.*

An plerique Doctores, qui putant ſe propugnare Entia rationis, entia linguæ propugnent?

[Et quidem (N.B.) pro hac noſtrâ Sententiâ auderem pleroſque omnes Autores, qui ſe oppoſitam habere exiſtimant, confidenter citare; ita enim ſua Aſſerta involvunt & evolvunt ut potiùs quàm adſtruere, illa videantur impugnare & refellere, Arriaga in ipſomet Curſûs Philoſophici fine. [Rogabis. *Quid ergo eſt illud diſtinctum* eſſe *Objecti*? Reſpondeo, Nihil reale: ſed præcisè eſt homo fictus, equus fictus, &c. quod non poteſt amplius declarari; nec enim quærenda eſt aliqua entitas in eo quod eſt purum nihil. Et fortè aliquibus ſit difficile ens rationis, quia exiſtimant ſe in eo aliquid reale reperturos.]

Verùm, qui dicit ſe côcipere ens rationis, concipiat nihil?

Unde ſic poterit aliquis argumentari. Negatio à parte rei eſt purum nihil. Quod objectivè ab intellectu attingitur, quando illa cognoſci dicitur, eſt, ut inquit Arriaga, purum nihil. *E*rgo non eſt ens rationis: id enim non reſultat quando nihil cognoſcitur ut nihil, ſed quando ut aliquid.

CLXXXIII.
Quæruntur opportuna vocabula, ut duo Entium rationis genera inter ſe diſtinguantur.

ENtia rationis, ut vidiſti, ad duo genera, ſeu claſſes reduximus: nam, licèt in omnibus duæ res incomponibiles uniri debeant, in alteris Unio eſt ipſis rebus incomponibilibus extrinſeca, & conſiſtit in actu Mentis illas ſimul intelligente: in alteris eſt intrinſeca, & ſe tenet ex parte Objecti, & conſiſtit in Unione verâ, & reali intellectâ (nam unio quoad quiditatem ficta, nequit concipi) & poſitâ ubi non poteſt eſſe. Supereſt, ut convenientia adſignemus vocabula, ut unum ab alio diſtinguamus; aliàs enim loqueremur æquivocè, & Auditor neſciret, de quo ente rationis intelligi deberet Reſolutio.

De Adjectivis Proprius & Metaphoricis.

Hìc me profectò juvaret Lingua Aſſyria, quæ addita particula **no**, vera & propria à ſuis Subſtantivis adjectiva deducit: & addito **noio**, metaphorica: quam obrem **ſmaio** ipſis *Cælu* eſt, **ſmaiono**, *res, quæ eſt vera cæleſtis*, & **ſmaſonoio**, res, quæ non eſt *re vera cæleſtis, ſed rebus cæleſtibus ſimilis*. Unde, cùm entia rationis, non ſint vera *E*ntia, ſed veris ſimilia, in hac poſſent linguâ nomina convenientia ſortiri. Sed, quia Chaldæa à noſtrâ Hiſpaniâ nimis diſtat, & Græcia, & Latinum interſunt, ab illâ, nomina opportuna ſumamus.



In Legitimum & Illegitimũ Ens rationis à Latinis dividitur.

Sanè *ens rationis*, in quo (ſic præſcribente Herice) Unio eſt extrinſeca; quod, quia ſecundum leges Intellectui humano à Naturâ præſcriptas, poteſt concipi, Latinè *Legitimum* vocari poterit. Alterum autem ens rationis, in quo (ſic jubente opinione communi) Unio eſt intrinſeca & ſe tenet ex parte Objecti; & quia ſecundum Intellectûs humani vires à Naturâ conceſſas nequit concipi, *Illegitimum Spurium*-que (aut certè, ſi hæ dictiones non placeant, *Fictitium*) nominari poterit.

à Græcis in παρόν. & ψευδόν.

Prætereà ens rationis Legitimum Græcè dicatur Παρόν, & Illegitimum vocetur Ψευδόν. Et, ut nomina intelligas, ad eorum fontes, origineſque recurramus.

Porrò ὁ παρών, ἡ παροῦσα, τὸ παρόν Participium eſt Verbi πάρειμι, quod ex Præpoſitione παρά, εἰμί, Verbo Subſtantivo componitur. Nota eſt Verbi εἰμί ſignificatio æquivalet enim Verbo Latino *sum*: at Præpoſitio παρά minuit ſignificationem: nam quæ priùs erat propria, poſteà in impropriam ſeu in metaphoricam tranſit.

Verbum Δοκέω (cujus Futurum in σω, & in ξω deſinit) eſt *opinor*. Unde Δογμα, & Δόξα, *Sẽtẽtia*, & Δοξάζω, *judico*. Et additâ Præpoſitione Πάρειμι, *Sum metaphoricè, Exiſtentis ſum ſimilis*. Et talis eſſendi modus, apud Oratores convenit advocaris. Hinc Παράδοξον, frequentiſſima eſt dictio, quæ ſignificat quandam Propoſitionem [*] eſt Propoſitio quædam, quæ tametſi nec ſit δόγμα, nec δόξα, Aſſertio vera & certa, præſefert Veritatis & Certitudinis quamdam ſimilitudinem. Παρόν igitur, erit *ens rationis legitimum*, *quod licet non ſit verum ens, fert præ ſe entis veri & categorici ſimilitudinem.* Unde παρών χρόνος, *Quod eſt ſimile tempori*; & hoc *Tempus rationis*, ſeu *Tempus imaginarium* poteſt nomine à Philoſophis ſignificari.

*] *De Paradoxis Stoicorum ſcripſit librum curioſum Cicero. Et quia in eo non* παράδοξον *ita accipitur, ut ſignificet propoſitionem, quæ primo aſpectu eſt falſa, & poſtea præter expectationem eſſe vera ſuadetur. Sic illud rationis Ens* παρόν *vocari poterit, quod tametſi primo adſpectu impoſſibile ſit, contra multorũ opinionem & expectationem oſtenditur eſſe poſſibile.*

De Ente rationis illegitimo.

Alterum vocabulum; nempe, Ψευδόν, quo *Ens rationis fictitium* ſignificari juſſimus dilucidemus.

Quo modo Græcè poſſit denominari?

Ψεύδω eſt idem quod *falle*, unde Ψευδής *fallax*: Et in compoſitione, Ψευδοπροφήτης, *fallax Propheta*; Ψευδομοναχός, *falſus Monachus*; & Ψευδόδοξον, *Aſſertio falſa* quæ etiam vocari ſolet Ψευδὴς λόγος.

Ergo

Digitized by Google

Prodeſt vocabulorũ diſtinctio, ut λογομαχίας, & æquivocationes tollantur.

Ergo Ψευδειμι erit idem ac Ψευδῶς εἰμὶ, *falsò ſum*. Et Ψευδὸν, idem protſus erit ac τὸ Ψευδῶς ὂν, *Falſum ens*.

Invenimus ergo conveuientia vocabula, ut illa duo genera entium tationis diſpeſceremus: aptè enim *Legitima* πάροντα, & *Illegitima* Ψεύδοντα poterunt nuncupari.

Sexta.

CLXXXIV. Entia rationis æquè ac entia realia, in tribus ſtatibus poſſunt conſiderari.

*E*Ntia rationis fictitia, ſive Ψεύδοντα, ſi dantur, in tribus deberent ſtatus conſiderari. Primò ſecundum eſſe quidditativum. Secundò, ſecundum Eſſe Poſſibile, quod antequam eſſent, habebant. Et Tertio ſecundum Eſſe exiſtentiale quod nunc habent.*

Habet eſſentiã quidquid definitionem; & contrà.

Prima pars Cõcluſionis demonſtratur clariſſimè; Quia ens rationis, quidquid illud ſit, habet propriam Definitionem. Ergo & propriam eſſentiam; nam Definitio eſt oratio rei eſſentiam exponens. Ergo ſecundum ſuam eſſentiam poteſt intelligi & conſiderari. Et hæc dixero P. Philippo de Sanctiſſimã Trinitate, & aliis Viris doctis conſentiens. Ipſe enim *in Summa Philoſoph. part. 1. quæſt. 2. art. 2.* hanc Concluſionem defendendam adſumit. *Eſſentia entis rationis non conſiſtit in denominatione extrinſecâ præcisè, ſed in hoc, quòd, cùm nihil ſit in re, habeat eſſe objectivè in intellectu.* Et poſteà, ut hanc poſteriorem partem Cõcluſionis perſuadeat, ſic ſcribit [Probatur ex Definitionibus entis rationis communiter acceptis, &c.] Et poſt adductas Definitiones, quæ omnes ſuum evincunt intentum, addit. [Tale ens, quod cùm nihil ſit in re, habet tamen eſſe objectivè in intellectu, opponitur Nihilitati: quod enim eſt omninò nihil, nullum habet eſſe in ſe, nec objectivè in intellectu. Et aliunde illud ens non eſt ens reale, ut ex ſe patet; nam ens reale habet eſſe in re, ſive à parte rei. Ergo eſt ens rationis, quod eſt medium inter ens reale, & purum Nihil, &c.]

An Ens rationis ſit quædam extrinſeca denominatio?

Vtrùm Ens rationis ſit quid medium inter Nihilum, & Ens reale?

Stando igitur noſtræ Dialecto Metaphyſicæ, illud *Eſſe quiditativum*, quod ens rationis, ſi daretur, haberet, non eſſet Saɀe, id enim convenit entibus realibus; ſed eſſet Saɀre, *Eſſe quoddam quiditativum imperfectum*.

An Saɀre entibus rationis conveniat?

Secunda pars oſtenditur: quia, ſi Petrus nunc facit ens rationis, nunc fit ens rationis à Petro. Ergo illud quod nunc fit, ab æterno ſuo modo poſſibile & futurum fuit.

An entia rationis Exiſtentiã objectivam, Poſſibilem, Futuram, Præſentem, & Præteritam, habeãt?

Et Tertia ab his, qui entia rationis admittunt, nullo negari modo poteſt.

Secundam Concluſionis partem *loc. cit. columm 20.* de entibus rationis Dialecticis eſſe veram aſſerit Lalemandetius; inquit enim. [Notabis pleroſque, Recentiores decipi malè intelligentes illud dictum commune, *Ens rationis non habet eſſe niſi objectivum, nec eſt, niſi dum actualiter cognoſcitur ab intellectu, ſeu habet tantùm eſſe cognitum*. Falluntur, inquam, nec adverterunt doctrinam Soncinatis, & Petri Nigri *loc. cit.* dicentium, quòd dum dicimus ens rationis habere tantùm eſſe objectivum, aut eſſe cognitum, non ſic eſt intelligendum, quaſi non ſit entia rationis, niſi dum ea apprehendit intellectus, aut dum ipſi actualiter objiciuntur; hoc enim meritò ajunt eſſe falſum, quando intellectus dicit quòd paries ſit albus, relatio aut denominatio ſubjecti convenit parieti, etiamſi intellectus non apprehendat illam relationem aut denominationem, imò quamvis non conſideret ipſum parietem ſub ratione Subjecti, nec albedinem ſub ratione prædicati. Sic ergo intellige, *Ens rationis tantùm habet eſſe cognitum*, ideſt, nunquam ens rationis eſt, niſi illud intellectus apprehendat, aut objectum reale, ad quod ens rationis conſequitur.]

Ens rationis, quod hodie concipitur, heri, antequam conciperetur, erat conceptibile, & concipiendum: & cras, quando jam nõ concipiatur, dicetur fuiſſe aliquando conceptum

CLXXXV. Enti rationis Complutenſes negant eſſe poſſibile, & quiditativum.

*S*Anè ab hac Sententiã, quæ in entibus rationis *Eſſe quiditativum* quale, quale, (hoc eſt Saɀre) ac propterea *Eſſe poſſibile* admittit, ſe *ubi ſupr.* Complutenſes ſubducunt; *objiciunt enim ſibi Primò*. [Ens rationis, antequam cognoſcatur; non eſt Ens; Ergo antequam cognoſcatur, non eſt cognoſcibile. Patet conſequentia; quia cognoſcibilitas eſt paſſio entis. Ex quo ulteriùs ſequitur ens rationis unquam cognoſci. Nam quomodo cognoſcetur id, quod non eſt cognoſcibile priuſquam cognoſcatur?] *Et objiciunt ſecundò* [Quidquid attingitur per intellectum poſſibilem præſupponitur factum intelligibile per intellectũ agentem: Sed ens rationis, antequam actu cognoſcatur, non præſupponitur cognoſcibile, ut probatum eſt: Ergo nequit terminare cognitionem & habere *eſſe* per illam.

Contra ſuam doctrinã duas Objectiones proponunt.

Vtrùm Entia rationis antequàm cognoſcantur actu, potentia ſint cognoſcibilia?

Non ſunt contemnendæ iſtæ Objectiones; nam, ut video, à Complutenſibus non diſſolvuntur. Ad priorem enim reſponſuri, Antecedens concedunt: Ex quo tamen non infertur, quòd ens rationis ſit abſolutè incognoſcibile: ſed ſolùm quòd non ſit in ſe ipſo priùs cognoſcibile, quàm cognoſcatur in actu. Quod ideò eſt: quia actu cognoſci eſt de ejus eſſentiã; & quando actus eſt de eſſentiã entis, poſſibilitas non præcedit actum in eodem ente. Sicut quia exiſtere eſt de eſſentiã Dei, ideò in eo poſſibilitas non præcedit exiſtentiam.

Non autem valet hæc Reſponſio, quoniam ſupponit id, quod quæritur. Supponit enim *actu cognoſci eſſe de Eſſentiã entis rationis*, quod à Lalemandetio negatur. Nam, ſicut actus ille Intellectûs, antequam eſſet, fuit poſſibile, ſic etiam hujus actûs objectum, antequam actu cognoſceretur, erat cognoſcibile. Vel dicito, An-non hæc Propoſitio in ſententiã communi ſit vera, *Poſſibilis eſt actus intellectûs, qui Hircocervum concipiat*? Ergo, ſicut intellectioni actuali objectum actualiter cognitum correſpondet: ita ſimiliter intellectioni poſſibili objectum poſſibiliter cognitum (ſive objectum cognoſcibile) correſpondebit. Stat ergo, *actu cognoſci* requiri, ut ens rationis exiſtat de facto objectivè: ut autem exiſtere objectivè poſſit, ſufficere, *quòd ſit cognoſcibile*.

Non eſt legitima Reſponſio, in qua ſupponitur, quod impugnatur.

Cognitum actuali cognitioni reſpondet: & Cognoſcibile cognitioni poſſibili.

Præterea ex reſponſione à Complutenſibus exhibitã, ſuæ ſententiæ firmiorem poſſunt probationem Adverſarii deducere. Quoniam poſſunt inſtare. Repugnat aliquid heri non fuiſſe, & eſſe hodie, quod heri non fuerit futurum, aut etiam ab æterno poſſibile. Sed, per vos, ens rationis, quod hodie fit, heri non erat nec ab ęterno fuit poſſibile (nam de ejus eſſentiã eſt actualiter cognoſci, & objectivè exiſtere.) Illud igitur quod ens rationis dicitis, eſt in ſuomet genere impoſſibile.

Retorquetur Complutenſiũ Reſponſio.

Et

Quæ de Dei exiſtentia dicuntur, contra rationis Entia militant.

Et non ſcio, cur ad Dei exiſtentiam recurrunt, ut eſſentiam Entis rationis dilucident. Nam ex ipſomet exemplo, contra illos fortiſſimum poteſt argumentum formari: ſic enim poſſent Adverſarii diſcurrere. Si Deus haberet principium finemque: hoc eſt, ſi fuiſſet tempus, in quo Deus non erat, & venturum eſſet tempus, in quo Deus non foret, de eſſentiâ Dei actualis exiſtentia non eſſet; ſed antequam eſſet, fuiſſet poſſibilis & futurus; & poſt eſſe deſineret, eſſet præteritus. At ens rationis actu in intellectu Petri exiſtens, habet principium, finemque, nam fuit tempus, in quo nondum erat, & erit tempus, in quo jam non erit. Ergo antequam eſſet, futurum, & poſſibile erat: & cùm jam eſſe deſinat, erit præteritum.

Utrùm Ens rationis antequã ſit, ſit poſſibile?

Tranſeamus ad Objectionem alteram, videamuſque, quo illam modo Complutenſes diſſolvant. Reſpondetur (inquiunt) quòd intellectus cognoſcitivus non comparatur ad Ens rationis per modum paſſi, aut paſſibilis, ſed potiùs per modum agentis; ſiquidem illud producit, & facit ſimul actu cognoſcibile, & cognitum. Et ideò Ens rationis non ſupponitur actioni intellectûs poſſibilis: neque per ſe & ratione ſui petit operationem Intellectûs agentis, ſed propter illa objecta realia ad quorum ſimilitudinem cognoſcitur.] Sed hæc Reſponſio non videtur ſufficere, nam (quidquid ſit de Intellectûs Agentis, Poſſibiliſque diſtinctione, quæ in Peripatu à Philoſophis univerſis admittitur) redit Argumentum contra alteram Objectionem formatum. Nam ſi ille actus, quo Ens rationis cognoſcitur, priùs potuit exiſtere, quàm exiſteret: etiam illius actus objectum, priùs potuit cognoſci, quàm de facto cognoſceretur.

Videtur ficta ab Ariſtotele Agentis & Poſſibilis Intellectus diſtinctio

Omnia, quæ inceperunt eſſe, antequam eſſent, fuerunt poſſibilia.

Stat igitur, ſicut in Entibus realibus **ſare** & **ſere** (eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale) diſtinguitur: ſic ſimiliter in Entibus rationis, ſi darentur, diſtingui debere **ſaire** à **ſeire** (eſſe poſſibile objectivum ab eſſe actuali objectivo) eſt enim inintelligi, quod aliquid ſit, quod non erat, & hoc non fuiſſe poſſibile antequam eſſet.

CLXXXVI.

[*] Illud eſt, quiditatem, & non exiſtentiam importat.

OBjectionem & Reſponſionem præcedentem, P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate (*loc. cit.*) hauſit à Complutenſibus: hoc enim contra ſe Ratiocinium præmittit. [Ens rationis antequam cognoſcatur, non eſt [non habet ullum eſſe quiditativum] aliàs eſſet Ens reale, nec ſolùm [*] haberet eſſe objectivum; Ergo non datur Ens rationis: Patet Conſequentia: Nihil enim cognoſcitur, niſi præſupponit primum; & actualis cognitio intellectus poſſibilis ſupponit cognoſcibilitatem objecti factam per intellectum agentem: Sed nihil eſt cognoſcibile niſi ſit; quia cognoſcibilitas, ſive veritas (idem enim ſunt) eſt proprietas entis, & proprietas ſupponit eſſentiã, Ergo non datur ens rationis.] Hoc eſt Argumentum, quod contra doctrinam ſuam P. Philippus objicit. Videamus qualiter illi reſpondeat: &, an ejus Reſponſio ſatisfaciat.

An omnia, quæ de facto cognoſcuntur, antequam cognoſcerentur, fuerint cognoſcibilia?

[a] Vera eſt hæc Propoſitio, ſi eſt, & exiſtit pariter dem. Cæterũ, ſi eſt importet [illegible] eſſentia, erit falſa; Ens enim rationis à cognitione habe:

Dicendum (inquit) eſt quòd ens rationis, quia per ipſum cognoſci, & non aliter [a] ſit & exiſtit, ideò ſimul cognoſcitur, & eſt cognoſcibile; quia quando actus eſt de eſſentiâ rei, ut patet in Deo, non ſupponit in eâ potentiam, nec ſit cognoſcibile per intellectum agentem, cujus officium eſt objecta materialia facere actu intelligibilia per abſtractionem ſpecierum intelligibilium à phantaſmatibus, quod non competit enti rationis, unde nec ejus actionem præſupponit; ſed ſit per intellectum poſſibilem modo explicato, reſpectu objecti materialis ſe habeat tantùm ut patiens, ex quo denominatur poſſibilis, ſive paſſibilis.]

Seire imperfectè, ſeu objectivè exiſtere) at verò Saire (illud eſſe quiditativum imperfectam, quod habere dicitur) aut non habere debet, aut debet aliunde recipere.

CLXXXVII.

Patrem Philippum etiã poſt fatum veneratur Caramuel.

At (quod pace Optimi Amici dixerim) hæc Reſponſio non placet. Supponit enim id, quod quæritur; quoniam non ſubſiſtit illa propoſitio cauſalis. *Ens rationis, quia per ipſum cognoſci, & non aliter ſit, & exiſtit, ideò ſimul cognoſcitur & eſt cognoſcibile.* Non ſubſiſtit, inquam: quia in ente rationis id quod cognoſcitur, & ipſummet cognoſci, eſt conſiderandum. Id quod cognoſcitur à cognoſci, & à cognoſcere diſtinguitur. Nam quando quis Hircocervum intelligit: datur Intellectio, quæ eſt actus mentis, qui Hircocervum imaginatur; datur Hircocervus conceptus, qui objectivè exiſtit, & illam Intellectionem terminat, & datur *fieri* hujus objecti, quod eſt cognoſci: nempe, denominatio ab activâ cognitione deſumpta. Quæ omnia ita ſunt vera, ut cogar iterum producere P. Georgium de Rhodes *in Philoſophia Peripatetica lib. 1. diſp. 2. qu. 1. ſect. 2. pag. 16. b.* dicentem *Nullam eſſe cognitionem cui non correſpondeat aliquod objectum: ſi enim cognoſco aliquod objectum, quod dicitur objectum cognitionis.* Quâ doctrinâ, repetitâ, & præmiſſa, hæc Aſſerta ſubſcribo.

Quænam in Ente rationis veniant conſideranda?

An fieri ſit poſterior re facta?

Subjectum eſt prius quàm ejus forma.

Primum. Calor in ligno (ſi rem benè perpendas) non ſit per fieri, ſeu calefieri [b] ſed per facere, ſeu calefacere. Quia calor productus eſt ſubjectum τοῦ *fieri*, ſeu *calefactionis paſſivæ*. Ergo ens rationis non ſit per fieri, ſeu cognoſcere; ſed per facere, & cognoſcere, ſit. Ergo Ens rationis eſt ſubjectum τοῦ *fieri*, & τοῦ *cognoſci*. Ergo eſt priùs. Suum igitur **ſaire** (eſſe quiditativum, quale quale) à cognitione non dependet; ſed ſuum **ſeire** (eſſe exiſtentiale objectivum) provenit ab intellectione.

b] P. Rodericus Arriaga, quem multi ſequuntur, ſubjectum in Paſſo τὸ fieri, & illud putat ante rem factam eſſe: unde Creationem cùm non poſſit habere Paſſum, aut Subjectum, cui inhæreat, concedit adhæſionis ſubjectum. Tu autem dic, Creationem activã eſſe Scientiam Dei, per Divinam Voluntatẽ applicatam. Ejuſque terminum eſſe creaturam productam. Et Creationem paſſivã eſſe relationem ad Creatorem, rei creata inhærentem.

Entis definitio explicatur.

Secundum. Hæc, quæ paſſim auditur Definitio, *Ens rationis eſt, cujus eſſe eſt cognoſci*, ſi benè intelligatur, eſt bona. Et benè intelligetur, ſi illud *eſſe*, non ſit **ſaire**, ſed **ſeire** hoc eſt, non ſignificet eſſe quiditativum, ſed exiſtentiale tantummodò. Quoniam rationis entia ab intellectione exiſtentiam objectivam participant: eſſentiam autem cognoſcibilem habent ab omni humano intellectu independentem. Sed à quo illam recipiunt? Quæſtio eſt gravis: & decidetur Concluſione ſequenti: nempe num. 189.

An Ens rationis priùs cognoſcibile ſit, quàm cognoſcatur?

TERTIUM. Illa verba, *Ens rationis ſimul cognoſcitur, & eſt cognoſcibile*: nam æquipollent his, *ſimul cognoſcitur, & incipit eſſe cognoſcibile*, ſunt falſa. Quia ſicut hæc Propoſitio, *Homo eſt Ens cognoſcibile, & realiter producibile*, eſt æternæ veritatis: ſic etiam hæc *Hircocer-*

vus eſt ens cognoſcibile, ſed realiter improducibile.

CLXXXVIII.
An in hoc, inter Entia rationis Logicalia, & Phantaſtica adſignanda ſit aliqua differentia?

HANC doctrinam, quæ in ipſo ente rationis (ſi detur) Saire, & Seire (*Eſſe quidditativum, & eſſe exiſtentiale*) diſtinguit: aſſeritque Intellectum humanum, cùm dicitur facere ens rationis, non ſaimere (non facere illam eſſentiam objectivam) ſed ſeimere (*facere, quòd objectivè exiſtat*) ego debere aſſero univerſim admitti. At illam Lalemandetius loco citato reſtringit ad Entia rationis Dialectica: illam enim admittit in Secundis Intentionibus Logicis: at in cæteris entibus rationis (quæ *Phantaſtica* appellat) opinatur eſſentiam ab exiſtentiâ non diſtingui. Unde diſcurrit ſic. [Concedo Entia rationis chimærica nō eſſe, niſi dum ea intellectus actualiter conſiderat, etſi enim cornua cervi cum pectore bovis, & pedibus hominis conjungā, ſitque ens rationis chimæricum, illud tamen non habebit diuturniorem exiſtentiam, niſi quatenus, & quamdiu intellectus actualiter facit illam compoſitionem; quamvis enim cognoſcat cornua cervi, pectus bovis, & pedes hominis, non reſultabit tamen ens rationis, ſed neceſſe eſt, ut ea ſimul conjungat, idque per intellectum; at in Entibus rationis Logicis longè aliter res ſe habet, ex eo enim quòd intellectus cognoſcat naturam humanā abſtractam in ordine ad ſua inferiora, ſtatim reſultat Ens rationis, quod dicitur *ſpecies*, & licèt intellectus actualiter non cognoſcat ſpeciem, ſpecies tamen erit ens rationis, at niſi actualiter cognoſcat, & conjungat prædictas partes, ex illis non reſultabit illud Ens rationis chimæricum, reſultabit verò Ens rationis Logicum ex prædictâ cognitione naturæ humanæ; etſi ipſummet directè non cognoſcitur, ſed quid aliud nimirùm, ut dixi, res cognita, ex quâ pullulat. &c.] Hæc ille.

N. B. Ego ſanè ſi conſulerer à Lalemandetio, aliter Entia rationis Logica à Chimaris diſtinguerem. Dicerem illa in diviſione; iſta in compoſitione ſubſiſtere: utraq; enim impoſſibile eſt: quemā loquendo realiter, quàm impoſſibile eſt hinnibilitatem rationalitati identificare, tam eſt impoſſibile inter animalitatem & rationalitatem identificationem auferre. Ergo Ens rationis Chimaricū in impoſſibili cū poſitione; & Ens rationis Logicū in impoſſibili diviſione conſiſtit. At quod realiter impoſſibile eſt, per intellectum fieri poteſt, Et, ſi ſemel admittatur hypotheſis, cætera neceſſariò ſequuntur.

At hæc omnia videntur ſeire (*eſſe exiſtentiale*) concernere; cùm de ſaire (*de eſſe quiditativo*) in particulari ſit ſermo.

Ex verbis Lalemandetii cōtra illum argumentum deducitur.

Ut autem oſtendam non in entibus rationis Logicis tantùm, ſed etiam in Phantaſticis prius eſſe τὸ ſaire, quàm τὸ ſeire utar ejuſdem verbis, & ex illis meum formabo argumentum. Inquit ille. *Quamvis cognoſcat cornua cervi, pectus bovis, & pedes hominis, non reſultabit Ens rationis* (actuale) *ſed neceſſe eſt, ut ea ſimul conjungat, idque per Intellectum*. Subſumo. Atqui, antequam fiat Ens rationis, cornua cervi, pectus bovis, & pedes hominis, ſunt cognoſcibilia, & per intellectum conjungibilia, ergo ens rationis Phantaſticum, antequam fiat, eſt factibile. Ergo antequam fiat, eſt poſſibile. Ergo habet quiditatem à propriâ exiſtentiâ diſtinctam.

Eſt Ens rationis antequam cognoſcatur, cognoſcibile.

SEPTIMA.

CLXXXIX.
De Cauſa Efficiente Entium rationis.

E*NTIA rationis, fictitia, nempe, ψεύδοντα) ſi darentur, haberent ſuum* ſaire, *&* *ſuum* ſeire (*videlicet* Eſſe quiditativum, imperfectum, & Eſſe Exiſtentiale imperfectum) *& ſecundum utrumque eſſe, deberent Cauſam habere*.

Eſt communis, & à pleriſque omnibus affirmatur Philoſophis. Et conſultò *à pleriſque* dixi; quoniam à Soncinate, & Petro Nigro negatur: & à Lalemandetio diſtinguitur: jubet enim ut Efficientem Cauſam indirectam, non autem directam Entia rationis habeāt: & poſteà ſatis confusè utriuſque Cauſæ differentiam exponit. Et *Primò*, agendo de ſeire (*eſſe exiſtentiali imperfecto*) probatur clariſſimè noſtra Concluſio.

Quinam eam concedant, & quinam illam negent?

Quia quidquid exiſtit, & tamen diſtinguitur à Deo, debet Cauſam Efficientem habere. Sed exiſtere Entia rationis dicuntur, & ipſa non ſunt Deus. Debent igitur, ſi exiſtunt, Cauſam Efficientem habere.

Excepto ſolo Deo, omnia, quæ exiſtunt, ab aliqua Cauſa Efficiente proveniunt.

Præterea. Illud, quod aliquando exiſtit, & aliquando non exiſtit, neceſſe eſt, ut ſuum eſſe, aut exiſtere, illud ab aliquo Efficiente recipiat. At ens rationis, quando intelligitur habet *eſſe*, & quando non intelligitur, illud non habet. Ergo neceſſe eſt, ut (illud ſeire) illud *eſſe*, quod habet (quale, quale illud ſit) ab aliquo Efficiente recipiat.

Omnia, quæ contingenter exiſtunt Cauſam habent.

Sed à quo? Suum Seire (*eſſe exiſtentiale imperfectum*) ab intellectu ens rationis recipere, communis aſſeverat Opinio. P. Joannes Lalemandetius *in Metaph. diſp. 4. p. 2. colum.* 82. ab Imaginativâ; & *column.* 84. à Voluntate, Entia hujuſmodi poſſe formari aſſerit, & monet, quæ à voluntate fiunt, non debere *Entia rationis*, ſed *Entia Voluntatis* vocari. Ergo, quæ ab Imaginativâ fabricentur, *Imaginationis Entia* nominabuntur. Nos autem, quia ſimilia entia nec ab Imaginativâ, nec ab Intellectu, nec à Voluntate poſſe fieri in Metalogicâ noſtrâ ſtatuimus; & tamen linguâ dici poſſe affirmamus, *Entia Linguæ* (priùs ignota, & inaudita) in Scholas induximus, definivimuſque *ea conſiſtere in duabus incomponibilibus formalitatibus, quæ nec realiter divinitùs, nec intentionaliter humanitùs; ſive per Imaginativam, ſive per Intellectum, ſive per Voluntatem, queant conjungi; & tamen verbaliter conjunguntur de facto.* Et talia Linguæ monſtra ſunt *Homo irrationalis, Triangulus Sphæricus, Tenebræ coruſcantes*.

De Entibus rationis.

De Entibus imaginationis.

De Entibus Voluntatis.

An dentur, & quid ſint Entia linguæ?

Et *ſecundò*, agendo de ſaire (*eſſe quiditativo imperfecto*) non habere Cauſam efficientem humanam, certum eſt. Utrùm autem rationis entibus impertiatur Deus illud ſaire, quod habent, inferiùs decidetur.

An Saire Entium Rationis habeat Cauſam?

CXC.
In quonam Cauſæ genere ad Entia rationis fabricam Intellectus cōcurrat?

SED in quo Intellectio, aut humanus Intellectus genere ad Entis rationis ſeire ſeu eſſe exiſtentiale imperfectum concurrit?

Ediſſerit Quæſtionem hanc Lalemandetius *ubi ſupra*, & non ſine ingenii laude P. Antonius Bernaldo de Quiros *in Curſûs Philoſoph. tr. 7. diſp. 107. ſect. 6.* ubi ſic ſcribit, [Ut pleniùs dicta intelligantur, explicandus eſt modus, quo cauſatur ab intellectu ens rationis, ſeu in quo genere concurrat cognitio ad illud efformandum: &c.] Quæſtioni ſic propoſitæ per ſingulas Cauſas diſcurrendo, reſpondere potuiſſet; at ſolùm Formalis, & Effectricis meminit; ſupponit enim in Entis rationis conformatione non poſſe Intellectionem, ut Cauſam Materialem, aut Exemplarem, aut Finalem concurrere.

De quocumque genere Cauſæ quæſtio moveri poterit.

Supponit primò, & benè Bernaldus, Ens rationis, nec Cauſam materialem, nec Subjectum habere. Subſcribit D. Thomæ *opuſc.*

An Ens rationis Subjectum, aut Cauſam materialem habeat?

48.

48.*n*.2.contra Scotum *in Logicâ qu.*9. *&* 11. *de Univerſalib.* Scoto ſubſcribit Lalemandetius *in Logic.diſp.*2.*p.*2. *column.*32. ſequenti ratiocinio confidens. *Quod nullibi eſt, nullo modo eſt. Sed ens rationis aliquo modo eſt. Ergo alicubi eſt.* Et hoc argumentum eſſe elumbe pronuncio, nam ſare cum ſere (*Eſſe quidditativum* cum *Eſſe exiſtentiali*) confundit. Creaturæ enim Poſſibiles & Futuræ nullibi ſunt (ſent) & tamen aliquo modo ſunt: quoniam utræque *ſunt*, hoc eſt, ſant, & Futuræ *ſunt*, hoc eſt, ſunt. Vide Averſam *quæſt.* 1. *de Ente rationis.* Maſium *ſect.*3. *qu.*4. Petrum Nigrum, Soncinatem, &c.

An Poſſibiles & Futuræ Creaturæ ſint alicubi?

Supponit ſecundò Ens rationis nullam Cauſam Exemplarem habere: hæc enim cauſa in ſuo conceptu dicit ſimilitudinem, & inter Poſſibile & Impoſſibile nullam rurſus datur ſimilitudo. Et hanc debent propugnare ſententiam, qui docent Ens prout in Reale, & Rationis dividitur eſſe æquivocum, quibus Soncinas 4.*Metaph.qu.*5.Bañes *in* 1.*p.qu.*28.*art.* 1. & alii Thomiſtæ ſubſcribunt. At Complutenſes, qui deſiderant D. Thomæ exactè propugnare ſententias *in Logic. diſp.* 12. *qu.*2. §.1. *num.*8.ſic ſcribunt. [Dicendum eſt, Ens non eſſe purè æquivocum reſpectu Entis Realis, & Rationis, &c.] Et hanc Reſolutionem dicunt eſſe Ariſtotelis 4.*Metaph.cap.*2.& propugnari à S.Thomâ *ibid.& qu.*2.*de Verit. art.*11.*ad* 5. & eam probant his verbis. [Ens rationis fit, & cognoſcitur ad modum Entis realis. Et quidquid de ente rationis dicitur, explicatur per reſpectum & proportionem ad ens realo. Ergo ens non dicitur purè æquivocè de illis: Patet Conſequentia: nam inter æquivocata, ut talia, nulla attenditur proportio, aut ſimilitudo. &c.] Ex quibus ſubinferri poſſet ens reale eſſe exemplarem entis rationis Cauſam; nam ens rationis præſefert entis realis quamdam ſimilitudinem.

An Exemplarē Cauſā habeat Ens rationis?

An Ens reſpectu Entis realis & rationis ſit æquivocum?

An Entibus realibus ſit ſimile?

Supponit tertiò Ens rationis Cauſam non habere Finalem. At hoc negare poterunt univerſi, qui ens rationis eſſe Logicæ Objectum pronuncient. Et ipſi ſunt Ariſtoteles 4. *Metaph.cap.*2. & D.Thomas *ibid.lect.*4. quos, ut Maſius *de object.Logic.ſect.*1.*qu.*3.& Complutenſes *in Log.diſp.*1.*qu.*2.§.2.*nu.*9. teſtantur, ſequuntur univerſi Thomiſtæ. Iſti igitur negare Bernaldi Reſolutionem poſſent, dicendo, Logicum, ut dirigat Mentis operationes, Entia rationis, hoc eſt, ſecundas intentiones conſiderare. Et hæc doctrina expreſſè traditur à Complutenſibus *ubi ſupr.*§.4.*num.*13.in Logicâ diſtinguentibus Objectum à Fine. Objiciebatur enim ipſis D. Thomæ autoritas ex *primo ethic.* deſumpta. & [Reſpondetur, inquiunt D. Thomam, non loqui de Objecto Logicæ, ſed de ejus Fine, qui eſt dirigere actus rationis: quem finem adſequitur per notitiam proprii Objecti: ſcilicet Secundarū Intentionum. &c.] Ergo Secundæ Intentiones, ſeu Entia rationis, habent Cauſam Finalem.

An Ens rationis Cauſam Finalem habeat?

De Objecto & Fine Logicæ.

An diſtinguantur inter ſe?

Quo modo ſinem ſuum adſequatur Dialecticus?

CXCI.

Vtrum Ens rationis Cauſam Formalem habeat?

Pergit ulteriùs, & examinaturus, An ens rationis Cauſam Formalem habeat, ſic ſcribit. [Sunt, qui putent Intellectum concurrere in genere cauſæ formalis; quia cùm totum eſſe entis rationis ſit *cognoſci* [*] ſiquidem ad *cognoſci* actus intellectus, ſeu cognitio concurrit ut forma, ſicut ad *album* albedo, ad *fieri* effectio; ita ad *eſſe* entis rationis concurret ut forma, ſeu in genere cauſæ formalis cognitio, & hujus ſententiæ eſt Spinula citatus & impugnatus *diſp.*95.*ſect.*5.Sotus *qu.*3.*Univerſal.art.*1. *dub.*2.*ſupra.nu*,30.

*] *Iam expoſui hoc Aſſertum dicens, Intellectionem dare Enti rationis* Seire, *non* Saire, *hoc eſt, dare exiſtentiam objectivam, non verò imperfectam quiditatem quam habet.*

Præcedentes Autores in ſuo ſenſu abundare permittens, tranſit ad effectricem Cauſam & ſic diſcurrit [Communis ſententia (ait) tuetur ens rationis cauſari à cognitione fingente in genere cauſæ efficientis: ita Suarez *diſp.ult. Metaph.ſect.*2.*num.*4.Scotus *qu.*4. *Univerſal.ad* 3.Conimbricenſes *in Præfat.ad Prædicab. Porphyr qu.*6.*art.*1.Complutenſes *diſp.*2.*Logic.qu.*2 *num.*10,Comptonus *diſput.*15.*Log.ſect.*2.*num.*6. Moventur, quia [agendo de Seire (de eſſe imperfecto, & objectivo tantummodò) quod habet ens rationis, probat ſuam Reſolutionē dicens.] *Primò*, Ens rationis non eſt à ſe. Ergo ab alio; eſſe autem ab alio arguit cauſā efficientem. *Secundò*, Ens rationis jam eſt (dum ſcilicet cognoſcitur) & anteà non fuit: Ergo habet aliquam cauſam productivam ſui & determinativam ut ſit, quæ conſequenter erit efficiens. *Tertiò*, Cognitio dum fingit ens rationis, non fingit ſeipſam, neque ſeipsā pro objecto reſpicit: ergo aliquid diſtinctum eum quo extrinſecè comparatur; extrinſecum autem ut tale cauſari nequit efficientiſſimè.]

An denique Ens rationis habeat aliquā Cauſam Efficientem?

Sed quia ſumus adſueti Cauſas reales efficienter videre, quæ ſuis effectibus exiſtentias ſubjectivas communicant, & enti rationis intellectus, objectivam, & non ſubjectivam impertitur, ut omnis æquivocatio auferatur, ſubjungit [explicatio hujus generis cauſalitatis ſumenda eſt *ex diſp.*95.*ſect.*5. juxtà diſcrimen [*a*] exiſtendi *ſubjectivè* & *objectivè*, quod ibi latè explicui. Nam, ſi loquamur de exiſtentiā *ſubjectivā* in rerum naturâ, ſeu de eo, quod ponit ens rationis ex parte rei, quando dicitur objectivè exiſtere, id indiſtinctum eſt à cognitione, [*b*] & conſequenter, ſicut iſta efficienter cauſatur ab intellectu, ita & exiſtentia entis rationis ſic accepta: exiſtentia autem *objectiva*, ſeu id, ſupra quod cadit denominatio cogniti, & exiſtentis purè objectivè in intellectu, diſtinguitur quidem à cognitione, ut objectum nihil ponens ex parte rei, nec poſitivum, nec negativum abſolutè loquendo ſed *hypotheticè cum contradictione*, v.gr. id ſupra quod cadit denominatio *cogniti* dum affirmo: *exiſtit ſubſtantia ſupernaturalis*; non eſt ipſa cognitio, aliàs non daretur *purè objectivè*, neque item eſt actu aliquod ens poſitivū reale exiſtens, aut poſſibile; ſiquidem ut ſuppono cum verâ ſententiâ, ea ſubſtantia impoſſibilis eſt re ipsâ. Rurſus non eſt objectum illius propoſitionis negatio; nam, & hæc ipſa verè datur ſuo modo; & verè ex parte rei *non eſt*, talis ſubſtantia, ut dixi *num.* 7. *&* 12. Reſtat ergo, ut [ſeire] exiſtentia talis ſubſtantiæ, ſupra quam cadit denominatio *cognita* ſit objectum [*c*] quod ſi *poneretur phyſicè*, *implicaret*, ideòque ſolùm eſt hypotheticè ut condiſtincte à cognitione, per ipſam autem redditur abſolutè exiſtens; non quidem *phyſicè*, ſed *objectivè*, ſeu intentionaliter.

Duo ſunt Cauſarum Efficientium genera.

a] *Ecce duos modos exiſtendi cognoſcit: nempe, ſubjectivum & objectivum: hoc eſt, perfectū, imperfectumq; quos nos* Sere, & Seire, *ad tollendum æquivocationē, nominamus.*

b] *Vna res exiſtens, & altera non exiſtens (ſicut etiam duæ res non exiſtentes) habere poſſunt diſtinctionem quidditativam.*

Ergo (quidquid dicat Bernaldus) Ens rationis ab illa cognitione, quā terminat, diſtinguitur quidditativè.

An ſit poſſibilis Subſtantia ſupernaturalis? An talis Subſtantia cognita, ſit Ens rationis?

c] *Bernaldus ignorat, quod*

Scholion.

Sed quia Subſtantiam Supernaturalem eſſe

cognoſcitur, & ipſum cognoſci in Ente rationis diſtinguit.

Cognitio ergo Enti rationis non dat Saire, *ed* Seire, *non dat eſſentiam objectivã, ſed exiſtentiam objectivam.*

ens rationis Bernaldus valdè confidenter affirmat, placet ex P. Sebaſtiano Izquierdo lineas ſubſequentes exſcribere. Ipſe itaque *in Operis Theologici tom 1.tr.8.diſp.18.qu.14.propoſ.*1.ſic inquit. *Si rationi ſtandum ſit, probabile eſt, non repugnare ſubſtantiam ſupernaturalem, cui viſio beatifica, aut alia ſupernaturalia dona connaturalia ſint.* Et poſteà propoſ. ſequenti ſubjungit. *Autoritas negantium poſſibilem ſubſtantiam ſupernaturalem, cui dona ſupernaturalia debita ſint, nequaquam reddit improbabilem poſſibilitatem talis ſubſtantiæ.* Et hanc ipſam Propoſitionem probat [Quoniam ſoli moderniores Theologi hujuſmodi poſſibilitatem negarunt, non item antiquiores, qui controverſiæ hujus non meminerunt; ſicut neque Patres Eccleſiæ, qui nihil docent tali poſſibilitati planè & manifeſtè contrarium. Ex Recentioribus verò non pauci viri graves, quorum mentionem fecimus num. 233. in eam apertè propendunt, imò palam, & impunè defendunt, quod ad probabilitatem ejus ſatis ſuperque eſt.] In numero, ad quem nos remittit, hæc lego. [Pro affirmativâ verò ſententiâ videntur ſtare, licèt diſſimulent, Molina 1.*p.qu.12.art.5.diſp.2.* & rurſus *art.6.& in Concord.qu.14.art.13.diſp.83. object.4.* Herice *diſp.48.num.63.* Coniuch *tom de Sacram.qu.76.art.7.num.*118. Albertinus *principio* 1. *philoſoph. qu.*3. Clarius Becanus 1.*p.cap.9. de viſi.qu.5.nu.*4. cui apertè conſentiunt Alarcon. *tr.1. diſp.2. cap.8.num* 9 Petrus Hurtadus *in manuſcript. de viſ.* Ripalda *diſp. cit.* latiſſimè per totam defendens ſententiam hanc affirmativã. Quam inſuper tanquam valdè probabilem defendit Arriaga 1 *p diſp.*5.& ſi ſequatur tandem oppoſitam: aliique tenent Recentiores, & ex antiquioribus Major *in* 4. *diſt.* 49. *qu.*4. & Durandus *ib.qu.*2.]

An probabilis ſit ſententia, quæ aſſerit, ſubſtantiam ſupernaturalem Sare: hoc eſt, *habere quiditatem poſſibilem?*

Harum Sententiarum differentia, nec à Fidei articulis, neque à gravi ratione, ſed à mera æquivocatione ſuboritur: nam ſinguli Scriptores Entis Supernaturalis *vocabulo rem diverſam intelligunt*

OCTAVA.

CXCII.

Vtrùm Entia rationis ab intellectione reſultent?

R*Eſolutioni præcedenti, quæ ſtatuit Intellectũ Humanum in genere Cauſæ Effectricis Entia rationis concipiendo producere, non militant Doctores illi, qui aſſeverant eadem entia rationis ab Intellectione reſultare.*

Legis hanc Concluſionem, & antequam eam probare incipiam, te opponis, falſum in eâ ſupponi, affirmans, *Non enim eſt poſſibile, ut rationis Entia ab Intellectione reſultent.* Et quia id clarum, & per ſe notum eſſe exiſtimas, infers, *Non videri poſſibile, ut aliquis vir doctus, entia rationis ab Intellectione reſultare pronunciet.* Et, ut id perſuadeas, iſtud ratiocinium efformas. [Objectum eſt prius actu illo Intellectûs, quo cognoſcitur. Id, quod reſultat, eſt poſterius illo, à quo reſultat. Ergo, ſi ens rationis eſſet Objectum Cognitionis, & reſultaret ab illâ. Eâdem Cognitione eſſet prius, & non eſſet prius: & id abſolutè repugnat.] Majorem (ſeu priorem Antecedentis partem) perſuades. Quia omne contemplabile, & intelligibile Contemplationẽ & intellectionem præcedit. Numeri enim, & Lineæ ſecundum proprias eſſentias, ſunt priores Arithmeticis, & Geometricis Contemplationibus: & Cæli & Sydera, etiam ſecundũ ſuas exiſtentias, ſunt priora Theoriis & Supputationibus, quas de illis Aſtronomi comminiſcuntur. Et Minorem (ſeu poſteriorem

Vtrùm affirmativa ſit vera Sententia, & aliquos Patronos habeat?

An Objectum cognitione ſit prius?

An Numeri præcedant Arithmeticam?

Ao & Geometriam Lineæ?

Antecedentis partem) probas, Quia omnes ſic res apprehendunt, ut exiſtiment, quòd priùs exiſtat truncus arboris, quàm rami, & folia, quæ ab ipſo reſultant, & pullulant.

Reſpondeo, nihil prorſus evinci hoc argumento. Quoniam reſpondeo *eſſe prius*, & *non eſſe prius*, nullam repugnantiam involvere, ſi ſint in diverſis generibus. Et hoc perſuadeo, affirmans, id quod à nemine negari poteſt; videlicet, in Intellectionibus Practicis, debere ordinem intentionis ab ordine exſequutionis ſecerni. Nam Architectus quando hodie intendit Templum aliquod, aut Palatium erigere, habet pro Objecto Templum, aut Palatium poſſibile, quod etiam fieri (immò ab æterno) fuit poſſibile, ac proptereà ipsâmet Intellectione anterius. Ergo [a] Logicus (ſi Logicorum eſt entia rationis facere) quando hodie intendit cogitare Hircocervum, habet pro Objecto Hirco-cervum, quod etiam heri (immò ab æterno) fuit cogitabile, ac proptereà ſecundum ſuum eſſe cogitabile: ac proptereà ipsâmet intellectione fiat prius.

Non datur Cõtradictio, ubi Affirmatio & Negatio in ſenſu diverſo uſurpantur.

a] Si dantur Entia rationis, datur etiam ſpecialis aliqua Scientia, quæ illa ſpeculetur.

Hæc ſufficerent, ut argumento tuo, quâ volebat duas Contradictorias ex Oppoſitâ Opinione deducere, reſponderetur; ſed, quia nolebas credere eſſe Autores, qui Entia rationis per reſultantiam fieri affirment, exhibebo nonnullos, nam multos ſine fructu producerem.

CXCIII.

An revera ſint aliqui, qui Entia rationis per reſultantiam fieri aſſerunt?

Complutenſes *in Logic.diſp.2. qu.3. num.*16. præſeferunt in titulo, *explicatur per quos actus reſultet ens rationis.* Et in corpore. *Conſequens ut inferibile* [*] *reſultat per alias operationes.* Et poſteà num. 18. *Dicendum eſt tertiò, Ens rationis non ſemper fieri per actum propriè reflexũ, ſed reſultare poſſe per actum propriè directum.* Et aliis etiam in locis eodem modo loquuntur.

**] Conſequens antequam inferatur eſt inferibile. Igitur Ens rationis antequam fiat, eſt factibile, & antequam ſit, eſt poſſibile. Quod Complutenſes, P Philippus, & alii cum ipſis, ut vidiſtis, negabant.*

Sed & alii Doctores, ut explicent quo Entia rationis modo fiant, recurrunt ſimiliter ad reſultantiam. D. Bonifacius Bagatta. [PRIMA CONCLUSIO. *A primâ Intellectûs operatione reſultat Ens rationis.* Ita Oviedus *in Metaph. controverſ.*12. *punct.* 6. Serbellonius *tom.* 2. *ſua Philoſophia diſp.3. Metaph qu.unic. de Ente rationis art.*4. Amicus *tr.3. in Logic.qu.6.dub.6. art.*1. Morandus *tr. de Ente rationis qu.* 2. &c. CONCLUSIO SECUNDA. *Ab aliis operationibus Intellectûs etiam reſultat ens rationis.* &c.]

Et ego, quando apud Autores *Ens rationis, reſultare* lego; quia ſunt alia multa verba huic ſimilia [videlicet, *fluere, emanare, pullulare, conſequi.* &c.] doceri velim, Quid ſignificent? Vel enim propriè, vel impropriè ſumuntur. Si dicatur hoc ultimum, non loquuntur Authores Philoſophicâ Linguâ, nam Scholaſtici voces in ſignificatione propriâ accipiunt, & exeſſe jubent univerſas Metaphoras. Si autem illud primum dicatur; videlicet verba in ſenſu rigoroſo ſumi, reſcire vellem, quo Entia rationis modo ab intellectione; quo proprietates ab eſſentiâ; & quo denique ab animâ potentiæ reſultent, fluant, emanent, conſequantur, aut pullulent? Si enim antequam reſultarent, non erant, & poſtquam reſultaverunt, ſunt. Aut habent effectricem cauſam, à quâ fiant, aut ſunt à ſe, quod abſolutè eſt contra Rationem & Fidem.

Exponuntur nonnulla vocabula, quæ alio apud Grammaticos ſenſu, & alio apud Scholaſticos accipiuntur.

Quidquid eſt præter Deum debet ab alio produci.

CXCIV.

Ut video, hæc omnia verba ſonant comprodu*ci* in Scholâ. Et id poſſem teſtimoniis manife-

An Potentiæ ab Anima fluát, & quid ſit illas fluere?

nifeſtis oſtendere. Unum producam. Potentiæ fluunt ab Animâ in opinione Thomiſtarum. Complutenſes *diſp.4. de Anim qu.3. in fin.* [Potentiæ Senſitivæ nihilominùs diſtinguuntur ſpecie, non minùs quàm Principia à quibus fluunt, &c.] Et quid eſt Potentias fluere ab Animâ. Reſpondebo producendo eoſdem, qui *diſp.10. Phyſic. qu.5.* ſic ſcribunt. [Proprietates, & paſſiones, quæ eſſentiam conſequuntur, producuntur à Generante, per eamdem actionem, quæ eſſentiam attingit: nam, qui dat formam, dat etiam per conſequentia ad formam.] Conſonant D. Thomæ, qui *in 1. diſt.17. qu.1. art.2. ad 2.* ſic ſcribit. *Quædam ſunt accidentia, quæ cauſantur ex principiis ſubjecti, & hoc dupliciter; quia vel cauſantur ex principiis Speciei, & ſic ſunt propria paſſiones; quæ conſequuntur totum Speciem: vel ex principiis Individui, & ſic ſunt communia.* Ergo paſſiones dicuntur conſequi Speciem, quia comproducuntur à Causâ, quæ produxit Speciem. Et ſimilia habet idem Sanctus Doctor 1. *Poſter. lect. 4.* & *de ente & eſſent cap.7.* [Et à Complutenſibus *diſp.9. Logic. qu.2. §.2. num. 8.* iſta verba citantur.] Sed & ipſi (Complutenſes) *diſp. 8. Logic. qu.1. num.6.* hanc contra ſe Objectionem proponunt. [Dimanatio Paſſionis ab Eſſentiâ pertinet ad Cauſam efficientem. Sed Genus non poteſt eſſe Cauſa efficiens. Ergo nulla Paſſio dimanat à Gradu Generico. Et concedendo Majorem, & negando Minorem reſpondent. Stat ergo, quod juxta Philoſophicũ Lexicum *dimanare* ſit *effici*. Ergo, ſiquidem *dimanare, reſultare,* &c. eſt *comproduci*, dicendum omninò eſt, quòd in opinione Philoſophorum, qui dicunt, illud eſſe (quale, quale) quod habet ens rationis, ab illo ipſo Intellectu, à quo fit actus, ex quo reſultare dicitur, illud efficitur. Et hanc ob cauſam

Qui dat formã dat conſequẽtia ad formam.

An dimanare idem ac comproduci ſit?

Quid ſit conſequi ſpeciem?

An Gradus Genericus Paſſiones & Proprietates habeat?

De Cauſa entis rationis.

Dicam Sextò. *Rationis entia, ſi darentur,* **ſairent** (*haberent ſuum eſſe fictum*) *diſtinctum ab ipſamet intellectione; & hoc ipſum eorum* **ſaire** (*eſſe fictum*) *ab intellectu humano* **ſeimeretur** (*quaſi efficeretur.*) Corollarium, *Non ergo concurrit Intellectio in genere cauſa* [*] *formalis.*

*] *Hoc Corollarium eſt contra Spinulam, de quo P. Bernaldus ſic ſcribit.* Hujus ſententiæ eſt Spinula, citatus, & impugnatus *diſp.93. ſect.2.* Sotus *quæſt. 9. Univerſ. art. 1. dub.1.* & alii.

P. Antonius Bernaldus de Quiros *tract.7. de Metaph. diſp.107. ſect. 6.* admittit entia rationis ab hominibus reverà fieri; hoc eſt, fingi; & ſic inquit.

[Communis Sententia tuetur ens rationis cauſari à cognitione fingente in genere cauſæ efficientis: Ita Suarez *diſp. ult. Met. ſect.2. nu.4.* Scotus *qu.4. Univerſal. ad 3.* Conimbricenſes *in Præfat. ad Prædicab. Porphyr. qu.6. ar.1.* Compronus *diſp.15. Logicæ ſect.2. num.6.* Moventur, Primò, Quia ens rationis non eſt à ſe; Ergo ab alio: Eſſe autem ab alio arguit cauſam efficientem. Secundò. Ens rationis jam eſt (dum ſcilicet cognoſcitur) & anteà non fuit: Ergo habet aliquam cauſam productivam ſui, & determinativam ut ſit, quæ conſequenter erit efficiens. Tertiò. Cognitio, dum fingit ens rationis, non fingit ſe ipſam, neque ſe ipſam pro objecto reſpicit: Ergo aliquid diſtinctum, cum quo extrinſecè comparatur; extrinſecum autem ut tale cauſari nequit, niſi efficienter.]

Probatur Ens rationis cauſã efficientem habere.

Habent ſimilia Complutenſes, qui D. Thomam 1. *part. qu.16. art.1.* citant, & hæc ſcribunt. *Ex quo fit, quòd Intellectus communicet rebus cognitis aliquod eſſe, per quod conſtituantur intra ipſum: & ſic cauſat eſſe objectivum,* &c. Communicat ergo Intellectus rebus cognitis (Complutenſium ſententiâ) **Sere** ſi ſint poſſibiles; ſi autem impoſſibiles, **Seire**.

Quale eſſe rebus cognitis Intellectus cõmunicet?

CXCV. Pergit ulteriùs, P. Bernaldus, &, ne aliqua æquivocatio ſubrepat, ut intelligamus quomodo Intellectus, non ſolùm, quando concipit rem impoſſibilem, ſed etiam, quando poſſibilem, cauſat ſuum objectum in eſſe repræſentativo, quod utrobique eſt hypotheticum, ſed diverſimodè; quando enim quis concipit ens reale, ens intelligit, quod, ſi daretur, nullam repugnantiam involveret: & quando quis concipit ens rationis, ens intelligit, quod ſi daretur, repugnantiam involveret. Ergo his præmiſſis verba Bernaldi ſubſcribamus: inquit enim.

Eſſe repræſentativum, ſive Ens reale, ſive Ens rationis intelligatur, hypotheticum eſt.

[Explicatio hujus generis cauſalitatis ſumenda eſt *ex diſp.92. ſect.5.* juxta diſcrimen exiſtendi *ſubjectivè* & *objectivè*, quod ibi latè explicui. Nam, ſi loquamur de exiſtentiâ *ſubjectivâ* in rerum naturâ, ſeu de eo, quod ponit ens rationis ex parte rei, quando dicitur objectivè exiſtere, id indiſtinctum eſt à cognitione conſequenter, &c.] Cætera verba habes *num. 191.* ſed quia non ſunt ſatis clara, illa ad hanc ſynopſim reduco. Sic inquam.

Exiſtentia eſt duplex: nempe Objectiva, & Subjectiva.

Debemus tria, (intellectionem, eſſe objectivum, & eſſe ſubjectivum) diſtinguere. Hypotheſis in ente rationis non cadit ſupra duo priora; ſunt enim poſſibilia. Cadit ſupra tertium, quoniam ſi ſubjectivè ens rationis exiſteret, darentur duo contradictoria ſimul vera.

Conſonat eis Arriaga *diſp. 6. Metaph. ſect. 5. num.58.* dicens: [Cauſa quaſi efficiens illius (entis rationis) eſt actus ipſe Intellectûs cognoſcens. Sicut enim Cauſa efficiens realis per realem actionem producit, verum & reale *eſſe*; ita intellectus per actionem intentionalem ſeu repræſentativam producit aliud eſſe, quod ideò dicitur *ens rationis*, illud autem eo modo, quo eſt, diſtinguitur ab ipſo actu, qui eſt quid poſſibile & reale: licèt ejus objectum ſit impoſſibile, *&c.*] Nota illud *quaſi*: conſultò enim ponitur, nam Cauſa efficiens Phyſica ad rem **ſentem** (verè exiſtentem) terminatur: Entia verò rationis in Metaphyſicâ noſtrâ Dialecto, non **ſere**, ſed **ſeire** jubentur.

Illius eſſe, quod rebus cognitis Intellectus cõmunicat, non eſt *Cauſa Efficiens*, ſed *Quaſi Efficiens*.

Hæc omnia hucuſque ſunt promota & adducta, ut ſciamus. *Quid ſit Creatura Poſſibilis?* & *Unde receperint ſuum eſſe Poſſibile. Quid ſit illud ens Diminutum, quod ab Scoto traditur: & quod, tametſi verbis aliis, ab Angelico Doctore admittitur?* Ergo ex verbis, quæ ex Complutenſibus, & Arriagâ retulimus, per analogiam & à fortiori hæc Corollaria deducamus. Et erit

Quænam ex modo, quo Entia rationis plerique omnes Thomiſtæ exponant, contra multos Thomiſtas inferatur?

Corollarium Theologicum.

CXCVI. *Ergo Intellectus Divinus per Scientiam ſimplicis Intelligentiæ, communicat rebus cognitis (hoc eſt, Creaturis Poſſibilibus) aliquod eſſe, per quod conſtituantur intra ipſum; & ſic cauſat eſſe objectivum.* Et eſt ex Complutenſium verbis, quæ paulò antè ponebantur, deſumptum. *Ergo Cauſa quaſi efficiens Creaturarum Poſſibiliũ eſt actus ipſe Intellectûs Divini, qui dicitur* Simplex

De Simplicis Intelligentiæ objecto.

Quid ſint Creaturæ Poſſibiles?

Digitized by Google

An à cognitione Divina diſtinguantur?

plex Intelligentia, *illas ipſiſſimas Creaturas cognoſcens. Sicut enim Omnipotentia (Cauſa efficiens realis) per realem actionem producit verum, & reale eſſe; ita Divinus Intellectus per actionem intentionalem, ſeu repræſentativam producit aliud eſſe, quod ideò dicitur* ens objectivum. *Illud autem eo modo, quo eſt, diſtinguitur ab ipſo actu, qui* ſyt. (*eſt æternaliter exiſtens*) *licèt ejus Objectum (Creaturæ Poſſibiles) non exiſtat, ſed habeat tantùm* Sare, *& non* Sere, *&c.*

Argumentum procedit à fortiori.

An, & cur, qui Negationem concipit, non faciat Entia rationis?

Volui à Recentioribus diſcere, quo modo in eorum ſententiâ homo faciat entia rationis, ut & ſciam, quo Deus modo fecerit entia Poſſibilia, quoniam ſi Intellectus Humanus habet vires, ut rebus cognitis etſi ſint impoſſibiles, aliquod eſſe communicet, ab ipſamet cognitione diſtinctum: Conſequentia poſtulat ut à fortiori Intellectus Divinus rebus cognitis, quæ ſemper poſſibiles ſunt, aliquod eſſe communicet, ab ipſâmet Divinâ cognitione diſtinctum.

Nona.

CXLVII. An Autores Exemplis importuna utantur?

P*Leraque omnia exempla, quæ ab Authoribus, adducuntur, ut* Ψεύδοντα (*entia rationis ficlitia*) *à lmitti debere probetur, ſunt de rebus, quæ ſimpliciter ſunt Poſſibilia.*

Sanè, quæ paſſim adducuntur, non videntur ad rem. Sunt enim *Mons aureus, Hircocervus, Mons ſine valle,* &c. quæ exempla non videntur ad rem; certum eſt enim à Deo poſſe produci montem aureum. De Hircocervo nihil ſecuri aſſumitur; poſſet enim aliquis dicere, non repugnare ut idem ſuppoſitum, Naturam hircinam & cervinam ſuſtentet; Siquidem Fides Orthodoxa nos docet naturas Divinam, & Humanam convenire in Chriſto unitate ſuppoſiti. Sed neque demonſtrabit aliquis duas Naturas non poſſe identificari inter ſe, ſiquidem in Peripatu paſſim dicitur Continuum non habere actuales partes, ſed poſſe habere: & quando de facto illas habet, poſſe illas perdere per ſupervenientem identificationem. Quod dicitur de Monte ſine Valle, apud multos obtinuit, illum enim putant eſſe Chimæricum, & contradictionem involvere. Joannes Lalemandetius, *diſp.7.Metaph.part.1. columa.*128. [Deus ex parte ſuâ habet omnem poſſibilitatem; attamen non poteſt facere montem ſine valle. Undè hoc? niſi quia non eſt poſſibilitas ex parte montis.] Et quidem hoc exemplum eſſe ad rem videretur, niſi demonſtraviſſemus in Matheſi noſtrâ Montes ſine valle divinitùs poſſibiles eſſe; nam ſi Deus ex.gr. Terræ globum in Tetrahedri figuram converteret, tunc quatuor montes Terra, & nullam vallem inter illos haberet. Ergo deberent entium rationis Aſſertores exempla congruentiora proponere; puta ſi dicerent, ens rationis eſſe triangulum ſphæricum, globum cubicum, Deum finitum, aut quidpiam aliud ſimile: Quod reverà impoſſibile eſſet.

Mons aureus eſt poſſibilis.

Hircocervus eſt poſſibilis.

In continuo partes realiter diſtinctæ poſſunt identificari.

Mons ſine valle eſt poſſibilis

Si Terra ad Tetrahedri figuram divinitùs reformaretur, quatuor ipſa excelſiſſimos montes, & tamen nullã vallem haberet.

CXCVIII. Cur lineæ ſubſequentes addantur?

H*Æ*C ſanè pro Concluſionis probatione viderentur ſufficere: placet adhuc hìc tantiſper hærere, & rem iterum perpendere, & conſiderare. Sanè tametſi *in Metalogicâ lib.2 poſt Princip.9.qu.2.num.*169. cum P. Roderico Arriaga uberiorem diſſertationem inſtituerim, quia argumentum præcipuum, cui ipſe confidit, ab aliis etiam Philoſophis aſſumi ſolet, volo hìc illud proponere, ut ejuſdem innoteſcat fragilitas; ipſe itaque *diſp.6.Met.ſect.2 ſubſect.*1. dari entia rationis probaturus, ſic infit. [Tandem idem confirmo; quia ſicut contra negantes ſe apprehendere res ſpirituales, arguimus, ipſos ſibi contradicere; niſi enim res Spirituales apprehendiſſent, non poſſent aliquid certi de illis affirmare vel negare; ita ſimiliter in præſenti dico, eos, qui negant entia rationis, ſibi ipſis contradicere. Cùm enim eſſe entium rationis nihil aliud ſit, quàm ea cognoſci aut apprehendi, eo ipſo quo illa negant, illa apprehendunt; aliàs negarent, & non tamen ſcirent quid negarent, quod eſt ridiculum, Ergo admittunt entia rationis, id eſt, ea apprehendunt.] Hoc argumentum poteſt ad hanc formam reduci. [Entia rationis negat Titius, Scit ergo quid neget; non enim eſt cenſendus entia rationis cœco modo negare; Ergo cognoſcit ens rationis, Ergo etiam facit ens rationis, nam in hac materiâ idem eſt facere ac cognoſcere.] Eſt elumbis hæc ratio; conceſſo enim antecedente & primâ conſequentiâ illud conſequens, *Ergo cognoſcit ens rationis*, diſtinguo, concedo à Titio cognoſci, quid eſſet ens rationis, ſi daretur, non autem, quid illud ſit, quoniam non datur. Et nego facere ens rationis, qui cognoſcit quid illud eſſet, requiritur enim, ut faciat ens rationis, ut intelligat Titius quid illud ſit. Faceret ens rationis, qui conciperet circulum triangularem; non autem qui conciperet circulum, ſi per impoſſibile eſſet triangulus, fore habiturum & non habiturum angulos, fore habiturum & non habiturum tres lineas: hæc enim ſunt vera, & ex hypotheſi neceſſariò ſequuntur.

An, qui negat dari res ſpirituales, apprehendat res ſpirituales?

Et, an ſimiliter qui negat Entia rationis apprehendat Entia rationis?

Ergo facit Ens rationis, nam ea cognoſcere aut apprehendere, eſt illa facere.

Solvitur argumentum.

Aliud eſt cognoſcere, *Quid res eſſet, ſi daretur:* & aliud, *Quid ipſa ſit?*

Corollarium Theologicum.

E*Rgo datur Deus.* Mirabilis alicui, primo intuitu, fortè videri poterit hæc Conſequentia; videlicet, *Non dantur entia rationis, Ergo datur Deus*; ſed illam breviter demonſtraturus ſum. Ergo attende.

Repugnat ut negetur Entia rationis, qui ſit atheus.

Quidquid ab homine concipitur aut eſt poſſibile aut exiſtens [aliàs enim darentur entia rationis, quæ non dari, præſens Corollarium ſupponit.] At Deus ab humano Intellectu concipitur. Ergo Deus aut erit res poſſibilis, aut exiſtens. At repugnat Deum eſſe rem merè poſſibilem. Ergo eſt res exiſtens. Probatur Minor. Dei nomine intelligimus, aggregatum omnium perfectionum poſſibilium & intelligibilium. Ergo, qui non concipit omnes perfectiones non concipit Deum. At exiſtentia eſt perfectio. Ergo, qui univerſas alias perfectiones concipit, ſi tamen exiſtentiam non concipiat, non concipit Deum. Deus igitur in ſuo quiditativo conceptu exiſtentiam includit. Repugnat igitur, ut concipere poſſim Deum poſſibilem.

Nemo poteſt concipere, ut poſſibilem, Deum.

Decima.

CIC. Concipere unam rem pro alia, non eſt facere Ens rationis.

N*ON facit ens rationis, qui loco unius rei concipit aliam, puta, qui loco Angeli juvenem*

venem Aligerum concipit. Eſt contra P. Georgium de Rhodes, qui *Philoſophiæ Peripateticæ lib.1.diſp.2.qu.1.ſect.2.pag.17.a.* hanc objectionē contra ſuam doctrinam proponit. [Implicat, ut ens repræſentet non-ens; nam illud, quod repræſentat aliud debet eſſe illi ſimile. Sed, ſi fingatur ens rationis, erit neceſſe, ut ens repræſentet non-ens. Ergo implicat ens rationis eo modo fingi. &c.] Et reſpondet immediatè [diſtinguendo Majorem. Impoſſibile eſt, ut ens repræſentet Non-ens, repræſentatione verâ, concedit: repræſentatione fictâ, negat. Nam ad hoc, ut unum verè aliud repræſentet, requiritur vera ſimillitudo; ad hoc autem ut repræſentet fictè, non neceſſariò debet habere veram ſimilitudinem, ſed ſatis eſt, ut habeat fictam ſimilitudinem; in eo ſitam [N.B.] quòd Intellectus ponat unum loco alterius. &c.]

An Angelus per modum adoleſcentis conceptus, ſit Ens rationis?

An Ens poſſit Non ens repræſentare?

Rhodeſium igitur in hac Reſolutione allucinari, & eum, qui rem unam loco alterius cognoſcit, non facere ens rationis, probatur, ut puto, clariſſimè; quia iſte talis non fallitur exiſtimans Angelos eſſe juvenes & aliis preditos; ſed cùm careat ſpeciebus propriis dat ipſis figuram, per quam inſinuet eorum aliquas proprietates. Et quia illæ figuræ non ſunt eorum propriæ, reducuntur ad ſymbola, & ſunt ſimiles vocibus ad placitum ſignificātibus. Hæc doctrina eſt veriſſima, & ab iis, qui entia rationis tuentur, & propugnant aſſerta: Arriaga enim in fine Subſect.1.Sect.2. ſic ſcribit [Ex proximè dictis intelliges, cur quando concipimus Angelum per ſimilitudinem juvenis, &c, non faciamus ens rationis, nam non affirmamus, nec apprehendimus ex parte objecti Angelum eſſe juvenem, ideoque non concipitur objectivè eſſe juvenis, ſed ſolùm quaſi formaliter, ideſt, præcedente cognitione juvenis, ex quâ quaſi manu ducimur ad cognoſcendum Angelum eſſe quaſi juvenem ſublatis proprietatibus materialibus juvenis: ut ſic autem certū eſt, nō cognoſci equū eſſe rationalem per actum fingentem, ſed objectivè, qua propter p. enm ſit ens rationis modo dicto, licèt non per cognitionem Angeli.]

An concipere Angelum per modum juvenis ſit facere Ens rationis?

Hinc patet non fieri, aut reſultare ens rationis, quando Privationes, Negationes, aut ipſum Nihil ab intellectu concipitur. Eſt contra communem Opinionem Doctorum: & præcipuè contra Complutenſes, qui *diſput.2. Logic.qu.4.§.1.num.23.* ſic ſcribunt. [Provenit formatio entis rationis ex latitudine cognitionis intellectivæ, quæ ſe etiam extendit ad non-entia. Nam cùm objectum Intellectûs ſit ens, cujus limites tranſilire non poteſt, quantumcumque nitantur apprehendere Non-Entia, ſemper illa cognoſcit ad modum entis, ac proindè facit ens rationis. &c.] Ego autem ſic ratiocinor.

An, & cur, qui Negationes concipit, non faciat Entia rationis?

CC.

Negationes, quomodocūq; intelligantur, non ſunt Entia rationis.

Qui Privationes, aut Negationes intelligit, vel eas ipſas ſuâ intellectione attingit; vel loco illarum concipit aliquas formas poſitivas. At ſive altero, ſive altero modo illas cognoſcat, non poteſt facere ens rationis. Non ergo ens rationis ex Privationum, aut Negationum cognitione reſultat.

Probatur, quoad priorem partem Minor, & ut clariùs procedamus, verbis P. Roderici Arriagæ *diſp.6.Metaph.ſect.1. num.14.* dicentis. [Obſervo Bonam-Spem *tr.1.dub.2.* non velle ens rationis eſſe illud, quod ſolùm habet eſſe objectivè in intellectu, aut cognitione: quia quando agnoſco repugnare identificationē inter hircum & cervum, illa identitas ſolùm habet eſſe in intellectu, & tamen non eſt Ens rationis; nec Deus fingit id cognoſcens.] Similia habet Bonifacius Bagatta *diſp. 2. Logic. ſect.1. num. 4.* ſic enim ſcribit. [Reſpondetur, Impoſſibile, & nihil, cognitum ut impoſſibile & nihil, aliud non habere eſſe in intellectu, niſi quod habent à parte rei, atque adeò non eſſe entia rationis, de quibus loquimur: nam quando intellectus cognoſcit nihil, aut impoſſibile, ut talia ſunt, cognoſcit illas negationes, quæ ſuo modo abuſivè ſunt à parte rei. Quare cùm illis nullum aliud eſſe tribuat, ideò illas relinquit ut ſunt, atque adeò non facit ens rationis. &c.]

Qui cognoſcit negationes ut ſunt in ſe, non facit Ens rationis.

Sed quid, ſi illas cognoſceret aliter, quàm ſunt in ſe? Tunc Intellectus faceret ens rationis aſſerente Bagattâ, qui putat poſteriorem noſtræ Minoris partem falſam eſſe. Scribit enim: [Ens rationis fit, quando loco Nihili, aut Impoſſibilis à parte rei ponitur ab Intellectu aliqua forma, vel aliquod Ens, quod à parte rei non eſt, cùm enim objectum intellectûs ſit ens in ſuâ univerſalitate, ideò quando aliquid cognoſcit debet hoc facere, vel ſecundum ens, quod in ſe habet, vel quod ab intellectu illi tribuitur.]

Vtrùm concipere negationes per modū formarum ſit facere Entia rationis?

Probo autem poſteriorem noſtræ Minoris partem, quæ à Bagattâ, & à multis cum ipſo negabatur, eſſe veram. Sic inquam. Non facit ens rationis, qui Deum Patrem tanquā Imperatorem provectiſſimæ ætatis; non qui Spiritum Sanctum ſub ſpecie Columbæ: non qui Angelos veluti pulcherrimos intelligit adoleſcentes, ut Tertiâ Concluſione aſſeruimus. Ergo nec cenſendus eſt facere Ens rationis, qui non jam Negationem, aut Privationem, ſed illius loco formam aliquam poſitivam intelligit.

An, quando concipimus Deum, faciamus Ens rationis?

Undecima.

NON *habet intellectus vires, ut aſſentiatur Propoſitioni, quam evidenter ſcit eſſe falsā* Videtur conſtare experientiâ & apprehenſione omnium Philoſophorum. Scio enim tibi, qui cognoſcis triangulum componi tribus lineis, nullum unquam ſuperventurum eſſe Philoſophum, qui perſuadeat, aut quinque habere lineas, aut habere ſex angulos. Stat ergo Concluſio, contra quam, ut exiſtimo, nulla veriſimilis ratio poteſt formari.

CCI.

An poſſit homo credere Propoſitionem eſſe veram, quam certò ſcit eſſe falsā?

Ex his Concluſionibus deducetur ſolutio, quæ argumenta omnia enervet, quæ dari Entia rationis perſuadere conantur, quoniam ſi prima intellectûs operatio dicatur ens rationis facere, quando ſphæticum triangulum concipit, aut ſecunda mentis operatio, cùm dicit, Triangulus eſt ſphæticus, aut tertia mentis operatio, cùm ait, eſt Triangulus, ergo ſphæricus. Obſiſtam ergo dicens hos ipſos tres intellectûs actus impoſſibiles eſſe; quoniam ſi paulò ante dicebam, non habet vires intellectus humanus ut aſſentiatur Propoſitioni, quam ſcit evidenter eſſe falſam, non poterit aſſentiri huic, Triangulus eſt ſphæricus,

Entia rationis ſi fierent, per omnes tres mentis operationes fierent.

Digitized by Google

Notetur hæc Inſtantia, quia ut exiſtimo ſem per id accidit; quando aliquis putat ſe facere Ens rationis.

cus, & per conſequens nec apprehendere Triangulum ſphæricum, quoniam formalitas, quæ in ſubjecto apprehenditur, poteſt de ſubjecto prædicari. Et poſitâ circumſtantiâ quam *dici de omni*, vocant Theologi, poteſt, etiam inferri.

Si dicas, te Trianguli nomine, quando iſti Propoſitioni, *Triangulus eſt ſphæricus*, aſſentiris, non intelligere figuram habeutem tres lineas, & tres angulos, ſcis enim circulum unicam habere & nullum angulum, ſed concipere confusè figuram ut ſic, adeoq; de illâ ſphæricitatem prædicare.

Sunt Entia linguæ, quæ vulgò cenſentur eſſe Entia rationis.

Sed ad hæc ego, te ſubjecto non concipere triangulum, ſed aliam figuram diverſam, aut fortè genericam & univerſalem, ac de illâ, rationem circuli verificare. Ergo in caſu, *Triangulus eſt ſphæricus*, eſſet ens linguæ, non autem Ens rationis, quia figura, quæ ponitur ex parte ſubjecti, & in linguâ eſt Triangulus, in mente pluralitate linearum, & omnibus angulis caret.

Duodecima.

CCII.
An poſſit aliquid ſimplex, quod ſit impoſſibile, concipi?

ENS *rationis* ficititium, ſeu ψευδὸν, *non eſſet ſimplex entitas cognita, quæ tamen impoſſibilis eſſet*. Demonſtratur, quia omnes formalitates, aut realitates ſimplices, quæ poſſunt concipi, poſſunt etiam exiſtere, Videtur hæc Concluſio eſſe contra communem Philoſophorum opinionem, qui exiſtimant poſſe Intellectum humanum ſimplices entitates fingere: Nam Averroës 6. *Metaph. commens.* 3. ſic ſcribit. *Ens rationis eſt, quod ſolùm habet eſſe in intellectu*. Ergo, quod eſt impoſſibile, quia quæ poſſibilia ſunt, fiant, intelligantur. Conſonat Commentatori D. Thomas, 2. *par. qu.* 16. *art.* 2. dicens. *Ens rationis eſt, quod cùm non ſit in rerum naturâ, accipitur ut ens in ratione*. Unde ens rationis in communi ſententiâ non eſt tantùm *concipi*, ſed entitas ficta, quæ concipitur. Ita Complutenſes *in Logic. diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 15 ſcribunt enim. [Reſpondetur eſſentiam entis rationis non conſiſtere in objici, vel cognoſci poſitivè; ſed in eſſe ficto; quod per cognitionem reſultat. Unde quando dicimus, quòd ens rationis, cujus totum *eſſe* eſt objici, ſenſus non eſt formalis, ſed cauſalis. Denotatur enim, quòd licèt *objici*, & *attingi* ſint à parte rei, præſtant nihilominùs cauſam & occaſionem (ſendi) eſſendi enti rationis, ex eo quòd res cognoſcātur aliter ac ſunt in ſe, reſultat in illis quoddam (ſere) eſſe fictum, in quo, & non in paſſivâ attingentiâ objecti conſiſtit eſſentia entis rationis. &c.]

N. B. Teſtimonia, quæ adduci ſolent, ſi bene conſiderentur & perpendantur, inter Ens rationis ſimplex & compoſitum rarò diſtinguunt.

Ens rationis, ſi daretur, eſſet Ens fictum, quod concipitur, non autem Entis ficti conceptio.

Decimatertia.

Qualia tandem eſſent Entia rationis, ſi darentur?

S*I daretur Ens rationis, conſiſteret in diſtinctione verâ, & reali formalitatum, quæ non poſſunt diſtingui, aut in identificatione verâ, & reali realitatum, quæ non poſſunt inter ſe identificari*. Ita expreſsè P. Lynceus *lib.* 4. *Metaph. tr.* 1. cujus Arriaga *ſect.* 2. *ſubſect.* 1. meminit. Illam etiam *in Logic. diſp.* 2. *ſect.* 1. *num.* 13. tradit Bonifacius Bagatta & exponit his verbis. [Reſultat ſolùm (Ens rationis) ex eo, quia Intellectus uniendo ſpecies objectorum impoſſibiliter unibilium, &c. ex tali unione reali reſultat quoddam objectum repræſentatum per diverſas ſpecies, quod omninò repugnat à parte rei, ut Chimæra, Hircocervus, alius Deus. &c.] Similia tradunt *diſp.* 5. *Logic. qu.* 4. §. 1. Complutenſes: inquiunt enim. [Ex fœcunditate Intellectûs: qui pro libitu ex veris entibus ficta componit, conjungendo ea, quæ in re conjungi nequeunt: ut quando fingit Chimæram. &c.]

An ex fœcunditate intellectus, an verius ex impotentia fierent Entia rationis?

Dices; non benè à nobis exponi, qualis eſſet entis rationis, ſi daretur, eſſentia: illud enim, ſi poſſibile eſſet, in identificatione, aut diſtinctione extremorum incapacium conſtituimus: & tamen nulla entis eſſentia poteſt in conceptu disjunctivo conſiſtere.

An eſſentiæ conſiſtant formaliter in disjunctione?

Reſpondeo frequenter Philoſophos, & ipſummet Ariſtotelem non rarò, definitiones per terminos disjunctivos componere. Et, ne ab Ente rationis diſcedam, addo P. de Bonâ-Spe *in tr.* 1. *Logic. dub.* 2. illud per disjunctionem deſcribere; aſſerit enim tunc hominem Ens rationis concipere, cùm poſſibile, ut impoſſibile, aut impoſſibile, ut poſſibile concipit. Cujus Reſolutionem Arriaga *diſp. ult. Metaph. ſect.* 2. *ſubſect.* 1. hoc Scholio dilucidat. [Quam definitionem, etſi disjunctivam, ait tamen eſſe bonam. Ego ob disjunctionem eam jam non rejicio: ſi tamen hoc vitium vellemus fugere, fortaſſis poſſet hoc modo mens ejus Autoris ſine disjũctione explicari. *Ens rationis eſt circa cujus poſſibilitatem errat intellectus*: nam, ſive affirmet poſſibile, quod eſt impoſſibile; ſivè è contrario, quod eſt poſſibile dicat impoſſibile, ſemper errat intellectus circa poſſibilitatem ejus entis, ſemel eam negando, cùm ſit: & ſemel eam affirmando, cùm non ſit.

An definitio disjunctiva ſit bona?

An Propoſitio Hypothetica disjunctiva ad Categoricam ſimplicem reduci poſſit?

Ut meliùs intelligatur hæc Opinio, P. Arriagæ verba ſubſcribamus. Sic enim ait. [P. Lynceus *lib.* 4. *Metaph. tract.* 1. cùm ad probandum ens rationis benè poſuiſſet exemplum in alio Deo, qui nullum habet eſse, & agens de extremis realibus addiderit, ſaltem eorum unionem debere eſse fictam, nihilominùs tamen fortiſſimè defendit, ens rationis nihil penitus aliud eſse, quàm aggregatum ex entibus realibus, ſcilicet ex hirco, & cervo, & actu reali eſsentialiter falſo, quo identitas vera his extremis applicatur. Eſt autem totus, ut probet, poſse omnes partes alicujus complexi eſse reales, & tamen complexum eſse fictũ. Probatque quia eo ipſo, quòd ego concipiam hominem & equum & identitatem aliquam veram, jam facio ens rationis, atqui & actus concipiens, & res conceptæ ſunt ens reale, ergo.]

An alius Deus ſit Ens rationis?

An ubi omnes partes ſunt reales, compoſitũ fictum eſſe poſſit?

Sanè P. Lynceus es hypotheſi benè diſcurrit; malè P. Arriaga, qui totus eſt ut probet diſtinctionem, identificationem-ve, quando aſseritur eſse fictam, & illam eſse veram demonſtraturus ſum, etſi per impoſſibile eſſet ficta, ens verum & reale & non rationis conſtituturam eſse, Vel attende.

Proponitur Lyncei ſententia.

Conſideras Triangulum & Circulum identificatos. Triangulus eſt res vera, Circulus eſt res vera, identificatio eſt res vera, & ideò ens rationis cõmittitur, quia hæc vera identificatio concipitur inter extrema, quæ realiter non poſsunt identificari. Sic philoſophatur

Identificatio, quæ concipitur unire & identificare extrema, eſt vera, non ficta.

Lyn-

Lynceus & benè. At inſurgit Arriaga, & pluries repetit identificationem illam fictam eſſe, ſed fallitur, quia illius idemtificationis officium eſt nnire, & hæc eſt idea identificationis veræ & realis, ergo non conſiſtit impoſſibilitas in conceptu identificationis, ſed in loco, quia ponitur, ubi non poteſt eſſe. Eodem modo, & benè de diſtinctione philoſophatur Lynceus, aſſerens ens rationis committi quando animal diſtinguitur formaliter à rationali: nam quoniam animalitas, quæ eſt res vera, rationalitas eſt res vera, diſtinctio etiam aſt res vera, concipitur tamen inter extrema, inter quæ nequit eſſe, & in hoc conſiſtit ens rationis.

An ex partibus veris reſultare poſſit Ens fictum?

CCIII. Identificatio ficta, & diſtinctio ficta, ubi ab Arriaga ponitur, vera, repugnat.

Dixi & dico non poſſe ens rationis reſultare, ſi identificatio, & diſtinctio in exemplis poſitis eſſent fictæ, non enim repugnat ut idemtificatio ficta, aut impoſſibilis inter triãgulum & circulum ſit, ſicut nec repugnat, ut diſtinctio ficta ſit inter animal & rationale; ſed hoc non obſtante ex alio capite Arriagæ corruit opinatio, nunquam enim poterit explicare quid identificatio ficta, aut diſtinctio ficta ſit, quocumque enim ſe vertat, debet verã proponere & impoſſibilitatẽ ſumere nõ ab identificationis, aut diſtinctionis prædicatis intrinſecis, ſed à loco extrinſeco, in quo non poſſunt eſſe & tamen contra exigentiam ſuam ab intellectu collocantur. [Ergo Diſtinctio & etiam Idemtificatio, quæ in Ente rationis inter extrema incapacia concipitur, eſt vera. Et hoc licèt ſæpè impugnetur ab Arriagâ, num. 8. veritatem aſſerebat, dicebat enim. [Eo ipſo, quod ego concipiam hominem, & identificationẽ aliquam veram (veram, dicit fictã) jam facio ens rationis.]

...ſit impoſſibia ...is identificationis aut diſtinctionis fictæ conceptus.

Arriaga ſibi contrarius jam fictas, jam veras diſtinctiones & identificationes collocat in Ente rationis.

Corollarium. *Etiam ſi Diſtinctio rationis, & Prioritas rationis eſſent in humanis poſſibiles, admitti non poſſent in Deo.* Hanc ego veritatem pluries locis in diverſis perſuaſi, nunc breviter demonſtrationes alibi poſitas ad hęc pauca verba perſtringo. Sic inquam.

An diſtinctiones, aut etiam prioritates rationis poſſint admitti in Deo?

Si murus A, qui niger eſt, haberet albedinem, eſſet albus. Ego concipio illum habere albedinem. Ergo ego concipio eum eſſe album. Puto hunc diſcurſum eſſe bonum, & à nemine improbari debere. Pono alterum ipſi ſimillimum. Si inter naturam Divinam, & Relationes eſset diſtinctio realis, Deus eſſet imperfecta ſubſtantia. Petrus concipit inter naturam, & relationes dari diſtinctionẽ realem, & ideò facit ens rationis, ergo Petrus concipit Deum eſse imperfectam ſubſtãtiam. Et hîc attende benè; non enim dico, quòd Petrus imperfectè concipit Deum eſse ſubſtantiam, ſed quòd Petrus concipit Deum eſse imperfectam ſubſtantiam. Addo alterum diſcurſum præcedenti ſimillimum. Si Pater, inquam, realiter eſset prior Filio, Filius eſset ſubſtantia imperfecta, ſed Petrus concipit Patrem realiter eſse priorem Filio, ergo Petrus concipit Filium eſse ſubſtantiam imperfectam. Stat ergo diſtinctiones, & prioritates rationis ratiocinatæ, quas vocant, admitti non poſse in Divinis.

Conſideretur bene hoc Exemplum.

...liud eſt concipere Deum imperfectè, & ...liud concipere Deum, imperfectum, in ...riori enim conceptu imperfectio afficit hominem, ...poſteriori ...erò Deum.

Decima Quarta.

QUI *entia rationis, ſeu* ψευδόντα *tuentur, non habent argumentum, cui poſſint confidere, vi cujus liceat dicere ſuam eſſe opinionem probabilem.* Ut hoc oſtendam, producam illud, cui ſpecialiter contra Lynceum confidit Arriaga, qui ſuam ſententiam probat ſic. [Denique ego non capio, quid velimus dicere, dum aſſerimus. *Hircocervus repugnat* ſi omnia, quæ per illam vocem ſignificamus, ſunt poſſibilia, igitur aliquid ibi ex parte objecti repugnans ſignifico; non autem ipſum quo id dico; quia ille eſt ens reale, & realiſſimum, ac veriſſimum: non ille alius actus, qui hircocervum finxit; nam hic etiam fuit verum ens & nullatenus repugnans, non illius actûs objecta, quia & hæc ſunt poſſibilia juxtà hunc Autorem. Quid ergo, quæſò, per illum actum attingo, quod repugnet? Profectò ſi hoc argumentum non convincit, concedit debere aliquod objectum fictum, ac repugnans, non ſcio quòd argumentum poſſit reputari efficax.]

CCIV. Examinatur *Arriagæ* Achilles, cui propugnationem ſuę doctrinæ concredit.

Hic manifeſtè allucinatur Arriaga; non enim inter hircum & cervum idemtificatio ficta, ſed tantùm vera eſt impoſſibilis.

Sed hoc argumentum ex pluribus capitibus eſt inerme, & elumbe. Et quidem non convincit. Primò, quia forſitan hircocervus eſt creatura poſſibilis; nemo enim demonſtravit hucuſque, aut non poſſe per Divinam Potentiam, Rationalitatem realiter ab Animalitate diſtingui; aut non poſse per eamdem virtutem Hinnibilitatem & Rugibilitatem [*] realiter idemtificari. Sed relinquamus hoc. Eſto natura hircina ſit poſſibilis; eſto cervina ſimiliter poſſibilis ſit, eſto ſit realis, & verus conceptus identificationis, adhuc diceret Lynceus, Hirco-cervum eſse impoſſibilem, quia identificatio, quæ quid verum & reale eſt, tametſi inter alia extrema poni poſſit, repugnat ut illas duas naturas identificet. Hoc explicari poſset exemplo clariſſimo, & certiſſimo, quoniam qui binarium æqualem quaternario concipit, ens rationis intelligit, & tamen nullam formalitatem impoſſibilem concipit. Binarius eſt verus, & realis numerus & idem de quaternario dixero, æqualitas eſt habitudo realis & vera, quæ inter duos binarios, & duos quaternarios reperitur, fictio ergo non conſiſtit in aliquã entitate fictã, ſed in hoc tantùm quòd æqualitas vera inter extrema concipitur, inter quæ non poteſt exiſtere.

An hircocervus ſit impoſſibilis?

*] Hic *Hinnibilitatis*, & Rugibilitatis *nomine, Naturas Subſtantiales intelligo.*

An binarius quaternario æqualis ſit Ens rationis?

Eſt & aliud argumentum, cui nimis communis doctrinæ Aſsertores confidunt, & ab Arriagâ *diſp. cit. nu.* 16. iſtis verbis proponitur. [Tandem, idem confirmo. Quia ſicut contra negantes ſe apprehendere res ſpirituales, arguimus, ipſos ſibi contradicere: niſi enim res ſpirituales, apprehendiſsent, non poſsent aliquid certi de illis affirmare, vel negare, ita ſimiliter in præſenti dico, eos, qui negant entia rationis, ſibi ipſis contradicere. Cùm enim eſse entium rationis, nihil aliud ſit, quàm ea cognoſci, aut apprehendi, eo ipſo quòd illa negant, illa apprehendunt; aliàs negarent, & non tamen ſcirent quid negarent, quod eſt ridiculum, ergo admittunt entia rationis, id eſt, ea apprehendunt.]

An poſſit intellectus affirmare aut negare aliquid de re, quam non cõcipit?

Aliud eſt ſcire quid Ens rationis eſſet; aliud quid Ens rationis eſt.

Reſpondeo, me non urgeri hoc argumento, non enim quando nego Ens rationis, ſcio, quid illud ſit, nego enim illud eſſe poſſibile; ſed ſcio quid illud eſſet, ſi per impoſſibile daretur. Dico enim, quòd Intellectus humanus eſſet facturus ens rationis, ſi cognoſceret idemtificari duo extrema, quibus talis idemtificatio repugnat. Et addo non eſſe entia rationis poſſibilia. Quia non habet vires intellectus, ut exiſtere judicet, quæ certò ſcit non poſſe exiſtere.

Decimaquinta.

CCV.
An objectum debeat eſſe prius actu quo cognoſcitur?

QUI dari entia rationis ſeu ψευδόντα *tuentur, argumentis contra ſe poſitis non ſatisfaciunt.* Ut id perſuadeam, proponam rationem, quam contra ſe objicit Arriaga, & inſufficienter diſſolvit. [In omni objecto priùs eſt eſſe quàm cognoſci, & priùs eſſe poſſibile quàm poſſe cognoſci, ſeu quàm eſſe cognoſcibile. Hoc autem in ente rationis locum habere nequit: cùm enim nullum aliud habeat eſſe actuale, quàm cognoſci, & poſſibile, quàm poſſe cognoſci, non poteſt intelligi ante actum intellectûs, Ergo nec poterit eſſe objectum illius.] Huic Arriaga argumento reſpondet dicens. [Nego Antecedens univerſaliter loquendo, ut patet in actu reflexivo ſupra ſeipſum, in quo non eſt prius eſſe quàm cognoſci, cùm utrumque ſit idem realiter, nec poſſe eſſe prius quàm cognoſci: ob eandem rationem idem ego dico in ente rationis, *Et* hinc fiet ſatis objectioni deſumptæ ex eo quòd objectum debet eſſe cauſa ſui actûs, ens autem rationis cùm nihil ſit ſimpliciter, non poteſt eſſe cauſa ejus actûs, quo cognoſcitur, ergo nec objectum.]

An actus intellectus poſſit reflectere ſupra ſe ipſum?

Arriaga, ut obſcura & difficilia probet, ad obſcuriora & difficiliora recurrit.

Hoc argumentum contra entium rationis poſſibilitatem ſuppoſui, non quòd ſolutionis ſit incapax, ſed quia ab Arriagâ non ſolvitur. Ut enim ipſe rem difficilem, & obſcuram exponat, ad obſcuriorem, & difficiliorem recurrit. Sanè dari in intellectu actus reflexos, certum eſt: id enim omnes aſſerunt, & experientia quotidiana confirmat. Actum reflexum realiter à directo diſtingui, fert communis opinio: & poſſe eumdem actum ſupra ſe reflecti eſt paucorum, & ratione forti deſtituta ſententia. Interim æquè in utroque (ente rationis, & Actu ſupra ſe reflectente) ſi poſſibilia ſint, dabuntur omnia, quæ in argumento petebantur.

An actus directus & reflexus realiter diſtinguantur?

Rejicitur Arriagæ Reſolutio.

Sanè Complutenſes *diſp.2. Logic. quæſt.1.* pro Concluſione videbuntur fortaſſis ponere, quæ in argumento contra ſuam ſententiam objiciebat Arriaga; ſcribunt enim. [Dicendum eſt poſſibile eſſe ens rationis, & aliquando exiſtere. Concluſio iſta eſt expreſſa Philoſophi 4. *Metaph. text. 13. & 14.* & D. Thomæ *qu. 28. art. 1.* quos ſequuntur communiter Doctores, &c.] Addunt tamen in ente rationis *Eſſe* & *Poſſe* coincidere. *Ergo* neque ipſi Argumento ſatisfaciunt, quoniam, ut ſuperiùs perſuaſi, ab æterno fuerunt poſſibilia, & futura entia rationis, quæ fient anno ſequenti.

Rejicitur Complutenſium Reſponſio.

Decimaſexta.

CCVI.
An ſecunda Intentiones de berent Entium rationis cenſu adſcribi?

ETiam ſi darentur ψευδόντα *(Entia rationis ficticia) deberemus dicere ſecundas intentiones, quas vocant, eſſe Relationes & Denominationes quaſdam reales, & non entia rationis.* Probatur: &, ut puto, clariſſimè.

Et primò, convertendo oculos ad ſecundas Intentiones Grammaticæ, quas *libr. Peri-hermenias* explicat Ariſtoteles. Quoniam eſſe Nomen, eſſe Verbum, aut aliam Orationis partem, non eſt quid fictum, ſed quid verum, dictiones (ſeu voces ſignificativas) per claſſes & ordines diverſos diſtribuens, & propria ſingulis officia accenſens. Præterea, vera & non ficta eſt differentia illa, quæ ex inflexione Nominum & Verborum ſuboritur, & in illis per numeros & caſus: & in his per voces, modos, tempora, & perſonas decurrit.

De Secundis Intentionibus, quæ ad Grammaticam pertinent.

Secundò non ſunt entia rationis Secundæ Intentiones Rhetoricæ, aliquid enim reale & non fictum importat Orationis Diviſio: nam Inventio, Diſpoſitio, Eloquutio, Memoria, & Pronunciatio, quæ eſſe partes Orationis cenſentur, inter ſe realiter diſtinguuntur, conſtituunturque poſitivis & realibus formalitatibus. Et denique Troporum & Figurarum nomina, flores ſunt, quibus exornatur Oratio.

De illis, quæ ad Rhetoricam ſpectant.

Tertiò non ſunt entia rationis Secundæ Intentiones Poeticæ; nam Metrorum, Verſuum, & Pedum differentiæ ſunt veræ; nec fallitur aut mentitur qui in Verſu Græco aut Latino dicit, Hexametrum coaleſcere ſex Pedibus, tribus ſyllabis (unâ productâ & duabus correptis) Pedem Dactylum. Sicut neque, qui in Hiſpanorum Rhythmis, ait, Conſonantes eſſe voces *Generoſo*, & *Hermoſo*, nec non *Campion*, & *Señor* Aſſonantes.

De illis, quæ in Poetica conſiderantur.

De illis, quæ in Rhythmis

Scio pauciſſimos eſſe, qui cognoſcant Secundas Intentiones in Grammaticâ, Rhetoricâ, Metricâ, &c. at ejuſmodi Secundas Intentiones reverà eſſe, *diſp.2. Logic. qu.5.* Complutenſes fatentur: ibi enim inquiunt. [Sciendum dari plures Relationes rationis præter eas, quas Logica conſiderat: Nam Pronomen, Principium, Declinatio, & alia circa quæ verſatur Grammatica; *Exordium*, *Epilogus*, & cætera, quæ conſiderat Rhetorica, important pro formali Relationes rationis, quæ tamen ſub objecto Logicæ non continentur, &c.] *Ecce* in Grammaticâ, Rhetoricâ, &c. Secundas dari Intentiones admittunt; & eas eſſe quaſdam Relationes fatentur; allucinantur tamen, ubi eas eſſe aſſerunt Relationes rationis; nam vera & realia ſunt, quæ illis nominibus, quæ illi producunt, apud Grammaticos & Rhetoricos ſignificantur.

An has ipſi ſecundas Intentiones Philoſophi pauci cognoſcant?

Et quartò idem dicendum eſt de Secundis Intentionibus Logicis, quas Vulgus aſſerit eſſe *Entia rationis*, dicimus enim illas eſſe veras, & reales Relationes, aut Denominationes. Et, ut id ſuadeam, ſuppono Logicam in Mentalem, Vocalem, & Scriptam dividi: & quia Scripta & Vocalis videntur pari paſſu decurrere; omiſsâ Scriptâ, de Vocali priùs, & poſteà de Mentali, quâ liceat brevitate & claritate, diſputabo.

An Secundæ Intentiones, quæ in Logica ſunt Entia rationis?

Logicæ in Mentalem, Vocalem & Scriptam Diviſio.

De Vocali Dialecticâ ſpeciali curâ diſſeruiſſe

ruiſſe

…n Ariſtoteles …præcipuè ege… …de Vocali?

ruiſſe Ariſtotelem, Definitiones, quæ ab ipſo ſunt traditæ oſtendunt. Ipſi enim Definitio eſt *oratio explicans naturam rei*. Diviſio eſt *oratio totum per ſuas partes diſtribuens*. Et Argumentatio eſt *oratio, in quâ aliquid ex Præmiſſis infertur*, &c. Ergo & nos illam etiam ſpecialiter conſideremus.

…Realia ſunt …omnia (non er…) Entia rationis) quæ in Logica Vocali …mittantur.

Itaque in Vocali Dialecticâ Syllogiſmus conſtat tribus Propoſitionibus; Propoſitio, Subjecto & Prædicato. Et Subjectum aut Indefinitum manet, aut Univerſali, aut Particulari, aut etiam ſingulari Signo determinatur. Terminus, qui bis ponitur in Præmiſſis *Medium* dicitur: qui ſemel verò *Extremitates*. Per ſubjectionem & prædicationem Medii diſtinguũtur Figuræ: per Univerſalitem aut Particularitatem Propoſitionum, ſecernuntur Modi inter ſe. Atqui Voces ſeu Termini, quibus Propoſitiones, & Syllogiſmus conſtat, ſunt reales, ordo illorum eſt realis: nihil in illis fingit Intellectus humanus. Omnia ergo realia ſunt. Ergo omnes Relationes, quæ inter extrema realiter diſtincta ponuntur, reales ſunt, non rationis.

CCVII. De Logica Vocali. …n Propoſitio, …Syllogiſmus …ces qua…tates ſint, an …x partibus …mponantur?

In Mentali Dialecticâ inquiri ſolet, *An judicium, an Diſcurſus, &c. ſint qualitates ſimplices: an verò Judicium Mentale, ſicut & Vocale, Subjecto & Prædicato; & Diſcurſus tribus Judiciis realiter diſtinctis conſtituatur*? Et reſpondeo communem Opinionem ex Terminis mentalibus Propoſitionem, & ex Propoſitionibus mentalibus Syllogiſmum v. gr. componere. Ergo ſtando huic Sententiæ ceſſat Quæſtio, quia inter partes realiter diſtinctas omnes Relationes & Denominationes, quæ intercedunt, ſunt reales. Ergo quidquid ſit de aliâ Sententiâ, in quâ etiam poſſent negari entia rationis, pro nunc illam, quæ docet Judicium & Diſcurſum ſimplices qualitates non eſſe, ut veriorem & faciliorem eligamus.

…rriaga diſp, 8 …e Anim. ſect. …apprehenſio… …m & Syllogiſ…um ex parti…s compon… af…nt, & tamen …divisum ſim… …tem eſſe qua… …atem conten… …. Eum in… …nſequentia …ndus & alii …gunt, &c.

Dices, quomodocumque philoſophari placeat, ſemper in Logicâ mentali Genereitatem, Specieitatem, &c. Diſtinctionem, quæ inter Genus & Differentiam conſideratur, Prædicabilitatem, Univerſalitatem, & alias Secundas Intentiones his ſimiles, eſſe entia rationis.

…e diſtinctio… ſuperiorum …inferiorum …aduum.

Reſpondeo univerſa negando: nam omnia à Graduum ſuperiorum, & inferiorum diſtinctione dependent: ſi enim hæc fuerit ficta, erit ens rationis & ipſa, & erunt ſimiliter entia rationis, quæ in illâ fundantur. Igitur

…id doceant …ademici?

Dico primò. Realis eſt Graduum ſuperiorum & inferiorum in Academicâ ſeu Platonicâ Scholâ diſtinctio. Ergo erit ipſa quædam Relatio realis; & erunt reales omnes relationes, quas inferet.

…n diſtinctio …natura rei …ficta?

Dico ſecundò. Diſtinctio ex naturâ rei, quam propugnat Scotus non eſt ficta: Ergo nec erunt fictæ Denominationes, quæ illam concomitantur. Non ergo bene philoſophantur Scotiſtæ, quando entium rationis cenſui adſcribunt Secundas Intentiones Logicas.

…bene Sco… …diſcurrãt?

…n Secundæ …entiones …d Nomina… ſint veræ …eales?

Dico tertiò, entia rationis in ſuâ Logicâ nõ poſſunt Nominales admittere: ubi enim ſuperiora, & inferiora Prædicata penes externa connotata diſtinguunt, inter illa realem extrinſecam diſtinctionem admittunt. Et poſitâ ut fundamento hac diſtinctione reali, realia etiam erunt cætera, quæ ſequuntur.

Caramuelis Leptotatos.

An rationis ratiocinatæ diſtinctio ſit Ens rationis?

Dico quartò. Non ſunt entia rationis Secundæ Intentiones, ſi rationis ratiocinatæ diſtinctio inter Gradus Logicos admittatur. Aſſero, me ſcire eſſe multos, qui entia rationis admittant, & ea ipſa rationis ratiocinatæ diſtinctione ſuccollent: ſed ſcire etiam illos in hoc allucinari. Attende. Scribunt *diſp. 2. qu. 5. num. 29.* Complutenſes. [*In Logicâ Genereitas (& idem intellige de aliis Intentionibus Logicalibus) non fundatur ſupra realem entitatem Animalis v. gr. quatenus eſt realis perfectio: ſed quatenus cognita eſt. Animal quippe non eſt immediatè capax Genereitatis, quia eſt Vivens ſenſibile ſed ex eo quòd ſit cognitum* (& in Logicâ Vocali, *ſed ex eo, quòd ſit dictum*) *ſine ſpeciebus. Nam, cùm hujuſmodi Intentiones fiant per actum reflexum debent fundari ſupra cognitionem* (dictionem) *paſſivam objecti, ſeu Denominationem extrinſecam cogniti* (dicti) *ut docet D. Th.* de potent. q. 7. art. 11. *& aliis in locis.*] Tunc ſic. Fundamentum Genereitatis, Specieitatis, &c. eſt reale. Ergo Relatio, quæ fundatur, eſt realis. Antecedens probatur. Fundamentum Genereitatis eſt, quòd Animal, ex. gr. ſine ſpeciebus cognoſcatur: & fundamentum Specieitatis eſt, quòd Homo, ex. gr. ſine individuis intelligatur. Sed utrumque verè & realiter contingit in Thomiſtarum, Scotiſtarum; & loquendo univerſim, in omnium illorum ſententiâ, qui Præciſiones objectivas, & rationis ratiocinatæ Diſtinctiones admittunt: [ipſi enim, cùm concipiunt Animal, nec Hominem, nec Equum, nec Leonem, &c. attingunt: nec, cùm concipiunt Hominem, nec Petrum, nec Paulum, nec Franciſcum, &c. attingunt.] Ergo in horum Autorum ſententiâ in Genereitate, Specieitate, &c. non reperitur ens rationis.

De fundamento Secundarũ Intentionum Logicalium.

Non eſt fictũ, ſed verum.

Apud Thomiſtas, & Scotiſtas eſt res vera & non ficta, quòd Genus ſine Speciebus, & Species ſine Individuis cognoſcatur.

DECIMASEPTIMA.

CCVIII. Entis rationis definitio.

SI danur Ψευδοντα, (*Entia rationis fictitia*) *Intellectus humanus, qui illa facit, dat* Seire (*Eſſe imperfectum objectivum*) *Entitati impoſſibili*. Paret ex communi, & receptâ definitione entis rationis; Ens enim rationis eſſe dicitur, quod objectivè eſt in Intellectu, & ſubjectivè non poteſt eſſe alicubi. Entia ergo rationis habent eſſe objectivum.

An dari imago poſſit, per quã nihil repreſentetur?

Eſt doctrina hujus Concluſionis communis. Tametſi enim aliqui, qui non bene intelligentes, quomodo Intellectus cognoſceret ſuum objectum, aſſeruerũt in ente rationis reperiri in intellectione imaginem impoſſibilis entis, cui tamen ex parte objecti nihil correſponderet. Horum opinationi ſe opponunt Complutenſes, quia in omni operatione intentionali debent dari tria; perſona, quæ cognoſcit; intellectio, quâ cognoſcit; & objectum, quod cognoſcitur. Et hanc ob rem *diſp. 2. Logic. qu. 2. §. 2. in fin.* reſpondent [*Eſſentiam entis rationis non conſiſtere in objici vel cognoſci paſſivè, ſed in eſſe ficto, quod per cognitionem reſultat, ut ſuprà diximus.* Unde quando dicitur, quòd ens rationis eſt, cujus totum eſſe eſt objici, ſenſus non eſt formalis, ſed cauſalis. Denotatur enim, quòd licèt objici, & attingi ſint à parte rei; præſtant nihilominùs cauſam & occaſionem eſſendi enti rationis: quatenus ex eo, quòd res cognoſcantur aliter, ac ſunt in ſe, reſultat in illis

In Ente rationis eſt aliquid quod cognoſcatur.

Digitized by Google

quoddam eſſe fictum; in quo & non in paſſivâ attingentiâ objecti conſiſtit eſſentia entis rationis.]

Repugnat, ut cognitio ſine objecto,

His ſimilia apud P. Georgium de Rhodes *Philoſ. Peripat. diſp. 2. qu. 1. libr. 1. ſect. 2. pag. 16. b.* reperio. [Obſerva, *inquit*, nullam eſſe cognitionem, cui non correſpondeat aliquod objectum; ſi enim cognoſco, certè aliquid cognoſco, quod dicitur objectum cognitionis: unde quando fit ens rationis, v. gr. cùm cogito chimæram, cognitioni huic reſpondet aliquod objectum reale, natura videlicet naturæ bovis, leonis, & capræ, & prætereà fictum aliquid, nimirùm trium illarum naturarum unio.] Et poſt pauca. [Controverſia igitur ſolùm eſt, utrùm cognitioni chimæræ reales partes, & realis earum unio reſpondeat, quæ ipſa cognitio ipſa ſit; an verò reſpondeant partes reales, & unio earum ficta, omninò diſtincta à cognitione; & objectum cognitionis, primum illud Hericè aſſerit, ego ſecundum cum communi ſententiâ intendo.] Et ſtatim. [Ratio eſt, quia quoties cogitatur aliquid impoſſibile, reſpondet huic cogitationi aliquid, quod eſt extra latitudinem totius entis realis; ſed quãdo cogitatur ens rationis, v. gr. chimæra, cogitatur aliquid impoſſibile; ergo huic cogitationi reſpondet aliquid, quod eſt extra latitudinem totam entis, ergo in ente rationis non omnia ſunt realia, ſed eſt aliquid fictum. Probatur major; quoties cogitatur aliquid impoſſibile, reſpondet huic cogitationi aliquid impoſſibile, chimæra v. gr. reſpondet cogitationi chimæræ: ſed ens impoſſibile eſt extra totam latitudinem entis realis: ergo tunc meæ cogitationi reſpondet aliquid, quod eſt extra totam latitudinem entis realis.]

Quid correſpondeat cognitioni Chimæræ?

De Chimæræ partibus.

Quomodo cõjungantur?

Quid interrogat, qui conſiderat rem impoſſibilem?

Profectò ex parte objecti eſſe aliquid, quod terminet intellectionem, quæ ens rationis cogitat, aut, ut vulgus loquitur, facit, præter alios etiam P. Philippus de Sanctiſſimâ Trin. 1. *part. qu. 1. art. 2.* aſſeverat; inquit enim, [Dicendum eſt ex D. Thomâ, quòd ens rationis habet aliquod *eſſe*, quamvis debiliſſimum, per reſultantiam ex diſpoſitione, & coordinatione actuum intellectûs; & conſequenter eſt ſcibile non per accidens, ſed per ſe, licèt non poſſit dici ſimpliciter ens; ratio enim ſimpliciter entis & ratio ſcibilis ex diverſâ radice proveniunt, & ratio entis ſe habet materialiter ad rationem Scibilis, quæ in hoc conſiſtit præcisè, ut res objiciatur intellectui, quod non ſolùm convenit enti ſimpliciter, & reali, ſed etiam enti diminuto, & iſtius rationis.]

An Ens rationis ſit per ſe, in tantum per accidens ſcibile?

Corollarium. *Ergo à fortiori homo dat eſſe objectivum rei cogitatæ, quando cogitat rem, quæ eſt poſſibilis.* Demonſtratur. Quia plus eſt dare *eſſe* objectivum enti impoſſibili, quàm enti poſſibili. At, qui rationis entia admittunt, illud prius abſolutè concedunt. Ergo concedere debent hoc poſterius.

Ille illo, … cogitat ent… rem poſſib…

Decimaoctava.

CC… De Inte… Divino.

C*UM Intellectus Divinus Humano ſit infinities perfectior, qui Humanum aſſerunt, non ſolùm, quando res poſſibiles, ſed & quando impoſſibiles cogitat, dare* Saire, *vel* Seire *(hoc eſt eſſe objectivum & intentionale) rebus ſic cogitatis ipſi, niſi in conſequentiâ ultrò laborare voluerunt, Intellectui Divino, cùm poſſibilia cognoſcit [hoc eſt, Scientiæ ſimplicis intelligentiæ] negare non poterunt, communicandi illis* Sare *(hoc eſt, eſſe objectivum & intentionale) potentiam.*

Quanta in c… ſequentia … qui … de Humano … Divino d…ſant?

Et propter hanc Concluſionem tota hæc fuit de rationis entibus Diſputatio interſerta; nunquam enim componere has duas Propoſitiones potui; videlicet *Homo dat eſſe objectivum, in intellectu ſuo, rebus univerſis, etiam impoſſibilibus, ſi quas cogitat*; & *Deus non poteſt dare eſſe objectivum, in intellectu ſuo, rebus poſſibilibus, quas intelligit.*

An c… poſſibiles … beant eſſe … jectivum in … tellectu D… no?

Corollarium. *Creaturæ poſſibiles ſuum* Sare *(ſuum eſſe quidditativum, quod habent) recipiunt ab Intellectu Divino.*

ARTICVLVS IV.

Vtrùm, ſi Πάρεοντα, *&* Ψεύδοντα (Entia rationis Præciſiva, & Fictitia) *darentur, illa Deus, & Angeli intelligerent, aut etiam facerent?*

CCX. Authores pro utraque ſententia.

UTrumque negat Gabriel Vaſquez apud Lalemandetium *in Metaph. diſp. 4. part. 1.* Negant & ſui Diſcipuli, qui tamen huic Argumento, à Joanne Martinez (in Philoſophicis Magiſtro meo; qui tandem Compluti ad Primariam Scholaſticæ Theologicæ cathedram fuit promotus) concinnato reſpondere potuerunt. Argumentabatur ſic. [Quando Petrus cognoſcit Non-ens per modum entis, & facit ens rationis, Deus, vel ſcit, vel non ſcit, quid intelligit Petrus. Si dicatur hoc ultimum, Infinitæ Sapientiæ (quod repugnat) ignorantia adfingetur. Si autem dicatur illud prius, fatendum eſt (faciat id, aut non faciat Deum ens rationis intelligere, & cognoſcere.]

Utrumque Meuriſſius *libr. 1. Metaph. quæſt. 3.* Lalemandetius *loc. cit.* & alii affirmant. Quibus adnumerare poteris Franciſcum de Lugo, de quo Dn. Auguſtinus Redingus *tom. 1. Theol. qu. 2. art. 3. controv. 3. num. 25.* ſic ſcribit. [Conſtat igitur intellectum Beati, non per viſionem

in

Quænam in Deo ponenda & quæ nō ſint ponenda prædicata?

in Verbo, ſed per ſuas conceptiones extra Verbum facere circa Deum objectivas Divinarum perfectionum præciſiones: ut adeò Franciſcus de Lugo tantò videatur magis reprehendendus, quòd in Divino etiam intellectu admittat entia rationis, ſeu diſtinctionem formalitatum Divinæ Subſtantiæ, &c.]

Deum cognoſcere non tamen facere entia rationis, communis Opinio aſſeverat: eamque tenent Suarius *diſp. ult. Metaph. ſect. 2. num. 19.* & multi alii.

In re autem apud Philoſophos pleroſque dubiâ (apud me, ut exiſtimo, certâ) proderit has Concluſiones proponere. Et erit

PRIMA.

Explicatur quid in illa Controverſia ad Philoſophiam, & quid ad Theologiam pertineat.

O*Mnis perfectio poſſibilis & intelligibilis, eſt adtribuenda Deo ſublatis imperfectionibus.*

COROLLARIUM. *Ergo, ſi cognoſcere aut facere entia rationis, perfectio ſit, Deo concedi debet: ſi ſit imperfectio, negari.*

Huic olim Fundamento inſiſtens *in Theologiâ Fundam. Fundam. I. Theſi II. Theolog. nu. 94.* ſic ſcripſi,

Hinc oritur Primò, Quæſtionem illam, quæ interrogat, *An Deus cognoſcat entia rationis*, non eſſe Theologicam, ſed Metaphyſicam. Omnes enim Catholici ſupponimus à Deo cognoſci ut eſt in ſe, quidquid cognoſcibile eſt; Entia rationis, ſi poſſint cognoſci, ut ſunt in ſe, etiam cognoſci à Deo, &, ſi illa cognoſcere, ſit illa facere, etiam fieri illa à Deo. Quod ſi eſſentia ejuſmodi entium in hoc ſit ſita, ut cognoſcantur aliter quàm ſunt in ſe, non poſſe à Deo cognoſci: ſi verò poſſint duobus modis cognoſci, nimirùm ut ſunt in ſe, & aliter quàm ſunt in ſe; & tantummodò dicantur fieri, quando ſecundo modo cognoſcuntur, dicendum erit illa fortè cognoſci [a] & fieri à nobis: à Deo autem cognoſci quidem, ſed non fieri. Hæc Theologica ſunt, & illa omnes Chriſtiani Philoſophi admittunt. In quo ergo differunt? Tantùm in Metaphyſicâ, & in purificatione conditionum. Aliqui enim nobiſcum negant entia rationis, & introducunt entia vocis, qualia nos dedimus. Alii docent illa non poſſe cognoſci, ut ſunt in ſe; & iſti differunt quoad rem; alii in eiſdem entibus fieri, & cognoſci diſtinguunt, & iſti differunt quoad nomen. Et interim ubi Theologici differre videntur, conveniunt maximè: nam Concluſionem e Majori Theologicâ, & Minori Philoſophicâ eliciunt: nempe variam, tametſi enim Major ſemper ſit eadem, variatâ Minori non poteſt non variari Concluſio.

a] *Conſultò potius illud fortè, quia Entia rationis poſitiva eſſe humanitus fieri cum multis Authoribus nego.*

An loco Entium rationis Entia vocis, quæ ſint admittenda?

Unde naſcatur opinionum varietas?

CCXI.

Ubi attingitur veritas, ingenia diverſa conſpirant.

Mira eſt veritatis vis, quia ingenia conſpirant, cùm illa adlucet. Longo tempore poſtquam theſin iſtam ſcripſeram, incidi in Controverſiam de Ente rationis, quò Oviedus Curſum Philoſophicum claudit, & quia mihi placuerunt, quæ dicit *punct. 7. num. 1. pag. 442.* inquirens: *An Deus cognoſcat & faciat ens rationis?* Volo illa adjungere; ſic enim ait. [Diverſitas opinandi in hac quæſtione, meâ quidem ſententiâ, tota oritur ex diverſitate conſtituendi entia rationis, ſeu aſſignandi cognitiones, per quas cognoſcuntur, & fiunt entia rationis. In multorum opinione circa eſſentiam entis rationis, & naturam cognitionis, per quam debet fieri Ens rationis, eſt fide certum, Deum non poſſe facere entia rationis; quòd nullus ex Doctoribus Catholicis, qui affirmet Deum facere Ens rationis, negat: loquuntur enim omnes in alio ſenſu longè diſtincto, dum aſſerunt Deum facere entia rationis, neque duos Doctores invenies, requirentes cognitiones humanas ejuſdem rationis facienda, quorum unus affirmet, & neget alter Deum facere entia rationis; tota enim diverſitas opinandi cognitiones factivas entium rationis; quâ ablatâ nulla diviſioni hujus difficultatis ſupereſſet difficultas; & ſi omnibus eadem mens eſſet de cognitione factivâ entis rationis, vix ullus daretur in hac re diſputandi locus. Rem clarè oſtendo. Affirmat Pater Herice *diſp. 8. de Scientiâ cap. 1. in fin.* cognitionem factivam entis rationis debere eſſe judicium falſum de exiſtentiâ objecti, quod nō ſit [b] vel ſaltem apprehenſionem, quæ inclinet ad hunc judicium, certum debet eſſe apud hunc Autorem, Deum non facere entia rationis; ſi enim aſſereret cognitionem factivā entis rationis importare judicium falſum de objecto non exiſtente; & ſimul aſſereret Deū facere entia rationis, apertè diceret Deum habere judicium falſum de objecto non exiſtente, quod eſt hæreticum. Hac ratione optimè dixit Hurtadus, qui judicium falſum requirit ad entia rationis facienda, fide ſanctum eſſe, Deum non facere entia rationis ab ipſo explicata, quod veriſſimum eſt. Autores iſti, qui defendunt Deum non facere entia rationis, & ad Sanctum Inquiſitionis Tribunal eſſent deferendi, ſi oppoſitum dicerent, fatentur Deum cognoſcere eadem entia rationis per verum judicium, ex vi cujus cognoſcit illorum exiſtentiam repugnare, & cognitionem humanam terminari ad eadem entia rationis. En quomodo in re conveniant Doctores, qui affirmant, & qui negant Deum facere entia rationis; in quibus tantùm eſt diſſenſio in aſſignandâ cognitione, quæ vocanda ſit factiva entis rationis; omnes enim eaſdem cognitiones circa idem objectum eodem omninò modo tendentes conſtituunt. Quia illi, qui affirmant Deum facere entia rationis, dicunt cognitionem quamcumque terminatam ad objectum repugnans, etiamſi ſit judicium de non exiſtentiâ talis objecti, vel quo tantùm affirmetur, cognitionem aliam ad illud terminari, eſſe factivam entis rationis; quam cognitionem Deo tribuunt Doctores negantes Deum facere entia rationis, quin ex illorum principiis inconſequentiæ aliquid notetur: hi verò, qui aſſerunt quamcumque cognitionem terminatam ad objectum repugnans modo explicato eſſe factivam entis rationis, non poſſunt non conſequenter dicere, Deum cognoſcentem ens rationis ut factum ab homine, vel per actum, quo judicat, eſſe objectum repugnans, facere ens rationis, quod omnes concederent, ſi admitterent, quamcumque cognitionem quomodocumq; terminatam ad objectum repugnans, etiam diſſentiendo ab illo, eſſe factivam entis rationis. His præmiſſis facilè à nobis decidetur tota difficultas punctis capiti præfixa, quæ placuit etiam prænotare, nequis religionis ſpe-

An authores, qui aſſerūt Deū facere Entia rationis, & illi, qui negant diſſerant in modo loquendi, an verò habeant opiniones cōtrarias?

Quid requiratur ut fiat Ens rationis opinione Herice?

b] *Opinionem Herice prœcedenti Articulo tradidi, & dilucidavi. Non judicium falſum, ſed apprehenſionem præciſivam poſtulat; &, ut ſcitè Ariſtoteles monet, Abſtrahentium non eſt mendacium.*

Cur hæc propoſitio, *Deus facit Entia rationis*, in ore unius eſſet hæretica, & in ore alius probabilis vel tolerabilis?

An, & quomodo Authores, qui aſſerant, & authores, qui negant, inter ſe convenire dicantur?

An Ens rationis poſſit fieri, quādo cognoſcitur objectū prout eſt in ſe?

Aliud eſt *cognoſcere nō ens per modum entis: &* aliud *intelligere, quod homo cognoſcat non ens per modum entis.*

ſpecie carpere præſumat Doctores aſſerentes Deum facere entia rationis qui nihil Deo tribuunt, quod non concedant, qui aſſerunt Deum hujuſmodi Entia non facere, ut ſupra notavi; neque hujuſmodi religionis ſpeciem ſuam ſententiam commendandam, aut præferendam eſſe præſumat ſententiâ illorum, qui aſſeruut Deum facere entia rationis per actum, quo ab illorum exiſtentiâ diſſentitur, & dicat illa ab intellectu humano ut verè exiſtentia cognoſci: etſi enim Catholica ſit, & laudanda ſententia negantium Deum facere entia rationis, ne cogantur aſſerere, Deum habere judicium falſum, quo decipiatur, & judicet exiſtere objectum, quod in ſe repugnat: hae laude carere non debent, qui aſſerunt Deum facere entia rationis, tantùm per actum, quo judicat ipſa repugnare, & eſſe objectum intellectionis creatæ, & nullo modo per judicium aſſertivum de illorum exiſtentiâ, aut per apprehenſionem, quæ incline t ad hoe judicium, quia longè abeſt à Deo omnis cognitio, quæ aliquam falſitatis umbrâ redoleat. &c.]

An conducat ad Religionẽ, vel ſit contra illam affirmare aut negare, quòd Deus faciat Entia rationis?

SECUNDA.

CCXII. Quotuplex Ens rationis ſit?

ENS rationis eſt duplex: alterum Legitimum, ſeu Præciſivum: Græcè παρὸν *: alterum Fictitium, Græcè* ψευδὸν.

Quid alterutrum ſit, Articuli præcedentis Concluſione IV, luculenter expoſui.

TERTIA.

An Deus, an Homo, faciat πάροντα, id eſt, Entia rationis præciſiva?

ENtia rationis præciſiva; Græcè πάροντα *(1) Homo cognoſcendo facit (2) Deus autem illa cognoſcit (3) ſed non facit.*

Tres habet partes hæc Concluſio, & omnes conſtando doctrinæ in primâ poſitæ clariſſimè demonſtrabuntur.

Primò enim, ut ſcitè obſervavit Herice, verbi gratiâ,

Quid concipiat Homo?

Semibovemque Virum, Semivirumque Bovem, concipit, & imaginatur. Nempe, intelligit duas Naturas (Humanam, & Bovinam) quæ ſunt reales, & dantur in rerum naturâ. Illas ſimul concipit; & hæc ipſa ſimultas realis eſt, ac exiſtens. Non concipit eas inter ſe idemtificari, vel non idemtificari, ſed ab utroque præſcindit: & hoc etiam homo poteſt facere. Ergo, ſi illæ naturæ ſic cognitæ ſunt παρὸν Ens rationis præciſivum, Homo ſcimit, facit entia rationis præciſiva.

Quid intelligat Deus?

Secundò, omnia, quæ quando Homo ens rationis præciſivum ſcimit, facit, cognoſcit Deus. Deus igitur πάροντα (entia rationis præciſiva) cognoſcit.

Homo rem unam ſine alia intelligere poteſt, Deus non poteſt.

Tertiò, ideò Homo dicitur facere πάροντα (entia rationis præciſiva) quia illas in iis incomponibiles naturas præſcindendo ab idemtificationis repugnantiâ cognoſcit. At Deus non poteſt *præſcindere*. Ergo Deus non poteſt facere πάροντα (Entia rationis præciſiva.) Probatur Minor. Quia præſcindere eſt unum ſine altero cognoſcere (hoc eſt, unum concipere, & alterum non concipere) Sed hic cognoſcendi modus repugnat Deo. Deus igitur non facit πάροντα (Entia rationis præciſiva.)

N. B. Semper debet Simultas à Simultate diſtingui; aliud enim eſt ſimul cognoſcere Mexicum & Matritum eſſe ſimul.

Ergo quando Homo παρὸν (ens rationis præciſivum) ſcimit, facit: nempe, quando in uno Individuo ſimul Naturam Humanam, & Bovinam intelligit, & non cognoſcit illas eſſe ſimul; nam illud *ſimul* ſupra Cognitiones & non ſupra Naturas cadit; tunc Deus Naturas Humanam, & Bovinam cognoſcit, & has ipſas ab homine concipi intelligit: & præterea cognoſcit, hanc idemtificationem ab Homine nec negari, nec aſſeri; ideò enim dicitur παρὸν (ens rationis præciſivum) ſcimere, facere; quia ab illarum Naturarum idemtificatione, & non-idemtificatione præſcindit.

De Ente rationis Præciſivo. Cur fuerit illud nomen ſortitum?

QUARTA.

CCXIII. Verùm Entia rationis faciãt angeli?

*ENtia rationis præciſiva (*πάροντα*) ab Hominibus facta cognoſcit Angelus.* An, & ſcimere poteſt; poteſt facere; *Si poſſit præſcindere poteſt; aliàs non poteſt.*

Verùm angeli poſſint præſcindere?

Sanè Angelus, non ſolùm ſecundum naturæ ſuæ merita conſideratus, ſed & lumine gloriæ perfuſus, multa neſcit: illa enim quæ à Divinâ revelatione pendent, qualis eſt dies judicii, ſpiritus ſublimiſſimi, ignorant prorſus, niſi divinitùs illuminentur. Ergo, ſi tunc præſcindere dicimur, quando unum altero non concepto intelligimus, Angeli poſſe præſcindere dicendi ſunt, quoniam rebus aliis conceptis, illa non concipient, quæ neſciunt.

An poſſint in intellectione ceſſare?

Circa res ſemel cognitas quærendum eſt, *An poſſint Angeli à cognitione ceſſare.* Quoniam ſi poſſint & præſcindere poterunt: &, ſi ceſſare non poſſint, non poterunt in illarum cognitione præſcindere.

Alterutrum probabiliter teneri poteſt.

Reſpondeo eſſe probabiliſſimam ſententiâ, quæ docet Angelos, à cognitione ſemel habitâ ceſſare non poſſe: & eſſe oppoſitam probabiliſſimam. Ergo juxtà has duas Opiniones explicandum eſt, an poſſit Angelus unas formalitates ab aliis ſeparare & præſcindere. Et id, quod aſſevero, teſtatur Bañes *in 1.p. qu.5. art.1. pag.554. b.* ſequentes Concluſiones proponens. Eſt videlicet, PRIMA. *Intellectio Angeli nunquam eſt in potentiâ reſpectu ipſius Angeli.* Oppoſitum hujus Concluſionis tenent aliqui Thomiſtæ. Sed nihilominùs probatur ex D. Thomâ *qu.8. de Verit. art.6. ad 7. & art.14. ad 5. & ſupr. qu.56. art.1. ad 3.* ubi id ipſum ſatis inſinuat. Et Cajetanus expreſsè eam tenet *in art. ſeq.* Ferrara *2. contr. Gent. cap.57.* Capreolus *in 2. diſtinct.3. qu.2.* Ægidius Romanus *ibid. in 2. part. diſtinct. art.1.* SECUNDA. *Angelus nunquam eſt in potentiâ reſpectu actualis cognitionis Dei inquantum eſt Autor ipſius Angelicæ naturæ.* Hæc Concluſio non videtur tam certa, ſicut præcedens: eſt tamen valdè conſequens ad illam. Docent eam Cajetanus, & Ferrarienſis ubi ſupra, & eſt communis Thomiſtarum. &c. TERTIA. *Valde veriſimile mihi eſt, quòd Angelus ſemper eſt in actuali cognitione reſpectu ordinis univerſi.* &c.] Hæc omnia Bañes, ex quibus ſtatui poteſt, An, & quando poſſit Angelus unam rem, aut formalitatem ab aliâ re, vel formalitate præſcindere.

An Angelus à cognitione naturali Dei ceſſare poſſit?

An à rerum naturaliũ poſſit cognitione ceſſare?

QUIN-

QUINTA.

CCXIV. De ψευδόντι (*Ente rationis fictitio.*)

Verùm fieri ab Hominibus poſſit?

An à Deo, vel ab Angelis?

Ratio à fortiori

NON *habet vires Intellectus Humanus, ut* ſeimat *(faciat)* ψευδὸν *(Ens rationis fictitium.)* Oſtenditur. Quia, non ſolùm ſubjectivè, ſed etiam objectivè repugnat Eſſentia ſimplex impoſſibilis. Et repugnat, ut quis seriò intelligat veram, & realem idemtificationem inter extrema, inter quæ ſcit illam eſſe impoſſibilem.

COROLLARIUM. *Nec Deus, nec Angeli* ψευδόντα, *Fictitia entia rationis* (ſeimunt) *faciunt: nec cognoſcunt, aut intelligunt, quæ ab hominibus* (ſeimuntur) *fiunt.*

Demonſtratur. Quoniam, ſi nulla ſint ψευδόντα *(Fictitia entia rationis)* ab Hominibus ficta, vel facta; nulla ab Hominibus ficta, vel facta, ab Angelis, vel à Deo cognoſcentur: Quod enim non eſt, non cognoſcitur.

Nec Deus, nec Angeli decipi poſſunt.

Sed & ipſamet Concluſio perſuadetur clariſſimè. Quoniam, ſi Homines, qui falli poſſunt, ψευδόντα, Fictitia rationis entia nequeunt facere, ſequetur à fortiori illa nec angelitùs, nec divinitùs effici poſſe. Ergo in noſtrâ & verâ ſententiâ ceſſat Quæſtio, & tantùm illa locum habere poterit, ſi ex ſuppoſitione diſſeramus, Sit igitur noſtra Concluſio

SEXTA.

CCXV. Si darentur Entia rationis, Deus illa cognoſceret ſine imperfectione aut errore.

SI *darentur* ψευδόντα, *Fictitia Entia rationis, tunc Deus ita illa cognoſceret, ſicut hodie Mendacium v.gr. cognoſcit.* COROLLARIUM. *Ergo, quia nunc mendacium cognoſcens non mentitur, tunc ens rationis cognoſcens non falleretur.*

Mendacium cognoſcitur ſine mendacio.

Perſuadetur Concluſio. Nam, quando Petrus dicit, *Nix eſt nigra*; cognoſcit nivem, & nigredinem Deus; cognoſcit nigredinem in re non uniri ipſi nivi: & tamen uniri in propoſitione à Petro dictâ. Et hanc ob rem veriſſimè cognoſcit eam eſſe falſam: &, ſi mentali, quam habet idem Petrus, diſſonet, mendacem eſſe.

Quid Titius deberet facere ut efficeret Ens rationis? an Deus cognoſcendo quid Titius fecerit, faciat Ens rationis?

Ergo eodem modo de ente rationis eſſet philoſophandum: Quoniam, ſi repugnaret idemtificari hircum, & cervum, & tamen inter hircum, & cervum cogitatione ſua Titius interponeret idemtificationem, ψευδὸν, Fictitium ens rationis Titius (ſeimeret) faceret, & illud faciendo falleretur. Tunc autem Deus omnia cognoſceret, ut ſunt in ſe. Cognoſceret ergo eſſentiam idemtificationis cognoſceret illam repugnare inter hircum, & cervum: & tamen à Titio per intellectum inter hircum & cervum collocari. Quæ omnes cognitiones ſunt veriſſimæ, & ab omni erroris ſuſpicione remotæ.

Quomodo Entia linguæ cognoſcantur, quin tamen fiant Entia linguæ?

Sic ſanè Deus cognoſceret ψευδόντα, *Fictitia entia rationis*, ſi darentur: & ſic cognoſcit *entia linguæ*, quæ dantur. Nam quando dicit Iſidorus, *Circulus habet quatuor angulos*, facit Ens linguæ, quod tamen non ſolùm Deus & Angeli, ſed etiam Geometræ univerſi ab Iſidoro fieri ſciunt, quin illud *(ens linguæ)* Deus, Angeli, aut Geometræ, &c. efficiant.

SEPTIMA.

CCXVI. De Homine. An eſſe poſſit Cauſa Prima?

SI ψευδόντος *Entis rationis fictitii quiditas & eſſentia in eſſentia ſimplicis & impoſſibilis conceptu objectivo conſiſteret, dicendus eſſet Homo, non jam in genere deficiendi, ſed etiam in genere faciendi Cauſa Prima, & Intellectus Humanus potentior Intellectu Divino.* Atqui id eſt omninò abſurdum & repugnans. Ergo etiam illud, ex quo ſequitur. Repugnat ergo eſſentiæ ſimplicis impoſſibilis objectivus conceptus.

In deficiendi genere poteſt.

Supponit Primò iſta Concluſio Creaturam Intellectualem poſſe eſſe in genere deficiendi Cauſam Primam; nam Homo, aut Angelus, deficiendo peccavit, ut Theologi Orthodoxi pronunciant.

In genere faciendi non poteſt.

Supponit ſecundò ſolùm Deum eſſe in genere faciendi Cauſam Primam. Quæ Veritas tam eſt certa, ut Philoſophis Ethnicis cognita fuerit: unde ſcitè Ariſtoteles *Cauſarum Cauſam*, & *Motorum Motorem*, vocat Deum.

Quid ſit fictitia Entitas?

Et ipſam eſſe veram demonſtro, quoniam peto ab Arriagâ, an aliquid, aut nihil intelligam, quando entitatem ſimplicem repugnantem cognoſco? Reſpondet, me intelligere inter Naturas Hirci, & Cervi unionem, & idemtificationē fictitiam; nempe non veram, quoad ſubſtantiam & fictitiam quoad modū, ſeu locum, quia concipitur inter extrema, inter quæ illam eſſe repugnat: ſed falſam fictitiamque quoad ſubſtantiam: quæ habet eſſe objectivum, quin poſſit ullum eſſe ſubjectum habere.

Ens fictum ſi cognoſceretur haberet quiditatem objectivam, & exiſtentiam objectivam.

Tunc ego ſic. Ergo illa idemtificatio exiſtit objectivè. Ergo in illo eſſe objectivo dari debent Quiditas objectiva, & Exiſtentia objectiva.

An Deus cum Homine ad Entis rationis formationem cōcurrat?

Homo ergo Primò illud ens objectivè exiſtens per Creationem producit. Patet, quia illud non ſolùm ex nihilo ſui, ſed ex nihilo ſubjecti producit: quia cùm illud nullum ſubjectum habeat, illud Homo non educit ex potentiâ ſubjecti. Ergo Homo eſt illius entis objectivi Cauſa Prima. Prætereà, ſi dicatur Homo non eſſe illius ψευδόντος (Entis rationis fictitii) Cauſa Prima, nam aliàs cum Homine Deus ad illius entis productionem concurreret; illud enim Objectum eſt Non-Entis ad inſtar Entis cogniti: repugnatque, ut Non-Entia Deus intelligat ad modum Entium.

Vnde Ens rationis ſuum eſſe quiditativū fictum habeat?

Hinc ergo Secundò, illud (ſaire) eſſe quiditativum objectivum, quod illud ψευδὸν (Fictitium ens rationis) haberet, cùm non eſſet à ſe (nam aliàs eſſet Deus) ab aliquâ deberet Causâ (ſainte) illud quaſi producente producere. Non à Deo, propter rationem poſitam; quia non poteſt Deus Non-Entia ad inſtar Entium intelligere. Non ab Homine, quia illud Fictitii Entis rationis (ſaire) eſſe quiditativum, eo ſenſu (aut negativo, aut hypothetico) quo poſitivæ omnes rerum eſſentiæ, fuiſſe deberet ab æterno, & tamen Homines ab æterno non ſunt.

An Ens rationis ſit vox ſignificationis expers?

His ergo poſitis, conſideretur hoc Trilemma. Illud eſſe quiditativum objectivum, (Ens rationis fictitium) vel eſt à ſe; vel eſt à Deo; vel eſt ab Homine. Atqui, ut conſtat

ex

Digitized by Google

ex præmiſſis rationibus, nec eſt à ſe, nec à Deo, nec ab Homine. Non ergo datur tale (ſaltem) *Eſſe quidditativum objectum*. Ergo nomen *Ens rationis fictitium*, eſt vox quædam ſimilis *Blictri*, & *Scyndapſus*, quæ nihil omninò ſignificant.

OCTAVA.

CCXVII. De Ente rationis Logico. An illud poſſe fieri à Deo, probet Lalemandetius?

D*EUM cognoſcere, & facere* πάροντα (Entia rationis præciſiva) *& etiam Logicalia, quæ habent fundamentum in re, aſſerit, ſed non probat Lalemandetius ulla convincente ratione.*

Diſp.4.Metaph.per totam de hoc argumento diſputat hic Eximius Philoſophus. Et, quia obſervo, omnes, quæ viderentur aliquid poſſe perſuadere, adduxiſſe rationes, illas ſingulatim proponam, & diſſolvam clariſſimè. Sanè ipſe, ut diſtinctè procedat, rationes, quibus Deum πάροντα (*Fundamentalia entia rationis*) perſuadere conatur, præmittit. Et eſt illarum

Prima.

An per reſultantiam illud fiat?

Entia rationis impropriè reſultare aut pullulare dicuntur, quia repugnat quod aliquod ens pullulet aut reſultet. Ergo quæcumque illa habeant, illud eſſe ab intellectu cauſatur.

DOcuimus (ait) hujuſmodi entia rationis habentia fundamentum in re, fieri per reſultantiam: id eſt emanare ex aliquâ cognitione terminatâ ad objectum reale: ſeu rectiùs loquendo ex objecto reali cognito pullulare. Qui modus nihil imperfectionis in Deo ponit. Immò hoc eſt neceſſarium admittere in Deo. &c.] Et præcedentem hac ratione confirmat. Subjungit enim. [Numquid Intellectus Divinus non poteſt comparare ſuam eſſentiam ad creaturam, ex quâ comparatione reſultet relatio rationis? Ergo ex illâ cognitione Divinâ reſultat ens rationis.

Concedo apud aliquos Authores legi Entia rationis *reſultare*, *emanare*, aut etiam *pullulare*; at illos omnes, qui ſic loquuntur, vel iſtis verbis *fieri*, & *produci* velle nobis ſignificare, vel certè decipi, jam ſuperiùs oſtendi, nam illud eſſe objectivum quale, quale, quod habere dicuntur entia rationis, ab intellectu cauſatur, & quia errorem ſupponit, imperfectionem importat, & Deo attribui non poteſt.

An ex cognitione divina reſultet aliqua relatio rationis?

Ad Confirmationem reſpondeo, Intellectum Divinum, non ſolùm poſſe, ſed de facto ſuam Eſſentiam cum Creaturis comparare & componere: illa enim Cauſa Exemplaris eſt, iſtæ autem exempla, correſpondentia ſuo exemplari. At ex hac Collatione, & ex directâ, aut etiam reflexâ hujus Collationis cognitione in Deo nulla Relatio rationis reſultat; adeoq; Deum facere aut cognoſcere Entia rationis, hoc primâ ratione non probatur.

Secunda.

CCXVIII. An cognoſcere Entia rationis, ſic illa facere?

DEUS cognoſcit Entia rationis, Ergo & facit.] Reſpondet Ruvius, negando Conſequentiam. Sed contra illum inſtat Lalemandetius, aitque: [Juxta communiorem opinionem de fabricatione Entis rationis, Ens rationis nullum aliud *eſſe* habet, quàm cognoſci ab intellectu, ipſiq; objici, Ergo, qui poteſt cognoſcere Ens rationis, poteſt & facere; Sed ſecundùm Adverſarios, poteſt Deus illud cognoſcere, Ergo & facere; fundamentum enim cur negent Deum poſſe facere Entia rationis, eſt, quia ſi Deus ea faceret, aliter cognoſceret res, quàm ſunt: Sed numquid etiam hæc ratio valêret contra ipſos concedentes Deum ea cognoſcere? Si enim ea cognoſcat, etiamſi non faciat, ſemper ſtabit, Deum res cognoſcere aliter quàm ſint.

Qui cognoſcit hominem erraviſſe, quando reverà erravit, non errat, nec concipit rem aliter quàm eſt in ſe.

Nego (quidquid dicatur) ſemper ſtare *Deum aliter res cognoſcere, quàm ſunt in ſe*; nam, ſicut Tu, quando audis Semphronium dicentem v. gr. *Circulus habet quatuor angulos*, quia ſcis Circulum non habere ullum angulum, & errare illi angulos adfingendo Semphronium, nec erras, nec cognoſcis res aliter quàm ſunt in ſe: ſic nec Deus, quando errare hominem, & intelligendo res aliter quàm ſunt in ſe, facere Ens rationis, aut errat, aut facit Ens rationis; ſed cognoſcit res ut ſunt in ſe.

Tertia.

An Deus diſtinguat actualiter formalitates, quæ in eſſentia divina realiter identificantur?

DIſtinguere ea, quæ non ſunt diſtincta, eſt facere Ens rationis: Sed Deus primum facit, Ergo & ſecundum: Primum quidem; quia diſtinguit ſuam Voluntatem à ſuo Intellectu; ſuam Juſtitiam à ſuâ Miſericordiâ.] Reſpondet Ruvius Deum illa diſtinguere quaſi virtualiter & fundamentaliter, non verò actualiter. Non autem videtur hæc ſolutio ſufficere; contrà enim inſtat Lalemandetius: inquitque; [Numquid Deus actualiter non cognoſcit ſuam Voluntatem non eſſe ſuum Intellectum? ſuam Juſtitiam non eſſe ſuam Miſericordiam? proindeq; diſtinguit actualiter ea quæ de ſe non ſunt diſtincta? actualiter, inquam, actualitate rationis, quamvis non actualitate rei, Ergo actualiter facit Ens rationis.

De actualitate Rationis, & Rei.

De actualitate **Sandi**, & **Sendi**, *hoc eſt*, De actualitate eſſendi quidditativè, & eſſendi exiſtentialiter.

Reſpondeo Primò, me ſcire dari varias actualitates; & in particulari actum eſſendi quidditativè, ab Actu eſſendi exiſtentialiter (hoc eſt, **Sare** à **Sere**) diſtinguere: ſed, quia neſcio quo actualitas rationis modo ab Actualiter ſecernatur, à Lalemandetio id explicari vellem; quæ enim non intelligo, non poſſum adprobare aut reſpuere.

Quomodo Miſericordia & Iuſtitia, & cæteræ virtutes morales diſtinguantur in Deo?

Reſpondeo Secundò, illud exemplum de Juſtitiâ & Miſericordiâ, non eſſe ad rem; quia, ut illas concipiunt Nominales, Virtutes Morales in Deo diſtinguuntur realiter extrinſecè, penes diverſa connotata: adeoq; in illarum diſtinctione non habet locum Ens rationis. Major poſſet eſſe difficultas, de Intellectu & Voluntate Divinis, interim dico Primò, nec errare, nec rem aliter quàm ſit, intelligere Deum, quando cognoſcit, ſuum Intellectum & Voluntatem concipi à Thomiſtis ut ratione ratiocinatâ diſtincta; à Scotiſtâ, ut diſtincta ex naturâ rei, &c. Et dico ſecundò, nec errare, nec rem aliter quàm eſt in ſe intelligere, quando ſuum cognoſcit Intellectum hypotheticè à ſuâ voluntate diſtingui, hac enim reverà diſtinctione diſtinguitur: unde Deus, ſicut cognoſcit eſſe veram

Quomodo Deus cognoſcat ſuum intellectum à ſua voluntate diſtingui?

iſtam

iſtam Propoſitionem, *Corpus Cubicum & Sphæricum diſtinguuntur actualiter, quia ſunt finita: cæterùm, ſi per impoſſibile eſſent infinita, non actualiter, ſed hypotheticè ſecernerentur*; ſic ſimiliter cognoſcit eſſe veram hanc, *Intellectus Divinus & Voluntas Divina, non diſtinguuntur actualiter, ſunt enim infiniti: ſed diſtinguuntur hypotheticè; quoniam, ſi per impoſſibile eſſent finiti, actualiter ſecernerentur.* Deus igitur cognoſcendo hanc diſtinctionem hypotheticam, nec errat, nec ens rationis fabricatur. [Et hæc hic breviter inſinuaſſe ſufficiat: qui autem reſcire velit, *Quid Prioritas, Diſtinctio, Identificatio Hypothetica ſint?* legat noſtram DIALEXIM *de Non-Certitudine*, in eâ enim (nempe, *part. 2. art. 14. aſſert. 10. pag. 242. a.*) omnia accuratè eaplicata reperiet.]

da, & quomodo diſtinctio Hypothetica poſſit in Divinis attributis admitti?

Et poſteà idem P. Joannes Lalemandetius in Ratione

Quarta.

CCXIX.
Quænam fuerit Angelici Præceptoris Opinio?

SAnè QUARTÂ D. Thomam eò perducere, aut protrudere gliſcit, ut velit nolit, doceat, *Deum entia rationis efficere*, citat enim S. Doctorem 1. *part. quæſt. 15. art. 2. ad 3.* ubi ſic ait. [*Hujuſmodi reſpectus, quibus multiplicantur Ideæ, non cauſantur à rebus, ſed ab Intellectu Divino comparante eſſentiam ſuam ad res.* Unde infertur, quòd quandoquidem diſtinctio Idearum in Deo non eſt realis, ſed tantummodò relatio rationis; ideò quia Deus (ex mente D. Th.) talem cauſat diſtinctionem, efficiet quoque ens rationis.]

Ruvins reſpondet intelligi debere D. Thomam de diſtinctione virtuali, non verò de actuali. Sed hæc Reſponſio diſplicet Lalemandetio, eamq; contemnit, & rejicit, dicens. [Nullius momenti eſt dicta reſponſio; ex ipſâ enim præfata doctrina D. Th. nihil novi diceret, immò foret ridicula; nam etſi Deus nullo modo cogitaret de ſuis Ideis, earumque diſtinctione, non deſineret tamen diſtingui inter ſe virtualiter & fundamentaliter ſicut licèt non cognoſceret, quòd diſtingueret ſua attributa, illa tamen non deſinerent diſtingui inter ſe virtualiter & fundamentaliter: Divus autem Thomas addit aliquid ſupra; & dicit quòd multiplicatio idearum fit ab intellectu Divino, quod vocabulum, *fit*, importat actualitatem: de ſe enim, & antequam accedat Intellectus Divinus, ſunt virtualiter, & fundamentaliter diſtinctæ, ergo adveniens Intellectus Divinus debet aliquid novi ponere, & certè nihil aliud, quàm actualem diſtinctionem rationis. Meo quidem judicio ſinceriùs loquerentur Autores Contrariæ Opinionis, negando (hoc eſt, non admittendo) autoritatem D. Thomæ, quoad hoc, quàm taliter gloſsando &c.]

An D. Thomas bene citetur pro ſententia, quæ docet Deum facere Entia rationis.

An rerum Eſſentiæ ante Divinam intellectione m præexiſtant?

Reſpondeo hîc Lalemandetium evidenter oſtendere ſe veram doctrinam de Divini Intellectûs Ideis, quam nos docet Angelicus Præceptor, neſcire. Quoniam nonnulli Veteres, quibus etiam num aliqui Recentiores ſubſcribunt, quia inter Sare, & Sere (hoc eſt, inter *eſſe quiditativum*, & *eſſe exiſtentiale*) dari latam diſcretionem non noverant, omne *Eſſe*, eſse exiſtentiale ſupponentes, Ideas in Deo objectivas negarunt, ne eſsentias finitas, ab æterno, ante omnem creationem exiſtentes, admitterent. At illis oculatior D. Thomas, Scholaſticorum Antiſtes, non ſolùm Formales in Divino Intellectu, ſed etiam Ideas Objectivas admittit, ut inferiùs *Diſſert. III.* manifeſtè oſtendetur. Ut autem Mens Angelici Doctoris innoteſcat, illam hac Paraphraſi illuſtro. *Ideæ Objectivæ in Deo, ſunt Creaturæ* ſantes (*ſecundum earum eſſe quiditativum intellectæ.*) *Illas* ſamit (οὐσιοῖ, & eſsentiat) *Intellectus Divinus: & quia realiter diſtinguuntur inter ſe* (nam eſsentia Angeli, ſecundum ſe conſiderata, & ab omni exiſtentiâ præciſa, realiter diſtinguitur ab Eſsentiâ Elephantis) *dicunt actuales diſtinctionis reſpectus, quibus multiplicantur, & Intellectus Divinus, qui ipſas rerum quiditates* οὐσιοῖ (eſsentiat) *hos ipſos reſpectus, qui ſunt inter Quiditates* συνουσιοῖ (coëſſentiat.) *Quoniam,* SICUT, *quando in principio ſuæ Eſſentiæ perfectiones comparando & communicando Creaturis, quas exiſtere voluit* (ſempſit) *creavit Cælum, & Terram, & Relationes inter has duas Creaturas* (*Cælum, & Terram*) ſentes (habentes eſse exiſtentiale) *concreavit.* SIC *ab æterno, quando eaſdem ſuæ Eſſentiæ perfectiones comparando, & communicando, tantùm ſecundum* ſare (tantùm ſecundum Eſſe quiditativum) *Creaturis, quas exiſtere noluit*, ſampſit (*eſſentiavit; hoc eſt*, dedit illis eſſentias) & Relationes ſantes (habentes eſſe quiditativum) *coëſſentiavit.* Sed de iſtis Ideis Objectivis redibit ſermo Diſſertatione Tertiâ.

Cur aliqui Veteres in Deo Ideas Objectivas negaverint?

An Eſſentiæ inter ſe ab exiſtentiis præciſæ, realiter diſtinguantur?

Quando Deus aliqua Corpora producit, Relationes, quæ ſunt inter ipſa, comproducit.

Ergo & coëſſentiavit Relationes Objectivarum Idearum.

Hinc patet Primò, Rubium adlucinatum fuiſſe exiſtimando, de Ideis Formalibus Angelicum Doctorem agere; diſputat enim S. Doctor de Objectivis, inter quas realis poteſt eſſe diſtinctio.

Exponitur Rubii.

Hinc etiam patet fuiſſe Lalemandetium ſimiliter adlucinatum. Vel, ſi dubites, illa verba conſidera. *Vocabulum* fit *importat actualitatem.* At illud vocabulum in teſtimonio quod adduxit, non legitur. Conſidera etiam illa, *De ſe* (*Ideæ*) *& antequam* [*] *accedat intellectus Divinus, ſunt virtualiter & fundamentaliter diſtinctæ. Ergo adveniens Intellectus Divinus, debet aliquid novi ponere; & certè, nihil aliud, quàm actualem diſtinctionem rationis.* Sic ille ſtatuit; contra quem ſic pronuncio. *Ideæ illæ de ſe antequam accedat Intellectus Divinus, non ſolùm in genere* ſendi (exiſtendi) *ſed etiam in genere* ſandi (habendi eſſe quiditativum) *nihil ſunt) quoniam ab ipſomet Divino Intellectu* ſamuntur (οὐσιοῦνται, eſsentiantur.) *Et Divinus intellectus adveniens, illas* ſamit (οὐσιοῖ, eſsentiat) *præſtatque, ut non ratione tantùm, ſed & realiter ſint diſtinctæ inter ſe.*

& Lalemandetii adlucinatio

*] Illud *antequam* non rationis ratiocinatæ, ſed rationis ratiocinantis Prioritatem importat.

Non ergo Adverſarii, potiùs non admittere teſtimonium D. Thomæ deberent; nam admiſſum, & benè gloſsatum, Lalemandetii diruit Opinationem.

Cenſuræ Lalemandetianæ Cenſura.

NONA.

CCXX.
De Entibus rationis Fictitiis An illa Deus, vel cognoſcat, vel faciat.

E*NTIA rationis Fictitia* (*Græcè* ψευδόντα) *fieri à Deo Lalemandetius non perſuadet.*

Tranſit ad fictarum entitatum conceptus explicandos, & ait. [Oportet advertere communem doctrinam peccare in his, quòd ideò deneget fabricam hujuſmodi entium

Digitized by Google

Cur communis Sententia neget Deum Entia rationis poſſe facere?

rationis ipſi Deo: Primò, quia hoc poneret imperfectionem in Deo. Secundò, quia Deus conciperet res aliter quàm ſint. Quarè cenſebitur probata noſtra Reſolutio, ſi hæc falſa eſſe oſtenderimus, ſcilicet quòd neque eſſet imperfectio in Deo, neque Deus cognoſceret res aliter quàm ſint, quòd autem utrumq; ſit falſum, probatur.] Quibus autem Rationibus? Illarum, quas eſſe efficaces judicavit, eſt

An communis Sententiæ Fundamenta ſubſiſtant.

Prima.

CCXXI.

An ſit imperfectio, ſi potentia ad plura objecta oſtendatur?

NUlla eſt imperfectio in Potentiâ, quòd ſe extendat ad plura objecta, immò potiùs eſt maxima perfectio: ſed, ſi concedamus Deo fabricationem ψευδόντων Entium rationis, etiam fictitiorum, intellectus Divinus ſe ſe extendet ad plura, etiam vera, & bona: nam ſicut ens rationis eſt aliquo modo verum & bonum. Quòd ſi id denegemus Deo, ergo admittendum eſt.]

An Ens rationis ſit Verum, & Bonum?

De ſpeciebus Qualitatis. Quo modo potentia & Impotentia inter ſe diſtinguantur?

Ante Reſponſionem volo conſiderari illud nomen *Potentia*, & audiri Commentatores Ariſtotelis, quando in Categoriis ſpecies Qualitatis dilucidant. Complutenſes *in Logic. diſp.* 15. *qu.* 4. §. 1. *num.* 13. ſic ſcribunt. [Sanè Principium (operandi) proximum bipertitur Nam aliud eſt Principium operationis fortis & perfectæ, qualiter ſe habet Potentia Viſiva in juvene, & hoc dicitur *Naturalis Potentia*. Aliud eſt Principium operationis remiſſæ, & debilis, qualis eſt Potentia Viſiva ſenis. Unde conſtat *Naturalem Impotentiam* non dicere nudam Privationem, ſed Potentiam debilem & remiſſam; & conſequenter ſolùm diſtingui à Potentiâ Naturali, ſicut perfectum ab imperfecto intra eamdem ſpeciem. &c.] Ergo ſtando huic doctrinæ, eadem Virtus Viſiva, prout colores diſtinctè reſpicit, erit Potentia & prout confusè, erit Impotentia. Ergo modo mutatâ materiâ argumentum Lalemandetii reponamus. [Nulla eſt imperfectio in Oculis, ſeu Virtute Viſivâ, quod plura pertingat Objecta; immò potiùs eſt maxima perfectio. Sed, ſi illi Colores poſſent diſtinctè, & confusè percipere, plura objecta (aut etiam pluribus modis) attingerent, quàm ſi ſolùm diſtinctè illa perciperent. Eſſent igitur perfectiores illi Oculi, qui res objectas diſtinctè, & confusè perciperent, quàm illi, qui eaſdem tantummodò diſtinctè viderent.] Ergo hinc patet, quid eſt ad argumentum reſpondendum. Dico igitur, quòd intellectus, quando concipit τὰ ὄντα (Entitates reales) concipit res ut ſunt in ſe, ac propterea operatur benè: quando autem concipit τὰ ψευδόντα, (entia rationis fictitia) concipit res aliter quàm ſunt in ſe, ac propterea operatur malè. Et infero, perfectiorem eum intellectum eſſe, qui non poteſt niſi benè operari, & talem eſſe Intellectum Divinum; quàm illum, qui poteſt benè, & malè operari, qualis eſt intellectus humanus. Ratio igitur hæc Prima, à Lalemandetio poſita, nihil evincit.

Argumentum Lalemandetii retorquetur.

Intellectus Humanus, quia eſt Potentia Entia realia concipit: &, quia eſt Impotentia, Entia rationis.

Impotentiæ ratio Divino convenire non poteſt.

Secunda.

CCXXII.

QUOD eſt perfectio in noſtro intellectu, eſt quoque perfectio in intellectu Divino; Sed eſt perfectio in noſtro intellectu quòd faciat entia rationis, ergo & erit perfectio in intellectu Divino. Major patet: Minor probatur; Si eſſet imperfectio in noſtro intellectu, quòd faciat entia rationis, Potentiæ ſenſitivæ, quæ ſecundùm communẽ doctrinam non faciunt entia rationis, erunt perfectiores noſtro intellectu, at hoc non, ergo neque illud. Confirmatur, quare enim potentia v. gr. auditiva, non facit entia rationis, intellectus verò facit? Nihil certè aliud poteſt reſponderi, niſi quia intellectus eſt potentia perfectior, quàm auditiva.

An poſſe Entia rationis facere ſit perfectio?

Reſpondeo, negando primi ſyllogiſmi Minorem: ad probationem dico, unum & idem prædicatum, ſi partim perfectum, & partim imperfectum ſit, alteri extremo propter perfectionem, & alteri propter imperfectionem negari neceſſariò debere. Quod poſſet centenis exemplis ſuaderi: nam Tepiditas (calor remiſſus) nec Aquæ naturaliter convenit, quę nullo modo eſt calida, nec igni, qui eſt totaliter calidus. Cœcutire (quod eſt imperfectè videre) nec Lapidi convenire poteſt, quia caret oculis: nec Lynci, aut Aquilæ, quia habent puriſſimos, & perfectiſſimos. Ratiocinari (quod eſt, res per diſcurſum cognoſcere) nec Beſtiis convenit, nam intellectu carent; nec Angelicis ſpiritibus competit, nam intellectu perfectiſſimo uno intuitu rem quamcumque concipiunt. Ergo ſimiliter, cùm τὰ ψευδόντα (entia rationis fictitia) concipere, ſit res aliter quàm ſunt in ſe, adeoque res malè intelligere; importabit intellectionem imperfectam. Ergo Senſitivæ Potentiæ, ſiquidẽ carent intellectu facere τὰ ψευδόντα (hoc eſt, entia rationis fictitia:) & Deus, quia cùm infinitus ſit, intellectum imperfectũ non habet, illa ſimiliter poterit facere. Senſitivæ ergo Potentiæ [*] nam imperfectæ ſunt & Deus quoniam perfectiſſimus eſt, non poterunt facere entia rationis.

An, & quando unum & idem prædicatum duobus ſubjectis, alteri propter perfectionem, & alteri propter imperfectionẽ negari debeat?

*] *Qui docent Intellectum humanum poſſe Entia rationis fictitia facere, poſſunt docere Senſitivas Potentias (nimirùm, quando ſubaudiunt, ſubolfaciunt, &c.) Entia ſenſuum facere ad inſtar Entium rationis.*

Tertia.

OPinio Oppoſita, quæ docet Deum non poſſe facere entia rationis fictitia, innititur fundamento falſo. Ergo ſtare non poteſt. Probatur Antecedens: In hoc enim decipitur, quòd Deus conciperet entia rationis per modum entium realium: id enim non præſtat, ſed ea cognoſcit, ut ſunt; & quia non ſunt entia realia, ideò illa non apprehendit per modum entium realium: itaque Deus ea judicat non eſſe in rerum naturâ, ſed tantùm intelligit, ac ſi eſſent in rerum naturâ.

Reſpondeo hæc ultima Lalemandetii verba ſufficere, ut ejus corruat argumentatio. Nam Adverſarii poſſent ratiocinari ſic. Qui res, quæ non ſunt in rerum naturâ, cognoſcit ac ſi eſſent in rerum naturâ, cognoſcit res aliter, quàm ſunt in ſe. At Deus, quando entia rationis cognoſcit, tunc aſſerente Lalemandetio, res, quæ non ſunt in rerum naturâ, cognoſcit, ac ſi eſſent in rerum naturâ. Illas ergo cognoſcit aliter, quàm ſunt in ſe.

Verba Lalemandetii contra illum retorquentur.

Quarta.

EX retorſione argumenti, cui Adverſarii confidunt, à Lalemandetio conformatur.

Digitized by Google

An bene probent Iuniores Entia rationis Deum non facere?

tur. [Quoniam, ideò illi dicunt, Deum non poſſe facere entia rationis, quia tunc Deus cognoſceret res aliter quàm ſint: ſed (ait Lalemandetius) quæro ab illis (tenent enim excepto Vaſquez, Deum non facere quidem, bene tamen cognoſcere entia rationia) dum Deus cognoſcit entia rationis, cognoſcit-ne ea per modum entium, id eſt, ac ſi eſſent, vel ac ſi non eſſent? Si ſecundum, habeo intentum; & ideò tunc non decipitur cognitio Divina: Si primum, ergo decipitur cognitio Divina, fertur enim circa illud, quod non eſt, illudque cognoſcit, ac ſi eſſet.

Quo Deus modo cognoſcat entia rationis ab Hominibus fieri. (nempe, illa humanitùs fiant!

Reſpondeo hanc rationem ſuperiùs jam diſſolutam eſſe. Dico itaque, Deum non poſſe apprehendere *Circulũ triangularem*, nec formare hoc judicium, *Circulus eſt triangularis*. At verò, quando Petrus *Circulum eſſe triangularem* pronunciat, & Paulus (ſi fortè id poteſt) *Circulum triangularem* apprehendit: tunc infinitâ ſui Intellectûs claritate cognoſcit, *Circularitatem*, & *Triangularitatem* eſſe rationes inter ſe repugnantes, & tamen uniri extrinſecè: nempe, vocaliter à Petro: & intellectualiter à Paulo. Et, quia hæc omnia ſunt vera, non cognoſcit res aliter, quàm ſunt in ſe.

Quinta.

CCXXIII. An Deus poſſit facere ſolus quæ facit cum cauſis ſecundis.

DEus id poteſt facere ſe ſolo, quod facit cum cauſis ſecundis efficientibus: Sed noſter intellectus facit ens rationis, & Deus concurrit cum eo, Ergo & ſe ſolo Deus id præſtare poteſt. Major & Minor ſatis patent. Non ergo poterit Conſequentia negari.]

An Deus ad materiale tantum, an verò ad formale, quod dicit Ens rationis concurrat?

Huic argumento non dat manus Meuriſius qui licèt admittat Deum facere entia rationis, quæ fiunt per reſultantiam, negat tamen facere fictitia. Reſpondet, inquam, illud eſſet verum de actionibus, quæ non important imperfectionem; in illiuſmodi enim, ait, actionibus Deus concurrit ad id, quod materiale eſt & phyſicum: unde concurret ad effectionem phyſicam entium rationis, non autem ad formale; ſicut non concurrit ad formale errorum intellectûs, bene tamen ad materiale.

An ſicut de erroribus Intellect⁹, ſic de Entibus rationis fit ſtatuẽdum?

Sed contra hanc Lalemandetius Reſponſionem ſic inſtat. [Jam oſtendimus, ait, fabricationem entium rationis non importare imperfectionem, proindeque ruit ſolutio Meuriſii. Deinde quânam ſubtilitate Scoticâ ſeparabit materiale entium rationis ab eorum formali? niſi fortè dicat materiale eſſe illas partes, ex quibus compaginatur, v.gr. Chimæra: at certè illud materiale non fit ab intellectu, ſed eſt jam in rerum naturâ; Ergo non poteſt dici illud materiale fieri ab intellectu. Ad illud ergo ens rationis, quod fit ab intellectu, concurret Deus, & per conſequens ad totum ipſum ens rationis. Nec eſt ſimilia ratio de erroribus intellectûs. Primò, quia includunt imperfectionem. Secundò deviant à rectâ ratione; decipitur enim in his intellectus: [*] at in ente rationis non decipitur, nec enim putat ens rationis eſſe ens reale, ſed illud apprehendit ut eſt ens rationis, & ut eſt in ſe; unde in ejus fabricatione nulla eſt difformitas, neque deviatio, aut error intellectûs.

[*] Hæc ratio non probat Deũ facere Ens rationis, ſed non dari Ens rationis: non enim illud poteſt fieri, niſi id quod non eſt Ens, per modum Entis concipitur.

Caramuelis Leporates.

CCXXIV. Ex Rubio Lalemandetius impugnatur.

Hæc exhibita à Lalemandetio Reſponſio, ſupponit falſum (videlicet, non decipi & errare Intellectum, & non imperfectè rem intelligere, cùm ens aliquod rationis efformat.) Et ideò illam meritò ex Rubii doctrinâ impugnare poterimus; Quia tunc præcipuè Intellectus Humanus dicitur ens rationis formare, cùm vel diſtinguit & in plura partitur id, quod realiter eſt indiviſum, vel unit, identificatque, quæ realiter ſunt incompoſſibilia, & identificari non poſſunt. Habemus exemplum diſtinctionis rationis in Homine, qui tametſi habeat Animam realiter indiviſibilem, ea per Intellectum in duas formalitates (Animalitatem) diſpeſcitur. Et Identificationis rationis habemus in Hircocervo exemplum: in eo enim Hirci, & Cervi naturæ, quæ à parte rei realiter diſtinguuntur, & nequeunt realiter identificari, per Intellectum uniuntur & identificantur. Sed iſti duo res concipiendi modi ſunt imperfectiſſimi. Neuter ergo convenire Deo poteſt. Non ergo Intellectus Divinus entia rationis poteſt facere.

Entia rationis, ſi darentur, fierent duplici modo videlicet, aut per diſtinctionem rationis, aut per identificationem rationis.

Et uterque intelligendi modus non poſſet cõvenire Deo.

Sanè, ſi huic argumento bene reſpondeat Lalemandetius, demonſtrabit clariſſimè, non jam quod ipſe intendit; nempe, Deum Rationis entia intelligere & facere: ſed Hominem illa, nec facere, nec concipere poſſe. Ergo illum priùs audiamus; & ejus poſtea verba, prout ratio poſtulet, Cenſurâ opportunâ iouremus.

An ſit imperfectio Intellectus dividere rem realiter indiviſibilem,

aut res realiter diſtinctas identificare?

[Reſpondeo (inquit) non eſſe imperfectionem diſtinguere per rationem ea, quæ non ſunt diſtincta à parte rei: eſſet quidem imperfectio & error diſtinguere realiter, aut cõcipere aliqua duo diſtincta à parte rei, quæ tamen de ſe non eſſent diſtincta: non autem eſt imperfectio diſtinguere per rationem ea, quæ ſunt unum à parte rei.] Sic ille, & potuit addere [Non eſſe imperfectionem identificare per rationem ea, quæ non ſunt identificata à parte rei: eſſet tamen imperfectio & error, identificare realiter; ſeu concipere aliqua duo eſſe identificata realiter, quæ realiter diſtinguerentur. Non autem eſt imperfectio identificare per rationem, quæ plura ſunt à parte rei.] Et tranſeundo ad numerum Intellectionum, dicit [Non eſt imperfectio in Concipiente, rem de ſe unam pluribus conceptibus intelligere. Siquid enim eſt imperfectionis in hoc, illud eſt in conceptu objectivo; atque adeò ex parte objecti, non verò ex parte conceptûs formalis.] Et potuiſſet conſequenter ſubjungere [Non eſſe imperfectionem in Concipiente, res de ſe plures unico conceptu intelligere. Si quid enim eſt imperfectionis in hoc, illud eſt in conceptu objectivo; atque adeò ex parte objecti, non verò ex parte conceptûs formalis.] Et infert. [Ergo, ſiquidem intelligere & facere entia rationis, nullam ponit imperfectionem in conceptu formali, illa cognoſci & fieri poterunt ab Intellectu Divino: hoc enim ipſum abundantiam, & perfectionem Divini Intellectûs oſtendit, &c.]

An, ſi in alterutro eſſet imperfectio, illa objectivum conceptum, & non ad formalem ſpectaret?

Lalemandetii Concluſio.

CCXXV.

HÆreamus hîc tantiſper, & tria (Rationem principalem: Reſponſionem Meuriſſii, & ejuſdem Reſponſionis Impugnationem à Lalemandetio exhibitam) relegamus: &, quæ in ſingulis obſervatione digna ſint, conſideremus.

Cauſa eſt duplex: altera puré operativa, & altera partim operativa, & partim defectiva.

Illa Rationis Major. *Deus id poteſt facere ſe ſolo, quod facit cum Cauſis ſecundis Efficientibus*. Eſt diſtinguenda. Nam, ſi agatur de Cauſis purè Efficientibus, concedi debet. Si autem de Cauſis partim Efficientibus, & partim Deficientibus, debet negari. Quoniam, quando quis ex. gr. peccat, agit & deficit: & ad actionem, non autem Deus ad defectum concurrit. Debet ſimiliter diſtingui Minor illa. *Sed noſter Intellectus facit ens rationis*, &c. Non enim illud facit, ut Cauſa purè Efficiens, ſed ut Cauſa partim faciens, & partim deficiens. Impotentia enim eſt & imperfectio non poſſe cognoſcere Non-ens, ut eſt in ſe, & debere ideò illud concipere aliter quàm eſt in ſe.

Qui Entia rationis conſtruere, faceret & deficeret.

Deus non concurrit ad Cauſarum defectus.

Hinc patet huic Rationi bene reſpondiſſe Meuriſſium, Cognitio enim illa, quâ ens rationis cognoſcitur & fit, eſt imperfecta: & repugnat, in Deo imperfecta cognitio.

Quæ facit Ens rationis eſt erronea cognitio

Nec oppoſitum probat Lalemandetius, ſemper enim ſtat, ideò Intellectum humanū facere Ψευδὸν (*ens rationis fictitium*) quia cognoſcit *Non Ens*, aliter quàm eſt in ſe.

Oppoſitum Lalemandetius aſſerit.

An diverſa confundat?

Illa denique verba, quæ ponebat in fine; videlicet. *Intellectus in ente rationis non decipitur, nec enim putat ens rationis eſſe ens reale, ſed illud apprehendit, ut eſt ens rationis, & ut eſt in ſe. Unde in ejus fabricatione nulla eſt deformitas, neque deviatio, aut error Intellectus*; duo objecta, & duos actus confundunt. Petrus enim, quando privationem viſus in Talpâ, ex. gr. concipit, cœcitatem (hoc eſt, Non-ens per modum entis; & Non-formam per modum Formæ) concipit. Et poſteà ſuper priorem cognitionem reflectens, cognoſcit ſe per priorem actum cognoviſſe rem aliter, quàm eſt in ſe. Primus actus eſt directus; nimirùm ille, per quem fit ens rationis; & eſt imperfectus, & fallax. Secundus eſt reflexus; nempe, per quem naſcitur primus. Malè igitur Meuriſſii Lalemandetius Reſponſionem impugnat. Nam hîc de directo diſſeritur; & illa, quæ Lalemandetius ſcribit, non de directo, ſed de indirecto poſſunt verificari.

De directa, & reflexa cognitione.

Per utram Ens rationis fiat?

CCXXVI.

An poſſint Entia rationis ab Hominibus fieri?

MOdò iterum ad Concluſionem Quintam, propter quam hæc omnia dicta ſunt, revertamur. Hominem entia rationis facere, Lalemandetius ſupponebat, & inde Deum etiam illa facere, perſuadere volebat. At Nos, qui negamus utrumque, ſicut ab affirmatione prioris ad affirmationem poſterioris Lalemandetius diſcurrebat: ſic à negatione poſterioris ad negationem prioris, retorquendo argumentum, poterimus ratiocinari: puta, dicendo. [Deus id, quod poteſt [*] ſe ſolo, poteſt cum Cauſis ſecundis efficientibus facere. Sed Deus, ſe ſolo, non poteſt facere entia rationis. Ergo neque cum Cauſis ſecundis illa poterit facere. Homines igitur non poſſunt entia rationis facere. Probatur Minor. Quoniam per cognitionem imperfectam & falſam fieret ens rationis, ſi fieret. Et Deus habere nequit cognitionem imperfectam, aut falſam.

Argumenti à Lalemandetio conformati Retorſio.

*] *Major eſt vera: nam & materiale peccati Deus ſe ſolo, & cum cauſis ſecundis juxta communem ſententiam poteſt facere.*

Sexta.

CCXXVII.

Iterum proponitur Rubii argumentum: Reſponſioque Lalemandetii iterum impugnatur.

RAtio, quâ Rubius, & alii Authores, Deum non poſſe facere entia rationis, perſuadere contendunt, ſupponit falſum. Ergo nihil evincit. Probatur Antecedens, nam Ratio, cui Rubius confidit, ut iterum nuper dicebam, eſt hæc. [Entia rationis non poſſunt fieri ab Intellectu humano, niſi altero ex duobus modis; nempe, *Vel* diſtinguendo ea, quæ à parte rei non ſunt diſtincta, & concipiendo per plures conceptus, quæ concipi deberent per unum. *Vel* identificando ea, quæ à parte rei non ſunt identificata, & concipiendo per unum conceptum; quæ concipi deberent per plures. At uterque intelligendi modus importat certiſſimam imperfectionem. Neuter ergo poteſt adtribui Deo.

Non, quod intendit, ſed oppoſitum probat Lalemandetius.

Dicebam ſub initium (nempe, num. 224.) Argumenti à Rubio poſiti diſſolutionem, ſi fuerit congrua, non eſſe perſuaſuram, *intelligi & fieri à Deo entia rationis*, ſed demonſtraturam clariſſimè, *illa, nec fieri, nec intelligi ab Hominibus*. Et, ut id evidentèr evincam, de Diſtinctione rationis ratiocinatæ priùs, & poſteà de Identificatione diſputabo.

Diſtinctio præciſiva, ſive in actu, ſive in potentia conſideretur, realis, & vera, nō autem ficta eſt.

Profectò in Homine duæ ſunt formalitates *Animal*, & *Rationale*. Et ipſæ [*] tam in Thomiſtarum, quàm in Scotiſtarum ſententiâ quâdam diſtinctione, quæ minor reali ſit, ante mentis operationem diſtinguuntur. Eam Thomiſtæ *Virtualem*, ſeu *Fundamentalem* appellitant: Scotiſtæ *Diſtinctionem ex naturâ rei*. Præſtat hæc diſtinctio, ut in Homine tam *Animal* ſine *Rationali*, quàm *Rationale* ſine *Animali* realiter poſſit concipi. Et realiter dico, nam Præciſiones objectivæ, quæ in utroque Peripatu (Thomiſtico, & Scotiſtico) admittuntur, non præſtant, ut quando una formalitas concipitur expreſsè, altera confusè concipiatur; ſed, ut, quando una concipitur expreſsè, nec confusè, nec expreſsè altera concipiatur.

An Ariſtoteles Præciſiones Objectivas docuerit?

Et hoc eſt, quod dicunt, & propugnant, qui Præciſiones Objectivas admittunt. Et illas ſuos Diſcipulos docuiſſe Ariſtotelem teſtatur P. Georgius de Rhodes in *ſua Philoſophia* (quam, quia Ariſtotelis Opiniones ediſſerit, *Peripateticam* vocari voluit) *lib. 4. diſp. 2. qu. 1. ſect. 1. pag. 621. 4.* quoniam valde confidenter ſcribit, *Certum eſt veterem communem & veram Sententiam, quæ conſtanter docet, Intellectum habere vim præſcindendi res inſeparabiles, & diſtinguendi per cognitionem res realiter identificatas*. Et ſic debere intelligi Præciſiones Objectivas conſtat ex Adverſariorum Argumentis; hoc enim illas ſenſu accipiunt, & impugnant. Apud eumdem Rhodeſium, contra illas Nominales ſic arguunt. [Non ſunt minùs contradictoria *Cognoſci*, & *Non-cognoſci*, quàm *Produci* & *Non-produci*. At non poteſt Rationalitas, quin Animalitas producatur, produci. Ergo nec poterit eadem Rationalitas, quin Animalitas cognoſcatur, cognoſci.] Et *pag. 623. 4.* Majorem negat abſolutè Rhodeſius.

An hæc Doctrina, non jam merè probabilis, ſed certa ſit?

Realis ne ſit Præciſiva Diſtinctio: an verò ab Intellectu fingatur?

Ergo

Ergo, ſi conſtando Doctrinæ, quæ Præciſiones Objectivas admittit, Titius dixerit, *Quando concipio Animal, non concipio rationale, & quando concipio Rationale non concipio Animal*; verba proferet, quæ in ſenſu reali vera ſint, Ergo, ſiquidem de facto *Animal*, & *Rationale* realiter diſtinctis conceptibus concipiuntur à Titio, antequam ſic conciperentur, poterant ſic intelligi. Ergo diſtingui virtualiter, fundamentaliter, aut ex naturâ rei (non enim ſum de terminorum varietate ſolicitus) nihil aliud eſt, quàm poſſe alterum ſine altero diverſis conceptibus concipi. Atqui hoc, quod eſt, *unum ſine altero diverſis conceptibus de facto concipi*, non eſt quid fictum, ſed eſt quid reale, & realiter verum. Ergo *poſſe ſic concipi* non erit aliquid fictum, ſed erit quid reale, & realiter verum, Ergo illæ Diſtinctiones (Virtualis, Fundamentalis, ex naturâ rei: aut quomodocumque appellentur) non ſunt Entia rationis, nec ſunt Diſtinctiones veræ, & ſuo modo exiſtentes.

De Diſtinctione Potentiali.

An veræ, & non fictæ ſint Diſtinctiones aſſertæ à Novitiis Philoſophis.

Progredior, & ſic diſcurro. Inter extrema quæ verâ, & non fictâ Diſtinctione ſecernuntur, Relationes, quæ intercedunt, non ſunt fictæ, ſed veræ. Ergo, ſiquidem inter Formalitates (adeoque inter Superiores, & Inferiores Gradus Prædicamentales) ſunt Relationes veræ, & non fictæ: ipſæ non erunt entia rationis. Secundæ igitur Intentiones, quas vocant: nempe, Rationes Generis, Differentiæ; Speciei, Individui. &c. non erunt entia rationis.

CCXXVIII, Secundæ Intentiones non ſunt ψεύδοντα, hoc eſt, Entia rationis ficta.

Hinc tranſeamus ad Idemtificationem. Sicut datur Virtualis, & Fundamentalis Diſtinctio, quid vetat, dari etiam Virtualem, & Fundamentalem Idemtificationem, dicamus. Diſtinctio illa Virtualis, ſeu Fundamentalis admittitur inter formalitates, quæ ita realiter poſſunt concipi, ut una realiter intelligatur, quin altera realiter intelligatur. Ergo (Virtualis, ſeu Fundamentalis) Idemtificatio poni poterit inter duas realitates (Hirci, & Cervi Natura, v.gr.) quæ ita realiter poterunt concipi, ut quando una concipitur, altera ſimul concipiatur.

An detur Idemtificatio, Virtualis, & Fundamẽtalis?

Ergo ſicut in *Animali*, & *Rationali* eſt Potentialis, & Actualis Diſtinctio. Potentialis (nempe, illa, quam diximus, Virtualem, aut Fundamentalem vocari) eſt poſſe alterum ſine altero diverſis conceptibus concipi. Et illarum Diſtinctionum, quia ante Mentis operationem in ipſiſmet rebus invenitur, poteſt vocari *intrinſeca*. Diſtinctio autem Actualis (quia in hoc, quod eſt unum ſine altero concipi, vel cognoſci, conſiſtit) eſt extrinſeca; vera tamen & realis.

De Diſtinctione Actuali & Potentiali.

Sic ſimiliter inter Naturas Hircinam, & Cervinam duplex idemtificatio admitti debet: Potentialis, & Actualis. Quarum Potentialis dabit iſtis naturis poſſe unam ſimul cum alterâ eodem conceptu intelligi. Ergo hæc Potentialis Idemtificatio *Intrinſeca* vocari poterit, dicit enim potentiam, quæ in rebus realiter diſtinctis reperitur ante omnẽ Mentis operationem. Idemtificatio autem actualis, quia in intellectione conſiſtit, quæ illas realiter diſtinctas Naturas ſimul concipit, realem incomponibilitatem minimè intelligendo, eſt *extrinſeca*; vera tamen, & realis.

De Idemtificatione Actuali & Potẽtiali.

Intellectus igitur, ſive in Homine cum D. Thomâ & Scoto formalitates (Animal, & Rationale) extrinſecè diſtinguat inter ſe: ſive in Hircocervo, cum Herice, realitates (Hirci, & Cervi naturas) idemtificet extrinſecè inter ſe; nihil omninò finget. Ergo non faciet ens rationis.

Concluſionum Concluſio.

HÆC doctrina, quæ entia rationis poſse fieri ab Hominibus negat, etiã habere locum poterit in Nominalium Peripatu; eorum enim ſententiâ, non diſtinguuntur intrinſecè Formalitates, ſed extrinſecè tantùm penes diverſa connotata. Nam *Homo* prout eſt operationum ſenſibilium Principium, vocatur *Animal*; & prout eſt operationum intellectualium cauſa, dicitur *Rationale*. Ergo, quia Senſibiles, & Intellectuales operationes realiter diſtinguuntur, *Animal*, & *Rationale* diſtinguentur realiter extrinſecè inter ſe. Ergo idem dicendum eſt de omnibus Superioribus, & Inferioribus Prædicamentorum Gradibus. Ergo & idem de omnibus Intentionibus Secundis; quia inter extrema realiter diſtincta non niſi reales Relationes ponuntur.

An etiam Entia rationis debeant Nominales negare?

An inter ſe diſtinguantur realiter extrinſecè formalitates?

Sicut ad Nominalium Fundamenta, diſtinctione reali extrinſecâ ſecernimus Formalitates; ſic unire, & conglutinare poterimus naturas diverſas Idemtificatione extrinſecâ hoc eſt, penes terminum, ſeu connotatum. Et probatur clariſsimè. Nam Metalla juxta communem opinionem [*] diſtinguuntur ſpecie, Et tamen licèt apud Hiſpanos Ducata ſint aurea, Regales argentei, Marabitini cuprei, unum Ducatum, undecim Regales, & trecenti ſeptuaginta quatuor marabitini inter ſe per rationem idemtificantur, quia Monetæ ad res comparandas, & emendas ſunt cuſsæ: & 1.duc. & 11.reg. & 374.marab. in connotato coincidunt & idemtificãtur. Quia id ipſiſſimum, quod 1. ducato emi poterit, poterit etiam 11.regalibus, aut 374. marabitinis comparari [a] Et conſultò hoc exemplo ſum uſus, quia illo nonnulli Nominales utuntur, ut Naturæ Univerſalis Unitatem exponant, putant enim Petrum, & Paulum v.gr. ſe totis differre inter ſe intrinſecè conſideratos: at convenire in connotato extrinſeco, nam habent æquivalentes, & æquipotentes naturas; quoniam operationes, quas alter elicere poteſt, poteſt, & alter. Et hanc non autem D. Thomæ, aut Scoti doctrinam dilucidant illa Rhodeſii verba pag. 622. [Quotieſcumque res aliqua ita eſt virtualiter multiplex, ut reverà pluribus æquivaleat, toties poteſt inadæquatè concipi. Sed in Homine ſunt perfectiones ita virtualiter multiplices, ut reverà pluribus æquivaleant. Ergo poteſt Homo inadæquatè concipi, Probatur Minor. Illud concipi poteſt inadæquatè, quod poteſt concipi prout æquivalet uni, quin concipiatur quatenus æquivalet alteri. Sed quod virtualiter multiplex eſt, concipi poteſt prout æquivalet uni, quin concipiatur prout æquivalet alteri. &c.] Conſidera illa *prout*, illud *quatenus*. Tunc enim Homo prout æquivalet Bruto concipitur, quando concipitur, prout poteſt actus animales elicere; & tunc concipitur prout æquivalet (aut eſt ſimilis) Angelo,

An realitates extrinſecè idemtificentur?

*] *Eſt hodie probabilis & multorum Opinio, quæ Chavaſſeriana Formas admittit; quæ intrativè ſunt accidentales.*

34
34
374

a] *A verbo Latino* comparare *ſuum verbũ* comprar *deduxerunt Hiſpani*.

Apud Nominales illa, quæ virtutes æquipollentes habent, & poſſunt ſimiles effectus producere, genere, aut ſpecie convenire dicuntur.

Inter illa, differentia eſt extrinſeca, & deſumitur à Connotatis.

gelo, quando concipitur, prout poteſt elicere intelligendi operationes.

Septima.

CCXXX. Argumenta Lalemandetii retorquantur.

E*Odem argumento, quo Angelos, & Beatorum Animas glorificatas, facere entia rationis Lalemandetius perſuadere conatur, demonſtratur clariſſimè, non dari entia rationis, adeòque nec poſſe fieri, aut cognoſci ab Hominibus.*

Ut Concluſionem iſtam eſſe veram oſtendam, præmittam Lalemandetii verba; & poſteà eadem calamo ſecundo reſcribam, ad propriam ipſa Opinionem retorquens. Ipſe diſcurrit ſic.

De Intellectu Divino, & Angelico.

An Beati videant Adtributa in Deo per rationem diſtingui?

An videant etiam Homines?

An in hac illorum cognitione repetiatur error, aut imperfectio?

[Ex iis (ait) quæ de Intellectu Divino circa entia rationis dicta ſunt, inferendum eſt à potiori, ea ab Intellectu Angelico, & Beatifico efformari poſſe. Etſi enim intueantur Beati res ut ſunt, hoc tamen non impedit, quòd poſſint facere entia rationis. Dum enim vident Miſericordiam à parte rei non diſtingui à Juſtitiâ Divinâ; & tamen eam per rationem diſtingui. Dum, inquam, hoc ultimum præſtant, non vident diſtinctam à parte rei, à Miſericordiâ Juſtitiam; ſed tantùm vident diſtinctam per rationem: Immò noſmetipſi, quando diſtinguimus Attributa Divina ab invicem, non ea conſideramus, nec exiſtimamus diſtincta à parte rei, ſed tantùm per rationem (loquor in opinione Thomiſtarum de diſtinctione Divinorum Attributorum) & in hoc nulla eſt imperfectio, nulluſque error; eſſet quidem, ſi ea attenderemus ut diſtincta realiter, quando de iis formamus diſtinctionem rationis; id autem non facimus; ſed (ut dixi) ad ea tantùm attendimus ut diſtincta per rationem, indiſtincta verò à parte rei, &c.] Hæc omnia ille.

Paragraphi precedentis Retorſio.

Audiviſti Lalemandetium (ſanè Philoſophū floridum & eruditum) ſed quia non feſtinas, jubes, ut fidem liberem, & promiſſam præcedentium verborum Retorſionem ſubſcribam. Obedio. Ergo attende; Sic enim inquam.

CCXXXI. An dentur Entia rationis?

Non poteſt Intellectus Humanus concipere aliquam Entitatem ſimplicem, quæ impoſſibilis ſit: nec intelligere aliquam rationis ratiocinatæ diſtinctionem inter formalitates, quæ realiter diſtinguuntur.

Ex his, quæ à nobis de Intellectu Divino dicta ſunt, conſtat ψεύδοντα (*Fictitia entia rationis*) in rerum natura non dari, ac propterea, à Deo illa, nec cognoſci, nec fieri. Et à fortiori infertur Angelicum, aut Humanum Intellectum, etiam glorificatum, non habere vires, ut ſimplicem impoſſibilem entitatem concipiat: adeòque nec poſſe indiviſibilem entitatem ratione ratiocinatâ dividere. Nec contra quidpiam evincit Argumentum, quod aliqui à Divinia Miſericordiâ & Juſtitiâ deſumunt, quas dicunt non diſtingui inter ſe, & tamen à Beatis intelligi & cognoſci ut diſtinctas. Illud propono. *Ille Ens rationis facit, qui rationes indiſtinctas, & identificatas, ut diſtinctas, & non identificatas intelligit. Sed Beati, etiam glorificati, in Deo Adtributa (puta, Juſtitiam & Miſericordiam) quæ ſunt rationes indiſtincta & identificata, ut diſtinctas, & non identificatas concipiunt. Beati igitur etiam glorificati faciunt entia rationis.* Dixi, & dico, nihil prorſus Argumento iſto evinci, Beati enim glorificati in Cælo, vident Deum, ut eſt in ſe, ac propterea ens rationis non faciunt. Et hanc ob rem ſyllogiſmi Majorem abſolutè concedo. Minorem ad Nominalium mentem priùs, & poſteà ad Thomiſtarum & Scotiſtarum mentem diſtinguo.

Oſtenditur Entia rationis poſſe & debere in Schola Nominalium negari.

Profectò Nominalium ſententiâ Adtributa Divina relativis nominibus ſignificantur; & ideò, quia diverſa connotata reſpiciunt, reali extrinſecâ diſtinctione inter ſe ſecernuntur. Unde Miſericordia, & Juſtitia in Deo ſecundum *eſſe in* conſideratæ, ſunt duo nomina, & una res: videlicet, Voluntas Divina. Quoniam hæc ipſa Divina Voluntas, prout ſublevat miſerias Pauperum, *Miſericordia* dicitur; & prout præmia Juſtis, & ſupplicia impertitur Injuſtis, appellatur *Juſtitia*. At ſublevare miſerias Pauperum, præmia impertiri Juſtis, & Injuſtos pœnis & ſuppliciis punire, ſunt rea toto Cælo diverſæ, & realiter ante omnem mentis operationem diſtinctæ. Ergo Beati (etiam glorificati, nam de illis argumentum agebat) videntes in Deo Miſericordiam, & Juſtitiam ſecundum *eſſe in* identificari Voluntati Divinæ; & ſecundum *eſſe ad* (ſecundum connotata) reali extrinſecâ diſtinctione ſecerni, omnia ut in ſe ſunt, intelligunt. Ens igitur rationis non faciunt.

Oſtenditur etiam poſſe & debere à Thomiſtis & Scotiſtis eadem ψεύδοντα (*Entia rationis ficticia*) abſolutè negari.

Cæterùm Thomiſtæ, & Scotiſtæ (nam inter Adtributa Divina præciſiones objectivas admittunt) non habent in hac vitâ, aut in alterâ, cur illa aliter quàm ſunt in ſe (adeòque faciendo ens rationis) concipiant. Porrò in eorum ſententiâ, realiter loquendo, una formalitas alterâ non conceptâ cōcipitur. [Nam in Homine ex. gr. animalitas non intellectâ Rationalitate: & in Deo Miſericordia non intellectâ Juſtitiâ concipi, & intelligi poteſt.] Angeli igitur, & glorificatæ in Cælo Animæ (eſto non poſſint unum Dei Adtributum altero non intellecto concipere) cognoſcunt nihilominùs Miſericordiam à Juſtitiâ humanitùs præſcindi poſſe: hoc eſt, poſſe ab Hominibus alteram cognoſci realiter alterâ non intellectâ. Et, quia *cognoſci*, & *non cognoſci*; aut etiam *intelligi*, & *non intelligi*, ex parte actuum formalium, realem diſtinctionem important; Beati, videntes clariſſimè Deum, videbunt ejus Adtributa ut ſunt in ſe. Videbunt igitur Miſericordiam, & Juſtitiam nullâ intrinſecâ reali actuali diſtinctione diſtingui; at verò reali actuali extrinſecâ (nempe, non in ſe, ſed in Intellectu Humano) diſtinctione ſecerni.

Cognitio & *Nõ cognitio*, nec non *Intellectio*, & *Non intellectio* ſunt termini contradictorii.

Concluſio.

CCXXXII. Quidnam ex dictis inferat,

C*Laudit Diſcurſum ſuum Lalemandetius, dicens. Quòd ſi hac conſideraſſent contraria, & communis Opinionis Autores* (nempe, qui aſſerunt, *Homines quidem, non autem Deum Angelos, & Animas glorificatas, facere ens rationis*) *animadvertiſſent, ſuas Ratiocinationes contra noſtram Reſolutionem nullo modo concludere, nulluſque eſſe roboris, vel momenti.* Et ego illum hac parodiâ dimitto. *Sanè (doctiſſime & eruditiſſime Lalemandeti) ſi conſideraſſes, & perpendiſſes rationes, quas ut adverſus contrariam, & communem Opinionem aſſereres,* Non ſolùm Homines, ſed & Angelos, & Animas glorificatas, immò ipſummet Deum intelligere & facere entia rationis poſſe, *gliſcis, & formare conaris; & recordareris utique te dixiſſe, & benè probaſſe,*

& quod potiùs inferre debeat P. Lalemandetius?

quòd

An noſtram ..ſe ſuadeat ..eſolutionem ..m oppoſitâ ..robare exiſti..at?

quòd in illâ intellectione nulla ſit imperfectio, nulluſque error, *ad noſtram mentem, & Reſolutionem intuliſſet*, Ergo, nec Homines, nec Angeli, nec Beati, nec Deus facere entia rationis poſſunt. Ergo non eſt poſſibile Ens rationis. *Si enim eſſet poſſibile, fieret per actum imperfectum, quo res aliter, quàm eſt in ſe, conciperetur; non verò per intellectionem, in quâ nullus eſſet error, aut imperfectio. Atqui, ut teſtaris, in illis actibus nullus error, aut imperfectio reperitur. Ergo per illos actus nullum ens rationis conformatur.*

Pars Tertia

De Conceptu Entis Abſtracti, & Contracti.

CXXXIII. ..e Ordine Na..ræ. ..galis ſit?

ORDO Naturæ poſtulat, ut à notioribus ad minùs nota diſcurramus. In hoc Dogmate Philoſophi univerſi conveniunt. At hæc ipſa convenientia non tollit Opinionum divortia: alii enim Particularia Univerſalibus notiora eſſe contendunt: alii opinantur contrà; & Genera ſuis Speciebus nobis eſſe notiora, & clariora aſſeverant. Litem ego indeciſam relinquo; nam quidquid de Veritate ſit, quia multum defero autoritati Ariſtotelis Stagiritæ, ei impræſentiarum adhæreo, & ab Univerſaliſſimis initium ſumo; quoniam ejus judicio Particularibus ſunt notiora Communia: Libri enim Primi Phyſicæ Capite primo ſic ſcribit. *Hæc inſita naturâ nobis eſt via, ut è notioribus nobis magis manifeſtis ad notiora Naturæ, magiſque manifeſta proficiſcamur. Non enim ſunt eadem nobis atque ſimpliciter nota. Quapropter hoc modo ex hiſce, quæ naturâ quidem minus ſunt manifeſta, nobis autem notiora ad ea, quæ dilucidiora ſunt, magiſque nota Naturâ proficiſcamur, neceſſe eſt. At confuſa* [*] *primò nota nobis ſunt magis, ac manifeſta: elementa verò principiaque poſterius ex hiſce nota, per ipſorum diviſionem fieri ſolent. Id circò ex univerſalibus ad ſingularia proficiſcamur, oportet: ipſum namque totum, ſenſu notius eſt. Univerſale verè totum eſt quoddam: quippe cùm multa complectatur ut partes. Sic etiam, & nomina quodam modo ſeſe habent ad definitionem. Totum enim quoddam indiſtinctùmque ſignificant, ceu circulus. At ipſius definitio in partes ſingulas dividit. Pueri quoque primùm viros omnes, patres, mulieres quaſvis, matres appellant. Poſteriùs autem, horum utrumque diſcernere, diſtinguere videntur.*

..ìum Univer..lia notiora ..t Particula..bus?

Quid in hac ..ateria ſenſe.. Ariſtoteles?

*] *Nota illud Confuſa, & diſce, Ariſtotelem, dum Plato viveret, Realiſ fuiſſe; at poſtea, ægrè ferens Xenocratem ſibi præferri, adhæſiſſe Nominaliſ Scholæ, juxta quos dicimur intelligere ſpeciem, quando confusè intelligimus omnia individua: & dicimur intelligere Genus, quando confusè concipimus omnes Species.*

C A P V T I.

Prophyſicas Controverſias præmittens, quæ Ens Abſtractum concernunt.

CXXXIV. ..ænam Scie..i de Abſtrac..ſinte tracta.. debeat: & ..æ de reſtri..o, aut con..acto?

Aſſentior præcedēti Doctrinæ: & quia illi conſtans Tertiã hanc hujus Secundæ Diſſertationis Partem in duo ſubdivido diverſa Capita, in Priori de communibus & Univerſalibus, & in altero de minùs Communibus, & minùs Univerſalibus (hoc eſt, in Priori de ente Abſtracto, in Poſteriori de ente Concreto) diſputaturus ſum. Et Tu interim, ut reſcias, quos Authores recognoſcere debeas, *Quanam de entibus abſtractis Facultates, & quanam de Concretis differant?* ſtudiosè requiris.

Reſpondeo, quia ens ut ſic multis modis contrahitur, multas & differentes Scientias contemplari. Corpora enim (ſeu entia per Corporeitatem contracta) ſpeculatur Φυσικὴ, quam Latini *Philoſophiam Naturalem* vocamus. Numeros (ſeu entia per Diſcretam Quan-

Ens ut ſic multis modis contrahitur.

De Phyſica.

De Arithmeticæ,

Quantitatem contracta) ſupputat Ἀριθμητική, quæ Scientia à noſtris poſſet, *Numeratoria*, aut *Suppuratoria* nominari. Continuas Magnitudines (ſeu entia per continuam Quantitatem contracta) metitur Γεωμετρία, ſic dicta, quòd fuerit inventa ab Ægyptiis, ut terræ & campis, quos Nili inundatio deleverat, termini & limites priſtini reſtituerentur.

De Geometriç

Viventium (ſeu entium contractorum per Vitam) eſſentias & operationes perpendit Ψυχική, quam tradit Ariſtoteles libris quos inſcripſit *de Animâ*. De Angelis (ſeu entibus per ſpiritualitatem contractis) Ἀγγελοσοφία tractare debet; quam exponit & dilucidat Doctor Angelicus *quæſt.* 17. & ſequentibus ſuæ Primæ Partis. Tandem Deum (ſeu ens per Aſeitatem, ac propterea per Infinitatem, Immenſitatem, & Æternitatem contractum) adorat, orat, & contemplatur venerabunda, Θεολογία; cui cæteræ omnes Scientiæ & Facultates ancillantur. Et, quia hæc de ente Concreto prælibaſſe ſufficiat, ad ens Abſtractum oculos convertamus.

De Pſychicæ,

De Angeloſophia,

Nec non, de Theologiæ Objecto.

Theologiæ Facultates univerſæ ſubſerviunt.

Et quia inquiris, *Cujus illud ſit Facultatis Objectum*? & eſſe Objectum Metaphyſicæ communis aſſeverat Opinio, hîc tantiſper hærebo, non enim omninò adridet hæc communis reſponſio. Si enim ipſum nomen conſiderem ἀπὸ τοῦ μετὰ, καὶ φυσικῆς, hoc eſt, ab *ultra*, & *Phyſicâ* dicitur Μεταφυσική, quoniam eſt ultra Phyſicam, Ergo, ſi aſſerente Ariſtotele, de ente Abſtracto priùs, quàm de Concreto eſt diſſerendum, Facultas illa, quæ de ente Abſtracto diſputat, non Μεταφυσική (quia μετὰ eſt *ultra*) ſed Προφυσική (quia πρὸ eſt *ante*) nominari deberet. Accedit, quod hodie nomen Μεταφυσική à multis tàm largâ ſignificatione accipiatur, ut videatur Scientiarum omnium comprehendere Encyclopædiam: vel quî dubitet, Patris Franciſci Suarez Metaphyſicam ob ſuos oculos ponat, oſtendatque quænam Quæſtio in Phyſicâ, in Libris de Animâ, in Materiâ de Cælo, in Controverſiis de Angelis, & in Scientiâ Supremâ (quo S. Dionyſius Theologiã intelligit) tractari & expediri ſoleat, quæ à P. Suarez in illis duobus Tomis non ſit ſufficienter deciſa.

De Metaphyſica, & Prophyſica.

Vnde dicâtur?

Ad utram agere de Ente abſtracto pertineat.

An non Iuniores (& Suarez præcipuè) in ſuis Metaphyſicis Libris, de omni Ente diſputent?

ARTICVLVS I.

De Supremo, & Univerſaliſſimo Prædicato Generalis Syſtematis.

CCXXXV. Quid ſit Syſtema?

SYSTEMA voco, omnium Prædicamentorum, aut Categoriarum Aggregatum, ſub uno ſuperiori & communi conceptu; & quæro, *Quis ſit ille Conceptus Supremus? Quid illud Prædicatum, quod nulli alii ſuperiori ſubjicitur, & omnia cogitabilia habet ſub ſe; & de univerſis dicitur & verificatur*. Et clariùs, & magis in particulari Controverſiam decidendam proponens, Utrùm illud Supremum Prædicatum ſit ENS, *ut Architas Tarentinus, Ariſtoteles, & cum eis Peripatetici univerſi aſſeverant. Utrùm verò ſit* BONUM, *ut S. Dionyſius Areopagita ſtatuit? Et denique, Utrùm ſit* VERUM, *ut perſuadet Ratio, & Scriptores Illuſtriſſimi inſinuant?*

Difficultas proponitur.

Conſiderantur iſta tria Prædicata, ENS. VERVM. BONVM. Quodnam ex illis ſupremo in loco conſtituendum ſit?

Profectò, ut video, difficillimam Controverſiam ingredior; & quia non reperio lucem & ſecuritatem in ſemitâ tritâ, & communi, novam cogor aperire, & ſternere. Ergo attende.

Aut coïncidunt, aut magnam habent inter ſe connexionem cum Metaphyſicâ voce REUBAU, illæ Biblicæ, תהו & בהו (THOHU, & BOHU) quæ in Geneſos Cap. 1.2. leguntur. Sicut enim iſtæ varias & adverſas Expoſitiones ſubeunt, ſic & illa. Quid alii de illâ ſentiant, Ego alibi; & præter me plerique omnes Scholaſtici exponunt: quid autem dici debeat, ut Controverſia hæc clarè dilucidetur, hîc breviſſimè expediam.

Quid ſignificet apud Metaphyſicos dictio REVBAV?

הוא Hu, eſt pronomen, *Ipſe, a, um*. Et ב eſt litera ſervilis, quæ ſignificat *In*. Præpoſitio תחת THAATH ſonat *Sub*. Ergo ad rem noſtram בהו BOHU, erit *In ipſo*, & תהו THOHU, *ſub ipſo*. Quærimus ergo impræſentiarùm, unum Conceptum objectivum, *in quo*, velut in Toto potentiali univerſi Conceptus objectivi claudantur: & *ſub quo*, velut ſub Prædicato Supremo ſubalternentur cætera Prædicata.

Hebræa nonnulla exponitur vocabula.

Hoc ſupremum & univerſaliſſimum Prædicatum, quodcumque illud ſit, Paſſiones, & Attributa habere debet, quæ ut bene exponantur, ſic diſcurro. [Eſt, inquam Ego, in Hebraico Parnaſſo Muſa dives & elegans, quæ quia RASCE-THEBOTH, *Capita dictionum* conſiderat, RASCIA à Rabbinis, qui Scientias Cabalæas profitentur, in ſuis Libris vocatur. Hæc pro dictione integrâ primam literâ accipit, ut cùm exempli gratiâ ADAM exponitur, AB DAVID, VE MESCIAH. *Pater Davidis & Chriſti*. Et hanc Methodum imitati Rabbini, voces illas THOHU, & BOHU per capita dictionum ſic exponunt. Priorem ſic.

De Prædicati Supremi Paſſionibus & Proprietatibus.

De Facultate Cabaliſtica, quæ in ſingulis literis ſingulas dictiones ſubintelligit.

THAMAN. *Bonum eſſe, Perficere.*
HAVAH. *Eſſe.*
VAU. *Uncinus, Unio, Unum.*

Nomina *Thohu* & *Bohu* dilucidantur.

Sic etiam poſteriorem.

BA-

BADAD. *Solus, Unus.*
HAGAH. *Meditari, Intelligere* [*]
VOLED. *Filius. Generare, Producere.*

*] Alſtedius *ubi ſupr.* verb. הגה. [Rabbini Logicam vocant MALCA HAGHION, quod eſt, *Ars meditandi* &c.]

Logica *Ars meditandi* à Rabbinis vocatur.

Patet ergo ad Rabbinorum, & Hebræorum Philoſophorum mentem Supremum in Syſtemate Creato Prædicatum eſſe THOHU, *Bonum, Ens, Unum*, & eſſe etiam BOHU, *Unū, Intelligibile, & Producibile*. Videamus modò, quid eâdem methodo in Linguâ Latinâ inveniamus.

Creati Syſtematis Supremum Prædicatum exponitur

Philoſophi ſanè Latini, ubi, aut legunt, aut auſcultant REUBAU, in ſingulis literis intelligunt dictiones ſingulas; quibus exprimuntur tranſſcendentalia Prædicata, videlicet, *Res, Ens, Verum, Bonum, Aliquid, Unum.*

Tranſſcendentales Termini proponuntur, & dilucidātur.

Circa horum tranſſcendentalium prædicatorum coordinationem (nam alia ex aliis emanare cenſentur) variæ ſunt Metaphyſicorum Opiniones,

De eorumdem ordine.

CCXXXVI.
De Supremo Prædicato. An ſit Ens?

PRIMA & antiquiſſima illa eſt, quam Autor ille, qui ENS in decem Categorias diviſit, in Scholas invexit. Non illum proprio deſigno nomine, quoniam Scriptores diſſentiunt. Librum illum, qui inter Ariſtotelis Opera circumfertur; & inſcribitur Κατηγορίαι ab illo ſcriptum eſſe, communis aſſeverat Opinio; at doctrinam (hoc eſt, entis in decem Prædicamenta Diviſionem) inventam ab Architâ Tarentino (qui ſub annum 405. ante Virgineum Partum floruit) teſtatur Jamblicus, quem nonnulli ſequuntur; aſſerentes illam jam anteà non ſatis ſcitè ab aliis Philoſophis traditam, Ariſtotelem dilucidaſſe & exornaſſe. At id Averroës audire non vult, putat enim contra ſui Ariſtotelis honorem eſſe, habuiſſe in Mundo hominem, à cujus verbis aut ſcriptis aliquam Propoſitionem doceretur. Et hanc ob rem abſolutè pronunciat, Ariſtotelem (qui anno 384. ante Chriſtum fuit natus, & anno 322. devixit: & paucis poſt Architæ mortem annis docuit in Peripatu) Syſtema hoc Metaphyſicum, in quo ſub uno ente decem Prædicamenta (unum ſubſtantiale, & novem accidentalia) collocantur, inveniſſe; allucinarique univerſos, qui hanc Architæ, aut alii accenſuerunt Philoſopho entis diſtributionem. Illam, ut video, admittunt in ſuis libris Rabbini: illam Averroi ſubſcribentes communi calculo approbant Mahometani. Illam Veteres Eccleſiæ Patres (nempe Auguſtinus *in Categoriis*, Damaſcenus *in Dialecticâ*, Iſidorus *in Etymolog.* & alii) & illam amplectuntur Juniores. Vide P. Georgium de Rhodes *in Philoſoph. Peripatet. libr. 4. diſput. 4. ſection. 3. pagin. 680. a.*

De diviſione Entis in decem Prædicamenta

Quis illam primò invenerit? Anne Architas Tarentinus Philoſophus? An verò Ariſtoteles Stagirita?

Averrois de Ariſtotelis ingenio judiciū.

Qua ætate floruerint Architas Tarentinus & Ariſtoteles Stagirita?

An hæc Entis diviſio ab univerſis admittatur?

CCXXXVII.

SECUNDA Sententia aſſerit prædicatum communiſſimum, & univerſaliſſimum, non eſſe ENS, ſed BONUM; quoniam Bonitas latiùs patet, quàm entitas; additque Categoriarum ſeu Prædicamentorum decem Capita, non ſub ente, ſed ſub Bono debere collocari. Et hæc Opinio expreſsè traditur à S. Dionyſio, *libr. de Divin. Nominib. cap. 5. ſub initium*: ubi ſic inquit. Καὶ γὰρ ἡ τἀγαθὸν θεωνυμία τὰς ὅλας τοῦ πάντων αἰτίου προόδοις ἐκφαίνουσα, καὶ εἰς τὰ ὄντα, καὶ εἰς τὰ οὐκ ὄντα ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ τὰ ὄντα καὶ ὑπὲρ τὰ οὐκ ὄντα ἐστίν. Ἡ γὰρ τοῦ ὄντος, εἰς πάντα τὰ ὄντα ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ τὰ ὄντα ἐστίν. Ἡ γὰρ τῆς ζωῆς εἰς πάντα τὰ ζῶντα ἐκτείνεται καὶ ὑπὲρ τὰ ζῶντά ἐστιν. Ἡ γὰρ τῆς σοφίας, εἰς πάντα τὰ νοερὰ καὶ λογικὰ, καὶ αἰσθητικὰ ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ πάντα ταῦτά ἐστι. *Si quidem nomen boni de Deo declarat omnes emanationes authoris omnium, & porrigitur hæc nominatio Dei à bono tum ad ea quæ ſunt, tum ad ea quæ non ſunt, eſtque ſupra ea quæ ſunt, & ſupra ea quæ non ſunt. Nomen autem Entis ad omnia, quæ ſunt, extenditur, ac ſupra eſſentias ipſas eminet. Nomen verò vitæ ad omnia viventia traditur & ſupra viventia eſt. Nominatio Dei à ſapientiâ porrigitur ad omnia, quæ intelligunt, quæ ratiocinantur, quæ ſentiunt, & ſupra omnia iſta eſt.*

An Supremum Prædicatum ſit *Bonum*?

An latiùs pateat *Bonum* quàm *Ens*?

Prædicata *Bonum, Ens, Vita, &c.* explicantur.

Textus eſt clarus; nec eſt, cur P. Corderius ad S. Maximum recurrat, ut diſcamus in S. Dionyſii Lexico τὰ ὄντα vocari *immaterialia* & τὰ οὐκ ὄντα, *corporea*: quia hîc non myſticè & metaphoricè loquitur S. Pater, ſed in ſenſu ſcholaſtico & proprio. Ergo ad ejus mentem ſic Syſtema Metaphyſicum eſt coordinandum,

An S. Dionyſius metaphoricè ſit exponendus?

Qualiter ad ejus mentem metaphyſicum ſyſtema debeat coordinari?

BONUM { *Non-Ens* | ENS }
ENS { *Non-Vivens* | VIVENS }
VIVENS { *Non-Sentiens* | SENTIENS }
SENTIENS { *Non-Rationale* | RATIONALE. }

Et, qui hanc prædicatorum coordinationem accuratè proſpexerit, ſtatim diſcet S. Dionyſium τὰ ὄντα, *Entia*, nominare Subſtantias, ſubſcribens Platoni, Ariſtoteli, & aliis Antiquis Philoſophis, aſſerentibus, accidentia non debere abſolutè dici τὰ ὄντα, *Entia*, ſed τὰ τῶν ὄντων ὄντα, *Entium entia*. Et hinc non omninò abeſſe videntur Thomiſtæ, ſiquidem negant dari conceptum univocum *Entis* communem Accidenti & Subſtantiæ. Subſcribunt enim Ariſtoteli 4. *Metaph. cap. 2.* D. Thomæ *ibid.* nec non *cap. 2. de Ente & Eſſentiâ* & aliis Autoribus, quos *in Prædic. ſect. 1. qu. 2.* citat Maſius. Et huc faciunt Complutenſes, qui *in Logic. diſp.* 11. *qu. 3.* §. 2. *num.* 15. contra eos, qui ex Suario *diſp.* 31. *Metaphyſic. ſect.* 2. *num.* 7. dicebant Accidentia in ratione accidentium, non autem in entis ratione, à Subſtantiâ pendere, ſic ſcribunt. [Hæc evaſio præcluditur; & primò autoritate Ariſtotelis 7. *Metaph. cap.* 1. ubi docet, Accidentia dici *Entia*, quia ſunt entis, hoc eſt, Subſtantiæ, &c. Et ſimiliter D. Thomas *libr. 1. peri-hermenias lect.* 8. & ſæpe alibi docet inter Subſtan-

An τὰ ὄντα vocari poſſint Accidentia?

An accidens ſit verè Ens, an verò tantummodò Entis Ens?

An Accidens ſecundum rationem differentialem, qua conſtituitur, dependeat à ſubſtantia; an verò ipſamet ratio entis, quæ in accidenti cluditur, à ratione Entis, quæ in Subſtātia reperitur, dependeat?]

tiam & Accidens eſſe dependentiam, non ſolùm ſecundum proprias rationes, ſed etiam in ratione entis. Ergo non ſolùm ratio Accidentis, ſed etiam ratio entis, quæ eſt in Accidentibus participatur dependenter à Subſtantiâ, &c.]

CCXXXVIII An, & quomodo ſubdividatur animal rationale?

Tametſi præter Dionyſium, nullus, quem viderim, jubeat Bono, ut ſuperius ſit ente, in reliquâ Subſtantialis Prædicamenti coordinatione Metaphyſici Veteres Viro Eximio conſentiunt: & *Rationale Animal*, quod in gradu ultimo conſtituitur ſubdividunt in *Mortale & Immortale*: ut eorum ſententiâ *Animal rationale mortale* Homo ſit: & Angeli *Animalia rationalia immortalia*. Et huc reſpexit Porphyrius *in Iſagoges cap. 3. text.* 13. dicebat. *Differentia diviſiva Generum, completiva ſunt, & conſtitutiva Specierum:* Animal *enim dividitur his Differentiis* Rationali *&* Irrationali: *item* Mortali, *&* Immortali. *Sed hæ Differentiæ*, Rationale, *&* Mortale *conſtituunt Hominem*: Rationale *&* Immortale *ſunt conſtitutiva* τȣ̃ Θεȣ̃ (lege, τȣ̃ Θείȣ, *Divi*, hoc eſt, *Angeli*) Rationale *autem &* Mortale *Bruta conſtituunt Animalia*. Nec eſt mirandum, ſi Deum Λογικὸν Porphyrius dixerit; non enim vox Græca Λογικὸς & Latina *Rationalis* exactè ſibi correſpondent; nam Latina videtur diſcurſum & notitiarum ſucceſſionem includere, à quibus Græca præciditur & ſeparatur. Porphyrius ergo, ſi loquatur eo ſenſu, quo S. Joannes quando dixit: Καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, *Et Deus erat Verbum*, reprehenſione non indiget: ſed, ſi aliter vox Λογικὸς intelligenda ſit, non hîc τȣ̃ θεȣ̃, ſed τȣ̃ θείȣ Porphyrius ſcripſiſſe dicatur.

Porphyrii Opinio.

An Deus vocari poſſit Λογικός?

An Rationalis? Quo ſenſu intelligi debeat Porphyrius?

Hanc ipſam *Animalis Rationalis, Mortale & Immortale* diviſionem, à Græcis Patribus paſſim admiſſam, nonnulli Latini amplectuntur. Et inter eos S. Gregorius Papa, qui *Hom. 29. in Evangelia* ſic ait. [Increpatâ igitur eorum duritiâ, quid admonendo dicat, audiamus. *Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ*. Numquid, fratres mei, Sanctum Evangelium vel inſenſatis rebus, vel brutis animalibus fuerat prædicandum, ut de eo Diſcipulis dicatur; *Prædicate omni creaturæ*? Sed omnis creaturæ nomine ſignatur homo, Omnis autem creaturæ aliquid habet homo. Habet namque commune eſſe cum lapidibus, vivere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis. Si ergo commune habet aliquid cum omni creaturâ homo, juxta aliquid omnis creatura eſt homo. Omni ergo creaturæ prædicatur Evangelium, cùm ſoli homini prædicatur.]

D. Gregorii Magni opinio.

Et hîc obiter nota inter *Ens & Vivens* nonnullos gradus à Recentioribus ſine neceſſitate collocari. Complutenſes in Logicâ, Porphyrii Iſagogen dilucidantes, ad Caput, de Specie *diſp. 6. qu. 6.* ex ente ad Vivens per hos gradus procedunt.

An inter Ens Corporeum & Corpus aliqui gradus veniat interponendi?

- Ens
  - *Subſtantia*
    - *Incorporea*
    - *Corporea*
      - *Ingenerabilis*
      - *Generabilis*
        - *Simplex*
        - *Mixta*
          - *Non-Vivens*.
          - *Vivens*, &c.
  - *Accidens*

N. B. Ens ſubſtantivè ſumptum de Differentiis ſuis non prædicatur: verificabitur autem, ſi adjectivè ſumatur.

Quos gradus neceſſarios non eſſe ſupponit S. Papa Gregorius, ubi enim dicit, *Hominem habere commune eſſe cum Lapidibus*, Prædicatum *Ens materiale*, quod eſt ſupremum in Corporeo Syſtemate, nec non *Subſtantia Corporea*, & etiam *Corpus* coincidere, & idem prorſus ſignificare. Sed de hoc uberiùs in Metaphyſicâ ſcribimus & diſputamus.

CCXXXIX. An, quæ in entitate differũt, in cognoſcibilitate conveniant?

TERTIA Sententia, quæ me impræſentiarùm juvat, conſtituit VERUM in capite ſupremo Syſtematis: non enim eadem entis ratio enti Reali & Rationis, ſi hoc admittendum ſit; nec non enti Poſitivo & Negativo, & tamen omnia entia in Veritate, ſeu in cognoſcibilitate conveniunt: licèt enim non omnia æquè exiſtant, aut exiſtere poſſint; omnia ſunt æquè cognoſcibilia.

Nomen *Ens rationis* tria ſignificat.

Sanè *eſſe cognoſcibile* eſſe quemdam ſuperiorem conceptum, qui de *Ente*, & *Non-ente* prædicatur, & verificatur, fatentur Complutenſes expreſsè; nam *in Logic. diſp. 2. quæſt.* 1. ut explicent quid hæc vox *ens rationis* ſignificet, inhærentes doctrinæ nuper à nobis in hujus ipſiſſimæ Diſſertationis *art.* 3. *&* 4. traditæ; nec non Præceptoris Angelici *Opuſc.* 48. *tract.* 2. *cap.* 1. docent, ens rationis vel ſumi effectivè vel ſubjectivè, vel objectivè: eſt enim effectivè ens rationis quilibet actus Intellectûs, qui ab illo efficienter producitur. Et ſunt entia rationis ſubjectivè, habitus, ſcientiæ, & qualitates, quæ Intellectui inhærent; hoc eſt, in Intellectu tanquam in ſubjecto collocantur. Et denique ſunt entia rationis objectivè, omnia, quæ ut objecta intellectionem terminant & ab Intellectu percipiuntur, & cognoſcuntur. Et inquiunt [Sicut ſunt omnes res, quæ objiciuntur Intellectui,] Et rurſus; [Vel iſtæ habent aliquod *eſſe* præter ipſum cognoſci, & ita ſunt entia Realia: vel non habent aliud eſſe, quàm objici, & ita *Entia Rationis* dicuntur, &c.] Ergo Complutenſium ſententia *Cognoſci* (ſeu *Verum*) eſt quid Univerſalius, & ſuperius, enti Reali, & Rationis commune.

Sumitur effectivè, ſubjectivè, & objectivè.

Cognoſci latiùs patet, quàm *eſſe*.

Et hîc obiter nota poſſe cognoſci, aut etiam cognoſci de facto, ſive de entibus Realibus, ſive de entibus rationis, ſive de Poſitivis aut Negativis diſputetur, eſſe quid verum reale & poſitivum, quod ſic probo & perſuadeo. [Hæ Propoſitiones ſunt certæ, & ab omnibus debent admitti. *Eſt verum realiter loquendo, quòd dentur entia rationis*; nempe in ſententiâ communi: quia actus quo illa fiunt aut cognoſcuntur, verè eſt actus realis, &c. *Eſt verum realiter, quòd dentur Carentiæ, videlicet, Negationes, Privationes, Defectus*. Quia realiter loquendo, & ab omni fictione & mendacio abſtinendo eſſe intellectûs negationem in lapide, caloris privationem in

An *cognoſci*, aut *poſſe cognoſci*, quid reale & poſitivum ſemper ſit?

aquâ,

aquâ, & in cœco (homine, aut quocumque animali) potentiæ viſivæ defectum, verum eſt.

An Carentiæ cognoſcibiles ſint? Me interpellas, ne pergam ulteriùs præcipiens: quoniam hæc ipſa, quæ dicimus, ſunt contra doctrinam D. Thomæ 1.*part.qu.15.art.3.ad* 1. dicentis Malum (quo nomine ipſum *Non ens*, aut *ens negativum* intelligit) non habere in Deo propriam ideam, ſed per ideam *Boni* (*Entis poſitivi*, cui opponitur) Unde ſic arguis. *D.Thomæ ſententia.* Si Negationes tranſſcendentaliter veræ (hoc eſt, cognoſcibiles) eſſent, ſaltem à Deo cognoſcerentur, & propriam haberent ideam. At à Deo per propriam ideam non cognoſcuntur. Ipſæ igitur nec cognoſcibiles, nec veræ ſunt. *An Boni & Mali nominibus, Ens, & Non Ens intelligantur?*

An Materia prima cognoſcibilis ſit? Reſpondeo primò, idem omninò argumentum de Materiâ-primâ formari poſſe; nam & ipſa, ut idem Sanctus Doctor affirmat, non cognoſcitur à Deo per ideam propriam, ſed ideam Formæ, aut per ideam Compoſiti, ſi velis.

An Relativa ſine ſuis terminis cognoſci poſſint? Reſpondeo ſecundò, omnia Relativa terminos includere in ſuo quiditativo conceptu nam ſicut Cognitio alicujus rei eſt cognitio, & Potentia ad aliquem actum eſt potentia, ſic ſimiliter Carentia alicujus rei eſt carentia. Quam ob rem, ſicut dici non debet Relativa eſſe incognoſcibilia, ſed eſſe quidem cognoſcibilia, non qualicumque modo, ſed terminum in obliquo includendo. *An Potentia ſine actu?* Sic Materiam-primam, nam in genere Sandi eſt pura potentia, & Sat per Formam, eſt quidem cognoſcibilis; non tamen ſeorſim, & à Formâ præciſa, ſed Formam in obliquo concernens. Et ſic ſimiliter Carentia quælibet (Negatio, Privatio, Defectus) cum ſit rei aut formæ alicujus Carentia, erit Vera (hoc eſt, habebit Veritatem & Cognoſcibilitatem metaphyſicam & tranſſcendentalem) eritque cognoſcibilis: non tamen præciſè ſumpta; ſed cum ordine ad rem vel formam, quæ ſubjecto negatur. *An Carentia ſine re, cujus eſt carentia?*

ARTICVLVS II.

De VERO, ſive de Cognoſcibili.

Quæritur, & accuratè expenditur. Quid illud ſit? De ejus diviſione in Ens, & Non Ens. Et de Entis ſubdiviſione in Neceſſarium, Poſſibile, & Impoſſibile, diſputatur: oſtenditurque ab Ente Neceſſario (hoc eſt, à Deo) habere & Poſſibilia, quòd ſint poſſibilia; & Impoſſibilia; quòd ſint impoſſibilia.

CCXL. *Quid Cognoſcibile ſit?* PRimus paſſus in hoc ſtadio eſt facilis; ſed ulteriùs per ſalebras & ambages decurritur. Sanè *Cognoſcibile* [quod præcedens Articulus ſupra ipſum Ens, in ſupremo capite collocavit] appello quod eſt intelligibile: quod cognoſci & intelligi poteſt. Et id eſt, quod, ut paulò antè vidimus, à Metaphyſicis vocatur *Verum*: cui ſi vocem in rigore ſumas, nihil prorſus opponitur. *Quid Verum?* Nam quod vocatur *Falſum*, non ideò hoc habet nomen, quòd incognoſcibile & inintelligibile ſit, ſed quia reverà quoad ſe non eſt, quale nobis apparet. Conſidera Concluſiones ſequentes. *An vero aliquid opponatur? Quid Falſum ſit?*

PRIMA. *Omne Verum per ſe eſt Bonum, & ſolet eſſe Malum per accidens.* Probatur: Quoniam Bonitas eſt Rei intellectæ Amabilitas, & omnis eſt amabilis Veritas, nam ad aliquid ſervire poteſt. Opponitur Bonitati Malitia; & quia Mala cenſentur & dicuntur: quæ nocent; Bonum & Malum de Vero relativè dicentur, eadem enim Res, aut Veritas, quæ *De Bonitate & Malitia, quas tranſſcendentales appellant.*

reſpectu hujus, vel illius, ſit bona; reſpectu alterius erit mala. Unde inquit Paulus, *Non plus ſapere, quàm oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem.* Et hæc ipſa attributa (Bonitas, & Malitia) bifariam debent conſiderari; videlicet, quoad ſe, & quoad nos: *Earum duplex conſideratio.* Bona enim quoad ſe dicuntur, quæ reverà ſunt bona: quæ eſſe bona Intellectus perſpicax, qui non decipitur aut adlucinatur, judicabit: Bona verò quoad nos, quæ reverà ſunt mala, & tamen à læſo & adlucinato hominis Intellectu eſſe bona cenſentur; Et eodem prorſus modo de Malo debes philoſophari.

SECUNDA. *Verum in Ens & Non-ens primariâ diviſione diſpeſcitur.* Sanè *Ens* dicitur, quod habet eſſe quiditativum, hoc eſt in Dialecto Scholaſticâ, quod ſat, aut ſuis. Et vocatur *Non-ens*, quod entitatem poſitivam non habet. Ad entium Seriem pertinent omnes Realitates & Formalitates poſitivæ; quales ſunt Deus, Angeli, & univerſæ illæ, quæ in Categoriis ab Architâ Tarentino inventis, & poſteà ab Ariſtotele Stagiritâ illuſtratis, proponuntur, explicantur, & dilucidantur. Et ad Non-entium Claſſem ſpectant omnes Negationes; ſub quo nomine, accep- CCXLI. *De prima Veritatis diviſione.* *Quid ſit Ens? Et quid Non-Ens?*

to largè, Carentias, Negationes, Privationes, & Defectus Metaphyſici intelligunt.

De Entis in Poſitivū & Negativū diviſione.

Hanc eamdem Concluſionem alii tenent, & aliis verbis; neſcio an ſatis congruis, reponunt. *Ens, dicunt, in Poſitivum, & Negativum primariâ diviſione diſtribuitur.* Et vocant *Poſitivum* illud quod habet entitatem, & decem Prædicamentorum caput eſt; & *Negativum*, quod entitate caret, ut ſunt Negationes, Privationes; &c. Et hic loquendi modus placuit Ariſtoteli & Peripateticis, à quibus ne exceſſe diceretur S. Thomas *libell. de Ente, & Eſſen. cap. 1.* ſic ſcribit. *Sciendum eſt, quòd ſicut* quinto Metaph. *Philoſophus dicit,* Ens per ſe *dicitur dupliciter. Uno modo quod dividitur per decem genera: alio modo quod ſignificat Propoſitionum Veritatem. Horum autem differentia eſt, quòd ſecundo modo poteſt dici ens omne illud, de quo affirmativa propoſitio formari poteſt, etiam ſi illud in re nihil ponat; per quem modum Privationes, & Negationes* Entia *dicuntur: dicimus enim, quòd affirmatio opponitur negationi, & quòd cæcitas ſit in oculo. Sed primo modo non poteſt dici aliquid quòd ſit Ens, niſi quòd in re aliquid ponit: Unde primo modo Cæcitas, & hujuſmodi non ſunt entia.*

Explicatur.

An tradatur ab Ariſtotele? *D. Thomas eſt Commentator, & ideò nō tam ſuam, quàm Ariſtotelis mentē exponit.*

Sunt etiam hodie multi, quibus iſte loquendi modus perplacet: ſed quia, ſi benè examinetur, contradictionem in ſe involvit [Ens enim dicitur quod habet entitatem, & ens negativum, quod caret entitate] ne ens dicamur in Ens, & Non-Ens diſtribuere, Cognoſcibile (ſeu Verum) loco diviſi collocemus; & in hoc ſequemur S. Thomam, qui Negationibus, & Privationibus, ut in aſſerentem Propoſitionē ingrediantur concedit: non autem ut habeant entitatem.

An Ens negativum ſit reverà Non-ens?

CCXLII.

Quo modo Ens quiditativum cum Exiſtentia comparetur?

Tertia. *Verum, quod quiditativè eſt (nempe, quod* ſat *) quod uno vocabulo dicitur* Ens, *tribus modis poteſt cum exiſtentiâ (cum* ſere*) comparari.* Et oſtenditur: quoniam, vel habere exiſtentiam eſſentialiter, & neceſſariò poſtulat: vel eſſentialiter, & neceſſariò poſtulat non habere exiſtentiam: vel neutrum poſtulat, ſed alterutrum poteſt.

An Deus neceſſariò exiſtat?

Quarta. *Ens quod habêre Exiſtentiā eſſentialiter poſtulat, eſt ſolummodo Deus.* Et hæc demonſtratur clariſſimè. Quoniam *Dei* nomine omnium poſſibilium, & intelligibilium perfectionum, aggregatum ſignificatur. Atqui Exiſtentia eſt perfectio. Nequit ergo Deus exiſtentiâ carere. Repugnat ergo ut Deum poſſibilem, aut carentem exiſtentiâ intelligamus. Ita Theologi cum S. Thomâ, qui *libell. de ente & eſſentiâ cap. 6.* expreſsè dicit. *Deus cujus eſſentia eſt ipſum ſuum eſſe.*

An ejus eſſentia ſit ſuum eſſe?

An aliquod Ens purè poſitivum, ſimplex aut complexū, ſit impoſſibile?

Quinta. *Nullum Ens ſimplex poſitivum, & nullum ens complexum, compoſitum ex formalitatibus purè poſitivis, intelligi, aut cogitari poterit, quod eſſentialiter, & neceſſariò non exiſtere poſtulet.* Hanc doctrinam nos docet Dn. Auguſtinus Redingus *Theologia tom. 1. qu. 5. art. 3. controv. 1. pag. 173.* cujus verba ſubjicio. [Unde quidquid habere poteſt rationem entis, continetur ſub poſſibilibus attributis, reſpectu quorum dicitur Deus Omnipotens. Atqui poſſibile explicatur per Angelum ſub ratione Verbi, *Non erit impoſſibile apud Deum omne Verbum.* Non eſt autem in Deo niſi verbum mentis, ſeu intellectûs, quod non eſt de illis, quæ contradictionem implicant, ut ait Sanctus Doctor *qu. 5. art. 3. in corp.* At cùm Enti nihil opponatur niſi Non-Ens, non implicat contradictionem, niſi quòd in ſuo conceptu objectivo involvit Non-eſſe. Eſt autem de hoc contradictorio, ſive de Non-Ente conceptio Divini intellectûs ſaltem per diſſenſū. Oportet igitur, Verbum, vi cujus omne poſſibile eſt apud Deum, ut ſic habere rationem aſſenſus ſpecierum, ſeu Eſſentiarum creatarū repræſentativi ſub ratione entis. Conſequens igitur eſt rationem poſſibilis eatenùs competere eſſentiis, ac ſpeciebus creatis, quatenùs per aſſenſum poſitivum à Dei intellectu in Eſſe ſuo Divino attinguntur ſub formalitate Eſſendi, ſeu ratione Entis. &c.] P. Redingo conſonat, ſi attentè legatur, P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate *in Philoſoph. 3. p. qu. 19. art. 1.* inquit enim. *Nulla ſubſtantia poteſt intelligi, ſine ordine ad exiſtentiam; cum ſit impoſſibile aliquid creari, niſi dicat talem ordinem.* Et jam iterum recognoſcendo hæc verba monui, illud *ſine* intelligi negativè debere, ut *ſine ordine* ſit idem ac *negato ordine*, ſæpè ſubſtantiam intelligimus ab omni exiſtentiâ præciſam. [Et hinc contra entia rationis (quæ cum cæteris paſſim Philoſophis, P. Philippus *in Summ. p. ar. 1. qu. 2. art. 1. pag.* 18. admittit) poſſemus ad hominem argumentum formare. Quoniam, ſi non habet vires intellectus humanus ad concipiendam ſubſtantiam, quæ non poſſit exiſtere, concipere Chimæram non poterit: hæc enim non poteſt exiſtere; &, ſi exiſteret eſſet Subſtantia. Et, ſi concipere Chymæram nequit, entia rationis nequit facere. Sed de hoc in hujus Diſſertationis Articulo ultimo redibit ſermo.]

Cur Poſſibile ab Angelo vocetur *Verbum*.

Luca 1.

Enti tantummodo opponitur Non Ens: & ubi non eſt Non ens nulla contradictio invenitur.

An concipere poſſimus Subſtantiam, quæ non poſſit exiſtere?

An falſa ſint omnia, quæ de Entium rationis poſſibilitate dicuntur?

CCXLIII.

Quid ſit impoſſibile?

Demonſtratur Concluſio. Quia illa eſſentialiter, & neceſſariò non exiſtere poſtulant, quæ ſunt impoſſibilia: ſed nullæ entitates, aut formalitates, purè poſitivæ, ſive ſimul, ſive ſeorſim ſumantur, ſunt impoſſibiles. Ergo. Probatur Minor. Quoniam Impoſſibile dicitur, quod in conceptu ſuo contradictionem involvit. At in purè poſitivis entitatibus, aut formalitatibus, involvi contradictio non poteſt. Ergo nullæ entitates, aut formalitates purè poſitivæ impoſſibiles ſunt. Et Minor demonſtratur clariſſimè; quoniam omnis Contradictio dicit *Eſſe*, & *Non-eſſe* (affirmationem, videlicet, & negationem) At in entitate, aut formalitate purè poſitivâ nulla eſt negatio. Ergo in entitate, aut formalitate purè poſitivâ nulla poteſt contradictio inveniri.

An, & cur alius Deus impoſſibilis ſit?

Contra hoc ultimum argumentatur Titius dicens. Alius Deus eſt impoſſibilis. At alius Deus in ſuo eſſentiali conceptu formalitates purè poſitivas includit. Ergo poteſt Res aliqua in ſuo conceptu formalitates purè poſitivas includere, & nihilominùs eſſe impoſſibilis.

Eſſet unicus & non eſſet unicus.

Et ego reſpondeo breviter negando Minorem, quoniam in ſuo quiditativo conceptu alius Deus involvit contradictionem (hoc eſt, *eſſe*, & *non eſſe* ejuſdem.) Quoniam ille *Alius Deus*, quia eſſet Deus, eſſet unicus; & quia eſſet alius, non eſſet unicus. Et iterum, qui eſt Deus, debet eſſe increatus; & cauſa, quæ omnia à ſe diſtincta producat. Ille autem *Alius Deus* eſſet increatus, quia Deus, & eſſet crea-

Eſſet, & non eſſet creatus,

creatus, quia eſſet alius, adeòque a noſtro Deo diſtinctus. Et præterea, ſicut poſito primo Deo, ſequeretur ſecundum Deum eſſe unicum, & non eſſe unicum, nec non eſſe increatum, & non eſſe; ſic ſimiliter poſito ſecundo illo Deo illæ eædem contradictiones Primum afficerent, nam & ipſe unicus eſſet, & non eſſet, & increatus ſimiliter eſſet, & non eſſet.

CCXLIV. De rerum impoſſibilitate, in quo conſiſtat?

Sexta. *Ille Conceptus objectivus (illud Intelligibile; illud Verum) in quo eſt ejuſdem formalitatis affirmatio, & negatio (nempe, ſecundum idem) eſt impoſſibilis: hoc eſt, non poteſt exiſtentiā recipere.* Patet: quia aliàs darentur duæ contradictoriæ ſimul veræ.

Omnia Entia poſſibilia quidquid materialiter & formaliter habent à Deo participant.

Septima. *Omne ens Poſſibile illud eſſe* quiditativum (*illud* ſare, *vel* ſatre) *quod habet, à Deo recipit.* Oſtenditur: quia Deus intelligendo ſuam eſſentiam, format diverſas Ideas creaturarum à ſe producibilium. Unde conſtat eſſe in Deo Ideas Formales, & Objectivas; illaſque eſſe ipſum Deum: iſtas verò non eſſe Deum, ſed eſſe entia (ſantia) finita: & illud ſare (*eſſe quiditativum*) quod habent, recipere ab Intellectione Divinâ. De hoc autem uberiùs in Theologicâ Diſſertatione diſputabitur.

De Divinis Ideis.

De Poſſibili & Impoſſibili.

Octava. *Ante Combinationem formalitatum per intellectum inſtitutam, nihil eſt in rerum naturâ impoſſibile.* Demonſtratur ex Quintâ. Quia nullum Ens, aut Verum ſimplex eſt impoſſibile; & entium ſimplicium Compoſitio nulla eſt ante operationem intellectûs.

Eorum explicatur diſtinctio.

Quando autem intellectus plures ſimul formalitates connectit, videndum eſt, An in illo Complexo ab intellectu conſiderato, ejuſdem formalitatis ſit & poſitio & negatio, vel non. Si non, illud Complexum eſt poſſibile; ſi autem ſit, impoſſibile. Rei poſſibilis exemplum eſt in *Animalis Rationalis* objectivo conceptu, in quo nihil ſimul dicitur & negatur: & habemus in *Animali inſenſibili* exemplum conceptus objectivi impoſſibilis; quoniam illa ipſa Senſibilitas, quæ in Animali clauditur, ab additâ inſenſibilitate negatur.

Rei Poſſibilis & Rei Impoſſibilis exempla

De expreſſa & implicita contradictione.

Et hîc obiter nota Conceptum objectivum impoſſibilem eſſe etiam illum, in quo negatur aliquid quod expreſsè non dicitur, ſed tamen ſubintelligi debet: ut conſtat ex *Triangulo quatuor lineis compoſito*. Quia licèt in *Trianguli* nomine nihil expreſsè de linearum numero ſignificetur, ſicut de Trianguli eſſentiâ ſunt tres anguli tantùm, ſic etiam tres lineæ; nec pauciores, nec plures. Ergo ponitur repugnantia in adjecto, quando Triangulus concipitur, qui lineis quatuor conſtituatur. Nam illa quarta linea, quæ in adjecto aſſeritur, in conceptu Trianguli implicitè, aut expreſsè negatur.

Sæpe quæ non dicuntur neceſſariò ſubintelligi debent,

CCXLV. Vnde Impoſſibilia habeant, quod impoſſibilia ipſa ſint?

Nona. *Omne Ens impoſſibile, non à ſe, ſed à Deo habet, quòd ſit impoſſibile.* Eſt contra multorum Philoſophorum, aut etiam Theologorum apprehenſionem, repugnantiam, non ex parte Dei, ſed ex parte objecti conſtituentium. Illis adhæret P. Sebaſtianus Izquierdus, qui *in Pharo Scientiarum diſp. 2. qu. 2 pag.234. num.43.* ſic ſcribit. [Quemadmodum id dicitur univerſim Poſſibile, quod poteſt exiſtere, ita id dicitur univerſim Impoſſibile, quod impotens exiſtere eſt: Impoſſibilitaſq; ſubindè impotentia eſt ad exiſtendum;] & inferiùs num.49. [Chymæra impoſſibilis (*lego*, Chimæræ impoſſibilitas) aliquid eſt ex parte objecti ſe habens ab omni ente poſſibili condiſtinctum, ut communis ſentẽtia fert.] Quorum verborum loco ego, ut ab ipsâ radice rem exponam, ſic inquam. [Quemadmodum id in Creatarum rerum ſerie dicitur univerſim *Poſſibile*, quod Deus poteſt facere; ita id dicitur univerſim *Impoſſibile*, quod Deus non poteſt facere. Impoſſibilitas ſubindè eſt Deũ non poſſe talem creaturam facere.] Quam ob rem [Chimæræ impoſſibilitas aliquid eſt primariò ex parte Dei ſe tenens, & ſecundariò ex parte objecti reſultans. Et hoc contra communem opinionem ſtatuo.] Et illud ſic probo; &, ut puto, clariſſimè. Attende.

P. Izquierdi Opinio.

Cur Chimæra impoſſibilis ſit?

Vera doctrina ponitur & exponitur.

Cur Deus poteſt perfectiones Creaturis communicare?

Priùs eſt Deum habere perfectionem A, quàm illam poſſe communicare; non enim communicare illam poſſet, ſi non haberet: eſt enim univerſale Protheorema, *Nemo dat, quod non habet*. Quando autem dicimus, *Deum poſſe perfectionem A communicare*, non intelligimus eſſe, aut exiſtere extra Deum aliquid, cui poſſit Deus illam communicare perfectionem, qui præter Deum, & illa, quæ eſſe receperunt ab ipſo, in rerum naturâ nihil eſt. Ergo, quando dicimus, *Deum poſſe perfectionem A communicare*, intelligimus poſſe illum ad extra producere unam Creaturam ſuæ perfectioni A ſimilem, & analogam. Igitur progrediamur ulteriùs.

Quo modo id intelligendum ſit?

Vnde naſcatur repugnantia in objectis finitis?

Prædicata, quæ habet, eo modo, quem expoſuimus, poteſt creaturis Deus communicare. Ergo, ſi perfectionem A, ſimul haberet, & non haberet Deus, ſimul haberet formalitatem A, & ejuſdem carentiam. Poſſet ergo ſimul formalitatem, & ejuſdem carentiam: adeoq; perfectionem A ſimul communicare, & non communicare; ergo ſimul creaturam A producere, & non producere. Ergo in hoc caſu creatura, in quâ ſimul eſſet, & non eſſet perfectio A non eſſet impoſſibilis. At nunc de facto eſt impoſſibilis. Ergo hæc Creaturæ impoſſibilitas radicaliter naſcitur ab impoſſibilitate, quæ eſt in Deo: & non impoſſibilitas, quæ in Deo, ab impoſſibilitate creaturæ. Et, ut hanc Nonam benè intelligas Propoſitionem, ſubſequentem addamus. Sit ergo

Quid in rebus accideret, ſi eadem perfectio ſimul eſſet & non eſſet in Deo?

CCXLVI. Cur duæ contradictoriæ nõ poſſint eſſe ſimul veræ?

Decima. *Duæ Contradictoriæ à Deo habent quòd nequeant eſſe ſimul vera.* Aliter. *Quòd non poſſit idem ſimul eſſe, & non eſſe, à Deo eſt.* Non eſt omninò diverſa à præcedenti hæc Concluſio: ſed impoſſibilitatem illam expreſsè continet, ad quam reducuntur impoſſibilitates univerſæ.

Prima Contradictio, quæ ſit?

Demonſtratur Concluſio. Primæ Contradictoriæ, quæ cogitari poſsunt, ſi debito ordine procedatur, ſunt hæ *Deus eſt*, *Deus non eſt*: [vel, ut alii loquuntur, *Datur Deus*; *Non datur Deus*.] Et ideò hæc *Prima, & ſuprema Contradictio* à Philoſophis vocari debet. At hæc ipſa impoſsibilitas naſcitur à Deo. Duæ igitur Contradictoriæ à Deo habent ſuam impoſsibilitatem, & incompoſsibilitatem; hoc eſt, à Deo habent, quòd non poſsint eſſe ſimul veræ. Probatur Minor. Ideò eſt impoſsibilis hæc Propoſitio, *Deus non eſt*, quia

Vnde proveniat?

eſt

Digitized by Google

eſt neceſsaria hæc, *Deus eſt*: ſi enim hæc neceſſaria non eſset, altera non eſset impoſsibilis. Tunc ſic. Propoſitiones Contradictoriæ, de quibus agimus, ſunt hæ, *Deus eſt, Deus non eſt*; Ab Eſsentiæ Divinæ infinitate & neceſsitate, & non ab Homine, aut Angelo, illa prior habet, quòd neceſsariò vera ſit: quoniam Deus eſt Ens à ſe. Et ab ejuſdem Divinæ Eſsentiæ infinitate, & neceſsitate habet poſterior, quòd neceſsariò falſa ſit. Ergo ipſæ duæ ſimul ſumptæ, ab Eſsentiæ Divinæ infinitate, & neceſsitate habent, quòd ſimul eſse veræ non poſsint, & à Deo ſimiliter habent, quòd ſimul eſse falſæ non poſsint. Patet Conſequentia: quia, ſi poſsent eſse ſimul veræ, aut ſimul falſæ, non eſset verum dicere alteram (nempe, hanc, *Deus eſt*) eſſe neceſſariò veram; alteramque (nempe, hanc, *Deus non eſt*) eſſe neceſſario falſam.

Cur impoſſibile ſit non eſſe Deum?

Deus eſt Ens à ſe.

UNDECIMA. *Si in Divinis duæ Contradictoria ſimul vera eſſe poſſent, etiam in humanis ſimul vera eſſe poſſent.* Corollarium. *Duæ igitur in humanis Contradictoriæ à Deo habent quòd ſimul eſſe vera non poſſint.*

Quia in Divinis repugnat Contradictio, ideò etiam repugnat in humanis.

Ante probationem oportet explicare illud *Simul*: debemus enim in Contradictoriis, quæ in materiâ contingenti formantur, diſtinguere *Simultatem potentiæ*, à *Potentiâ ſimultatis*. Quoniam, ſi interroges, *An Petrus poſſit eſſe, & non eſſe?* Reſpondebo, habere illum ſimultatem potentiæ, non verò potentiam ſimultatis. Dicam ſanè, habere illum ſimultatem potentiæ; ſimul enim habet ad exiſtendum, & non exiſtendum potentiam: quia, quando habet ad exiſtendum potentiam, tunc ſimul habet alteram potentiam, nempe, ad non exiſtendum. Addam verò, non habere illum potentiam ad ſimultatem: non enim poteſt ſimul eſſe, & non eſſe: ſimul exiſtere, & non exiſtere: exiſtentiam cum non exiſtentiâ componere.

De ſimultate potentiæ, & potentia ſimultatis. Quo modo inter ſe diſtinguantur?

Quo in humanis & contingentibus modo;

Cæterùm, quando de Neceſſariis, & Divinis diſſeritur, nec ſimultas potentiæ, nec potentia ſimultatis admittitur. Deus enim, quoniam ſimpliciter neceſſarium ens eſt; nec poteſt ſimul eſſe, & non eſſe; nec ſimul habet ad eſſe, & non eſſe potentiam. Et hoc licèt demonſtratum jam fuerit, ut profundiùs, & altiùs radices in Animos Lectorum immittat, iterum demonſtretur. Ergo attende.

Et quo in Divinis, & neceſſariis philoſophandum ſit?

Etſi differant verbis, in ſignificatione coincidunt & à Logicis cenſentur, & dicuntur æquipollentes *iſta quatuor Propoſitiones.*

PUR-	Non eſt poſſibile Deum non eſſe.
PU-	Non eſt contingens Deum non eſſe. [*]
RE-	Impoſſibile eſt Deum non eſſe.
A.	Neceſſarium eſt Deum eſſe.

*] *In noſtra Logica, & in Metalogica & in Herculis Logici labore Tertio confum à communi logicorũ Sententia in Modo Contingentia explicãdo: impræſentiarùm tamen, quanere volui in communi Doctrina, ut videat clariſs acutis Lector, hac quæ de Contradictoriis aſſeruntur à Nobis, defendi poſſe in Sententia Communi.*

Ergo, ſiquidem Quarta eſt neceſſariò vera, impoſſibile eſt, quòd aliqua ex tribus prioribus falſa ſit. Falſa igitur, & impoſſibile eſt ut hæc Propoſitio, Deus eſt, & non eſt; *item & hæc;* Eſſe, & Non-eſſe, ſimul actu, aut potentiâ reperiuntur in Deo. &c. *verificetur.*

His præmiſſis Fundamenta Sapientiæ Supremæ (vel Generalis Metaphyſica, aut alio, quo volueris, nomine ſignificetur) exponamus. Eſt enim

FUNDAMENTUM I. *Deus non poteſt ſimul eſſe & non eſſe*, & debuit illud *ſimul* poni: quia, cum in Deo nulla poſſit eſſe ſucceſſio, omnia, quæ in ipſo ſunt, ſimul ſunt. CCXLVII.

In Æternitate nulla reperitur ſucceſſio.

Corollarium. *Ergo nulla Res creata poteſt, ſimul eſſe, & non eſſe.* Et in eo illud *ſimul*, non potentiam, ſed exiſtendi exercitium afficit. Unde non caret ſuâ gratiâ hæc Propoſitio, quæ Corollario æquivalet, *In rebus creatis ad* **ſere, & non ſere** (eſſe, & non eſſe: *hoc eſt, ad* exiſtere, & non-exiſtere) *datur ſimultas potentia, non verò potentia ſimultatis.*

Cur duæ Contradictoriæ ſimul eſſe veræ non poſſint?

Jam, ut exiſtimo rem ita dilucidavi, ut illã quicumque intelligere poſſit. [Dicam Hiſpanicè, *Ya me he dado a entender*] Recognoſcamus igitur hoc Corollarium, & quia ut Conſequens materialiter, & ut Conſequentia formaliter, illud conſiderari poteſt, illud nunc probabimus materialiter conſideratum, & mox illud ſuadebimus formaliter conſideratum.

Corollarium ſuadetur.

Ut primum expediam, ſic inquam. [Hanc Propoſitionem, *Duæ Contradictoria nunquam ſunt ſimul vera*; eſſe veram affirmo; negas tu. Ergo tu benedicis, & ego maledico. Non ergo uterque benè dicit, neque uterque maledicit. Ergo, neque uterque verum dicit, neque uterque falſum dicit. At, quæ dicimus, ſunt contradictoria. Non ergo dantur duæ contradictoriæ ſimul veræ. Probatur Minor: Quoniam meum Dictum erat, *Hæc Propoſitio*, Duæ Contradictoriæ nunquam ſunt ſimul veræ, *eſt vera*: tuum autem, *Hæc* eadem Propoſitio, Duæ Contradictoriæ nunquam ſunt ſimul veræ, *non eſt vera*. At hæc duo Dicta ſunt Contradictoria. Sunt ergo Contradictoria illa, quæ dicimus. Quod probari debebat.

Sicut probamus Duas Contradictorias non eſſe ſimul veras; probare poterimus, illas non eſſe ſimul falſas;

Et ut expediam alterum; hoc eſt, ut Corollarium formaliter ſumptum perſuadeam [aliter, ut Corollarium à ſuo Fundamento benè inferri demonſtrem] & conſequenter Concluſionem XI. quam dilucido, ediſſeram, ſequentes Aſſertiones attentè legendas, & accuratè perpendendas ſubſcribo.

Oſtenditur à ſuo Fundamento Corollarium neceſſariò dependere.

PRIMA. *Deus ſimul habet, & non habet perfectionem A.*

SECUNDA. *Deus poteſt communicare, & ſimul non communicare perfectionem A.*

TERTIA. *Ad extra Deus ſimul producit, & non producit perfectionem A.*

QUARTA. *Perfectio A, ſimul producitur, & non producitur.*

QUINTA. *Exiſtere poteſt Creatura: quæ ſimul habeat, & non habeat perfectionem A.*

Proponuntur aliquæ impoſſibiles Propoſitiones, ut hujus doctrinæ veritas meliùs intelligatur.

Omnes quinque ſunt falſæ. Cæterùm, ſi per impoſſibile prima eſſet vera, eſſet vera ſecunda; &, ſi hæ duæ eſſent veræ, etiam eſſent veræ tertia, quarta, & quinta. At nunc omnes impoſſibiles ſunt. Sed unde naſcitur harum Aſſertionum impoſſibilitas. An loquendo à priori, quia quinta eſt impoſſibilis, quatuor illæ priores etiam ſunt impoſſibiles? an verò, quia prima eſt impoſſibilis, cæteræ poſteriores etiam ſunt impoſſibiles? Reſpondeo, non illud prius, ſed hoc ultimum dicendum eſſe. Et hoc ipſum manifeſtè perſuadeo.

Unde naſcatur harum Aſſertionum impoſſibilitas? an prima ab ultima, an ultima à prima dependeat?

Et primò generali ratione. Non enim eſſendi, aut non eſſendi neceſſitas, quæ in CCXLVIII.

Deo

Deo, [Deus enim neceſſariò eſt infinitus, & neceſſariò non eſt finitus.] naſcitur à Creaturis: quoniam antequam iſtæ intelligantur, Deus eſt infinitus eſſentialiter, & neceſſariò, adeoque à ſuâ eſſentiâ & eſſendi neceſſitate habet, quòd finitus non ſit. Prima ergo Propoſitio ab omni Creaturâ præſcindendo falſa eſt, & ejus contradictoria [videlicet, *Falſum eſt, quòd Deus ſimul habeat, & non habeat perfectionem* A.] ab omni Creaturâ præſcindendo, vera eſt.

Nulla in Deo eſt accidentium aut perfectionum ſucceſſio.

Et ſecundò ſpeciali ratione. Nam ſic diſcurro. [Hæc Propoſitio, *Perfectio A creata, in rebus ſucceſſivè eſſe, & non eſſe poteſt*: eſt vera, quia eſſe poterit hodie, & cras non eſſe: Et tamen hinc non ſequitur hanc, *Perfectio A increata, poteſt in Deo ſucceſſivè eſſe & non eſſe* eſſe veram: eſt enim poſterior hæc eſſentialiter falſa, quoniam nulla eſt in Deo ſucceſſio, & nulla in eo perfectio, cùm omnes neceſſariò illi inſint, poteſt eſſe & abeſſe. Ergo à rationis paritate argumento deducto, etſi per impoſſibile hæc Propoſitio, *Perfectio A creata, poteſt ſimul eſſe, & non eſſe*, eſſet vera, non indè à priori ſequeretur hanc, *Perfectio A increata poteſt in Deo ſimul eſſe, & non eſſe*, fore etiam veram.

An Conſequentia à Creaturis ad Creatorem ſit bona?

Cur à Theologis ex parte creaturæ & nō Dei repugnantia ponatur?

Dices hanc doctrinam Omnipotentiæ derogare; quia ideò communis Theologorum Opinio ex creaturæ parte incapacitatem, & impotentiam ponit, ne cogatur aſſerere, incapacitatem, & impotentiam eſſe in Deo. Deus enim impoſſibilia nequit facere, non quia potentiâ activâ caret; ſed, quia in rebus impoſſibilibus nulla paſſiva capacitas, aut potentia invenitur.

Sæpe Nomenclatores in Nominum impoſitione exorbitant.

Reſpondeo, res ipſas oculis ſcholaſticis, & non earumdem nomina, à Nomenclatoribus, luſcis, ſi non cœcis, impoſita, eſſe conſideranda. Paſſim enim decuſſant manus, & quę deberent dexterè, ſiniſtrè exponunt. Cùm Negativis Poſitiva confundunt; unde ſicut *Immateriale, Incorporeum, Infinitum*, &c. quæ formaliter ſunt poſitiva, nominibus Negativis ſignificant: & *Materiale, Corporeum, Finitum*, &c. quæ formaliter ſunt negativa, repræſentant Poſitivis vocabulis; ſic etiam, cùm dicunt, *Homo poteſt non eſſe: poteſt mori; poteſt malè operari*. &c. & ſubjungunt. *Deus non poteſt non eſſe, non poteſt mori, non poteſt malè operari*, &c. verbo illo *poteſt* impotentiam Humanæ Naturæ ſignificant; & illo *non poteſt* Naturæ Divinæ infinitam præſtantiam: unde S. Auguſtinus *lib. 5. de Civit. Dei cap.* 10. ſic ſcribit. *Dei poteſtas non minuitur, cùm dicitur mori fallique non poſſe. Sic enim hæc non poteſt, ut potius ſi poſſet, minoris eſſet utique poteſtatis. Rectè quippe omnipotens dicitur, qui tamen mori, & falli non poteſt: dicitur enim omnipotens, faciendo quod vult, non patiendo quod non vult. Quod ſi ei accideret, nequaquam eſſet omnipotens. Unde propterea quædam non poteſt, quia omnipotens eſt*. Ergo, non ideò Deus non poteſt ſimul habere, & non habere perfectionem A, aut illam ſimul in hoc *nunc* temporis ex. gr. producere ad extra, & non producere; communicare & non communicare; quoniam impotens eſt; ſed quoniam infinitè potens eſt; &, ſi id facere poſſet, eſſet impotens, & imperfectus.

Res poſitivas ſignant negativis vocabulis; & negativas poſitivis.

Impotentiam per *poſſe*, & potentiam per *non poſſe* ſignificant.

Verba pulcherrima S. Auguſtini.

Cur hæ duæ Propoſitiones *Eſt*, & *Non eſt*, non poſſint in Deo verificari?

NOTA I.

CCIL.

Multa ſupponi ſolent, quæ nō ſcribuntur, aut dicuntur expreſsè.

ERAT noſtra Concluſio, *Si in Divinis dua Contradictoria vera eſſe poſſent, etiam in humanis vera eſſe poſſent*. Eſt, ut vidiſti, certa. Et tametſi in terminis apud nullum Scriptorem legatur, videtur à doctiſſimis Viris ſupponi. P. Sebaſtianus *in Operis Theologici tom. 1. tr. 4. diſp. 9. qu. 3.* interrogat, *Utrùm Deus titulo ſuæ æternitatis, aut alio ſimultaneam intimamque, inexiſtentiam haberet cum Creaturis, tametſi illæ, ita extra omne tempus exiſterent, ut in nullo ſpatio temporali durantes eſſent*. Contra Lynceum & paucos alios, docuerat *diſp. 8. qu. 6.* Creaturam exiſtentem nunquam, impoſſibilem eſſe quam Concluſionem jubet hic recognoſci interim exercitii & diſputationis gratiâ, contraria, ut propoſita Quæſtio locum habeat, ſupponi. Pergit, & *nu.* 181. reſpondet ſic: *ex hypotheſi, quòd Creatura aliqua ita extra omne tempus exiſteret, ut in nullo ſpatio temporali durantes eſſent, arbitror fore, ut Deus ſimul haberet, & non haberet ſimultaneam, intimamque coëxiſtentiam cum illis*. Sic ille. Ergo attende: hoc enim ratiocinium efformo,

An coexiſteret Deus Creaturæ, quæ exiſteret, & tamē non eſſet in tempore?

Reſponſio. Coexiſteret, & non coexiſteret.

An exiſtere durare ſit: & exiſtentia duratio? Supponitur Affirmativa.

Ideò Izquierdi ſententiâ, Creatura non poteſt exiſtere, & tamen eſſe nunquam; hoc eſt, non poteſt ſimul habere exiſtentiam, & tamen nullam durationem habere: [aut breviùs, clariùſque non poteſt exiſtentiam ſimul habere, & non habere, nam exiſtentia realiter non diſtinguitur à duratione; & Creatura ſi ſimul exiſteret, & non exiſteret, duos conjungeret terminos contradictorios] Ideò, inquam, Creatura id non poteſt, quia inde ſequeretur, quòd illi Deus coëxiſteret, & non coëxiſteret. Quod componit, & conjungit ſimiliter, in eodem *nunc*, duos terminos contradictorios; quod eſt abſolutè impoſſibile.

A priori loquendo ideò repugnat eſſe ſimul veras duas Contradictorias in humanis, quia hoc ipſum repugnat in Deo.

Ergo (& hîc Lectore indigeo ingenioſo, & attento) ſi per impoſſibile hæ duæ contradictoriæ Propoſitiones, *Creatura A Deus coëxiſtit*, & *Creatura A Deus non coëxiſtit*, eſſent veræ, etiam eſſent veræ hæ, *Creatura A exiſtit*, & *Creatura A eſt nunquam*, hoc eſt, *in nullo tempore*; quæ ex ſuppoſitione æquivalent his, *Creatura A exiſtit*, & *Creatura A non exiſtit*. Izquierdus igitur ad Concluſionem noſtram ſuam Reſolutionem & Diſcurſum elimat; & nobiſcum ſupponit duas Contradictorias ideò repugnare in humanis, quia in Divinis repugnant: quam ob rem, ſi eſſent in Deo poſſibiles, in Humanis repugnare non poſſent.

NOTA II.

CCL.

Nomenclatorū error in nominum impoſitione.

DIxi *Immateriale, Incorporeum, & Infinitum*, & ſimilia Concreta formaliter dicere, formalitatem, & perfectionem poſitivam, & eis oppoſita *Materiale, Corporeum*, & *Finitum*, &c. negativam: & id evidenter perſuadeo.

Nonnulla nomina explicātur.

Nam Primò Spiritualitas eſt quædam poſitiva perfectio, quæ enti addita illud conſtituit Spirituale; & hoc ipſum eſt, quod Critici *Immateriale*, & *Incorporeum* paſſim appellant. Ens igitur, cui negatur Spiritualitas, quod afficitur Spiritualitatis negatione, eſt illud

quod

quod dicitur *Materiale*, & *Corporeum*. Erravit ergo Nomenclator in nominum impoſitione: nam rem poſitivam formaliter, negativo deſignavit vocabulo; & poſitivo, rem negativam formaliter.

A B

Nomina Finitum, & Infinitum dilucidantur.

Et hoc ipſum in nominibus *Finitum* & *Infinitum* evidentiùs percipitur; nam *Finis* eſt quædam negativa formalitas; nam linea A B ut finita ſit, & in B terminetur, non indiget formâ aliquâ poſitivâ; ſed ſufficit, quòd non progrediatur ulteriùs. Et, ſi de hoc dubitet aliquis Peripateticus, relinquat in lineâ AB, quòd perveniat ad B, & non progrediatur ulteriùs; & auferat, quidquid poſitivum, quod ut illa terminetur addiderit, aut adfinxerit Stagirites, & videbit, eſſe finitam illam lineam neque ullo termino poſitivo indigere. Ergo, ſi *Finis* eſt negativè formalitas, *Finitum* dicet formaliter rationem conſtitutivam negativam; & *Infinitum* importabit hujus negationis negationem, hoc eſt formalitatem poſitivam.

Finis conſiſtit in negatione formaliter.

Infinitum formaliter eſt poſitivum.

NOTA III.

CCLI. *Cur additus ſit ſequens Articulus?*

QUoniam in re obſcurâ & difficili aliter & aliter Scriptores diſcurrunt, ut ea, quæ diximus, firmentur & dilucidentur, prodierit alicujus Viri docti Opinionem referre, eamque cum noſtrâ Sententiâ componere, & accuratè recognoſcere & examinare. Ergo, tametſi aliorum Placita poſſem in examen producere, Autorem ſequentem ex duplici causâ propono. Et primò, quoniam acer & ingenioſus eſt, ejuſque Speculationes cum fructu & approbatione in Scholâ leguntur. Et ſecundò, quoniam non videremur eſſe duo, ſi noſtram ſententiam teneret: Ergo cum illo debebimus accuratè differere, quia nos *Eſſentiam ab Exiſtentiâ realiter diſtingui*, ut certum & indubitatum ſupponimus, qood ipſe rotundè negat, illarum identificationem ſtatuens.

P. Georgius de Rhodes laudatur.

Vt in Scholâ eſſe cenſeamur plures, oportet diverſimodè ſentiamus & loquamur.

Ens ab Exiſtentia præciſum ſat, aut ſatis habet eſſe quiditativum; hoc eſt dicit ſua prædicata eſſentialia. Et extra cauſas per Exiſtentiam conſtituitur: quæ Eſſentiæ eſt accidens; nimirùm Phyſicum & Prædicamentale, ſi *exiſtere*, & *durare* ſit idem, quod multi aſſerunt, aut ſaltem ſi *exiſtere* & *durare* differunt inter ſe; quod Complutenſes *in Logic. diſp. 9. in princ.* aſſeverant.

An Exiſtentia ſit Eſſentiæ accidens.

ARTICVLVS III.

Proponitur & examinatur Patris Georgii Rhodeſii de rerum Eſſentiâ, & Poſſibilitate, & Exiſtentiâ Iudicium.

CCLII. *Laudatur Philoſophicus Curſus Rhodeſii.*

PRodiit nuper Lugduni (anno videlicet M.DC.LXXI.) Liber calamo ingenioſo conſcriptus, cui Titulus, *R. P. Georgii de Rhodes Avenionenſis è Societate Jeſu*, PHILOSOPHIA PERIPATETICA, *ad veram Ariſtotelis mentem*, in quo non pauca pulchrè cogitata, & dilucidata reperio. Sed quia toto Libro IV. de Primâ Philoſophiâ, ſeu de Metaphyſicâ differit: & in ejus *diſp. 2. qu. 1. ſect. 2. pag. 633. b.* interrogat, *An Eſſentia ab aeterno habuerint aliquod eſſe actuale ante ipſam exiſtentiam*? Et Sect. 3. *Quid ſit rerum poſſibilitas antequam exiſtant*? & eamdem Nos hîc Controverſiam movebimus, illum ſtudioſè & attentè legemus, & accuratè examinabimus. Adluxit huic Scriptori docto inter cancellos Veritas: & laboravit, ut video duobus morbis: altero, ne rem clarè & perfectè intelligeret; altero, ne illa ipſa, quæ exactè intelligebat, exactè exponeret. Derivabatur primus ex Præjudiciis abortis ex doctrinâ communi: Alter ex verborum defectu. Unde exiſtimo, Eruditum hunc Virum, ſi alterutri ejus morbo aliqualem medicinam adhibeam, ne in puncto quidem, quoad ſubſtantiam, à noſtrâ doctrinâ differre. Ergo, ut clarè procedam, formalia ipſius verba proponam; eaque parentheſi quadrata (cujus hæc eſt figura [], & *Graphetta* in Typographeis vocari ſolet) includam. Attende ergo; quoniam R. Pater Georgius ſic incipit.

Cauſæ ob quas non potuerit ipſammet Veritatem attingere?

Quo ejuſdem verba ſigno à noſtris Scholiis ſecernantur?

[Poſito quòd Eſſentia, & Exiſtentia ſint à parte rei una res, diſputatur ulteriùs, utrùm antequam Eſſentiæ creatæ acceperint eſſentiam, (*lege*, Exiſtentiam) habuerint ab æterno eſſe aliquod reale actuale. Certum enim eſt, illas habuiſſe eſſe poſſibile, de quo dicetur Sectione ſequenti.]

De Eſſentiæ & Exiſtentiæ identificatione aut diſtinctione.

Similem Controverſiam movent alii Philoſophi, & ut clariùs procedant, jubent oppoſitam doctrinam ſupponi. Unde Complutenſes *in Phyſic. diſp. 3. qu. 4. §. 2. num. 23.* ſic ſcribunt. [Hoc Argumentum deſtruit ſtatum præſentis Quæſtionis, quæ locum minimè habet, niſi ſupponatur, vel admittatur, ſaltem diſputationis gratiâ diſtinctio inter Eſſentiam, & Exiſtentiam, quam aliàs ſatis, & tamen ſuper oſtendere ſolent Thomiſtæ.]

Veram præſtet ſupponere?

Philoſophi diſſentiunt inter ſe.

Interim nos perſuadere conabimur, conſtare ex progreſſu ſuæ Diſſertationis, non identitatem, ſed diſtinctionem veram inter eſſentiam & exiſtentiam à P. Rhodeſio ſupponi.

An Rhodeſius oppoſitum, quàm putat & dicit, ſupponat?

poni. Et, ne verbis, aut vanis promiſſis tuam exſpectationem morer, illa ultima verba relego: nimirùm. *Certum eſt, illas habuiſſe (nempe, ab æterno) eſſe poſſibile.* Ex quibus hoc conficio argumentum. Petrus nunc exiſtens ille ipſe eſt, qui fuit ab æterno poſſibilis, ut ſcitè ipſe P. Rhodeſius nos docebit inferiùs. Ergo Petri exiſtentis & Petri poſſibilis eadem eſt eſſentia: aliàs enim non eſſent unus, & idem Petrus. At certum eſt Petrum poſſibilem, quamdiu poſſibilis aut futurus fuit, non habuiſſe exiſtentiam. Eſſentia igitur & exiſtentia, ſiquidem ſeparantur, realiter diſtinguuntur. Petrus ergo poſſibilis ab æterno (non realiter & poſitivè, ſed [*] negativè & hypotheticè ſabat: habebat eſſe quiditativum: hoc eſt ſua habebat prædicata eſſentialia.

De homine exiſteti & poſſibili. Quomodo diſtinguantur.

*] Hi termini, qui ſæpe occurrunt, num. explicantur.

SECTIO I.

Proponuntur quatuor diverſæ Scriptorum Sententiæ.

CCLIII. An Creaturæ poſſibiles habeant eſſe actuale?

ET quidem Creaturas poſſibiles habere *quoddam eſſe actuale quidditativum* videtur Rhodeſius ſupponere; ſubdit enim [De illo igitur eſſe actuali Eſſentiarum quatuor invenio ſententias, in quibus ſingulis nō moror.

Quatuor Sententiæ proponuntur.

PRIMÒ enim Wicleffus volebat eſſentias non eſſe purum nihil antequam creentur, ſed habere verum quoddam eſſe reale in Deo; quod deſtructâ exiſtentiâ non deſtrueretur; atque adeò quamlibet creaturam ratione illius eſſe realis, & æterni eſſe ipſum Deum; quod delirium in Concilio Conſtantienſi meritò damnatum, non eget refutatione; quomodo enim eſſentia illa, quæ priùs erat Deus, deſinere poteſt eſſe Deus? cùm Deus ſit ens neceſſarium & immutabile. Imò cùm ſimpliciſſimus & uniſſimus Deus ſit, quomodo eſſentiæ illæ revera plures eſſe poſſunt, eſsētia illa una? Cùm autē dixit Auguſtinus, *Creaturas habere quoddam eſſe intelligibile & illud eſſe Deum*, intelligendus eſt de *eſſe* eminentiali, quia Deus continet eminenter omnes creaturas, & illud *eſſe* eſt ipſe Deus. Deinde habent etiam *eſſe* intentionale, ſive objectivum in mente Dei, à quo cognoſcuntur.]

OpinatioVVicleffi.

Hic VVicleff. error, ſicut & alii Huſſi, Lutheri, & Calvini, ex malè intellecto Auguſtino naſcuntur.

Sanè ex vocabulorum defectu, & nimiâ erga Priſcianum, & Ciceronem obſervantiâ abortum fuit, quòd aliquando Veteres, aut non ſciverint, aut non potuerint, ea quæ bene concipiebant, congruè exponere. Nam, ſi Auguſtinus dixit (loquor conditionatè, nam locum non citat Rhodeſius, & ideo illum in fonte recognoſcere nequeo) *Creaturæ habent quamdam eſſentiam intelligibilem, & hæc eſſentia eſt Deus*; ſcripſit verba, quæ non identicè & formaliter, ſed eminenter debent accipi: & delitavit Wicleffus, & ejus cum ipſo Diſcipuli illa accipiendo & intelligendo formaliter. Sed quid, ſi Auguſtinus magis de veritate Theologicâ, quàm de Latinæ Linguæ elegantiâ ſolicitus ſcripſiſſe dicatur, *Habent in Deo creaturæ quamdam eſſentiam intelligibilem (nempe, objectivam) & hanc eſſentiam eſt Deus?* Sententiam pulcherrimam, veriſſimam, & ſignificantiſſimam diceretur ſcripſiſſe Auguſtinus: quam, ſi ipſe non ſcripſit, illam nos ſcribemus, ut modum, quo Deus ſampſit eſſentias (dedit eſſentiis illud *eſſe* objectivum, quod habent) exponamus. Sampſit eſſentias Deus, non operatione aut actione, quæ ſit à ſuâ intellectione diſtincta. Et, quia intelligere Dei eſt eſſe Dei, ut ſcitè Thomiſtæ cum Angelico Præceptore ſtatuunt, illud eſſe quà intellectivum, eſt quodammodo activum, & ideò juxta Dialecti Scholaſticæ Regulas debebimus dicere, *Deus eſt omnium rerum eſſentias. Deus eſt creaturas univerſas poſſibiles.* Quæ Propoſitiones, ſunt ſignificantiſſimæ, & ſi jubeantur in Paſſivas tranſire, convertentur in has, *Omnium rerum eſſentiæ ſunt à Deo, Univerſæ creaturæ poſſibiles ſunt à Deo.* Nam, ſicut à Deo habent creaturæ Sentes (exiſtentes) quòd exiſtant; ita etiam Santes (creaturæ poſſibiles) quòd poſſibiles ſint. [Recognoſce, quæ *Diſſertat. I. art. 7. in expoſitione vocula* ſyre *ſub initium* dicuntur.]

Verba, quoad materiam & formam ſunt invenienda, ne male explicentur conceptus. Ergo, antiqua materia non ſufficit, nova ſunt invenienda vocabula: &, forma antiqua ſit tamen inſufficiens, nova inflexiones, & novi Syntaxis debent conformari Philoſophis.

Sunt omnium creaturarum perfectiones eminenter in Deo: non formaliter.

An, & quando verbum ſubſtantivū *Sum, es, eſt.* ſit activum, & cum accuſativo cōſtruatur?

An habeat Paſſivam? Et quo Orationes modo ex una voce convertantur in alteram?

CCLIV. De eſſe exemplato.

SECUNDA Sententia, quæ à Rhodeſio proponitur, docet Creaturas antequam creentur, habere quoddam eſſe in ſeipſis per emanationem à Deo ut Causâ Exemplari. Et eam meritò dicat eſſe vaniſſimam: Quoniam Cauſa Exemplaris nunquam in actu ſecundo cauſat, niſi quando efficiens actu operatur.

An creaturæ poſſibiles habeant quoddā eſſe diminutū in ipſo Intellectu Divino?

TERTIA apud eumdem Rhodeſium ſententia, eſt, quæ tribuitur Scoto, & affirmat, quòd eſſentiæ rerum, priùs quàm crearentur, habuerunt in Intellectu Divino eſſe quoddam diminutum, quod acceperint, vi ſolius cognitionis Divinæ. Scio Scotum ab Æmulis & Invidis obtorqueri non rarò, & hanc ipſam à Viris doctiſſimis non bene intelligi, & ideò cenſuris inuri. Nam inter alios Bañes, vir ingenii felicis *in 1. part. quæſt. 14. art. 6.* citat hanc Opinionem Scoti. Exponit modum, quo illam Cajetanus intelligat, *ait enim Cajetanus, Deum Scoti ſententiâ Creaturas, in ſe ipſo & in ſe ipſis cognoſcere.* Et inquit Bañes, *Cæterùm ego non reperio in Scoto, quòd Deus cognoſcat Creaturas in ſuâ eſſentiâ, ſed tantùm in ſe ipſis.* Et poſteà poſtquam Scoti mentem, prout illum ipſe intellexit, expoſuit, eamdem inurit hac Cenſurâ. *Hæc Opinio Scoti eſt chimarica, & parùm Fidei conſentanea*, &c. At Scotus, ſi bene intelligatur, non abeſt à doctrinâ, quæ hodie eſt in Scholâ communis. Illum Rhodeſius bene intellexit: inquit enim. [Sed per illud (ens diminutum) non intellexit aliud Scotus, quàm eſſe objectivum & cognitum: quale accipiunt entia rationis, dum fiunt.] Et libentiſſimè lego hanc lineam ultimam. Aut enim fallor, aut inconſequentiâ manifeſtâ laborant Theologi, qui ex unâ parte, tantas vires humano Intellectui attribuunt ut poſſit dare eſſe cognitum enti impoſſibili, quando faciunt nimirùm ens rationis: & ex alterâ negant Divinum Intellectum poſſe dare eſſe cognitum enti poſſibili. Et propter hanc ſolam inconſequentiam, etſi putem, aut fortè ſciam, non dari entia rationis, bis de illis in iſto libro diſputo; nempe iterum in Diſſertatione Prophyſicâ, iterumque in Theologicâ, nam ſi entia Impoſſibilia,

An teſte Scoto Deus cognoſcat creaturas in ſeipſo?

Qualis ſit Scoti doctrina opinione Bañeſii?

Et qualis Rhodeſii ſententia?

An ſit hæc bona Conſequētia, *Entia Impoſſibilia habēt eſſe objectivum in intellectu humano: Ergo Entia Poſſibilia in Divino.*

Vide in hac ipſa Diſſer. III. Art. VII. Cōcl. XI.

quia cogitantur, habent eſſe objectivum in Intellectu humano, Poſſibilia à fortiori, quia cognoſcuntur, eſſe objectivum habere debent in Intellectu Divino. Tandem

De eſſe Eſſentiæ.

QUARTA Sententia à Rhodeſio proponitur, pro quâ Autores non citat, dicit tamen, eos, qui illam tuentur, aſſerere, Eſſentias rerum creatarum antequam inceperint per productionem exiſtere in ſingularibus, habuiſſe quoddam eſſe univerſale, poſitivum & reale, omninò neceſſarium, actuale, independens à Deo, quod ipſi appellant *eſſe eſſentiæ*, diſtinctum à modo exiſtentiæ, qui per creationem ſuperadditur.]

SECTIO II.

Adducuntur aliquæ Rationes, quibus Sententia Quarta videretur probari.

CCLV. De aliquorum Academicorũ Opinione.

SEntentia ultima, quæ aliquorum Gentilium, Platonis Diſcipulorum eſt, nonnullas præſefert apparentes rationes, quæ cenſentur ſolutione indigere; arguunt enim Academici apud Rhodeſium

An pendeant à Deo rerum Eſſentiæ?

PRIMÒ: Quia, ſi rerum eſſentiæ pendent à Deo, ſequitur illas mutari poſſe à Deo; Deus autem rerum eſſentias mutare nullo modo poteſt; non enim facere poteſt ut homo non ſit animal rationale; Ergo eſſentiæ rerum non pendent à Deo, ſaltem quoad eſſe eſſentiæ. Imò cùm Deus ab æterno ſit cauſa exemplaris, oportet ut ab æterno etiam ſit ipſum exemplarum. Denique cùm Deus ab æterno cognoſcat omnes eſſentias, certè, ſi eſſentiæ illę ſunt nihil, ſequitur nihil Deum cognoſcere ab æterno.

Cauſæ Exemplari reſpondet Exemplarum.

An Eſſentiæ ſint nihil?

SECUNDÒ *Eſſe poſſibile* convenit nunc actu Petro poſſibili; nam verè dicitur, *Petrus nunc eſt poſſibilis*: imò nunc Petrus poſſibilis actu differt à chimærâ; Sed *eſſe poſſibile*, eſt aliquid reale; Ergo nunc actu convenit Petro aliqua realitas; Ergo eſſentia Petri *actuale eſſe* nunc habet.

An eſſe poſſibile ſit aliquid?

TERTIÒ ab æterno verum eſt dicere, *Homo eſt animal rationale*: Sed hoc verum eſſe non poteſt, ſi eſſentia non eſt actu realis ab æterno; quod probo. Quia ſubjecto, quod eſt actu nihil, non poſſunt actu tribui prædicata realia, alioqui ſubjectum illud eſſet nihil & aliquid reale. Nihil, quia ſupponitur. Aliquid reale, quia reales haberet proprietates. Deinde verbum *eſt* ſignificat actualitatem; Ergo quando dicitur. *Homo eſt animal rationale*; ſignificatur actualitas aliqua hominis, quæ ſi æterna eſt, homo actualitatem aliquam ab æterno, quæ cùm non ſit eſſe Exiſtentiæ, eſt ſaltem eſſe eſſentiæ, &c.

An Propoſitiones definitivæ ab æterno ſint veræ?

Hæ ſunt rationes, quæ pro Quartâ præcipuè Sententiâ à Rhodeſio adducuntur, qui contra noſtram, & veram Sententiam nihil probant, ut videbitur Sect. IV.

Vbinam Rationibus his reſpõdebitur?

SECTIO III.

Suam Rhodeſius Opinionem proponit, illamque ad paucas Concluſiones reducit.

CCLVI. Rhodeſii Opinio.

QUia quatuor illæ Sententiæ, quæ poſitæ Sect. I. Patri Rhodeſio diſplicent, antequam Rationibus pro Quartâ productis reſpondeat (nam cæteras ab aëre pendere permittit) propriam pronunciat, & illam Aſſertionibus iſtis perſtringit.

Prima Rhodeſii Concluſio.

Nihil prorſus Vniverſale, aut Singulare eſt ab æterno.

R*Erum eſſentiæ, priùs quàm producerentur in ſingularibus non habuerunt ullum ab æterno eſſe vel univerſale, vel ſingulare, poſitivum & actuale; ſed illæ fuerunt ſimpliciter actu purum nihil, tametſi dici poſſint* Reales ſecundum quid *quatenus ſunt poſſibiles*.

Hæc Prima Rhodeſii Concluſio duas partes habet: prima, ſi agatur de actualitate exiſtentiæ eſt vera, nam Creaturæ poſſibiles non exiſtunt. Si agatur de actualitate eſſentiæ meritò illud *ab æterno* negatur; nam eſſentiæ carent omni duratione temporaneâ, adeoque poſitivè non fuerunt ab æterno, ſiquidem tempus reale eſt rerum exiſtentium accidens & illæ non fuerunt ab æterno.

Tempus reale non fuit ab æterno; adeoq; nullum eſſe finitum fuit realiter, & poſitivè ab æterno.

Secunda Concluſionis pars; quæ à particulâ *tametſi* incipit, ut puto, ponit nobis ob oculos Opinionem Scoti, nam ipſe Scotus illud *eſſe* quod priùs *diminutum* vocaverat, negat eſſe *abſolutè*, & concedit eſſe *ſecundum quid*.

An *Ens ſecundum quid* Rhodeſii ſit illud, quod *Diminutum* nominavit Scotus?

HANC SUAM Concluſionem perſuaſurus Rhodeſius, ſic ſcribit. [Multa cõgerit Suarez, quibus demonſtrat, repugnare Fidei eſſe illud eſſentiæ independens à Deo; omnia enim ab ipſo pendent & facta ſunt, alioqui creatura ſecundùm ſe totam non eſt ſub dominio Dei. Ratio, inquam, eſt, quia omne, quod eſt ens à ſe neceſſarium, eſt Deus: eſſentiæ rerum quoad eſſe illud eſſentiæ, ſunt entia à ſe: Igitur eſſentiæ illæ quoad eſſe illud eſſentiæ ſunt reverà Deus. Sic argumentatur ille: at in ſuâ Concluſione nihil dixerat de dependentiâ Creaturarum à Deo. Sunt ergo vera, quæ dicit; ſed ad probationem hujus Primæ Concluſionis non pertinent.

Omnia pendẽt à Deo.

Solùs Deus eſt Ens neceſſariũ & à ſe.

SECUNDÒ argumentatur ſic, [Vel Socrates poſſibilis differt à Socrate actuali ſecundùm totam ſuam realitatem, (adde, quod Rhodeſius reliquit in atramentario, vel ſecundum aliquid tantùm) ſecundùm nihil. Si primum, Ergo Socrates ille, qui nunc eſt, non erat poſſibilis; Si ſecundum, ergo ſecundum illud, quo differt, non erat poſſibilis. Si ultimum, ergo Socrates poſſibilis non eſt actu realiter & poſitivè ante productionem, quia Socrates non eſt actu exiſtens ab æterno.]

Hanc ſecundã rationem eſſe trilemma (hoc tribus membris conſtare) ex ipſa reſponſione colligitur.

CCLVII.

Multa nos docet hoc Trilemmate Vir eruditus: &, ut rem bene intelligas, hoc illi ſimile per omnia ſubſcribo. Adſiſto funeri, & quia Plato, ad ſepulchrum defertur; & illum certiſſimâ Fide teneo, in ultimi Judicii die eum cæteris reſurrecturum eſſe, illum poſt univerſæ carnis reſurrectionem redivivum con-

Sicut uter hoc exemplo, poſitum alio, nam ſicut Homo Poſſibilis in Exiſtentem tranſit, ſic Vivus in Mortuum, ſic Mortuus in Redivivum: ſic lignum frigidum in Calidum. Album in Nigrum.

Digitized by Google

Diſſolvitur Argumentum præcedens.

conſideto, & mortuum cum redivivo comparans, ſic diſcurro. [Vel Plato mortuus differt à Platone redivivo ſecundum totam ſuam realitatem, vel ſecundum aliquid tantùm, vel ſecundum nihil. Si primum; Ergo Plato ille qui nunc redivivus eſt, non eſt ille ipſe qui erat mortuus, ſed alius: quod nemo admittet. Si ſecundum; Ergo ſecundum illud, in quo differt, non erat poſſibile, quod reſurgeret à mortuis Plato. Si ultimum: Ergo Plato, qui reſurgere poterat, non erat actu ante reſurrectionem redivivus: quia actu redivivus per reſurrectionem efficitur.] Et Ego ad hoc Trilemma facili negotio reſpondeo, aſſerens ex tribus illis membris tantùm ſecundum eſſe verum: quoniam mortuus & redivivus Plato in corpore ſeu materiâ conveniunt, in formâ differunt: nam mortuus Plato pro formali dicit formam cadaveris, quidquid ea ſit: & abſentiam Animæ rationalis; & vivens Plato pro formali dicit ejuſdem Animæ rationalis præſentiam. Dicit Argumentator. [Ergo ſecundum illud, in quo differt, non erat poſſibile, quòd reſurgeret à mortuis Plato.] Et ego diſtinguendo reſpondeo. Si illud in quo differt (nempe, forma Cadaveris) permaneat, concedo: ſi verò non permaneat, nego.

In quo differat homo vivus à mortuo?

Cadaver in ſenſu compoſito reviviſcere nequit.

Et hinc ad Trilemma propoſitum à Rhodeſio rediens, Socratem Poſſibilem, & Exiſtentem, nec ſe totis differre, nec in nihil differre: ſed differre in aliquo, & habere aliquid utriq; cõmune aſſero; habent .n. communem eſſentiam, differunt in ſtatu: nam Poſſibilis Socrates pro formali dicit poſſibilitatem, quidquid illa ſit, & carentiam exiſtentiæ: & exiſtens Socrates pro formali dicit exiſtentiam. Infert Rhodeſius [Ergo ſecundum illud in quo differt poſſibilis ab exiſtenti Socrate non eſt poſſibilis.] Sunt verba obſcura. Poſſibilitatem nec eſſe, nec poſſe eſſe exiſtentiam, fateor, & rem poſſibilem, manente poſſibilitate, non poſſe tranſire in exiſtentem, admitto: at quia poteſt poſſibilitatem amittere, & exiſtentiam adquirere hæc Conſequentia abſolutè negatur.

Entis poſſibilis & Exiſtentis differentia explicatur.

Quid pro materiali, & quid pro formali illa dicant?

Poſſibilitas & exiſtentia differũt eſſentialiter.

Et hîc Lectorem meum duo advertere & bene conſiderare deſidero. ALTERUM, totam hanc Secundam à Rhodeſio concinnatam rationem, æquè proponi poſſe contra Generationem, Corruptionem, & Converſionem cujuſcumque Compoſiti: adeoque elumbem & inermem eſſe. ALTERUM, non impugnari à Rhodeſio *eſſe quiditativum*, quod habent Creaturæ poſſibiles: ſed *eſſe exiſtentiale*, quod illis nullus Theologus ſanæ mentis adfinget. Vel, ſi dubites, illa verba, quæ claudunt ratiocinium, conſidera nimirùm. *Socrates poſſibilis non eſt actu realiter & poſitivè ante productionem.* Et cur? *Quia Socrates* (*poſſibilis*, de hoc enim agitur) *non eſt actu exiſtens.* Ergo in Conſequentiâ illa verba *non eſt actu*, non æquivalent his, **non ſit**, aut *non habet eſſe quiditativum*; ſed his **non ſet**, aut *non habet exiſtentiam*, ſeu *non exiſtit*. Et in hoc Rhodeſio univerſi aſſentimur.

Hæc Argumẽtatio Rhodeſii, ſi ſtaret, omnia, quæ de generatione, corruptione, & converſione dicuntur, proſterneret.

Quale eſſe Rhodeſius negat Creaturis Poſſibilibus.

TERTIÒ ſuam Concluſionem demonſtraturus, hanc Rationem, quam dicit à priori procedere, concinnat. [Eſſentia, ait, & Exiſtentia eſt à parte (lege, rei) ſingularis & producta, nec eſt ab æterno; Ergo neque ipſa rerum eſſentia eſt improducta, neque ab æterno.

De Eſſentiæ & Exiſtentiæ diſtinctione.

CCLVIII.

Eſſentiæ accidit eſſe, aut nõ eſſe: hoc eſt, exiſtere & non exiſtere.

Reſpondeo in hac Propoſitione *Eſſentia & Exiſtentia ſunt realiter unum*, latere multum æquivocationis. Nam hæc Propoſitio, *Eſſentia poſſibilis & Eſſentia exiſtens ſunt eadem*, eſt vera: & ſimilis huic, *Socrates frigidus & Socrates calidus ſunt idem*. Et tamen, ſicut ex hac non infertur, *Ergo frigus & calor ſunt idem*, nec *Ergo Socrates & calor ſunt idem*: ſic ſimiliter ex illâ priori non infertur hæc, *Ergo Poſſibilitas & Exiſtentia ſunt idem*, neque hæc, *Ergo Eſſentia & Exiſtentia ſunt idem*.

Contra Adverſarios ſuos Rhodeſius non argumentatur directè.

Relego hoc Enthymema. [Omnis exiſtentia eſt à parte rei ſingularis, & producta: & nulla eſt improducta, & ab æterno. Ergo omnis rerum eſſentia eſt à parte rei ſingularis & producta: & nulla eſt improducta & ab æterno.] Et dico

Exiſtentiæ duplex conſideratio.

Primò, Exiſtentiam bifariam poſſe conſiderari: videlicet, in actu exercito, & in actu ſignato. Illa enim in actu ſignato, æquè ac Poſſibilitas, Futuritio, Ubicatio, &c. habet ſua prædicata eſſentialia, adeoque propriam & veram quiditatem & eſſentiam: & in hoc de ipsâ ſenſu, ſicut de eſſentiis cæteris erit philoſophandum: nam ſicut eſſentia Socratis, ſic etiam Exiſtentia fuit poſſibilis, & futura, & poſt Socratis mortem erit perpetua. At exiſtentia in actu exercito dat eſſentiæ exiſtere extra cauſas: &, ſi exiſtere, durare ſit, dabit eſſentiæ eſſe in tali tempore determinato.

In actu ſignato:

In actu exercito.

CCLIX.

An Exiſtentiæ omnes ſint ſingulares?

Dicit Rhodeſius *Exiſtentiam à parte rei eſſe ſingularem*. Et Platonici hoc tranſire permittent, Quoniam tametſi in opinione ipſorum falſum ſit, [quoniam Idearum univerſalium Ideæ debent eſſe ſimiliter Univerſales:] præſentem Quæſtionem, & difficultatem non concernit.

An dentur Exiſtentiæ improductæ?

Addit, *Eamdem non eſſe improductam*. Et hoc eſt tantummodò contra Platonem, qui Ideas ingenitas & improductas exiſtere ab æterno aſſerebat: non verò contra S. Dionyſium, non contra S. Thomam, non contra Scotum, non contra eorum Diſcipulos, qui docent Deum ſuâ ſimplici intelligentiâ παράγειν Creaturas poſſibiles: Quo verbo uſus eſt S. Dionyſius, ut operationem quamdam inter intellectionem, & productionem mediam ſignificaret: quoniam ejus ſententiâ, παράγειν Creaturas, eſt per ſimplicem intellectionem dare ipſis illud eſſe objectivum & quiditativum, quod habent. Nam, ſicut Intellectus humanus non reperit ens rationis, quod meditetur, ſed illud intelligendo facit: ſic ſimiliter, ante actum ſimplicis intelligentiæ non erant Creaturæ poſſibiles, quas Deus cognoſceret; ſed illas intelligendo παράγειν, hoc eſt, illis dat eſſe quiditativum.

Quid ſit παράγειν? Eſt verbum, quo utitur S. Dionyſius.

De Ente rationis. An ſit cognoſcibile, antequam cognoſcatur?

Et tandem includit dicendo, *Nec eſſentias, nec exiſtentias fuiſſe ab æterno*. Et hoc verum eſt. Quoniam nullum fuit tempus ab æterno; & nullæ rerum eſſentiæ durant tempore.

Eſſentiæ poſſibiles non durant tempore.

§§§§

Secunda Rhodeſii Concluſio.

CCLX. De Propoſitionibus quæ dicuntur æternã habere Veritatem.

D*Antur omninò Propoſitiones aliquæ, tum formales, tum objectivæ, æternæ veritatis, id eſt, ab æterno veræ abſolutè, non tantùm conditionatè, etiam in ſe ipſis conſideratæ, non tantùm quatenus in Intellectu Divino repræſentantur, & in eo habent eſſe intentionale.*

Tres habet hæc Concluſio partes: de quibus dubitari poteſt, an ſint neceſſariò admittendæ. Videamus ergo, quo illas ſenſu accipiat, & proponat Rhodeſius, & poſteà eaſdem congruâ limitatione reformabimus.

An tam Formales, quàm Objectivæ ab æterno ſint veræ?

Prima Pars Concluſionis præmiſſæ docet (inquit Rhodeſius) *Propoſitiones aliquas ab æterno veras, tum formales, quæ ſunt operationes intellectûs aliquid enunciantis; tum objectivas, quæ ſunt res ipſæ prout enunciantur ab intellectu.* Ergo (& nota id bene) ſi Propoſitio aliqua, puta *Homo eſt animal rationale* habuit eſſe objectivum ab æterno. Ejus termini; nempe *Animal*, & *Rationale* habuerunt eſſe objectivum ab æterno. At non habuerunt ab æterno eſſe exiſtentiale. Ergo eſſe objectivum & quiditativum ab exiſtentiali diſtinguitur. Aſſerit ergo nunc Rhodeſius, quod conſtanter ſub initium negabat,

Et hanc ipſam doctrinam, tam certam & indubitatam eſſe exiſtimat, ut audeat dicere *ratione illam manifeſtâ probari*. Sed quâ? Illam proponit dicens.

An, quæ ſemel ſint identificata, ſemper ſint identificata?

[Quæ ſemper ſunt idem, & ſemper fuerunt idem, eorum unum ſemper tribui poteſt alteri; Sed extrema illarum Propoſitionum *Homo eſt rationalis* ſemper ſunt idem, & ſemper fuerunt idem, Ergo unum potuit ſemper tribui alteri.] Et Ego in ſenſu à Rhodeſio intento nego minorem: quoniam, ſi hæc Propoſitio, *Homo ſemper fuit*, & etiam hæc, *Animal ſemper fuit*, eſt falſa; etiam erit falſa hæc *Homo & Animal ſemper fuerunt identificata*. Ergo illud *ſemper* non debet poſitivè & abſolutè accipi, ſed negativè & hypotheticè, juxta Angelici Præceptoris ſententiam.

Quod non eſt, non eſt tale.

Quænam Propoſitio vera ſit?

Confirmat Rhodeſius ſuam Concluſionē dicendo. [Illa Propoſitio formalis, ſive illa cognitio eſt vera, quæ conformis eſt objecto; ſed ab æterno cognitio divina verſata circa objectum neceſſarium fuit conformis objecto illi neceſſario: cognovit enim hominem eſſe animal rationale, quod eſt verum & omninò neceſſarium: ergo illæ propoſitiones formales fuerunt ab æterno veræ, fuiſſentque ſimiliter veræ, ſi fuiſſet ab æterno creatus aliquis intellectus, qui enunciaſſet, *Homo eſt animal*, quia fuiſſent conformes objecto.] Ergo aſſerente Rhodeſio Prædicata eſſentialia habent eſſe objectivum ab æterno. Ergo (& hoc iterum dico) nunc doctrinam admittit & probat, quam in principio rejiciebat & negabat ut falſam.

An, ſi Propoſitio ſit ab æterno, ergo ejus Objectum etiam ſit ab æterno?

An ſibi Rhodeſius ſit diſſimilis?

An Scoto ſubſcribat?

Ergo Scoti Sententiam, quam eſſe Divi Thomæ probat Auguſtinus Redingus, tuetur & propugnat Rhodeſius.

An, & cur eſſe objectivum ab æterno non ſit?

Interim Creaturis Poſſibilibus eſſe quiditativum & objectivum concedimus: at illud poſitivè & abſolutè eſſe ab æterno negamus; nec urgemur propoſitâ à Rhodeſio ratione, videlicet. [Quando eſt cognitio, eſt res cognita. Sed ab æterno eſt Dei cognitio, quâ cognoſcitur Socrates. Ergo eſſe objectivum Socratis eſt ab æterno.] In illâ enim Major eſt abſolutè falſa. Quoniam hoc momento temporis A. cognoſco Adamum & Antichriſtum; & tamen ille **ſunt** (exiſtens in ſuo tempore præterito) & hic **ſunt** (exiſtens in ſuo tempore futuro) cognoſcitur à me **ſente** (nunc in hoc præſenti tempore exiſtente.) Vide, quæ Diſſert. I. Artic. 6. dicuntur.

An debeat cognitio & res cognita coexiſtere in eodem inſtanti?

CCLXI. Quid ſit Veritas objectiva?

Confirmat iterum ſuam Concluſionem [nempè, Propoſitiones Objectivas ab æterno eſſe veras] Quia Veritas objectiva eſt infallibilitas & neceſſitas rei, quæ cognoſcitur; Sed res, quæ cognoſcitur, quando dico *hominem eſſe animal rationale*, neceſſaria eſt, & infallibilis, cùm prædicatum ſit eſſentia ipſa ſubjecti: Ergo illa propoſitio objectiva æternam habet veritatem.] Sed hîc Rhodeſius eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale confundit: & ideò Ego Majorem tranſire permittens, aſſero illam Propoſitionem, quæ in Minori ponitur, eſſe quoad *eſſe quiditativum* neceſſariam, & quoad *exiſtentiale* contingentem. Et ideò Conſequentiam (nam de *exiſtentiali eſſe* agit) nego, & iterum nego. Quoniam, ut centies dixi, eſſentiæ ab exiſtentiâ præciſæ, non durant tempore, & ideò non poſſunt eſſe, aut fuiſſe ab æterno.

Eſſe quiditativum ab Eſſe exiſtentiali debet neceſſariò diſtingui.

Complutenſes de Propoſitionibus æternæ veritatis Opinio.

Et hîc obiter noto, Complutenſes ab omni ſe difficultate in præſenti Controverſiâ ſubducere, aſſerendo eſſentiales omnes Propoſitiones habere æternam veritatem formalem; videlicet, in Intellectu Divino. Audiri poterunt: quoniam *in Logic. diſp.* 4. *qu.* 2. §. 1. *num.* 9. ſic ſcribunt. [Dicendum eſt, Propoſitiones univerſales neceſſarias habere perpetuam & actualem veritatem formalem; ſive res exiſtant, ſive non: ac proinde Univerſalia quoad iſtam veritatem formalem fuiſſe ab æterno. Ita Ariſtoteles 1. *poſt. cap.* 1. & D. Thomas 1. *part. quæſt.* 10. *art.* 6. *ad* 3. quos ſequuntur communiter Doctores. Videatur Maſius *ſect.* 2. *de Univerſalib. qu.* 9. ubi D. Auguſtinum, Anſelmum, & Porphyrium adducit in favorem hujus Sententiæ. Probatur ratione; quoniam formalis veritas, non eſt in ipſis rebus, ſed in Intellectu cognoſcente connexionem inter prædicatum & ſubjectum. Sed Divinus Intellectus cognoſcit ab æterno neceſſariam connexionem inter extrema iſtarum Propoſitionum, v. gr. *Homo eſt rationalis*, *Albedo eſt qualitas*, & ſimilium. Ergo ipſæ habuerunt ab æterno formalem veritatem.] Hucuſque illi. Aſſerunt ſanè Propoſitiones neceſſarias habere ab æterno Veritatem formalem. Univerſi aſſentimur. Negant eaſdē Propoſitiones neceſſarias habuiſſe ab æterno objectivam & tamen non reſpondent huic communi argumento. [Quoties datur Cognitio, datur & aliqua ratio objectiva, quæ per illam intelligatur. At ab æterno datur Cognitio, quæ Hominem ex. gr. intelligat. Ergo ab æterno datur ratio objectiva (Homo) quæ ab illâ cognitione intelligatur.] Sed huic Argumento, cui non reſpondent Complutenſes, Nos reſpondemus.

Admittunt formalem veritatem ab æterno in intellectu Divino.

An eſſe ab æterno poſſit formalis veritas, quin objectiva ſimiliter ſit ab æterno?

CCLXII.

Pergit ultrà Rhodeſius, & tranſit ad Secundam ſuæ Concluſionis Partem, quæ aſſerit;

Vtrùm omnis Conditionata Veritas in Abſoluta Veritate fundetur?

rit; *veras eſſe illas propoſitiones etiam abſolutè, non tantùm ſub conditione, quòd illæ res exiſterent.* Et illam probat. [Quia veritas propoſitionis alicujus conditionalis ſemper fundatur in veritate neceſſariâ alicujus propoſitionis abſolutæ; v.gr. vera eſt hæc propoſitio conditionata, *Si Petrus eſt homo, neceſſariò eſt rationalis*; quia fundatur in propoſitione abſolutè verâ *Homo eſt rationalis*: Ergo, ſi ab æterno vera eſt propoſitio aliqua conditionalis, vera eſt propoſitio abſoluta.] Hæc autem ratio, nec ſubſiſtit, nec militat contra noſtram doctrinam. Quando enim dicimus, Propoſitiones eſſentiales eſſe ab æterno veras hypotheticè, non aſſerimus fuiſſe ab æterno aliquas conditionatas Propoſitiones, quæ fuerunt ab æterno veræ. Quia, cùm nec Homines, nec Angeli ab æterno fuerint; non fuit ab æterno creatus intellectus, in quo hujuſmodi Propoſitiones veræ fuerint. Sed dicimus fuiſſe illas ipſas abſolutas Propoſitiones, ſi eſſent ab æterno, ab æterno veritatem habituras. Et veniendo ad illarum objecta, addimus Hominē ipſum non eſſe ab æterno abſolutè animal rationale, ſed eſſe hypotheticè: hoc eſt, hominē, ſi ab æterno fuiſſet, & extitiſſet ab æterno futurum fuiſſe animal rationale.

Quo modo intelligenda ſit hæc aſſertio, *Propoſitiones eſſentiales ſunt veræ ab æterno hypotheticè?*

Hæc autem ratio non ſubſiſtit, ſub initium dicebam: nam illius antecedens, quod propter particulam *ſemper* accipitur univerſaliter, niſi limitetur, eſt falſum; ſunt enim plurimæ Conditionales Poſitiones, quibus Abſolutas, quibus inſiſtant, difficulter adſignes; pono hanc exempli loco. *Si Ternarius haberet quatuor unitates, Ternario eſſet æqualis Quaternarius*, quæ eſt vera; & tamen hæ abſolutæ, *Ternarius habet quatuor unitates*, & *Quaternarius eſt æqualis Ternario*, in quas poterit diſſolvi ſunt falſæ. Ergo in illo Antecedente deleatur illud adverbium *ſemper*, & loco illius *aliquando* ſcribatur: dicaturque illo nihil ratiocinio à Rhodeſio convinci, quo ex puris particularibus nihil ſequitur.

Semper eſt adverbium temporis Vniverſale: & *aliquando* particulare.

Pergit ulteriùs idem Autor; & ut ſuam Opinionem roboret, & confirmet, ſic ait. [Quoties prædicatum & ſubjectum ita ſunt idem, ut unum ſignificet idem quod aliud, propoſitio vera eſt abſolutè, cùm unum ſit de alterius eſsentiâ: ſed in hac propoſitione *Homo eſt animal* prædicatum, & ſubjectum ſignificant idem: Ergo illa propoſitio abſolutè, ac ſine conditione vera eſt.] Et hîc occurrunt multa, propter quæ debeamus, aut tantiſper hærere, aut tardo paſſu feſtinare.

CCLXIII.
Genus, Differentia, & Species, & aliæ Prædicata eſſentialia, non ſunt ſynonyma, nec ſignificant idem.

Illa Minor, *In hac Propoſitione* Homo eſt animal, *prædicatum & ſubjectum ſignificant idem* eſt falſa: & hoc apud omnes Scholas: aliàs enim eſſet Propoſitio idemtica, & non formalis. Et primò eſt falſa in S. Thomæ, & Scoti viâ, quam ineunt omnes, qui præciſiones objectivas admittunt, ex quorum numero ipſe eſt Rhodeſius, nam *lib. 4. Peripat. Philoſoph. diſp. 2. qu. 1. pag. 621.* ponit hanc Concluſionem, *Certum eſt veterem, communem, & veram eſſe Sententiam, quæ conſtanter docet Intellectum habere vim præſcindendi res inſeparabiles, & diſtinguendi per cognitionem res inter ſe realiter idemtificatas.* Et ſecundò neque in Scholâ Nominalium eſt idemtica hæc Propoſitio, *Homo eſt animal*, ut teſtatur Ochamus; Ergo ſubjectum & prædicatum in eâ non ſignificant idem.

De Præciſionibus objectivis.

Præterea, ſi *homo, & animal* in hac Propoſitione *Homo eſt animal* ſignificant idem, & ideò prædicatum eſt de eſſentiâ ſubjecti; etiam iidem termini in hac propoſitione *Animal eſt homo*, ſignificabunt idem, & prædicatum erit de eſſentiâ ſubjecti. At hoc eſt falſum: nam hæc *Homo eſt animal*, eſt primi Prædicabilis; hæc autem *Animal eſt homo*, ad Prædicabile quintum reducitur.

Eſſentiales ſunt directæ omnes Prædicationes: indirectæ autem ſunt accidentales.

Tandem reponit ſuæ Concluſionis Tertiam Partem: quæ aſſerebat, *Propoſitiones illas objectivas fuiſſe, & eſſe ab æterno veras etiam in ſe ipſis*, & ait [Video placere quibuſdam Doctoribus, quòd illæ non ſint veræ, niſi quatenus *intentionale quoddam eſſe* habent in Divino Intellectu eas cognoſcente, quod admitti nullo modo debet, quia ſcientia eſt de rerum naturis in ſe conſideratis, non autem de illis ſecundum eſſe ideale, quod in Deo habent: ſed ſcientia verſatur circa iſtas propoſitiones; Ergo illæ ſunt in ſe ipſis veræ. Deindè, quod eſt ſimpliciter neceſſarium, ſemper eſt neceſſarium: Objecta illarum propoſitionum neceſſaria ſunt ſimpliciter, ut dixi; Ergo illa ſunt in ſe ipſis ſemper neceſſaria.] Sed ſtatim Scotus interrogabit duo. Alterum: an non idem ſit cognoſcere res in ſe ipſis, ac eaſdem cognoſcere in objecto cognitionis Divinæ; ſiquidem Divinus Intellectus, quia eſt infinitè perfectus, cognoſcit omnia, ut ſunt in ſe? Alterum, unde objecta illarum Propoſitionum, quæ eſſe ſemper dicuntur, hoc ipſum habeant? An à ſe ipſis, an à Deo? Non à ſe ipſis; nam non ſunt Deus. Ergo à Deo. Sed non à Voluntate Divinâ, nec à Scientiâ Viſionis per Voluntatem applicatâ, non enim ſunt creatæ, aut productæ. Ergo à Scientiâ Simplicis Intelligentiæ, quæ illas παραγει: ideat: & ideando dat illis eſſe objectivum, & quidditativum, quod habent.

CCLXIV.
An Eſſentiæ habeant aliquod *eſſe objectivum* in Intellectu Divino.

Negat Rhodeſius.

Deus cognoſcit omnia, ut ſunt in ſe.

Quidquid à Deo diſtinguitur, *eſſe*, quod habet, qualecumque illud ſit, participat & recipit à Deo.

Tertia Rhodeſii Concluſio.

CCLXV.
Ecce Viro docto adluxit Veritas, nam nobis, cum ex magna parte ſentit, licèt careat vocabulis, quibus ſuas manifeſtet ideas: quoniam per *actualitatem* ipſum
ſere
(*Eſſe exiſtentiale*) per *Connexionem terminorum, ipſum*
ſare
(*Eſſe quidditativum*) intelligit.

*V*Eritas æterna illarum Propoſitionum fundatur dumtaxat in ſolâ identitate terminorum, non autem in ullâ actualitate, ideſt, non in actuali, ſed in eſſentiali connexione terminorum.*

Hîc ille, ut video, noſtram amplectitur Reſolutionem; quoniam *Homo*, & *Animal*, etſi nullam exiſtentialem actualitatem habeant, ſunt duæ formalitates, quæ ſecundum eſſe quidditativum quod includunt, habent inter ſe connexionem neceſſariam, veram, & eſſentialem. Sed quia meliùs, Rhodeſii Mens ex ejus verbis intelligetur, videamus, quibus ipſe hanc Concluſionem Tertiam velit perſuadere, & probare.

[In propoſitionibus de tertio adjacente, ait, copula *eſt* ſignificare aliquandò ſolet actualem connexionem prædicati & ſubjecti, ut ſi dicam *Homo eſt loquens*; aliquandò autem ſignificat actualem connexionem terminorū, ita ut ſignificetur dumtaxat identitas ſubjecti cum prædicato, ideſt, unum diverſum non eſſe ab altero, ſive de facto reperiantur in rerum naturâ, ſive non. Idemtitas enim illa ſigni-

Verbum *Eſt* laborat æquivocatione.

ſignificat *eſſe quiditativum*, hoc eſt, **ſare**, & etiam *eſſe exiſtentiale*, hoc eſt **ſere**.

ſignificata per verbum *eſt*, non debet eſſe aliquid reale, & actuale, neque ſuppnnere debet realitatem actualem prædicati & ſubjecti; ſed quomodocumque illa ſe habeant, ſive ſint in ſtatu potentialitatis, ſive in ſtatu actualitatis, ſed alterum pertineat ad alterius eſſentiam, neque dicat aliquid diverſum. Quia tunc propoſitio eſt æternæ veritatis, quando prædicatum eſt de eſſentiâ, vel certè eum illo eſt idem; ut *Antichriſtus eſt peccaturus*. Ergo manifeſtum eſt, propoſitiones illas, etſi nullam ſignificent actualitatem, eſſe tamen ab æterno veras, quia ſignificant ſolùm identitatem, & connexionem eſſentialem terminorum.] Sic ille.

Quid requiratur, ut Propoſitio ſit *Æternæ Veritatis*?

Vocabulorum defectu non ſe poteſt Rhodeſius ſufficienter exponere.

Cognovit ergo hic Philoſophus Peripateticus duos eſſendi Modos; Eſſentialem, & Exiſtentialem; nimirùm **ſare**, & **ſere**, à quibus tota Reſolutio dependet. Interim, quia opportunis vocabulis deſtituebatur, nonnulla obſcurè tradit, & alia aliter explicat, quàm ſunt in Scholâ recepta; & hanc ob cauſam ego breviter has lineas ſcribo.

De Propoſitionibus primi, ſecundi, & tertii adjacentis. Quæ ſint?

Putarem nomen adjacentis intelligi id quod ſubjecto adjacet: adeòque hanc *Petrus eſt* primi adjacentis eſſe: nam illud *eſt*, eſt quod primò & unicè ſubjecto (Petro, nimirũ) adjacet. Si hoc admittatur, hæc *Petrus eſt loquens*, nec non hæc, *Petrus eſt homo*, & ſimiles erunt adjacentes ſecundi: & adjacentes tertii hæ. *Petrus eſt vir ſtrenuus*, & *Homo eſt animal rationale*. Rhodeſius ergo tertii adjacentis Propoſitionem vocat, quam ego ſecundi vocarem.

Tribus modis Propoſitionis Veritas poteſt conſiderari. Quoad Deum. Quoad nos. Quoad ſe.

Præterea, non ſcirem cur Rhodeſius illam Propoſitionem, *Antichriſtus eſt peccaturus* eſſe æternæ veritatis affirmet. Nam propoſitiones quoad Deum, quoad nos, & quoad ſe conſiderari poſſunt. Si primo modo; quæ veræ, quia illas ut ſunt, Deus abſolutè cognoſcit, apud Deum ab æterno erunt veræ: & hoc ſenſu veræ, quæ ad Quintum Prædicabile pertinent, æternæ poterunt veritatis vocari. Si ſecundo modo loquendum ſit, nulla erit in Mundo Propoſitio veritatis æternæ: quoniam homines ab æterno non ſumus. At Scholaſtici hos duos modos non conſiderant, cùm aliquas Propoſitiones eſſe æternæ Veritatis affirmant, ſed ipſaſmet Propoſitiones, & in ipſis neceſſariam terminorum (ſubjecti, & prædicati) connexionem examinant: & quia hæc Propoſitio *Antichriſtus eſt peccaturus*, eſt à Deo revelata, infallibilem eſſe pronunciant negant autem terminos in eâ neceſſariò connecti. Immò addunt, implicare contradictionem manifeſtam, quòd illi termini neceſſariò jungantur; eſt enim hæc Propoſitio hæretica, *Poteſt homo peccare in his, quæ neceſſariò facit*; plures jam ab Eccleſiâ damnata: nullâ enim lege, aut impoſſibilia præcipiuntur, aut inhibentur neceſsaria,

Propoſitiones de actibus liberis, quæ revelatæ à Deo, ſunt infallibiles.

Cadere non poſſunt ſub præceptum impoſſibilia, aut neceſſaria.

SECTIO IV.

An Rationibus Sectione II. poſitis Rhodeſius opportunè reſpendeat?

CCLXVI. *An omnia illa ſint vera, quæ in quarta Sententia dicuntur?*

SEctio Prima quatuor Opiniones exhibuit, & Sectio altera tota Argumenta propoſuit, quibus Quartam Sententiam Theologorum Sectinne Primâ adductorum firmaret. Sed, quia non omnia admittimus, quæ in Quartâ illâ Opinione dicuntur, non debebimus, aut poterimus Philoſopho Peripatetico (Rhodeſio, ſcilicet) in omnibus directè opponi, ſed in illis tantummodò, in quibus à noſtrâ doctrinâ diſſentiat. Relegamus igitur illa argumenta, & quomodò ſingula diſſolvantur, videamus.

Reſponſio, quæ ad Primam, proponitur, & examinatur.

An, & quo ſenſu Eſſentiæ mutabiles ſint, & dependeant à Deo: & quo non?

VT primo Argumento ſatisfaciat Rhodeſius, creatarum omnium rerum Eſſenrias aſserit eſse mutabiles quoad totam actualitatem (exiſtentialem intelligit) quam habent, ſemper dependentem à Deo: non eſſe mutabiles, neq; à Deo pendentes ſecundùm connexionem, & identitatem terminorum eſsentialium; Deus enim non poteſt facere ut *homo*, & *Animal rationale* [*] non idem ſignificent; neque hinc ſequitur, quòd eſsentiæ illæ præcisâ exiſtentiâ ſint aliquid actu ſecundùm hæc prædicata; ſed tantùm, quòd ſi fiant actu, exigant habere illa prædicata, Deus ab æterno eſt cauſa exemplaris in actu primo, non in actu ſecundo; ideò exemplatum non eſt actu ab æterno. Deus quoque ab æterno cognoſcit omnia poſſibilia, & omnia futura, quæ fuerunt actu nihil. Valde autem differunt hæc duo; *nihil cognoſcere*, ideſt, non habere ullam cognitionem; & *cognoſcere id quod actu eſt nihil, ſed poteſt tamen eſſe, vel etiam erit*. Falſum eſt dicere, *quòd Deus ab æterno nihil cognoverit*; verum eſt, *quòd cognoverit multa, quæ actu nihil fuerunt, ſed erant tamen poſſibilia, & futura in tempore*.] Hucuſque ille.

*] *Iam monui animal & Rationale non eſſe voces ſynonymas, nec idem ſignificare.*

CCLXVII. Eſſentiæ creaturarum totaliter dependêt à Deo.

Ego autem de Deo, & grandiùs ſentio, & gloriosiùs eloquor, & ſcribo: dico enim. Eſſentiæ ſecundum totum eſſe exiſtentiale, quod habent, dependent à Deo, qui ſicut creare poteſt, ſic & creatas adnihilare, & in nihilum prorſus redigere. Et eſſentiæ ſecundum eſſe quiditativum, quod habent omninò dependent à Deo. Si enim per impoſſibile non eſſet Intellectus in Deo, non eſſet intelligendi perfectio, quæ poſſet communicare: adeoque non eſſent creaturæ intellectuales (Angelicæ, aut Humanæ) poſſibiles. Præterea rerum eſſentiæ ſunt immutabiles: & hanc immutabilitatem habent, non quia non dependent à Deo; ſed quia non à Voluntate Divinâ, quæ eſt libera; ſed ab Eſſentiâ Divinâ & Simplicis Intelligentiæ Scientiâ pendent; quæ non eſt libera, & ſic ſuos terminos mutare & alterare non poteſt.

Dependet earum eſſe exiſtentiale,

Immò & quiditativum.

Et hic, ut admonui in margine, *Eſſe quiditativum*, & *Eſſe exiſtentiale*, quæ jam prius, ut con-

conſtat ex iis, quæ *Sect.3.ad Concl.3.* diximus, conſtat, ingenioſe diſtinxerat, ſui oblitus confundit. Ergo verba verbis opponam, *Deus ab æterno cognovit multa, quæ quoad exiſtentiam erant nihil, habebant tamen eſſe quiditativum; &, quia hoc poſſibilitate, aut etiam futuritione afficiebatur, erant poſſibilia, aut futura in tempore.*

Diſcutitur Reſponſio, quæ ad Secundam.

CCLXVIII.
Quid Poſſibilitas ſit?

POſſibilitas non eſt, opinione, inquit, Rhodeſii, aliquid reale actuale: & ideò dicit [Petrum poſſibilem non differre nunc actu à chimærâ, per aliquid quod nunc ſit actu, ſed per aliquid quod nunc poſſit eſſe actu.] Conſidera illa verba, *Per aliquid, quod nunc ſit actu* (hoc eſt, exiſtat: hoc enim ſenſu accipit *eſſe actu*) & illa, *Per aliquid, quod nunc poſſit eſſe actu* (hoc eſt, exiſtere.) *E*rgo datur illud *aliquid* de quo verificatur, quod non exiſtat, ſed habeat potentiam ad exiſtendum. Et hoc ipſum *aliquid* non eſt purum nihil, ſed ens reale habens eſſe quiditativum.

Reſponſio, quæ ad ultimum recognoſcitur, & judicatur.

Reſtaurſtu ex Poſſibilitatis ſtatu ad Exiſtentiæ ſtatum debet dari aliquid commune, quod dicatur tranſire; & hoc eſt, quod *Eſſe quiditativum* nominamus.

REdit iterum ad legitimam viam; & eſſe quiditativum ab exiſtentiali diſtinguendo, ut tertiæ Rationi, poſitæ contra ſe ſatisfaciat, ſic ſcribit. [Reſpondeo ex dictis nuper de Veritate Propoſitionum neceſſariarum, diſtinguendo illam propoſitionem. *Ab æterno verum eſt dicere, Homo eſt animal rationale;* Si enim verbum *eſt* ſignificet ſolùm identitatem terminorum, concedo; ſi aliquam actualitatem, nego. Subjecto enim, quod eſt nihil ſimpliciter, non poſſunt attribui prædicata ſimpliciter realia; ſed ſubjecto, quod eſt ſecundùm quid reale, ſive quod eſt poſſibile, poſſunt attribui prædicata ſecundùm quid realia, ſive quæ poſſunt eſſe actu, quamvis ſint actu nihil. Eſſentiæ antequam exiſtant, & earum prædicata, non ſunt actu, neque ſimpliciter realia, ſed ſecundùm quid, quatenus poſſunt eſſe actu, quamvis ab æterno nullo modo ſint actu, *&c.*

Verbum *Eſt* æquivocè ſumitur. Duæ ejus præcipuæ ſignificationes explicantur.

Ecce per *identitatem terminorum* eſſe quiditativum, per *actualitatem* exiſtentiã intelligit. Et illa Propoſitio, *Eſſentia antequã exiſtant ſunt ſecundum quid realia,* &c. Scoti de ente diminuto doctrinam hanc aliis verbis reponit.

An *eſſe ſecundum quid,* & *eſſe diminutum* ſint idem?

SECTIO V.

Duas Rationes contra ſe proponit & diſſolvit Rhodeſius. An-ne bene?

CCLXIX.
Cur addatur hæc ſectio?

UT nihil maneat indeciſum duo contra ſuam doctrinam Argumenta, Philoſophiæ Peripateticæ Novus Inſtitutor proponit: quæ recognoſci à nobis debent: & cum corumdem diſſolutione iſta comparari.

Argumentum Primum.

IDemtitas illa Prædicati & Subjecti, quæ fundat veritatem harum propoſitionum, vel eſt aliquid reale actuale ab æterno, vel non eſt aliquid reale. Si eſt aliquid reale actuale; Ergo datur aliquid reale ab æterno actuale à Deo independens: Si non eſt aliquid reale; Ergo non poteſt fundare veritatem realem, & actualem illatum propoſitionum.

An Eſſentiæ finitæ, ſint aliquid ab æterno à Deo non pẽdens?

Reſpondet identitatem illam terminorum non eſſe aliquid actuale ab æterno reale, ſed eſſe aliquid ab æterno reale poſſibile, & hoc ſufficere, ut illæ propoſitiones ſint ab æterno veræ: nam, ut propoſitio formalis actu ſit vera, ſufficit ut objectum ejus ſit poſſibile, vel futurum; eſt enim actu verum non per aliquid quod ſit actu, ſed per aliquid quod poteſt eſſe actu.

An actuale, aut ſaltem poſſibile?

Non ſatisfacit: immò, nec reſpondet directè: nam, ſi terminorum identitas eſt *aliquid reale, poſſibile ab æterno,* hoc unicum petebatur, & debebat explicare Rhodeſius, quid ſit illud *aliquid reale ab æterno poſſibile,* quod vocatur *terminorum idemtitas.*

Rhodeſius nõ ſatisfacit difficultati.

Reſponde igitur tu idemtitatem illam, quæ ab aliis *eſſe quiditativum* nominatur, eſſe aliquid reale poſitivum, à Deo dependens, & ab ipſius intellectione proveniens, & eamdem terminans. Et adde hoc ipſum *eſſe quiditativum* non durare tempore, adeòque non eſſe poſitivè, & abſolutè ab æterno; benè tamen negativè & hypotheticè, ut ſuo loco expoſuimus.

A Deo dependet *eſſe quiditativum.*
An duret tempore?
An ab æterno ſit?

Argumentum Secundum.

CCLXX.
An prædicatorum eſſentialium idemtitas ſit ab æterno?

ILLA propoſitio formalis, *Homo eſt animal,* actu ab æterno eſt vera in intellectu divino: Ergo illa identitas ab æterno eſt actu.

Reſpondet negando conſequentiam; nam ut propoſitio formalis ſit actu vera, non requiritur, ut propoſitio objectiva ſit actu exiſtens, ſed tantùm identitas inter prædicatum & ſubjectum, ſive illa ſit actualis, ſive poſſibilis.

Quid illa ſit?

Et tu bene perpende hanc ultimam Reſponſionis lineam. Illis verbis, *Idemtitas prædicati & ſubjecti, ſive illa ſit actualis, ſive poſſibilis,* tres res, differentes, aut etiam diverſæ, dicuntur: prima enim eſt *Actualitas,* & ſecunda eſt *Poſſibilitas;* & hæ duæ ſunt attributa, quæ ſimul coëxiſtere in eodem ſubjecto non poſſunt. Et fit etiam mentio *Idemtitatis terminorum,* quæ eſt ſubjectum actualitatis & poſſibilitatis. Et inquiritur, cur non dicemus, ſicut res exiſtentes actu ſunt exiſtentes, res poſſibiles actu eſſe poſſibiles, & in eſſenciali Propoſitione actu quiditativo terminos idemtificari? *E*t ego non eſſe reprehenſione dignos, qui ſic loqui velint, reſpondeo: quoniam, ut à Complutenſibus didicimus & ſuo in loco expoſuimus omnia prædicata in ſuo genere ſibi correſpondentem habent actualitatem.

An res poſſibiles ſint actu poſſibiles?

Ergo, ſi in hac Rhodeſii Reſponſione reperiuntur res: Poſſibilitas, Actualitas, & Idem-

Quid ſit terminorum idẽtitas?

Idemtitas: meritò interrogabis, Quid ſit illa, quæ vocatur *Terminorum Idemtitas*, cui Poſſibilitas, & Actualitas acciduut? Lege ſubſequentem Sectionem.

SECTIO VI.

De Ente Poſſibili, & Actuali. Quomodo differant inter ſe? An habeant communem aliquam Formalitatem?

CCLXXI.

Occaſio proponendi hanc Quæſtionem?

SIbi hanc proponendam eſſe Controverſiam P. Georgius prævidit & ideo poſtquam, ut putabat, abſolverat, & expedierat Quæſtionem, quæ interrogabar, *An Eſſentia ab æterno habuerint aliquod eſſe actuale ante ipſam Exiſtentiam?* pergit, & excitat aliam priori connexam, & docere nos vult, *Quid ſit rerum Poſſibilitas ante Exiſtentiam?* Ergo, ſiquidem in re ſubtili, obſcurâ, & arduâ habemus Ingenioſum Magiſtrum, eum auſcultemus: ſic enim infit.

Quæſtio proponitur.

[Ut rectè intelligatur, Quomodo rerum eſſentiæ non ſint ullo modo actuales ante ipſam exiſtentiam, neceſſe eſt omninò intelligere quid ſit illas eſſe poſſibiles. Poteſt autem ſumi ens poſſibile, vel in conereto, vel in abſtracto. Poſſibile in concreto eſt illa entitas, quæ denominatur habere poſſibilitatem. Poſſibile in abſtracto, ſeu ipſa rei poſſibilitas eſt forma, ex quâ oritur denominatio poſſibilit.

Difficultas igitur nunc eſt de poſſibili ſecundùm utramque ſignificationem, Primò quid ſit illud, quod denominatur poſſibile: ſecundò quid ſit illa poſſibilitas, ſeu forma, per quam denominatur poſſibile.

SECTIO VII.

An Socrates, qui nunc exiſtit, ſit ille ipſiſſimus, qui olim erat poſſibilis?

CCLXXII.

Ens & Non-ens nequeunt identificari.

VIderetur, quòd non. Et primò: Quia illud, quod denominatur poſſibile, non poteſt eſſe illud ipſum, quod eſt poſteà exiſtens, quin ens & non ens identificentur invicem: res enim poſſibilis eſt non ens, res autem exiſtens eſt ens; Sed implicat ut ens & non ens idemtificentur: Ergo res poſſibilis non poteſt eſſe illa eadem res, quæ poſteà eſt exiſtens. Imò quod eſt hodie non-ens, non poteſt cras eſſe ens: Res poſſibilis eſt hodie non ens; Ergo non poteſt cras eſſe ens & exiſtens. Denique de eo, quod eſt merum nihil, non poteſt dici aliquid reale; Res quæ non exiſtit eſt non ens: Ergo illa non denominatur poſſibilis, cùm illa ſit aliquid reale.

An Creaturarum poſſibilitas ſit denominatio extrinſeca ab Omnipotentia deſumpta.

Secundò. Ipſa rei poſſibilitas, ſeu forma, per quam aliquid denominatur poſſibile, non poteſt eſſe alind quàm deoominatio extrinſeca ab omnipotentiâ Dei, per quam poteſt produci: Ergo illa non eſt aliquid intrinſecum creaturæ. Probatur antecedeus. Nulla eſt conceptibilis poſſibilitas creata, quæ non dicat eſſentialem ordinem ad Deum: ſed illa poſſibilitas primaria, quæ abſtrahet ab omnipotentiâ Dei, erit prior ordine ad Deum, & non dicet ordinem ad ejus omnipotentiam; relata enim ſunt ſimul naturâ & cognitione: Ergo poſſibilitas creata & primaria non eſt aliquid diſtinctum ab omnipotentiâ Dei, Probatur major, quia creatura poſſibilis ut ſic eſt ens per participationem ab alio: Sed ens per participationem ab alio, connotat neceſſariò potentiam Dei; Ergo Creatura poſſibilis ut ſic connotat potentiam Dei.

Creatura eſt ens per participationem.

De creaturarũ poſſibilitate primaria & ſecundaria.

Tertiò, Si poſſibilitas creata & primaria, non eſt denominatio ab omnipotentiâ, creatura erit poſſibilis radicaliter, antequam Deus poſſit illam producere: ſed implicat ut ſit prius poſſibilis quàm Deus poſſit illam producere: Ergo poſſibilitas primaria eſt denominatio ab omnipotentiâ. Probatur major. Nulla realitas eſſe poteſt aut concipi prior quàm id quod eſt ſimpliciter primum ens & primaria radix totius realitatis & poſſibilitatis; Ergo nulla realitas poteſt concipi prior quàm Deus, & quàm ejus omnipotentia.

An per eandẽ formam per quam Cauſa denominatur factiva, Effectus denominetur factibilis?

Quartò, Omnipotentia ſeipsâ eſt potẽs & factiva creaturarum: ergo ſe ipsâ illas denominat factibiles & poſſibiles. Probatur antecedens. Potens ut potens, alicujus eſt potens; & factivum ut ſic, alicujus eſt factivum, Sed quod ſe ipſo factivum eſt, alicujus factibilis eſt factivum; Ergo Dei Omnipotentia, quæ ſe ipsâ factiva eſt, factiva eſt creaturarum factibilium, & illas denominat factibiles. Confirmatur; Quia ſicut per eam formam, quâ ego denominor videns, objectum denominatur viſibile; & per eam actionem, quâ cauſa denominatur agens, terminus denominatur actus: ita per eam formam, quâ Deus denominatur potens, & factivus, creatura denominatur poſſibilis & factibilis.

An, non includere contradictionem ſit aliquid actuale?

Quintò, Implicat ut aliquod concretum dicat in recto ſubjectum, & in obliquo negationem illius ſubjecti: ſed ſi res poſſibilis ſit ipſa res ut dicens negationem exiſtentiæ, concretum erit hujuſmodi. Ergo res poſſibilis non eſt ipſa res ut dicens negationem exiſtentiæ. Denique illud non includere contradictionem, eſt aliquid actuale: nam Petrus actu eſt poſſibilis, & actu differt à chimærâ; Ergo eſſe poſſibile eſt aliquid actuale.

SECTIO VIII.

Rhodeſii Reſolutiones diſcutiuntur.

CCLXXIII.

Debet Reſolutio defendenda præmitti antequam argumentis reſpondeatur.

ANtequam Argumenta, quæ contra ſe propoſuerat diſſolvat, ſuâ Mentem explicat, illamque tribus Concluſionibus perſtringit. Eas, quo poteſt modo dilucidat, & ſuadere conatur: nos eum audiemus, & quæ videantur in ejus verbis vera, amplectemur; quæ verò falſa impugnabimus, & ob literabimus.

Prima Rhodeſii Concluſio.

Quid ſit Ens poſſibile?

ID *quod denominatur Poſſibile, eſt illud ipſum Ens ſecundum totam illam entitatem, quam habebit quando exiſtet, aut ſaltem haberet, ſi exiſteret.*

Eſt

An, & quo modo hoc no poſſibilis ab exiſtente diſtinguatur.

Eſt certa & indubitata: & optimè à Rhodeſio probatur: inquit enim. [Illud recipit denominationem *poſſibilis*, quod poteſt à Deo produci: Sed entitas realis Petri, quæ poſteà exiſtit, eſt id quod poreſt à Deo produci, & illa ipſa eſt, quæ poreſt exiſtere à parte rei: Ergo illa eſt quæ denominatur poſſibilis: Ergo poſſibile in recto eſt ipſa res vera & realis, quæ poſteà exiſtet aut exiſteret, ſi produceretur.]

Refellitur error VVicleſſi.

Alia etiam Opinatio impugnatur.

Ex hac doctrinâ ſic expoſitâ duo ille Corollaria deducit: contra Wicleffum alterum & alterum contta Opinationem aliquot Recentiorum. *Unde inquit Primò.* [Hinc confutatur error & inſania Wicleffi, qui voluit res poſſibiles eſſe ipſum Deum; eſt enim res poſſibilis, res illa, quam Deus producit; Sed id, quod Deus producit, non eſt ipſe Deus: Ergo res, quæ denominatur poſſibilis, non eſt ipſe Deus.] *Et ait Secundò.* [Hinc etiam confutantur alii, qui aſſerunt rem, quæ denominatur poſſibilis, eſſe puram negationem. Illa enim negatio non poteſt identificari cum re poſitivâ eaiſtente: Ergo illa negatio non poteſt eſſe adæquatè ipſa res poſſibilis.] Sic ille; cujus verba omnia admitto: & oro Deum, ut eumdem in hac Opinione conſervet; & ne ad oppoſitam incautè tranſire permittat.

Quid ſit Repugnantia ad eſſendum?

Probat Secundò hanc ſuam Primam Reſolutionem, dicens. [Repugnantia ad eſſendum eſt pura negatio: Ergo non repugnantia illa oppoſita non eſt pura negatio, ſed aliquid poſitivum.] Sed hæc Probatio eſt elumbis, & urgere non poteſt: quoniam falſum Antecedens præmittit. Repugnantia enim ad eſſendum, nec eſt pura negatio, neque pura affirmatio, ſed ejuſdem formalitatis affirmatio & negatio coëxiſtentes.

Secunda Rhodeſii Concluſio.

CCLXXIV. An omnis Poſſibilitas creaturarum ſumatur ab Omnipotentia.

I*D, quo res aliqua radicaliter & remotè denominatur* poſſibilis, *non eſt ſola denominatio extrinſeca ab Omnipotentiâ Dei, per quam illa res poteſt produci; quamvis illa denominatio verè dici poſſit proxima poſſibilitas rei alicujus creabilis.*

An Poſſibilitas ſit duplex?

Eſt falſa, & ſingularis, & contra veræ Theologiæ fundamenta. Et quidem, eſſe ſingularem Rhodeſius confiturì videtur, inquit enim [Eam eſſe contra plures è Recentioribus, qui rem poſſibilem nolunt denominari aliunde, quàm à Dei potentiâ, per quam produci poteſt.] Eſſe autem falſam negat: immò illam propugnandam adſumit: &, ut ab omni ſe æquivocatione ſubducat, obſervari jubet Poſſibilitatem in abſtracto eſſe poſſe duplicem: alia eſt remota, alia proxima. Remota eſt fundamentum intrinſecum, ratione cujus aliqua res poteſt fieri à Deo: proxima eſt id quo creata res dicitur *Poſſibilis*. Et his præmiſſis quatuor adducit Rationes, quibus ſuam Concluſionem fulcire, & ſuadere conatur. Et eſt

An Poſſibile de Deo & de Creaturis dicatur?

Prima. Illud formale, per quod aliqua res radicaliter denominatur poſſibilis, eſt aliquid commune Deo, & creaturis; eſt enim conceptibilis aliqua ratio communis abſtracta, quæ non includat Deum aut creaturas; ſed Deus non denominatur poſſibilis per ordinem ad omnipotentiam Dei, ut patet. Ergo forma, per quam aliqua res denominatur primariò, & radicaliter poſſibilis, non eſt ipſa Dei Omnipotentia.

Quid ſit Non repugnantia?

Secunda. Ideò res fieri poteſt, quia in ſe non repugnat: non poteſt autem dici quòd propterea eſt poſſibilis, quia poteſt fieri à Deo, nullo enim alio argumento probamus rem aliquam non poſſe fieri à Deo, niſi quia illa in ſe repugnat, Ergo priùs eſt rem aliquam non repugnare, quàm poſſe fieri à Deo.

Cur Petrus creari poſſit, & Chimæra non poſſit?

Tertia. Si poſſibilitas primaria & fundamentalis oriretur ab ipsâ Omnipotentiâ, non autem ab ipsâ re, quæ non repugnat, nulla eſſet ratio, cur Dei Omnipotentia potiùs Petrum denominaret poſſibilem quàm chimæram; ſi nimirùm nulla in illis aſſignaretur differentia intrinſeca, ratione cujus una ſubeſſe poſſet tali denominationi, non altera: Hoc autem non ita ſe habet: Ergo poſſibilitas primaria & fundamentalis oritur ab ipsâ re, non autem ab omnipotentiâ. *Et confirmatur Primò.* Amabilitas radicalis non petitur ab amore poſſibili, ſed ab intrinſecâ bonitate & perfectione, ratione cujus res aliqua digna eſt amore. Radicalis ergo Creaturæ poſſibilitas non petetur ab Omnipotentiâ, ſeu creatione activâ poſſibili: *Confirmatur Secundò*, Quia impoſſibilitas chimæræ non oritur ex defectu Omnipotentiæ, ſed ex intrinſecâ repugnantiâ talis conceptûs: Ergo poſſibilitas hominis oritur ea intrinſecâ non repugnantiâ conceptûs hominis.

De Circulo vitioſo. An ſit licitus?

Quarta. Vitioſus erit circulus, ſi Omnipotentia definiatur, *Quæ poteſt facere omne poſſibile*; Poſſibile verò dicatur, *Quod fieri poteſt ab omnipotentiâ*: Sed, ſi poſſibile denominetur ab Omnipotentiâ, utraque illa definitio eſt vera: Ergo poſſibile non denominatur ab omnipotentiâ.

H*Anc Secundam Concluſionem Rhodeſii falſam eſſe affirmavi, & affirmo: & ejus loco hanc, meo judicio claram & indubitatam, propono.* CCLXXV. Quotuplex ſit Creaturarum Poſſibilitas?

Poſſibilitas Creaturarum eſt triplex: Radicalis, Remota, & Proxima. PRIMA *eſt denominatio deſumpta ab Eſſentiâ Divinâ.* [Si enim in Deo non eſſet perfectio, & formalitas vitæ, quæ communicaretur, omnes creaturæ viventes impoſſibiles eſſent.] SECUNDA *eſt denominatio ab Omnipotentiâ: quæ tametſi omnia poſſit, non poteſt ſimul rem aliquam facere & non facere.* [Si enim id poſſet Deus: etiam res facta poſſet ſimul eſſe & non eſſe.] TERTIA *ſe tenet ex parte Creaturæ, & conſiſtit in Non-repugnantiâ.* [Et Non-repugnantia reperitur, ubi nulla datur formalitas, quæ ſimul negetur & ponatur.]

Radicalis.

Remota.

Proxima.

EX hac Reſolutione ſumendæ erunt Reſponſiones ad Rhodeſii Rationes. CCLXXVI. Poſſibilitas ad exiſtendum duplex.

Primam non eſſe ad rem pronuncio: quando enim de Creaturarum poſſibilitate diſputamus, agimus de Poſſibilitate in potentiâ, quæ in Deo reperiri non poteſt. Dicitur enim eſſe in potentiâ ad exiſtendum, qui actu exiſtentiâ caret, & eam poteſt habere: dici-

Aliud eſt habere potentiã, & aliud eſſe in potentia.

tur autem habere potentiam qui poteſt exiſtere, præſcindendo ab eo, quòd exiſtentiam habeat, aut non habeat. Fateor igitur *poſſe exiſtere*, ſecundo hoc modo ſumptum, eſſe prædicatum analogum, Deo & Creaturis cõveniens: ac propterea non poſſe conſiſtere in extrinſecâ aliquâ denominatione ab Omnipotentiâ proveniente. Addo tamen noſtram Diſputationem de hoc *exiſtere poſſe* non procedere, ſed de *exiſtere poſſe, cui annexa eſt actualis exiſtentiæ carentia*. Quod cùm Deo non conveniat, rejiciuntur omnia tanquam impertinentia, quæ in primâ Ratione dicuntur.

Non omnis potentia ad exiſtendum eſt Deo & Creaturis communis.

Ad ſecundam concedo communiter dici rem poſſe fieri à Deo, quia non repugnat: nego autem priùs eſſe non repugnare in ſe, quàm à Deo poſſe fieri. Et ratio negandi eſt, quia ultimum, quod dicit creaturæ poſſibilitas, eſt, quòd non repugnet in ſe. Et, ut id bene intelligas, doctrinam iterum, iterumque à nobis poſitam, aliis verbis reſcribam. Dico *Subſtantiam Intellectualem* poſſe produci à Deo: quia eſt poſſibilis. Et cur, quæſo, eſt poſſibilis. Primò, quia perfectio Subſtantiæ, & perfectio Intellectûs reperiuntur in Eſſentiâ Divinâ. Secundò, quia ſi hæ perfectiones communicarentur Creaturis, non ſequeretur Omnipotentiam eamdem omninò rem facere & non facere ſimul. Et tertiò, quia, ſi Subſtantia Intellectualis de facto exiſteret, non ideò de aliquâ realitate aut formalitate verificaretur, ſimul eſſe, & non eſſe.

An Creatura poſſibilis eſſe poſſibilem, & non repugnante, habeat à Deo.

Cur aliqua Creatura ſit poſſibilis?

Ad tertiam dico Petrum eſſe poſſibilem, & Chimæram, non eſſe poſſibilem. Addo inter Petrum, & Chimæram eſſe differentiam intrinſecam: & mutare Quæſtionem Rhodeſius, non enim quæritur, An ſit differentia intrinſeca inter rem poſſibilem, & impoſſibilem; hoc enim ſupponitur: ſed quæritur, Unde illa radicaliter & primariò proveniat? Dico igitur, ut rem dilucidem, *Subſtantiam Spiritualem, quæ corporea ſit*, non à Deo produci: quia eſt impoſſibilis talis Subſtantia. Et cur, quæſo, dicitur Impoſſibilis? Primò, quia perfectio Subſtantiæ, quæ ſpiritualis ſimul ſit & non ſit, non reperitur in Eſſentiâ Divinâ. Secundò, quia, ſi talis Subſtantia produceretur, non ſequeretur Subſtantiæ creatæ ſimul ab Omnipotentiâ Spiritualitatem communicari, & non communicari: Et tertiò; quia, ſi talis Subſtantia de facto exiſteret, ei competeret Spiritualitatem ſimul eſſe, & non eſſe. Ergo ex his tribus rebus, prima repugnantiam radicalem involvit, ſecunda remotam; tertia proximam.

Cur Petrus ſit poſſibilis, & Chimæra impoſſibilis?

Cur Subſtantia Spiritualis corporea impoſſibilis ſit?

CCLXXVII. An Bonitas ſit Amore prior?

Ad Confirmationem primam dico, reſpectu hominum eſſe priorem bonitatem amore, ideò enim rem talem amamus; quia eſt bona. At, quia Deo nîl eſt prius, amor Divinus eſt prior omni bonitate creatâ. Quod in naturalibus, & ſupernaturalibus manifeſtè conſpicitur. Et primò in naturalibus: quoniam inter innumerabiles Mundos, quos poſſet Deus producere, ſi quis reſcire velit, Cur hunc potiùs, quàm alium, elegerit, nullam ex parte objecti rationem inveniet; nam tota & adæquata ratio, fuit ſola voluntas Conditoris. Et ſecundò in ſupernaturalibus: tota enim Prædeſtinationis ratio eſt Prædeſtinantis Miſericordia, *quoniam antequam quidquam boni aut mali facerent ab initio, Jacob dilexit, & Eſau odio habuit*. Et nunc, ſi juſtos amat, amat eos, quia divinâ dilectione ſunt digni. Et cur ſunt congrua objecta dilectionis divinæ? Quia Deus dedit illis ſuam gratiam.

Quid dicendũ quoad homines?

Quid quoad Deum?

Cur hic Mundus, & non alius, ſit conditus?

Cur iſte, & nõ ille fuerit prædeſtinatus?

Cur juſtos amet Deus?

Ad Secundam Confirmationem dico impoſſibilitatem Chimæræ ab Omnipotentiâ provenire. Non quidem ab aliquâ ipſius imperfectione aut defectu, ſed ab ipſius infinitate. Et ideò aſſero, quòd ſicut Chimæra ſuum eſſe impoſſibile habet à Deo; ſic & Homo ſuum eſſe poſſibile habet ab Omnipotentiâ Divinâ.

An à Deo Chimæra habeat, quòd impoſſibilis ſit?

Ad quartam rationem reſpondeo Circulum in omni definitione committi: Petrus enim eſt Homo, quoniam eſt Animal rationale: & eſt Animal rationale, quia eſt Homo. Nego autem omnem Circulum vitioſum eſſe & ſubjungo tunc non eſſe vitioſum, cùm in alterâ Propoſitione eſt à priori & in alterâ eſt à poſteriori cauſalitas. Ergo in his Propoſitionibus, *Omnipotentia eſt, quæ poteſt facere omne poſſibile*. Et *Poſſibile eſt, quod poteſt fieri ab Omnipotentiâ*, vitioſus non committitur Circulus; ſive Rhodeſii, ſive Noſtram Opinionem ſequaris: quia æquè apud illum, atque apud nos, altera ex illis Propoſitionibus eſt à priori, & altera à poſteriori. Et hæc diverſitas ſufficit, ne vitioſus ſit Circulus. Interim, quia juvat Veritatem penitùs intelligere, pronuncio iterum, rationem, propter quam ſunt Creaturæ poſſibiles, ut à priori ab Omnipotentiâ deſumi, rationem verò propter quam Omnipotentia Creaturas poſſibiles poteſt producere, tanquam à poſteriori ab ipſarum poſſibilitate deſumi.

Non ſemper Circulus vitari poterit?

An, & quando reprehenſibilis ſit?

Cur Creaturæ poſſibiles ſint?

Tertia Rhodeſii Concluſio.

CCLXXVIII. Aliud eſt rem eſſe poſſibile, & aliud eſſe purè poſſibile.

F*Undamentalis & primaria Poſſibilitas conſiſtit formaliter in eo quòd res aliqua in ſuo conceptu non includat duo contradictoria, ſicque Poſſibile in recto dicit ipſam rem, in obliquo autem negationem duorum contradictoriorum in ſuo conceptu. Si autem res aliqua ſit purè poſſibilis, dicit etiam præterea negationem actualis exiſtentiæ.*

In iſtis P. Georgii verbis tria obſerva. Primum eum agere de primariâ & fundamentali Poſſibilitatis ratione: ideò enim dicit *Fundamentalis & primaria Poſſibilitas conſiſtit*, &c. Secundum, rem poſſibilem pro materiali non dicere nihil, aut non ens, ſed rem ipſam, quæ poſt productionem erit, aut eſſet; hanc enim ob rem ſcribit, *Poſſibile in recto dicit rem ipſam*. Tertium, Poſſibile abſtractum ſumptum à purè Poſſibili differre: priori enim ſenſu *Res poſſibilis* dicitur, quæ habet potentiam ad eſſendum, exiſtentiam habeat, aut non habeat: ſenſu autem poſteriori, quæ eſt in potentiâ ad exiſtendum; quæ non habet exiſtentiam de facto, ſed eam habere poteſt.

Habere potentiam, & eſſe in potentia differunt inter ſe.

Quid pro materiali, & quid pro formali dicat Res poſſibilis?

Hoc, quod ultimo in loco dicit, eſt veriſſimum, & à nemine negari poteſt. Quod in ſecundo affirmat, etiam eſt verum: ſed ab eo pluries dicitur, & pluries ab ipſo negatur. Quod autem in principio ſupponit, eſt falſiſſimum, quia, ut paulò antè vidimus invertit ordinem rationum, quæ ad Creaturæ Poſ-

De ratione Poſſibilitatis radicali.

ſibili-

ſibilitatem concurrunt.

Cur res aliæ repugnent, & aliæ non repugnent.

Ut Concluſionem ſuam perſuadeat Pater Georgius, ſic ſcribit. [Per hoc quod aliquid in ſuo conceptu non includat duo contradictoria, rectè redditur ratio, cur res poſſibilis differat à chimærâ, quæ in ſuo conceptu dicit duo contradictoria. Redditur etiam ratio, cur una res fieri poſſit à Deo, non autem aliæ; quia ſcilicet aliquæ in ſuo conceptu non includunt.] Hæc autem ratio probat Poſſibilitatem à Non-repugnantiâ quæ eſt in re, quæ poſſibilis vocatur, deſumi: at non probat ab eâ radicaliter & primariò deſumi; & hoc erat quod debebat probare.

In rebus exiſtentibus non reperitur repugnantia.

Et, ſi fortè quis contrà obſiſtat, & dicat. [Res non exiſtens actu, non poteſt includere actu duo contradictoria: Chimæra eſt res non exiſtens actu: Ergo non poteſt includere actu duo contradictoria.] Reſpondet ille, [quòd res non exiſtens actu poteſt in conceptu ſuo includere duo contradictoria, ſed in ſe ipsâ non illa includere. Chimæra non dicitur in ſe ipsâ includere contradictoria, ſed tantùm conceptus ille chimæræ, qui objicitur intellectui, ea includit.] Et reſpondet profectò bene: nunquam enim in rebus exiſtentibus, ſed in objectivis conceptibus; aut in vocibus [*] veriùs; repugnantia & contradictio reperitur,

*] *An dentur Entia rationis: an verè lingua Entia ſint, quæ rationis dicuntur?*

SECTIO IX.

An bene diſſolvat Rhodeſius Argumenta, quæ Sect. VII. proponebantur?

CCLXXIX. De P. Rhodeſii doctrina.

Quid ſentiat & aſſerat P. Rhodeſius vidimus; ejuſque aſſerta & dicta prout poſtulavit ratio, approbavimus, aut reprobavimus: nimirùm, quæ erant vera admittendo & firmando; quæ autem falſa, refellendo, rejiciendo, impugnando. Supereſt, ut videamus, quo ille modo Argumentis reſpondeat, quæ contra ſe ab Adverſariis ponebantur.

Fundamentalis Veritas ad quā debent dicenda omnia eliminari.

Et antequam ejus verba proponam, adnotabo, *Sicut lapis calidus tranſit in frigidum, ita Socrates poſſibilis in exiſtentem tranſit*. Ut enim in priori tranſitu unus & idem lapis eſt ſubjectum frigori & calori commune: ſic in ſecundo unus & idem Socrates poſſibilitati & exiſtentiæ eſt commune ſubjectum. Et hac doctrinâ præmiſsâ

An res poſſibilis & exiſtens ſit eadem?

Ad Primum Argumentum reſpondeo negando Majorem: & dicendo rem illam, quæ denominatur poſſibilis, eſſe illam ipſam, quæ poſteà eſt exiſtens, & negando hinc ſequi, ens & Non-ens inter ſe identificari: non enim non-exiſtentia identificatur exiſtentiæ; ſed res, quæ non habebat exiſtentiam (aut, ſi ſic velis loqui, quæ habebat non-exiſtentiam) adquirit formam oppoſitam, & tranſit ex non exiſtenti in exiſtentem, ſicut lignum ex non-calido in calidum.

Ens, & *Non-ens* inter ſe nequeunt identificari.

An bene reſpondeat Rhodeſius?

Hæc eſt vera Primi Argumenti diſſolutio, quæ conſonat iis, quæ ſæpe, ut monui, P. Georgius: interim, quia ſuæ doctrinæ immemor mirabilem reſponſionem proponit, illam recognoſcamus.

[Reſpondet, inquit, concedendo eſſe impoſſibile ut *ens* & *non ens* identificentur pro eo tempore, quo unum eſt ens, & alterum non ens: ſed poſſe indentificari pro eo tempore, quo non ens deſinit eſſe non ens, & eſt verum ens. Res exiſtens eſt ens pro eo tempore, quo eſt exiſtens, & non ens pro tempore, quo non eſt exiſtens. Similiter res poſſibilis eſt non ens pro tempore, quo exiſtit; ideò dixi quaſi rem poſſibilem diſtingui realiter negativè ab exiſtente. Ad argumentum igitur reſpondeo. Illud, quod denominatur poſſibile, non poteſt eſſe illud ipſum, quod poſteà exiſtet, quin *ens* & *non-ens* identificentur pro eodem tempore, nego; pro diverſo, concedo; quod enim priùs erat ens, fieri poteſt non ens, & contrà. Id, quod eſt hodie [*] non ens purè ac ſimpliciter, non poteſt cras fieri ens; ſed id, quod eſt hodie non ens, & eſt tamen poſſibile, cras eſſe poteſt ens. Denique nihil reale dici poteſt de eo quod ita eſt nihil, ut non ſit poſſibile; ſi autem ſit poſſibile, poteſt de eo dici aliquid reale; ſunt enim aliquæ denominationes, quæ non requirunt actualem exiſtentiam objecti, ſupra quod cadunt; ut quando dicitur, *Homo eſt mortuus*; *Dies eſt præteritus*; *Antichriſtus nunc eſt futurus*. Tunc enim actualis denominatio non cadit ſupra quidquam actuale; dicuntur enim à Dialecticis tales termini diſtractivi.] Sic Rhodeſius.

Verùm *Ens* & *Non-ens* poſſint identificari pro diverſis temporibus?

*] *Ecce quomodo inter id, quod purè & ſimpliciter eſt non ens, & illud, quod eſt non eſt, ſed non purè & ſimpliciter P. Georgius diſtinguit.*

Et ſanè, ſi *Ens* accipiatur participialiter, ut ſit idem ac *exiſtens*, bene decurrit hæc Reſponſio. At Argumentator ſumebat vocabulum illud nominaliter, ita ut non *eſſe exiſtentiale*, ſed quiditativum ſignificet. Et hoc ſenſu non reſpondetur Argumento: Negatio enim identificari Formæ nequit: nec eſt dicendum eſſe Negationem, quæ pro uno tempore ſit Negatio, & pro alio ſit Non-negatio; hoc eſt, ſit Forma.

CCLXXX. *Ens* poteſt ſumi dupliciter.

An forma & negatio identificari poſſint?

Secundum Argumentum non erat ad rem: hìc enim de ente creabili, hoc eſt, de ente in potentiâ ad eſſendum diſſeritur, & ideo Reſponſio à P. Georgio exhibita, debet manuteneri: inquit enim [illam Majorem, *Nulla eſt conceptibilis poſſibilitas, quæ non dicat eſſentialem ordinem ad Deum*, adæquatè conſiderata, prout eſt à parte rei, concedit: concepta inadæquate & per conceptum præciſivum communem Deo & creaturis, negat; Creatura enim poſſibilis conſiderata ut creatura, dicit ordinem ad Deum; concepta verò præciſivè ſecundùm conceptum poſſibilitatis communem Deo & creaturis, non dicit ordinem ad Deum, nec eſt per participationem, ut patet.]

An poſſe exiſtere prædicatum ſit, quod de Deo & Creaturis verificatur?

Eodem jure, quo Ens abſtractum à Deo & creaturis Creaturam inadæquatè ſumptā *vocat, vocare poſſet* Deum ſumptum inadæquatè. *Sed quo fructu?*

Ad Tertium dico, omnem paſſivam Creaturarum Poſſibilitatem, ſit inadæquata, aut adæquata, ab Eſſentiâ Divinâ & ab Omnipotentiâ deſumi: & manifeſto laborare præjudicio P. Georgium, cùm hoc tertium Argumentum diſſoluturus, ait, [Implicare, ut creatura adæquatè ſumpta ſit poſſibilis ullo modo antequam Deus poſſit illam producere; poſſe autem inadæquatè ſumptam eſſe radicaliter poſſibilem antequam Deus concipiatur poſſe illam producere.] At nos jam pluries diximus, omnem Creaturarum poſſibilitatem radicaliter à Deo deſumi.

CCLXXXI. Omnis creaturarum poſſibilitas à Deo dimanat.

Quid ſit prius: *Deum poſſe rem producere, an rem producibilem eſſe?*

Pergit: & ut terminos intelligamus, quid

ſit Creatura inadæquatè ſumpta expoſiturus, ait. [Creatura ſumpta inadæquatè eſt creatura ſumpta ſecundùm aliquam rationē communem Deo & creaturis; quæ ratio ſine dubio eſt prior, quàm producibilitas, cùm poſſit illa ratio communis tribui Deo, qui non eſt producibilis.] Sed hoc, ſi benè perpendatur, eſt abuti vocabulo: nam illud prædicatum Deo, & Creaturæ commune, quod *Creaturam inadæquatè ſumptam* nominat, non eſt creatura.

De Creatura inadæquatè ſumpta.

CCLXXXII. Vnde proximè, unde remotè, & unde radicaliter Poſſibilitas Creaturarum proveniat?

Et eidem præjudicio inſiſtendo, ad Probationem reſponſurus, ſic inquit. [Nulla realitas adæquatè ſumpta concipi poteſt, vel eſſe, prior eo, quod eſt ſimpliciter primum Ens, concedo; nulla realitas inadæquatè ſumpta, nego: quia ſi primum ens eſſet prius omni realitate ſumptâ inadæquatè & præciſivè, eſſet etiam prius ſe ipſo; quia illa realitas ſic præciſivè ſumpta eſt prædicabilis de illo primo ente, cùm ſit ratio communis primo enti, & creaturis.]

An *Ens* & *Non Ens* poſſint identificari?

Ad Quartum P. Georgius reſpondet, [Dei Omnipotentiam, cum ſeipsâ ſit potens, & factiva, denominare proximè creaturas factibiles, & poſſibiles ſumpta adæquatè non denominare illas radicaliter ſumpta inadæquatè, ac præciſivè.] Et eodem prorſus modo ad Confirmationem reſpondet.

Sed Tu mecum ſta ab oppoſitâ Reſolutione, omnemque Creaturarum Poſſibilitatem à priori, à Dei Eſſentiâ, & Omnipotentiâ deſume.

Ad Quintum tandem reſponſurus eodem præjudicio laborat, quo laborabat reſponſurus ad Primum. Ergo eum audiamus: immò etiam, non enim aliis impræſentiarùm præpedimur negotiis, auſcultemus. [Reſpondeo, ait, eſſe impoſſibile, ut fiat concretum ex ſubjecto, & ex negatione illius pro eodem tempore; ſed poſſe fieri concretum ex ſubjecto, & ex negatione illius pro diverſo tempore, v. gr. in hoc concreto, *Petrus futurus*, dicitur in recto ipſe Petrus, in obliquo autem carentia Petri, ſed pro diverſo tempore; nam in recto dicitur *Petrus cras exiſtens*, in obliquo negatio Petri exiſtentis hodie. Similiter *Petrus poſſibilis* dicit in recto entitatem Petri, quæ eſſet tempore, quo exiſteret; in obliquo autem negat eandem, non pro tempore, quo exiſteret, ſed pro nunc. Denique illud non includere contradictionem eſt aliquid actuale poſſibile, non aliquid ſimpliciter actuale; nam eſſe poſſibile eſt terminus diſtractivus.] Omnia exorbitant; & ideò cogor ea reſcribere: & ideò ſic ſtatuo.

Quid in recto, & quid in obliquo dicat *Petrus futurus*?

Et quid *Petrus poſſibilis*?

Nullum Concretum ex forma & negatione poteſt fieri.

Impoſſibile eſt, inquam Ego, fieri aliquod Concretum ex ſubjecto & negatione illius: & hoc tam pro uno tempore, quàm pro quocumque alio. Quoniam ſive agatur de uno, ſive de diverſis temporibus, repugnat Triangulus, qui non ſit Triangulus; & repugnat homo, qui non ſit homo. Porrò *Petrus futurus*, dicit in recto (pro materiali) ipſúmet Petrum: & in obliquo (pro formali) non carentiam Petri, ſed carentiam exiſtentiæ Petri; & ſimiliter, *Petrus poſſibilis*, dicit in recto (pro materiali) entitatem Petri, quæ erit, aut eſſet tempore, quo exiſtet, aut exiſteret; in obliquo autem non negat eamdem, nam ſi eam negaret, Petrus poſſibilis, eſſet Petrus qui non eſt Petrus, & Triangulus poſſibilis eſſet Triangulus, qui non eſt Triangulus. &c.] Sed negat actualem exiſtentiam, & affirmat exiſtentiam poſſibilem.

P. Georgii corrigitur allucinatio.

An poſſibilis ſit Petrus, qui non ſit Petrus? An Triangulus qui non ſit Triangulus?

Inter tenebras adlucebant Rhodeſio radii veritatis hinc inde. Et hoc ultima linea ſuæ Reſponſionis manifeſtè perſuadet: in eâ enim lego. *Eſſe poſſibile eſt terminus diſtractivus*: dixerat jam iterum, iterumque, *eſſe poſſibile eſt eſſe ſecundum quid*, Scoti & Recentiorum mentem aliis verbis exponens, nam *eſſe poſſibile* Scotus *Eſſe diminutum* vocat; & Recentiores *eſſe quiditativum*.

An Rhodeſius tandem Scoti opinioni ſubſcribat?

NOTA

Proponitur, & breviter examinatur P. Roderici de Arriagâ de ejuſdem Creatura Poſſibilis ab Exiſtente diſtinctione, Sententia.

CCLXXXIII. Præcipua Cōtroverſia proponitur.

PLacet Arriagæ opinionem producere, quoniam *diſp. 2. Metaphyſic. ſect. 5. num. 82.* ſic ſcribit. [Ultima tandem difficultas, *An, Ens in potentiâ, & exiſtentiâ ſit aliquis conceptus communis*? [a] Ab hac quæſtione, quâ nonnulli non parùm intricantur, ego me facilè expedio [b]. Reſpondeo enim ex dictis ſupra, *Ens* [c] *in potentiâ* ſignificare duo, in recto ſubjectum, quod denominatur *Ens*, in obliquo verò [d] negationem eſſendi. Hoc poſito dico, *Ens in potentiâ* ſecundum ſignificatum in recto eſſe ipſummet [e] *Ens exiſtens*; nam illud idem concipio, quando dico, *non exiſtit, ſed poteſt*: ſecundùm verò obliquum non habent conceptum communem, quia homini, & carentiæ hominis non datur [f] conceptus communis. Hinc colliges, Petrum actualem eſſe ejuſdem ſpeciei, imò propriè eſſe eumdē numero cum Petro poſſibili, quia ſignificatū in recto per utrumque conceptum eſt idem; ſicut Petrus, qui fuit, & qui erit, eſt idem numero. Quòd ſi ſumamus id, quod dicit in obliquo Petrus, prout purè poſſibilis, carentiam ſcilicet ipſius Petri, tunc ea nec ejuſdem ſpeciei, nec generis eſt cum Petro, ut ex ſe paret: eſtque res clara. Oritur tamen [g] inde difficultas, quòd, quia Petrus jam non eſt in ſe, putant aliqui non poſſe illū ipſum nunc cognoſci, ſed id, quod cognoſcitur, debere eſſe aliquid aliud diſtinctum de facto exiſtens quòd ſit Petrus poſſibilis, & diſtinctus à Petro exiſtente; nec advertunt intellectum ſemper eumdem concipere, ſive ille aliquando in ſe verè ſit, ſive aliquando non. Et hæc de poſſibilitate, & exiſtentiâ ſufficiant.] Hæc ille. Nos autem ſingula, quæ literis interpoſitis notari juſſimus, breviter examinemus.

Quid in recto, & quid in obliquo importet Creatura Poſſibilis.

An idem Petrus, qui nunc exiſtit, ſit ille, qui olim erat poſſibilis, & futurus, & erit poſt ſuam mortem præteritus?

A

Eſſentia ſans (quæ dicit ſua quiditativa prædicata) quæcumque illa ſit, eſt conceptus, & Poſſibili, & Exiſtenti entitati communis.

Ens Poſſibile & Ens exiſtens habent conceptum communem.

B

Ego me facilè expedio, ait: & tamen init difficillimam viam, ipſamque meo judicio improbabilem, non enim vult realiter, aut ex naturâ rei, aut ratione ratiocinatâ, ab eſſentiâ exiſtentiam diſtinguere.

CCLXXXIV. De Eſſentiæ & Exiſtentiæ diſtinctione.

Ad-

Digitized by Google

C

Eſt realis: & exemplo clariſſimo dilucidatur.

Adluxit Viro ingenioſo & docto Veritas, ſed illam poſteà tenebris veterum præjudiciorum offundit. Ego rem ſic intelligo, ſicut Lapis **ſens** (*exiſtens*) poteſt calefieri, & aliquando per receptionem caloris, à ſe realiter diſtincti, fit calidus. Calor, & Privatio Caloris habent ſubjectum commune, nempe Lapidem. An-ne etiam prædicatum commune? Negant aliqui: at illorum pace, Ego affirmo: quoniam Privatio ſicut & Forma cognoſcibilis eſt: & eſt etiam interdum amabilis & deſiderabilis; puta, ſi Forma ſit diſconveniens ſubjecto.

Sicut de non calido in calidum tranſit Lapis, ſic Petrus de non exiſtẽte in exiſtentem.

Hinc tranſeo ad Petrum: & pronuncio, ſicut de Lapide **ſente** (*exiſtente*) ſic de Petro **ſante** (*ſecundum ſua prædicata quiditativa conſiderato*) eſſe philoſophandum. Profectò Petrus **ſans**, eſt creatura poſſibilis (hoc eſt, **poteſt ſere**, poteſt exiſtere) &, ſi recipiat exiſtentiam, **erit ſens**, *erit exiſtens*. Exiſtentia & Privatio exiſtentiæ habent ſubjectum commune, nempe eſſentiam. An-ne etiam prædicatum commune? Negat hic Arriaga: affirmat alibi; quoniam Privatio exiſtentiæ, ſicut & exiſtentia, eſt cognoſcibilis. Et Dæmonum, & damnatarum Animarum reſpectu (quibus melius eſſet nunquam fuiſſe productis) amabilis, & deſiderabilis.

D

Habet Petrus poſſibilis, privationem, & non negationem exiſtẽtiæ.

Creaturæ poſſibiles ante quam producuntur habent Non-exiſtentiam. Hæc autem Non-exiſtentia in ipſis non eſt Negatio, ſed Privatio: & Arriaga, quando illam *Negationem* appellat, in latâ ſignificatione ſumit illam vocem, prout Carentiam univerſim ſignificat.

E

Quid importet in recto?

Ens in potentiâ non importat in recto ipſum **ſens** (*ipſum nec ens exiſtens*) ſed **ſans**, quod poteſt **ſere** (nempe, *Ens habens eſſentiam, & potens exiſtentiam recipere*.)

F

Homo in ſuo conceptu quiditativo non dicit exiſtentiam.

Addit Arriaga, *Homini, & Carentia Hominis, non datur conceptus communis*. At Ego in ſingulis verbis adlucinationem reperio. Quoniam *Hominis* nomine, exiſtentem intelligit, cùm tamen nomen *Homo*, ſignificet Animal rationale, ab exiſtentiâ & Privatione exiſtentiæ præciſum. Præterea Homo poſſibilis, non eſt carentia Hominis [quia ſi id ille eſſet, eſſet ens purè negativum.] ſed eſt entitas poſitiva **ſans** (habens prædicata quiditativa) & tamen exiſtentiam non habens. Igitur, non eſt *Carentia Hominis*, ſed eſt *Homo carens exiſtentiâ*.

G

Homo poſſibilis non eſt carentia Hominis.

Aſſerit Arriaga, & bene *eundem Petrum, qui nunc eſt, & non alium, eſſe Petrum, qui antequam produceretur, erat futurus aut poſſibilis*. Et contra eos, qui aliter ſentiunt, ſic ſcribit. *Non advertunt Intellectum ſemper eundem (Petrum) concipere, ſive ille aliquando in ſe verè ſit, ſive aliquando non*. Et Ego hæc eadem verba recognoſcens, ſic inquam.

Notentur benè hæc verba. An ex illis inter Eſſentiam, & Exiſtentiam realis inferatur diſtinctio?

Idem Petrus, ut dicis, aliquando in ſe verè eſt, & aliquando non eſt. At hæc differentia eſt realis, & ab intellectu independens. Ergo datur aliqua forma realis, & realiter à Petro diſtincta, quâ ſuperveniente Petrus ſit, quâ ſublata non ſit. Et hæc eſt, quam *exiſtentiam* nominamus.

§§§§

ARTICVLVS IV.

Henrici & Scoti examinatur Diſputatio.

An Creaturæ, in quantum ſunt termini Cognitionis Divinæ, ſeu Aeternæ: Et in quantum ſunt fundamentum Relationis, quæ eſt Cognitio paſſiva, & ſecundum eſſe in *eſt in rebus cognitis, & ſecundum* eſſe ad *ad Cognoſcentem, qui Aeternus eſt, terminatur, habeant aliquod* eſſe quiditativum *ab æterno?*

CCLXXXV. Autores, qui de hac materia diſputant.

EXcitat hanc Quæſtionem Scotus *in 1. diſt. 36.* Illam etiam dilucidant Alenſis *1. part. qu. 23. membr. 4. artic. 1. paragr. 6.* D. Bonaventura *in 1. diſt. 36. art. 1. qu. 1.* Richardus *qu. 4.* Henricus *in Summ. ar. 2. qu. 23.* & *Quodlib. 8. qu. 9.* & *Quodl. 9. qu. 1. & 2.* Waldenſis *tom. 1. libr. 1. art. 1. c. 1. & 2.* Gabriel *in 1. diſt. 55. qu. 1. art. 3.* Thomiſtæ, Cajetanus & alii *in 1. part. quæſt. 1. art. 1. & 2.* Suarius *in 1. part. tract. 1. libr. 3. cap. 5.* Vaſquez *in 1. part. diſp. 70. & 71.* & alii.

Quid ſupponant, & quid interrogent?

Qui omnes in hac Controverſiâ duo conſiderant, ex quibus alterum ſupponunt, & de altero Dubitationem movent. Supponunt enim, ut certum & indubitatum *Deum ab æterno creaturas univerſas cognoſcere*, & interrogant, *An ipſa, ſiquidem ab æterno cognoſcuntur à Deo, ab æterno habeant aliquod eſſe verum, quod*

ſit objectum cognitionis Divinæ?

Henrici opinatio proponitur.

PRoponit tres Sententias Scotus, quas proderit ejuſdemmet verbis referre.

Henrici Sententiam primo loco proponit rationeſque quibus illam probare conabatur adducit. Et erat

Quid ſit Ens ratum? An Creaturæ rata Entia ſint?

Prima. Homo non eſt ex ſe ens ratum, quia tunc eſſet Deus: Ergo per aliquid aliud eſt ratum formaliter: nonniſi per reſpectum ad ipſum Primum ratum ex ſe: non autem per reſpectum ad aliud, ut ad efficiens, quia cùm diffinitio ſit entis rati, & efficiens inquantum efficiens, producat exiſtens in actu, ſi homo haberet eſſe ratum ab efficiente, inquantum efficiens, diffinitio non eſſet ejus, niſi ut exiſtens: & ita diffinitio terminaret quæſtionem an eſt, quod eſt inconveniens: Ergo eſt ens ratum, inquantum participat primum, ut exemplar, hoc eſt inquantum habet relationem æternam ad Deum ut ſcientem & exemplantem; Ergo &c.

An Correlativa debeant eſſe in eodem tempore?

Secunda. Correlativa ſunt ſimul natura: Ergo ſimul naturâ Deus eſt intelligens lapidem, & lapis intellectus ab eo: Ergo cùm ab æterno eſt lapis intellectus ab intellectu divino, & hoc inquantum fuit aliud ab eſſentiâ divinâ, & iſta intellectui erit realis, & Metaphyſica, non Logica, Ergo illud quod terminavit iſtam intellectionem erat vera res.

An Intellectio & res intellecta debeant coexiſtere? An ſi illa fuiſſet ab æterno, deberet etiam hæc fuiſſe ab æterno?

Tertia addi poteſt, & ex ipsâmet doctrinâ Thomiſtarum deſumi: quoniam Complutenſes *in Phyſic. diſp. 3. qu. 5. num.* 30. ſic ſcribunt. [Intellectio eſt quædam adæquatio actualiſſima inter intellectum, & rem intellectam, vi cujus transformatur intellectus in ipſum objectum intelligibile: unde ſicut ex parte intellectûs requiritur aliqua actualitas, ita ipſum intelligibile debet aliquam rationem actûs habere, ut poſſit intellectionem terminare.] *E*rgo, ſi Intellectus hanc in re intelligibili actualitatem neceſſariò requirit, ſemper requirit. Ergo, ſi Intellectus & intellectio fuerunt ab æterno, etiam rei intellectæ actualitas fuit ab æterno.

Magiſtri ſententia proponitur.

Henrici Sentētiâ ſic propoſitâ tranſit Scotus ad Secundam, & ait. [Oppoſitum docet Magiſter in literâ, c. 1. hujus diſt. exponens auctoritatem Auguſtini 5. *ſuper Geneſ. ad literam*, iſtam ſcilicet, *Erant in Dei ſcientiâ, non exiſtentia in ſui naturâ*, dicit ſic: *Illos* (ſcilicet electos) *habuit ab æterno Deus apud ſe, non in naturâ ſui, id eſt ipſorum, qui nondum erant, ſed in ſuâ præſentiâ, quia illos ita novit, ac ſi eſſent.*

An chimæra ſit res?

Pergit ulteriùs Scotus & Tertiam Opinionem proponit; quæ quodammodo opponatur Magiſtro, & Henrici Concluſionem remittat: unde ſic inquit. [Hic quidam dicunt quòd ſic, quia *Ens* communiſſimè acceptum, vel *Res* poteſt dici à *reor reris*, & ſic eſt communis figmentis, & aliis multis: alio modo procedendo ultra, *Res*, dicitur à *ratificatione*, ut eſt *res rata, & diſtincta à re fictâ*, & iſta eſt duplex; vel tanquam Res, cui poteſt competere *eſſe*, vel cui competit *eſſe*, priùs tamen eſt Res, cui poteſt competere *eſſe*.

CCLXXXVI.

Porrò, ſi Henricus conceſſit Creaturis aliquod ſere (*eſſe actuale*) ab æterno (ſic enim illum intellexit Scotus) hæc ſecunda Sententia ſic expoſita differt ab Henricæâ, & tantiſper eſt lenior. Illam Scotus falſam eſſe aſſeverat; & tamen eamdem exercitii gratiâ argumentis, quæ ſequuntur, propugnat.

Pro tertia ſententia (aut etiā pro prima) ponuntur argumenta.

Et quidem arguit Primò, & potiſſimè per illud, quod dictum eſt in ſecundo argumento principali, de Scientiâ Dei Æternâ, & Objecto reali Æterno.

An Entis ſit Paſſio Proportio?

Secundò, Proportio eſt paſſio entis: objecti autem cogniti in æternitate proportio eſt aliqua ad cognoſcentem, & hæc talis eſt, quòd impoſſibile eſt non eſſe ſic proportionatum.

Fundamentum hujus argumēti ſumitur ex Regulis proportionum, quas praſcribit Euclides, & in Geometria obſervantur.

Tertiò, Sicut ens ad non ens, ita poſſibile ad impoſſibile: Ergo permutatim, ſicut ens ad poſſibile, ita non ens ad impoſſibile: ſed omne ens eſt poſſibile: ergo omne quod eſt purum non ens, eſt impoſſibile.

Confirmatur ratio, quia ſi aliquod purum non ens, ſive nihil, eſſet poſſibile, & aliquod purum non ens eſſet purum impoſſibile, unū nihil eſſet magis nihil alio, quod videtur abſurdum, Ergo poſſibile non eſt omninò nihil, ſed aliquod ens.

An unum non ens ſit magis non ens quam aliud?

Quartò, Auguſtinus de naturâ boni *cap.* 8. hæc habet, *Si bonitas eſt forma aliqua, nonnullum bonum eſt capacitas formæ. E*rgo nonnullum bonum eſt poſſibilitas ad bonitatem actualem.

Vnus effectus poteſt provenire à duabus cauſis diverſimodè.

Item ſuper Joann. Homil. 18. *Eaſdem literas format cor & manus, ſed aliter & aliter; ergo prius facta ſunt à corde, quàm à manu*, & Avicenn. 8 *Met. c. ult.* vult idē de duplici fluxu rerum à Deo.

An etiam eſſentia & exiſtentia faciant compoſitionē potentiæ & actus?

Quintò, Diſtinctio iſta eſſentiæ ab eſſe exiſtentiæ, ſufficit ad compoſitionem, pro eo quòd ipſa eſſentia intellecta, ut habens eſſe eſſentiæ, adhuc eſt in potentiâ ad eſſe exiſtentiæ, quod recipit ab efficiente, inquantum efficiens eſt, & tunc eſt compoſitio ex potentiâ, & actu.

CCLXXXVII

Contra Tertiā (aut etiam cōtra Primam Sententiam) argumenta ponuntur.

HIS argumentis non obſtantibus, quæ ita Sententiam Tertiam probant, ut etiam Primæ faveant, non aſſentitur Scotus, ſed contra argumentatur ſic. Et

Quid requiratur ut ſit Creatio?

Primò, Quia Creatio eſt productio de nihilo: Sed ſi lapis præhabuit eſſe verum reale; igitur producitur ab efficiente, non producitur de nihilo.

Quomodo ab alteratione diſtinguatur?

Similiter ſecundò, ſi non producitur niſi ſecundùm reſpectum tantùm novum ad efficiens, non videtur eſſe productio ad eſſe ſimpliciter, ſed tantùm ad eſſe ſecundùm quid, & minùs erit creatio ſeu productio ſimpliciter, quàm ſit alteratio, ubi eſt productio ſaltem alicujus, quantum ad eſſe abſolutum.

An ſicut de relationibus Dei ad creaturas, ita de relationibus creaturarum ad Deum ſit philoſophandum.

Tertiò ſecundùm eandem viam arguitur, quia eandem relationem ponit actualem, & aptitudinalem ex parte Dei, & propter hoc non poſſe eſſe aliquam novam actualem in Deo præter aptitudinalem antiquam: ergo ſimiliter ex parte ejus, quòd refertur ad Deū eadem eſt relatio actualis, & aptitudinalis, & non erit actualis nova præter aptitudinalem relationem antiquam: ergo cùm relatio aptitudinalis ad eſſe exiſtentiæ, fuerit ſemper in ente habente eſſe eſſentiæ, nulla eſt in eâ relatio

latio actualis nova, in quantum exiſtens eſt.

Verùm in creatura poſſit eſſe novus reſpectus ad Deum immutabilem?

Quartò, ſecundùm eandem viam, quia in fundamenro eodem, & termino immutabili, non poteſt eſſe reſpectus novus: ſed hoc fundamentum idem eſt, ſcilicet eſſe eſſentiæ, & terminus eſt immutabilis, ſcilicet Deus: ergo nullus reſpectus novus poteſt eſſe ad talem terminum, qualis reſpectus ponitur eſſe ad eſſe exiſtentiæ.

Verùm Creatio ſit ab æterno?

Et quintò, ſecundùm idem medium de creatione, quia productio rei ſecundùm illud eſſe eſſentiæ veriſſimè eſt creatio: ipſa enim eſt merè de nihilo, ut de termino à quo, & ad verum ens, ut ad terminum ad quem, & productio iſta ſecundùm eos eſt æterna: ergo & creatio eſt æterna, cujus oppoſitum nititur oſtendere, & dicit ſe habere demonſtrationes.

CCLXXXVIII. An poſſit dari annihilatio?

Sextò, ſecundùm eandem viam per oppoſitum de annihilatione, ſequitur quòd non poſſit aliquid annihilari, ſicut enim producitur de ente ſecundùm eſſentiam, ita videtur redire in ens ſecundùm eſſentiam, & non in nihil.

An de exiſtentia, ita de eſſentia ſit eodẽ modo philoſophandum?

Præterea, ſecundò principaliter, illæ rationes, quæ tactæ ſunt *diſt.* 8. contra Avic., quòd nihil aliud à Deo ſit formaliter neceſſarium, poſſunt fieri contra iſtam opinionem, quia ita concludunt de eſſe quidditativo, ſi ſit verum eſſe, ſicut de eſſe exiſtentiæ. Non enim voluntas magis neceſſariò vult aliud à ſe eſſe in eſſe quidditativo, quàm velit aliud à ſe eſſe in eſſe exiſtentiæ, quia eadem eſt ratio utrobique, & ita de aliis mediis.

An Deus per cognitionem creaturarum poſſit mutari?

Præterea tertiò, res ſecundum eſſe eſſentiæ, aut eſt terminus relationis ideæ, quam ipſi ponunt in Deo, aut non, ſed ſecundùm eſſe cognitum: ſi ſecundo modo: ergo fruſtrà ponuntur res in iſto eſſe eſſentiæ: non enim videntur propter aliud poni, niſi ut ſint termini relationum idealium, quæ æternaliter ſunt in Deo; ſi primo modo, ergo aliquid eſt in Deo per actum Intellectûs divini, ſecundùm quod Deus poteſt aliter ſe habere ſive mutari, cujus oppoſitum probatum eſt diſt. 30. Probatio ultimæ conſequentiæ, quia per te omne aliud eſſe à Deo, non eſt formaliter neceſſarium ex ſe; ponatur igitur, licèt per impoſſibile, iſtud ens quidditativè aliter ſe habere, ſequitur quòd illa entitas in Deo, ſive rei, ſive rationis, quæ habet iſtud eſſe pro termino, aliter ſe habebit, & ſic ex poſitione alicujus circa aliud à Deo, mutari poterit aliquid, quod eſt in Deo per actum intellectûs ſui, quod eſt impoſſibile.

Nihil diſtinctũ à Deo eſt neceſſarium.

Quid intelligat Scotus nomine Idearum, & quomodo illas à rebus ideatis diſtinguat?

Præterea quartò, quando cauſa eſt perfecta, & independens naturaliter in cauſando, & agit naturaliter, videtur poſſe producere immediatiora ſibi perfectiora, quia producit ſecundum ultimum potentiæ ſuæ: intellectus divinus ut intellectus præcisè ſecundùm iſtã viam, producit in Deo rationes ideales, & ipſas eſſentias in ratione eſſentiæ, & quaſi per priùs in ſe rationes ideales, quàm rationes illas in iſto eſſe (ſunt enim per hoc, quòd exemplatæ ſunt) ergo illæ ideæ habent verius eſſe, cùm ſit naturaliter agens, quàm ipſa ideata: non cauſat autem ideas niſi in eſſe rationis, & non in aliquo eſſe reali: ergo nec dat aliquod eſſe reale ipſis ideatis, quæ ſunt cauſata quaſi remotiora.

CCLXXXIX. Verùm eſſentiæ poſſibiles liberè aut neceſſariò cauſentur?

Præterea quintò, iſtas eſſentias producit in eſſe, aut ut cognoſcens, aut non: ſi ſic: ergo ſunt cognita antequam ſint in iſto eſſe, & ita fruſtra ponuntur iſtæ entitates propter cognitionem Dei æternam; ſi non, igitur producit eas merè naturaliter, ſicut ignis calefacit: quod videtur valde abſurdum de quocunque producto alio à ſe in naturâ, imò etiam filium producit, ut intellectus, licèt non ut intelligens formaliter, ſicut aliàs expoſitum eſt.

An cauſa exẽplaris ab efficiente diſtinguatur?

Præterea ſextò, quòd attribuat alium effectum cauſæ exemplari, & alium cauſæ efficienti, non videtur probabile: quia cauſa exemplaris non eſt niſi quoddam efficiens: efficiens enim dividitur in efficiens per intellectum ſive propoſitum, & efficiens per naturam ſecundùm Philoſophum 2. *Phyſicor.* ſicut igitur naturaliter producens: non eſt alia cauſa ab efficiente ita nec exemplaris, nec exemplariter producens, & ita idem eſt effectum & exemplariter productum alicujus intelligentis in quantum eſt intelligens, & in quantum exemplans.

An eſſentia & exiſtentia faciant compoſitionem?

Quod etiam addit compoſitionem eſſe in creaturis per iſtam potentialitatem ad actũ, non videtur rationabile: quia nihil videtur eſſe ibi, quod cum alio componatur, ſi enim tota albedo præexiſtat in potentiâ ut terminus potentiæ, & poſteà ipſamet ſit in actu, non eſt propter hoc aliqua compoſitio rei, & rei; igitur ſi præexiſtat res ſecundùm eſſe eſſentiæ, & ipſa producatur ſecundùm eſſe exiſtentiæ, quod non eſt aliud ſecundùm iſtos ab eſſe eſſentiæ: ſicut nec generaliter relatio eſt aliud à fundamento (propter quod non ponunt relationem, & fundamentum facere compoſitionem) non erit res compoſita propter iſta duo.

An creatura nova ſit poſſibilis?

Et iſtud poſſet eſſe ſeptimum ſecundùm primam viam, ad improbandum creationem propter identitatem relationis cum fundamento, & eſſentiæ cum eſſe: quia eadem res non poteſt eſſe realiter nova, & non nova: ergo ſi eſſe dicat relationem, quæ eſt eadem cum eſſentiâ, nulla creatura erit ſimpliciter nova.

Cur præcedentia Argumenta fuerint ex Scoto deſumpta?

Sic diſcurrit Scotus, cujus volui rationes, & verba formalia proponere, ut Lector videat, quo modo in hac materiâ Vir Eximius & Subtilis diſcurrat. Nil in Scoti Aſſertis volui novis rationibus affirmare, aut refellere; quia diverſa ipſe fundamenta ſupponit, & Ego, ut puto, directè rem potero attingere, & clariùs & faciliùs procedere.

SECTIO UNICA.

Probatur contra Henricum (ſi ipſius Opinatio eſt, quæ ejus nomine circumfertur) Creaturas poſſibiles nullum Syire *(eſſe diminutum) habere, aut habuiſſe ab æterno.*

CCXC. Vnde hæc controverſia exoriatur.

TOta hæc inter Scotum Henricumque Diſputatio, ex duplici capite abotitur: nam primò, neuter format legitimum Divinæ Æternitatis conceptum: & ſecundò uter-

uterque caret vocabulis, quibus conceptus, quos habet, aut habere deberet, exponat. Ego, ut clariſſimè loquar, & ab omnibus poſſim intelligi, ſupponam

Quid ſit æternitas?

Quid ſit Hypothetica cõſideratio?

Primò, *Æternitatem hypotheticè conſideratam eſſe ſeriem inſtantium, momentorum-ve decurrentium ab æterno in æternum*. Et quid illud *Hypotheticè* importat? Sæpe utor iſto termino, & illo ſignificare ſemper volo Deum non eſſe talem, quia eſt infinitus, & tamen eſſet talis ex hypotheſi abſolutè impoſſibili, quòd infinitate careret.

In Deo omnia præterita, præſentia, & futura coincidunt.

Secundò, *Omnia hæc inſtantia, ſeu momenta, quæ hypotheticè ab æterno in æternum decurrunt, eſſe in Deo unicum reale inſtans; quia omnia ſunt inter ſe realiter identificata*. Patet, quia in Deo, Præteritum, Præſens, & Futurum ſunt idem.

Quid ſit Tempus reale, & utrum ante mũdum fuerit?

Tertiò, *Tempus verum & reale eſſe à Deo productum, incepiſſe cum Mundo, & finem habiturum, ſi, quod non faciet, Deus omnes Creaturas adnihilaret*. Corollarium. *Ergo ante Mundi creationem nullum fuit Tempus reale*.

De Tempore Hypothetico, Poſſibili, Imaginario, & Actuali. Quo modo diſtinguantur?

Profectò Tempus reale, non debet cum Hypothetico, Poſſibili, & Imaginario confundi. Quia ante creationem Mundi fuit Tempus Hypotheticum, nam fuiſſet mille annis ante hanc Mundi creationem tempus, ſi Deus mille annis antequam illum creavit, creaviſſet. Fuit etiam ante Mundi creationem Tempus poſſibile, quia potuit Mundum Deus, ſi voluiſſet, multis ſæculis antequam produxit, producere. Et tandem eo ſenſu, quo ultra Cælos ſunt Imaginaria Spatia, eodem prorſus ante Mundi creationem ſunt Imaginaria quædam Tempora: quoniam, licèt non ſint, illa poſſum imaginari. Et certè quia Imaginaria hæc Tempora, quàm ipſam Divinam Æternitatem concipimus, illa interdum Æternitatis loco conſideramus. S. Hieronymus Epiſtolam Pauli ad Titum exponens. *Ante Mundi Tempora Æternitatem quamdam Sæculorum fuiſſe credendum eſt, quibus ſemper cum Filio & SpirituSancto fuerit Pater; &, ut ita dicam, unum Tempus Dei eſt omnis Æternitas: immo innumerabilia Tempora ſunt, cùm infinitus ſit ipſe, qui ante Tempora omne Tempus excedit*. Sic poſſumus imaginari Æternitatem, ſed debemus ipſammet imaginationem corrigere, dicendo innumerabilia hæc ſæcula, quæ imaginamur, eſſe unicum ſimpliciſſimum *nunc*, cui identificantur univerſa.

CCXCI. Quid ſit æternitas ad mentẽ D. Hieronymi?

An tota ſit unũ ſimpliciſſimũ *nunc*?

Tempus Imaginarium debere à Reali neceſſariò diſtingui, cognovit, licèt Gentilis Cicero, nam *libr. 1. de Nat. Deor.* ſic ſcribit. *Fuit quædam ab infinito Tempore Æternitas* (Imaginaria) *quam nulla circumſcriptio Temporum metiebatur: ſpatio tamen qualis ea fuerit, intelligi non poteſt; quia, ne in cogitationem quidem cadit, quod fuerit Tempus* (reale) *aliquod, cùm nullum* (reale) *Tempus eſſet*. A Cicerone igitur docti, ante Mundum non fuiſſe ullum Tempus verum, & reale ſupponamus. Et ſupponamus

Quale fuerit ante mundum Tempus ſecũdum Ciceronis conceptum?

Quartò, *Exiſtentia & Tempus in rebus Corporeis aut ſunt idem; ut multi exiſtimant. aut hoc illam ſupponit*. De primâ hujus Dicti parte ſunt tres Sententiæ, quas *Differtat. I. Art. VII. in expoſitione Modi* ſere *in initio expoſuimus*. Et illa, quæ hîc ſupponitur, perſuadetur clariſſimè, dicũtur .n. exiſtere per annũ, quæ per annum durant: & non amplius exiſtere dicuntur, quando eorum finem habet Duratio. *Et* poſterior ejuſdem Dicti pars, etiam ſuadetur: quia ut ex ipſis conſtat terminis, temporaneam durationem non habent, quæ non exiſtunt.

An exiſtentia diſtinguatur à tempore?

Quintò, *Intelligentem & rem intellectam non debere neceſſariò coëxiſtere*. Et ſuadetur clariſſimè, Quia Adamum Ego nunc, & non ejus imaginem intelligo; & tamen Adamus jam à millenis annis obiit. Præterea, Ego futuram Eclipſim intelligo, quæ tamen non eſt in inſtanti, in quo Ego ſum, qui illam intelligo.

Intelligens & res intellecta non debent neceſſario coexiſtere.

His præmiſſis, proderit, ante quàm Henrici & Scoti verba examinemus, præbere veram legitimamque Quæſtionis Deciſionem.

Et Primùm venio ad Quæſtionis Titulum, & interrogo, An illa bene proponatur, nam his verbis, aut aliis ſimilibus, Scholaſtici utuntur: nimirùm, *An Creatura in quantum eſt fundamentum Relationis æternæ ad Deum ut cognoſcentem, habeat verè & ab æterno aliquod eſſe eſſentiæ, ex eo quòd ſit ſub tali reſpectu?* Et Ego peto ab Henrico & Scoto, quid ſignificant illa verba *eſt fundamentum*; nam, ſi eſt fundamentum, eſt. Et, ſi ab æterno eſt relationis fundamentum, ab æterno eſt. Similia verba ſunt *Creatura à Deo eſt cognita, à Deo eſt producibilis: à Deo eſt producenda*; in quibus omnibus, quid illud *eſt* ſignificet, ſemper inquiro. Ergo, ſi Henricus & Scotus dixiſſent ſat, nemo haberet, quid contrà objiceret. Non enim aliquid abſurdi reperitur, in Conſequentiis iſtis, *Creatura* ſat *fundamentum relationis, Ergo creatura* ſat. *Creatura à Deo* ſat *cognita. Ergo* ſat. *à Deo* ſat *producibilis, Ergo* ſat. &c. Omnes enim aſſerere debemus ejuſmodi Creaturam ſare (hoc eſt *habere eſſe quiditativum*)

Quæſtio ab Henrico & Scoto malè proponitur.

Tota difficultas naſcitur ex æquivocatione & ſignificatione verbi, *ſum, es, eſt*.

N. B. Si dicamus Creaturas poſſibiles non ſere, (*non habere eſſe exiſtentiale*) ſed ſare (*habere eſſe quiditativum*) *corrigitur æquivocatio*.

Ergo Quæſtio in Dialecto Scholaſticâ debet proponi ſic. *An Creatura in quantum* ſat *fundamentum Relationis Æternæ ad Deum cognoſcentem, habeat verè, & ab æterno aliquod* ſare. *ex eo quòd ſit ſub tali reſpectu?* Et, ut illi reſpondeam, ſequentes Concluſiones propono. Sit

Reponitur Quæſtio in dialecto Scholaſtica.

PRIMA. *Creaturæ antequam à Deo intelligantur, non* ſant. Patet; quia, cùm ſare non habeant à ſe ipſis, debent habere à Deo. Et hîc obiter nota, illud *antequam* prioritatem Logicam (quæ *prioritas rationis ratiocinantis* poteſt dici) in hac Concluſione ſignare: quam ob rem illa poterit per hæc verba reſcribi. *Antequam intelligatur Deus poſſibiles creaturas in ſe ipſis cognoſcens, adeoque illas* Samena, *à nobis ipſa, neque quoad quæſtionem, An ſint? neque quoad quæſtionem* Quid ſint? *poſſunt intelligi*. Patet: quia illud eſſe quiditativum quod habent, recipiunt ab intellectione Divinâ: unde ſit Concluſio

Creaturæ à ſemetipſis non habent ſare.

De Logica, quæ Conſequentiæ, aut rationis ratiocinatæ dicitur, Prioritate.

SECUNDA. *Intelligendo illas Deus, præſtat ut Creaturæ habeant,* ſare: *ſicut & volendo (hoc eſt, per voluntatem liberam applicando ſuam intellectionem) præſtat, ut habeant* ſere. Sed de hoc uberius in Diſſertatione Theologicâ.

Sare quod habent, recipiũt ab intellectione divina.

CCXCII.

Terminus *ab æterno* eſt expoſitus æquivocationi.

Tertia. *Quando quæritur, An ab æterno ſint res cognitæ à Deo, laborat æquivocationibus Interrogatio.* Patet: nam illud *ab æterno*, vel afficit Deum cognoſcentem, vel Creaturas cognitas. Si primum, corrigendus eſt modus loquendi, meliùs enim *æternaliter*, quàm *ab æterno* diceretur: nam *ab æterno* videtur ſucceſſionem temporis ſignificare, & tamen in Deo nulla reperitur ſucceſſio. Si ſecundum dicatur (hoc eſt, illud *ab æterno*, afficere creaturas cognitas) ex diverſis hoc Aſſertum capitibus continet implicantiam: quo enim modo in Creaturâ eſſe potuit Duratio, antequam ullam Deus Durationem produxerit & quomodò in Creaturâ ſante, (hoc eſt, *habente quidditativa prædicata tantummodò*) ſiquidem ſere (*eſſe exiſtentiale*) non habet, Durationem non habere ſupponitur, non poteſt intelligi ab æterno Duratio? Huc conducunt verba Ciceronis, quæ ſuperiùs citavi, & poterunt utiliter relegi.

Quæ differentia videtur intercedere inter *ab æterno* & *æternaliter*?

Creaturæ *ſantes* non intelliguntur durare: ſed eſſe ab omni duratione præciſæ.

Poteſt relatio ſecundùm *eſſe in* eſſe æterna, & ſecundùm *eſſe ad* omni duratione deſtitui.

Quarta. *Quando Deus cognoſcit lapidem, verbi gratiâ, quem vult creare in inſtanti* C, *& adnihilare in inſtanti* K; *ſic de cognitione, & volitione Divinâ, ſic de Lapide à Deo intellecto, volito, & creato ſtatuere debemus.*

De operatione Dei ad extra.

Deus, Primò, Simplici ſuâ Intelligentiâ illum cognoſcens, fecit ut Saret, & poſſibilis eſſet. Creaturæ poſſibiles omni tempore carent. Ergo illa intellectio Divina, ſecundum *eſſe in* eſt æternaliter: & ſecundum *eſſe ad* Lapidem omni exiſtentiâ, & duratione carentem attingit.

An ad Intellectum, an verò ad Voluntatẽ pertineat?

Deus Secundò actu Divinæ Voluntatis vult illum lapidem producere in inſtanti C, annihilare in inſtanti K: ergo conſervare à C ad K. Ergo illa Divina volitio (ſive ſit conditio prærequiſita, ut Simplex Intelligentia operetur; quod tenet Angelicus Doctor: ſive ſit ipſamet operatio creativa, quod Scotus affirmare videtur) ſecundum *eſſe in* fuit æternaliter: ſecundum *eſſe ad* nullum inſtans attingit ante C, nec ullum poſt K. Ergo in Lapide intelligenda erit correlatio, quæ inſit Creaturæ, & Creatorem reſpiciat. Porrò lapis creatus Suns in ſuo ipſo tempore, nempe à C ad K (non ergo antequam produceretur, nec poſtquam erit adnihilatus) erit Deo præſens in hoc *nunc* æternitatis. Habebit enim Relationem Coëxiſtentiæ, quæ ſecundum *eſſe in* duret tempore determinato: nempe à C in K tantummodò: non ſe per anteriora, aut poſteriora tempora extendens: cæterùm ſecundum *eſſe ad* reſpiciet exiſtentiam Dei, quæ eſt unicum indiviſibile *nunc*, quod tamen eſt æternum (aut æternitas veriùs) ſicut principio ita etiam fine carens.

De relatione creaturæ ad Deum.

Quomodo in ipſa *eſſe in* & *eſſe ad* debeat conſiderari?

Et tandem Tertiò Deus Scientiâ Viſionis, quæ eſt poſt ipſum decretum, intelligit rem volitam (nempe, Creaturam, imperio Divinæ ſuæ Voluntatis obedientem, & Sentem (hoc eſt ab inſtanti C in K exiſtentem:) & hæc intellectio ſimiliter ſecundum *eſſe in* eſt æterna, & ſecundum *eſſe ad* ad illa pauca inſtantia (à C ad K) terminatur.

De Scientia Viſionis.

Quomodo ſit æterna, & ad temporalia terminetur?

Intellectionem, & Volitionem Divinam eſſe relativas, & ſecundum *eſſe in* æternas, & ſecundum *eſſe ad* tempus finitum, & determinatum reſpicere, communis eſt bonorum Theologorum Sententia. Multos poſſem adlegare Doctores; ſed ſufficiat unum, qui inſtar omnium eſſe poſſit, producere; nempè Joannem de Sancto Thomâ, cujus, adhuc puer, Compluti, pietatem ſum, & eruditionem veneratus. Ipſe enim *in 1. part. tract. de opere ſex dier. quæſt. 72. num. 2.* ſic ſcribit. [Dicimus Deum feciſſe omnia dicto ſuo, & actione inſtantaneâ, & indiviſibili omninò, & æternâ ex parte Dei (vel ut ego loquebar *ſecundum eſſe in*) ſed ſucceſſivâ, & temporali (nempe, *ſecundum eſſe ad*) ex parte rerum factarum, magis, vel minùs brevi tempore, aut aliquando etiam in inſtanti in eodem die, prout Sapientia Divina diſponebat. Dictum enim Divinum, quod ex ſe (*ſecundum eſſe in*) eſt inſtantaneum, non ponebat res à ſe factas in inſtanti: ſed (*ſecundum eſſe ad*) procedebat ab illo dicto pro tempore juxtà menſuram Divinæ Sapientiæ. &c.]

Ioannes de S. Thoma laudatus.

CCXCIII.

Semel Veritate proſpectâ, quæ Henrici fuerit, & quæ ſit Scoti & Scotiſtarum ſententia, videamus.

Pater Joannes Pontius verba Scoti dilucidans, Henrici mentem ſic exponit. [Sententia Henrici eſt, quòd Creaturæ ab æterno habent eſſe reale, prout talis res dicitur habere omnis res, quæ diſtinguitur à figmentis, quæ poſſunt dici *res*, quatenus *res* derivatur à *reor, reris*; ita ut omne illud dicatur *res*, quòd quis poſſit concipere, ſeu reri] Henrici ergo ſententia Creaturæ antequam producantur, non Sent (exiſtunt) ſed Sant (ſua habent prædicata eſſentialia. An illa ab æterno? In hoc allucinatus fuit Henricus: dicimus enim prædicata eſſentialia ab omni exiſtentiâ præſcindere, & quod non eſt (exiſtit) non poteſt eſſe (exiſtere) ab æterno. Subjungit idem Pontius ſub Commentarii hujus finem. [Henricus non exiſtimavit Creaturas habere *eſſe eſſentiæ actualis* (& per *eſſe actualis eſſentiæ* vocabulum Sere; hoc eſt, *exiſtentiam* intelligit.) ab æterno; hoc enim eſſet contra Fidem. Dicit in tempore accedere ad Creaturas exiſtentiam, ita ut *eſſe* Creaturæ exiſtentis) ſit compoſitum ab eſſentiâ, quam habent ab æterno, & exiſtentiâ communicatâ in tempore.] Lapis igitur quando de facto exiſtit, Sat, & Set, hoc eſt, eſſentiam, & exiſtentiam habet. Et idem Pontius in ſequenti Commentario adhuc ait. [Cùm Henricus non velit Creaturas exiſtere realiter ab æterno ſic, ut poſſint aliquid efficere, & explicet ſuum *eſſe reale eſſentiæ* quòd concedit creaturis non eſſe aliud, quàm (Sare) *eſſe poſſibile*, & contradiſtinctum contra (Saine) *Ens chimæricum* impoſſibile: &, cùm tam Scotus, quàm omnes debeant hujuſmodi *eſſe* concedere creaturis, quomodocumque demum explicabitur, videri poſſet, non habere ipſum quoad hoc aliam quæſtionem cum aliis, quàm de nomine. Certè ego aliam non video: optarem autem, ut qui intelligit, aliam eſſe difficultatem, illam realiter explicaret; & non tam attenderet ad vocem illam *eſſe reale eſſentiæ*, quàm ad (Sare) ſignificatum ejus, ſecundum quod poſſit eſſe controverſia aliqua realis.] Dicit Pontius omnes aſſerere, & dicere, *Creaturas poſſibiles eſſe, & fuiſſe ab æterno poſſibiles*]. Fateor: omnes loquuntur ſic: & ideò benè probat non debere quæſtionem de hoc aliquam ſpecialem contra Henricum

Quid Henricus ſenſerit, prout à Poncio intelligitur?

Nominis *Res* exponitur Etymologia.

Creatura exiſtens ſimul ſat & ſet

An controverſia inter Henricum & Scotum ſit de mero nomine?

Omnes loquũtur eodem modo, ſed non omnes benè.

Autores ſæpe loquuntur poſitivè, & ne dicantur erraviſſe, debent exponi negativè.

moveri. At non probavit communem modum loquendi eſſe bonum, nam eſt affirmativus, & verificatur negativè: quoniam hæc Propoſitio *Mundus ab æterno habuit, quòd ſit poſſibilis*, æquivalet huic, *Non poteſt ab æterno hucuſque deſignari aliquod inſtans, in quo verificari poſſit, quod Mundus impoſſibilis ſit*. Et tandem Pontius, ut oſtendat, non valere hunc Diſcurſum, *Deus ab æterno eſt cognoſcens lapidem: ergo lapis ab æterno eſt cognitus. Ergo ab æterno habet eſſe objectivum*, ſubjungit [Verum quidem eſt, ut advertit Doctor inferiùs, non magis ſequi quod eſſe eſſentiæ reale ſit ab æterno ex eo, quòd cognoſcatur ab æterno à Deo, quàm quòd eſſe exiſtentiæ ſit reale ſimiliter ab æterno; quia Deus non magis intelligit *eſſe eſſentiæ* lapidis ab æterno, quàm eſſe exiſtentiæ ipſius. Itaque, quia hæc eſt mea Opinio, & rationes Scoti ad intentum ipſius ſunt ſatis claræ, nolo in iis proponendis immorari. &c.] Sic Pontius.

Ex eo quòd Deus cognoſcat creaturas poſſibiles fuiſſe ab æterno, non ſequitur illas habuiſſe aliquam æternitatem.

Exponitur vera doctrina.

Scoti Opinio ab Autore Scholii proponitur his verbis. [Concluſio Scoti eſt, *Nullum eſſe reale dandum ab æterno*. &c.] Eſt mihi certa & indubitata: quia Creatura ſens exiſtens, non eſt ab æterno: & Creatura ſans quæ dicit ſua prædicata eſſentialia ab omni duratione eſt præciſa. Ut autem ſuam Concluſionem probet, præter alias hanc proponit rationem. [Nos intelligimus aliqua, quæ nullum eſſe reale eſſentiæ, vel exiſtentiæ habent. Ergo magis Deus.] Ita etiam hanc Difficultatem decidit *in 1. diſt. 3. qu. 4. num. 18. & diſt. in 39. & in 2. diſt. 1. qu. 1. & diſt. 3. qu. 1.*

CCXCIV.

PErgamus ulteriùs, rationeſque quæ à Scoto hinc indè adducebantur recognoſcamus.

Sine exiſtentia nulla poteſt intelligi duratio, ergo in creaturis poſſibilibus nulla intelligetur duratio, quia nulla intelligitur exiſtentia.

Prima Henrici (quæ num. 285. à nobis poſita) diſcrimen inter ſare & ſere; (hoc eſt, inter *habere eſſentiam*, & *habere exiſtentiam*) benè ediſſerit: eumque ab omni malâ ſuſpicione liberat; non enim de exiſtentiâ, ſed tantùm de eſſentiâ rerum diſputat. Fallitur autem, & allucinatur, quando ſcribit *in quantum habet relationem æternam*; quoniam, ſi epithetum *æternam* deleas, cætera manere omnia poſſunt; quoniam ingenioſè decurrunt. Porrò lapidem fuiſſe ab æterno, aut in æternum fore, ſicut fuiſſe heri, aut cras eſſe futurum, exiſtentiam, durationemque eum habere ſupponunt, & ad Prædicamentum *Quando* ſpectat: *Quando* autem Durationis exhibet differentias: Duratio autem, ut jam pluries admonui, (identicè, aut realiter) exiſtentiam concernit.

Creaturæ poſſibiles conſiderantur in Deo, & in ſe ipſis.

Secunda Henrici Ratio ſupponit Primò Creaturas poſſibiles (ſantes) bifariam poſſe conſiderari: in Deo, & in ſeipſis: in Deo ſunt Deus: in ſeipſis diſtinguuntur à Deo.

De Relatione logica & Metaphyſica. Quomodo diſtinguantur?

Prætereà Relationem in Logicam & Metaphyſicam Henricus dividit; & *Logicæ* nomine intelligit Relationem rationis, Prædicamentalemque, & Realem *Metaphyſicam* nominat. Ratio nominum eſt, quòd de ſecundis Intentionibus, quæ rationis Relationes ſunt, diſputet Logica; & decem Prædicamentorum (inter quæ notiſſimum eſt Prædicamentum Relationis) ſub uno ſupremo Ente conſideratio pertinet ad Metaphyſicam.

Hinc docet Henricus inter Creaturas poſſibiles (ſantes) in Deo cognitas intercedere Diſtinctionem, & Relationem Logicam, non Metaphyſicam, cæterùm inter Creaturas poſſibiles (ſantes) conſideratas in ſeipſis, & Deum (tunc enim non ſunt Deus, ſed finitæ quædam Infiniti Numinis imagines, & participationes) intercedere Diſtinctionem, & Relationem non jam rationis, fictam-ve, ſed veram, & Metaphyſicam: quam ſi in creaturâ colloces, ut Deum ipſa reſpiciat, & eam *Prædicamentalem* voces, cum Novitiis Philoſophis, qui coëxiſtentiam extremorum requirunt, ſed non cum Henrico conſentientem habebo.

An Relationes quæ inter eſſentias concipiuntur, ſint veræ, an potiùs rationis & fictæ?

An Prædicamentalis Relatio ſit inter extrema coexiſtentia?

CCXCV.

An illud axioma, *Relativa ſunt ſimul tempore, natura & cognitione*, ſit univerſim verum?

Hæc omnia ſupponit Henricus, & benè. At poſteà allucinatur, propter Axioma Philoſophicum, cui plus, quàm par erat confidit. Illud eſt, *Relativa ſunt ſimul, tempore, naturâ, & cognitione*. Quod, ſi utrumque extremum duret tempore, & neutra Relatio intentionalis ſit, verificatur. Quoniam, ſi dealbetur Romæ paries, eodem omninò inſtanti erit ſimilis parieti albo, qui Pragæ proſtat. At, quando utrumque extremum caret tempore, ut in hac Propoſitione, *Riſibilitas eſt* (ſat) *proprietas Rationalitatis*. [Pone D. Thomæ ſententiam, quæ realiter illas diſtinguit.] Eſt enim inter Eſſentiam, & Proprietatem reſpectus; nec tamen ideò illæ ſunt ſimul (in eodem inſtanti) quoniam non exiſtunt, nec temporaneâ duratione afficiuntur.

An Extrema relationum, quæ inter eſſentias intelliguntur, coexiſtant?

Quando cognoſco rem poſſibilem ego ſum in tempore, res tamen cognita omni tempore caret.

Quando ego in inſtanti A cognoſco alium Mundum poſſibilem, ego, qui illum cognoſco, ſum, & exiſto in inſtanti A, at Mundus, qui cognoſcitur, non exiſtit in inſtanti A, quia non ſet, ſed ſat; & ipſum ſare ab omnibus temporis differentiis præſentis, præteriti, & futuri præciditur. Hinc ad argumentum in formâ.

Ab æterno Deus cognovit alium Mundum poſſibilem.

Ergo alius Mundus poſſibilis ab æterno fuit in cognitione Divinâ.

Qualis ſit Dei æternitas?

Antecedens concedo; nempe, illud *ab æterno* intelligendo Theologicè, ita ut idem ſit ac *æternaliter*, & ſimultaneam durationem ſignificet, omnemque realem ſucceſſionem excludat.

An contra Logicam peccet argumentum Henrici?

Dico ad Conſequens. Vel in ipſo illa vox *ab æterno* eo accipitur ſenſu, quo in Antecedenti; & tunc peccatur contra Philoſophiam, quia repugnat, ut Creaturæ æternitas ſimultanea conveniat. Vel illa eadem vox *ab æterno*, aliter ibi accipitur, & aliter in Antecedenti; & tunc peccatur contra Logicam: conſtat enim hoc argumentum quatuor terminis, & ideò in eo nil omninò concluditur.

Explicatur æternitas ſecundùm circumſtantiam ſimultatis quã habet.

Ergo, quia Deus, qui cognoſcit, æternus eſt: & alius Mundus, qui cognoſcitur, omni exiſtentiâ, & duratione deſtituitur; ajo, illud Enthymema allucinationi, & errori occaſionem præbere, & poſtulare, ut transferatur ad Metaphyſicam noſtram dialectum. Ipſum igitur reſcribo ſic.

Philoſophorũ propoſitiones, quæ eſſentias & exiſtentiam concernunt, & aguot de Deo & Creaturis, nunquam intelligentur be-

Deus, qui ſyt (*eſt æternaliter*) *cognoſcens alium Mundum, qui* ſat, *eſt* (*carens omni exiſtentiâ eſt*) *poſſibilis.*

Ergo Mundus, qui ſat (*carens omni exiſtentiâ eſt*) *poſſibilis, cognoſcitur à Deo, qui* ſyt (*æternaliter eſt*) *cognoſcens.*

Nec videri mirum alicui debet, à me tem-

po-

ne niſi in noſtram dialecti transferantur.

poraneam omnem actualem durationem Poſſibili Mundo negari: ſiquidem negatur à Theologis Angelis exiſtentibus. Joannes de S. Thomâ *in tr. de oper. ſex dier. num.* 5. [Conſiderandum eſt duplex eſſe genus Creaturæ: alterum extra omne tempus, & motum ſicut Angeli: alterum conjunctum tempori & motui. &c.]

CCXCVI.
Sententia Magiſtri proponitur: & admittitur.

VIOLANUS modò Sententiam alteram, quæ eſt Magiſtri. *Nulla creatura antequam crearetur habuit aliquod ab æterno eſſe, quod eſſet verum reale, & actuale.* Sententiam hanc ponit Scotus ut contrariam Henrico: at Henricus, ut paulò antè cum P. Joanne Pontio dixi, ſemper exiſtentiam Creaturis ab æterno negavit, & de eſſentiæ tantùm exercitio diſſeruit. Porrò Magiſtri veram eſſe ſententiam, verba Auguſtini, ibi producta, evincunt. *Erant,* ait, *in Dei ſcientiâ, non exiſtentia in ſui naturâ.* Ubi, ut vides, Auguſtinus naturam, ſeu eſſentiam, ab exiſtentiâ diſtinguit. Sanè verba Hipponenſis Epiſcopi benè exponit Scotus: at, quia ego Novæ Dialecto inſiſtens, omnia clariùs expedio, quo Deus Electos modo intelligat, paucis ediſſero.

De D. Bernardo. Non eſt ingreſſus Purgatorium, ſed immediatè tranſivit ad Cælum.

Ait Ricciolius in Chron. *Bernardus Abbas Clara-vallis, Burgundus, &c. migravit rectâ in Cælum anno* 1153. *completis annis* 63. *ingreſſuſque* 64. *die* 20. *Auguſti.* Erat ergo Bernardus, ut loquar cum Divino Doctore in Dei ſcientiâ, non in exiſtentiâ, ſeu in ſui naturâ. Modò ſequens enthymema conſidera.

Ita debet Oratio Activa in Paſſivam converti, ut in utraque ſolum Deum æternitas, & ſolum creaturam Tempus afficiat.

Deus ſyns *(exiſtens æternaliter) in hoc* nunc *æternitatis, cognoſcit diem* 20. *Aug.* 1153. *& in eo D. Bernardum* ſentem *(exiſtentem) tranſeuntemque feliciter ex hac vitâ ad æternam.*

Ergo dies 20. *Aug.* 1153. *& in eo D. Bernardus* ſens *(exiſtens) tranſienſque feliciter ex hac vitâ ad æternam, cognoſcitur à Deo,* ſynte *(exiſtente æternaliter) in hoc* nunc *æterni tatis.*

Perpendatur benè hoc exemplum, nam intelligens & res intellecta non debent neceſſariò coexiſtere.

Conſidera illud *æternaliter*, & illud 20. *Aug.* 1153. Et, ne toto Cælo durationes confundas, Æternitas Dei duratio propria eſt: & non poteſt convenire creaturis. Ergo licèt, Deus, qui cognoſcit, ſit æternaliter, non ideò eſt, aut eſſe poteſt, æternaliter Bernardus, qui cognoſcitur. Temporanea duratio, quæ finita & ſucceſſiva eſt, & formaliter Bernardum afficit, formaliter non eſt in Deo. Ergo nec res intellecta durat duratione Mentis intelligentis: nec rei intellectæ duratione Mens intelligens.

CCXCVII.
De Tertiæ Sententiæ argumentis.

SUpereſt, ut Tertiæ Sententiæ argumenta recognoſcamus. Illa diſſolvit Scotus ex communi doctrinâ: nos eadem breviùs, & clariùs noſtræ conſtando diluemus.

Ad Primum, quod erat. *Deus ab æterno cognovit lapidem poſſibilem. Ergo lapis poſſibilis ab æterno fuit cognitus. Ergo ab æterno fuit.* Reſpondeo, hoc argumentum jam fuiſſe à nobis enervatum.

Inter potentias intentionales & earumdem objecta eſſe debet proportio.

Ad Secundum dico, inter rem cognitam & potentiam cognoſcentem proportionem requiri: ita, ut utraque ad eamdem claſſem ſpectet. Et talis eſt inter viſibile, & viſivum; audibile, & auditivum; &c. intelligibile, & intellectivum. &c. Et hujus proportionis defectu, nec ſonos oculi, nec colores poſſunt aures percipere. Sed proportio hæc ad probandam Tertiam Sententiam non conducit.

An debeat ſervari inter extrema Relationum proportio?

Dices, ad rem eſſe conſiderationem proportionis: & te argumentum alio modo reponere. Nempe ſic. Servari debet inter cognitionem activam, & paſſivam durationis proportio: nam ſi Petrus hodie parietem videt: hodie videtur paries, non autem fuit heri viſus, nec cras erit videndus. Similiter ergo de Divinâ Intellectione idem eſt ſtatuendum, quoniam eſt intuitiva, præſentiamque proprii objecti requirit. Ergo, quando Deus lapidem intelligit, lapis intelligitur. At illum Deus ab æterno intellexit. Ergo lapis fuit ab æterno intellectus.

Reſpondeo hoc argumentum tuâ induſtriâ eò devectum eſſe, ut cum primo coincideret: adeòque ſolutum jam fuiſſe ſuperiùs, ubi primum.

Poſita nova dialecto tollitur æquivocatio,

Ad Tertium reſpondeo, illud laborare quatuor terminorum ſophiſmate: nam ſare cum ſere (hoc eſt, eſſe quiditativum, ſeu poſſibile cùm eſſe exiſtentiali) manifeſtè confundit: Quoniam, ſi legatur attentè, benè probat, quòd *Omne Ens ſit poſſibile*, non autem quòd *Omne ens ſit.* Non enim eſt bona Conſequentia, *Alius Mundus eſt poſſibilis. Ergo alius Mundus eſt.* Nam illud *eſt*, in Antecedenti eſt ſat *(habet eſſe quiditativum poſſibile)* & in Conſequenti eſt ſet *(habet eſſe exiſtentia.)*

CCXCVIII.
An in *Non eſſe* detur magis, & minus?

Ad Confirmationem dico me reperire in ipſomet *Non-eſſe*, ſive in *Nihilo* gradus; hoc eſt, magis & minus: magis enim eſt Nihilum, quod ſimul eſſentiâ & exiſtentiâ caret, qualis eſt chimæra; quàm, quod habet eſſentiam, & ſolâ exiſtentiâ deſtituitur, qualis eſt alius Mundus: non enim *eſt* (ſet, exiſtit) ſed tamen ſat, ſeu *eſt poſſibilis.* Et veniendo ad illam Conſequentiam, *Ergo poſſibile non eſt omninò Nihil, ſed aliquod Ens*, undecumque deducatur, illam diſtinguo, ſi Poſſibile *eſſe*, hoc eſt ſare, eſſentiam habere dicatur, concedo, ſi autem dicatur *eſſe*, hoc eſt, ſere, habere eſſentiam exiſtentem, nego.

Chimæra eſt omninò nihil. At Creatura poſſibilis non eſt omninò nihil.

In Quarto argumento duplicem S. Auguſtini autoritatem reperio. Prima non urget; nam in ipsâ illud *eſt*, non jam ſere *(habere exiſtentiam)* ſed ſare *(eſſentiam habere)* ſignificat. Et hoc conſonat noſtræ Reſolutioni. Et hîc obiter nota, per capacitatem Formæ hoc in loco Auguſtinum intelligere Materiam primam: ſic enim eum Scotus hoc ipſum argumentum diluens interpretatur. Materia igitur prima ad Auguſtini mentem conſiderata, ut ſaino, ut à Formâ diſtinguitur, & eſt pura potentia, dicit prædicata eſſentialia, & eſt nonnullum bonum.

Verùm materia ad mentem Auguſtini ex ſe habeat eſſentiam & bonitatem?

Confirmat etiam noſtram Reſolutionem altera ejuſdem Divini Doctoris autoritas, quę ibidem ponitur. Quoniam, qui ſcribit literas. &c. Hoc exemplum protulit Auguſtinus; ſed nos ut clariùs percipiatur à nobis ſtare argumentum, aliud exemplum proponamus. Attende. Pictor, quando imaginat Cæſarem, eamdem prorſus figuram, quam manu delineat, mente concipit; non aliam. Ergo utraque (mens, & manus) ad Imaginem illam concurrit. Mens ad figuræ eſſentiam; quòd talis, & non talis ſit; manus ad exiſtentiam; non enim imago illa exiſteret, niſi ma-

Exemplum ab Auguſtino propoſitum exemplo altero dilucidatur.

Proponitur exemplum in artefacto, quomodo ad ejus eſſentiam & exiſtentiam mens & manus côcurrant.

nus faceret, quod mens præſcriberet. Ergo imaginis eſse (ſare) hoc eſt, *eſſe talem*, à mente provenit: ipſius autem ſere, hoc eſt, *exiſtere*, à manûs motu & dexteritate procedit.

Exemplum ab Scoto poſitum rejicitur & impugnatur.

Et huc juvat verba Scoti ponere, & examinare; inquit enim. *Si Cæſar eſset adnihilatus, & tamen eſset ſtatua Cæſaris, Cæſar eſset repræſentatus per Statuam: illud eſse repræſentativum eſt alterius rationis ab omni eſse ſimpliciter, ſive eſsentia, ſive exiſtentia. Nec eſt eſse diminutum Cæſaris, quaſi aliquid Cæſaris habeat hoc eſse, & aliquid non, ſicut Æthiops eſt diminutè albus, quia aliquid ejus, ſed totius Cæſaris.* Hic autem ego duo reperio animadverſione digniſſima; alterum, eſſentiam Cæſaris non poſse adnihilari; Cæſar enim, ſi adnihilaretur, non ſeret, non exiſteret; at ſaret, haberet ſua prædicata eſsentialia, videlicet, Animalitatem, Rationalitatem, & Hæcceitatem. Alterum, Statuam illam non repræſentare eſsentiam Cæſaris, ſed corporis Cæſarei figuram, & hanc non poſse adnihilari: quod probatur clariſſimè. Nam, ſi Cæſar habuiſset figuram ſphæricam, ex. gr. & tamen aut ſtatua Cæſaris, aut etiam ipſemet Cæſar divinitùs adnihilaretur, adhuc maneret Figura Sphærica quoad eſsentiam, quam poſsent Geometræ contemplari, & metiri. Ergo Figuræ quoad eſsentiam non ſunt adnihilabiles. Exemplum ergo illud, quod Scotus proponit, eſt omninò impoſſibile.

An Eſſentiæ poſſint adnihilari?

Statua non repræſentat quiditatem.

Figurarum eſſentiæ, quas contemplantur Geometræ nequeunt annihilari.

Annihilato Cæſare quoad figuram, omnes illius picturæ & ſtatuæ annihilantur.

Sed petis, ut exercitii & eruditionis gratiâ, concedatur Deum adnihilaviſse Cæſaris figuram quoad eſſentiam. Concedo. At dico, in caſu ſtatuam Cæſaris quoad figuram, eodem momento fore ſimiliter adnihilandam. Et hoc demonſtrabo clariſſimè. Nam, ſi eſſentiam Trianguli adnihilaret Deus, nullus maneret in orbe terrarum Triangulus: Ergo, ſi eſsentiam illius figuræ, quam habuit Cæſar, adnihilaret Deus, nullum maneret in toto Mundo corpus, quod eam haberet. Ergo nullum, quod eſset Cæſaris ſtatua. Ergo, ſi repugnat, ut in caſu detur ſtatua Cæſaris, fruſtrà quæritur, quale ſit, aut non ſit, eſse repræſentativum, quod non habet.

CCIC.

An Avicenna ab Henrico, aut contra Henricum ſit?

Sed neque pro Henrico, ſed pro nobis militat Avicenna: cujus ſententiam neſcio, an ſatis benè, aut ſaltem ſatis clarè intelligat, & exponat Scotus: inquit enim: *Avicenna loquitur de fluxu Formarum à Deo, in quantum intellecta ſunt, & de fluxu omnis entis quod eſt; hoc eſt, rei, in vero eſſe, & concedo, quòd ſicut aliud eſt eſſe intellecti in quantum intellectum, ab eſſe vero, quod eſt eſſentiarum extra animam; ita eſt fluxus iſte, & ille, alius, & alius. Utroque fluxu fluit Res à Deo; non ſic in nobis, quia res præexiſtunt extra animam, vel in ſe, vel in causâ, ad hoc ut moveant intellectum noſtrum ad actum intelligendi. Non autem dicit Avicenna iſtum fluxum in eſſe intellecto eſſe fluxum in eſſe quiditativo, quia eſſe intellectum eſt eſſe diſtinctum contra totum eſſe reale, tam quiditativum, quàm exiſtentia.* Tu breviùs rem expedi, & dic, ad Avicennæ mentem duas res eſſe in creaturâ, eſſentiam, exiſtentiamque, utramque realem, & utramque dependentem à Deo: illam à Deo intelligente, & hanc à Deo intelligente, & volente. Et adde, eſſe veriſſimam Avicennæ ſententiam, quia in hoc diſtinguitur à noſtro Intellectus Divinus, quòd noſter illa, quæ jam ante erant poſſibilia, meditetur, Deus autem contrà intelligendo, ut omnes res ſint poſſibiles faciat.

Aliter res fluunt à Deo, aliter ab hominibus.

Intellectus humani & divini differêtia: Deus intelligendo cauſat ſuum objectû: illud tamen, quod præceſſerat, homines ſpeculamur.

Denique Quintum argumentum, ſi abſit æquivocatio, noſtram Concluſionem dilucidat, quoniam ipſa eſſentia intellecta, ut Sans (hoc eſt, ut habens eſſe eſſentiæ) adhuc eſt in potentiâ ad Sere (hoc eſt, ad eſſe exiſtentiæ) & hoc recipit ab Efficiente, in quantum efficiens eſt. Et tunc fit compoſitio ex Sare, & Sere, hoc eſt, ex eſſentiâ, & exiſtentiâ, & tanquam ex eâdem potentiâ, & actu.

Quomodo ex Sare & Sere fiat Compoſitio?

ARTICULUS V.

CCC.

Controverſia, quæ nuper (art. præced.) inter Henricum & Scotum agebatur, ab Albertino & Lalemandetio reſumitur.

Iterum quæritur, *Utrùm Creaturæ Poſſibiles habeant aliquod* Eſſe quiditativum *ab æterno*?

Diſcutiuntur, & perpenduntur Rationes, de quarum efficaciâ, & ſolutione Albertinus, & Lalemandetius diſceptant.

Defectu vocabulorum ipſámet Quæſtio malè ab Albertino proponitur.

QUOD Creaturæ Poſſibiles in ſe ipſis, & prout diſtinguuntur ab Eſſentiâ Divinâ habeant proprias eſſentias, Albertinus aſſerit, & propugnat: Interim malè loquitur, exponit enim examini hanc Propoſitionem *Creaturæ Poſſibiles habent actuale eſſe eſſentiæ ab æterno*: cùm omittere illud *actuale*, & illud *ab æterno* deberet, & dicere, *Creaturæ Poſſibiles* Sant (*hoc eſt, habent ſuas eſſentias.*) Et hîc obiter nota, Sant carere omni tempore, & ita intelligi debere illud *habent*, ut nullum determinatum, aut indeterminatum in ſuo conceptu includat tempus. Et hîc obiter moneo, me ex Concluſione Albertini abſtuliſſe illud *actu*, ut nullam errori, aut æquivocationi occaſionem relinquerem; nam, ſi actum eſſendi quiditativè ab actu eſſendi exiſtentialiter diſtinguamus,

Non habemus cõvenientia vocabula, ut ſine tempore loquamur, nam illud habent, debet carere tempore.

An, & quo Creaturæ poſſibiles ſeniu, habeant actû?

mus, poſſet Albertinus liberè dicere, *Creatura Poſſibiles habent eſſe eſſentia (hoc eſt, eſſe quiditativum) quod tametſi in exiſtendi genere ſit potentiale tantum, in ſuo genere (nempè, in genere* Sancti) *actuale eſt*.

Inter Thomiſtas, Albertinû, Lalemandetiû, & Caramuelê diſſertatio.

Pergit poſteà Albertinus, & ut clariùs innoteſcat veritas ſuæ Reſolutionis, ſolvit octo argumenta, quæ à Thomiſtis, & aliis Adverſariis objecta. Sed eorum Solutiones ab Albertino traditas Lalemandetius recognoſcit, & manere illa in antiquo vigore, & non benè fuiſſe diſſoluta contendit. Et tandem ſupervenimus nos, qui de Argumento concinnato à Thomiſtis, de ſolutione ab Albertino exhibitâ & de Inſtantiâ vel Replicâ à Lalemandetio adjectâ, Judicium & Cenſuram feremus. Erat ergo Argumentum

Differentiam inter Creationem & Generationem.

Primum. Si Mundus v. gr. haberet eſſe actuale ab æterno, non poſſet dici creatus in tempore: Sed de fide eſt, quòd ſit creatus in tempore, Ergo nullum eſſe actuale habuit ab æterno. Probatur Major; Creatio eſt ex nihilo, ideſt, nihil omninò ſupponit, Quod autem habet eſſe actuale, non eſt nihil, ſed aliquid ſupponit. Ergo ille tranſitus ab eſſe actuali eſſentiæ ad eſſe actuale exiſtentiæ non poteſt dici Creatio.

Quomodo illud ex nihilo in definitione creationis intelligendum ſit?

Reſpondet Albertinus ſufficere ad Creationem nihilum exiſtentiæ. Sed hæc reſponſio judicio Lalemandetii nulla eſt: Primò, quia ſic omne generans diceretur creare; quia generans totam producit exiſtentiam. Secundò, quia Creatio in hoc differt à generatione, quòd generatio præſupponat aliquid prævium, Creatio verò nihil omninò actuale ſupponat, ſed ſit ſimpliciter à non ente actuali, ad ens actuale.

Mihi autem ut ſub initium monui, ipſamet Propoſitio, quorumcumque illa ſit, quam Thomiſtæ impugnandam adſumunt, falſa videtur, & coaleſcens ex terminis incongruè poſitis. Illa eſt, *Hic Mundus ab æterno habuit eſſe actuale*. Et tamen Mundus ab æterno non fuit. Ergo ab æterno nihil habuit: quod enim non eſt, & non exiſtit nihil habere poteſt. Præterea τὸ *eſſe actuale* exiſtentiam importare videtur. Ergo, ſiquidem vocabulorum defectu, debemus, velimus, nolimus, malè loqui, corrigendus eſt intellectus, monenduſque ut illud *habent*, ab omni prorſus tempore, determinato, & indeterminato, præſcindat.

An in Creatione fiant prædicata eſſentialia?

An Mundus eſſe potuerit ab æterno?

An in Creatione neceſſariò fiat tranſitus à privatione Exiſtentiæ ad poſitionem Exiſtentiæ?

Ut autem exiſtimo, Creationem benè exponit Albertinus, nam per Creationem non fiunt prædicata eſſentialia, ſed fit ut illa habeant exiſtentiam tantummodò; Immò nec requiritur, ut à Non-exiſtentiâ ad exiſtentiam fiat tranſitus; multi enim & valde docti Theologi, aſſerunt potuiſſe Deum Mundum creare ab æterno, & quidem tunc; videlicet, ſi Mundus fuiſſet ab æterno creatus, nunquam exiſtentiâ caruiſſet. Ergo Creationis quiditativa ratio poſtulat, ut res ex nihilo ſubjecti fiat. Et conſonat hæc doctrina B. Anſelmo, qui *Monol. cap.* 8. ſcribit. *Dicitur* aliquid eſſe factum ex nihilo, *cùm intelligimus, eſſe quidem factum, ſed non eſſe aliquid, unde ſit factum. Per ſimilem enim ſignificationem dici videtur, cùm homo triſtatur ſine causâ, dicitur,* contriſtari ex nihilo, *&c.* Non ergo certa & indubitata ſunt, quæ de Creatione, ac ſi eſſent certa, ponit Lalemanderius. Præterea, omnia, quæ hîc dicit & reperit Lalemandetius his, quæ *in Logic. diſp.* 9. *partit.* 4. *columa.* 392. dixerat, adverſantur. Ibi enim creaturas poſſibiles, non jam ſecundum eſſe exiſtentiale, ſed ſecundum eſſe quiditativum fuiſſe ab æterno, docet: & adnihilatis rebus eſſentias non adnihilari. Et, quia poſteà increatas eſſentias eſſe affirmat, laborat, ut oſtendat illis non competere Divinitatem. Vide, quæ diximus *Diſſertationis* II. *Part.* 3. *Artic.* VIII. §. *An Creatura poſſibiles ſint ab Æterno?*

An Eſſentiæ ſint ab æterno? An ſint increatæ? An diſtinguâtur à Deo?

CCCI. Secundum. Annihilatio eſt ad non eſſe actuale; Sed ſi eſſentiæ haberent eſſe actuale ab æterno, corruptiſque exiſtentiis ſemper remanerent, nihil Deus poſſet annihilare; quia res illa, quam vellet annihilare, ſemper remaneret ſecundùm ſuum eſſe actuale eſſentiæ.

An res, quæ exiſtunt poſſint annihilari?

Reſpondet Albertinus ad annihilationem ſufficere deſtructionem exiſtentiæ: Sed hæc reſpôſio nô ſatisfacit Lalemandetio; nam, ut ſic corruptio, & annihilatio eſſent idem: Adde quòd ordinariè dicitur quòd ſublatis primis ſubſtantiis tolluntur & ſecundæ, *ex cap. de Subſtantia*, Ergo deſtructis primis Subſtantiis, id eſt, individuis exiſtentibus, pereunt quo ad ſuam actualitatem naturæ univerſales, id eſt, eſſentiæ.

An deſtructis primis ſubſtantiis pereant ſecundæ?

Ego autem in Argumenti Minore, nego illud *remanerent*, nam hæc vox exiſtentiam importare videtur; & ideò dico, quòd adnihilatis rebus, non manerent, eſſent, aut exiſterent earum eſſentiæ, ſed ſolummodò Sacrent.

Et ad Albertini reſponſionem veniens, eam bonam & ſufficientem eſſe affirmo, & non benè à Lalemandetio refelli.

Quomodo annihilatio & corruptio differant inter ſe?

Non enim ex eâ ſequitur Corruptionem & Adnihilationem coincidere: nam Corruptio fit in ſubjecto, & adnihilatio extra ſubjectum.

Illud quod de Primis & Secundis Subſtantiis dicitur, non eſt ad rem. Nam, cùm Secundæ includantur in Primis, ſublatis his ſecundùm exiſtentiam, etiam illæ ſecundùm exiſtentiam auferentur: & ſublatis his ſecundùm eſſentiam (quod contingerent, ſi poneremus illas reddi impoſſibiles) etiam illæ ſecundùm eſſentiam auferentur.

An eſſentiæ rerum ſint neceſſariæ?

Tertium. Si eſſentiæ ab æterno haberent eſſe actuale, eſſent ſimpliciter neceſſariæ: Nihil autem habet eſſe ſimpliciter neceſſarium, niſi ſolus Deus. Non ergo eſſentiæ ab æterno habent eſſe actuale.

An aliter ſint neceſſariæ, quâ eſſentia Divina?

Reſpondet Albertinus, concedendo eſſentias eſſe entia neceſſaria, ſed diverſa neceſſitate ab eâ neceſſitate, quâ Deus eſt ens neceſſarium; quia Deus eſt ens neceſſariò exiſtens, & omninò independens: at creaturæ non ſunt exiſtentialiter neceſſariæ, & ſecundùm ſuas eſſentias ſunt dependentes à Deo, ſaltem in genere cauſæ exemplaris.

CCCII. Sed neque hæc ſolutio, Lalemandetii opinione ſatisfacit; Nam ſemper remaneret quòd eâdem neceſſitate, quâ Deus eſt ens neceſſarium in genere cauſæ efficientis, & in genere cauſæ formalis; ita creatura ſecundùm eſſentiam eſſet neceſſaria in genere cauſæ efficientis, & in genere cauſæ formalis. Sicut

enim,

Digitized by Google

An eſſentiæ Creaturæ ſit neceſſaria in genere cauſæ efficientis?

enim, quia Deus nullam habet cauſam efficientem, ideò eſt ens neceſſarium in genere cauſæ efficientis, ita ſi creatura ſecundùm eſſe actuale eſſentiæ nullam haberet cauſam efficientem, eſſet Ens ſimpliciter neceſſarium ſecundùm ſuam eſſentiam in genere cauſæ efficientis, Ergo eâdem neceſſitate, quâ Deus eſſentialiter eſt ens neceſſarium & independens in genere cauſæ efficientis; ſimili, inquam, neceſſitate creatura eſſet eſſentialiter neceſſaria, & indepêdens in genere cauſę efficientis. Hoc autem eſſet contra communem Philoſophorum doctrinam, devenientium ad unicum ſolum ens primùm ſimpliciter neceſſarium & independens, à quo cætera entia ſecundùm ſe tota dependeant.

Deus eſt ſimpliciter neceſſarius in genere cauſæ cognoſcentis.

Ego autem in illâ Conditionali, quæ loco Majoris ponitur Argumento, priorem partem cum tædio & faſtidio rejicio; non enim adſumitur ibi ſententia, quæ deberet. Nos enim non dicimus *Creatura ab æterno habent eſſe actuale*, ſed *Creatura* Sant (*hoc eſt, habent eſſentias.*) Sed ponamus Propoſitionem eſſe hanc, *Creatura ab æterno habent actuales exiſtentias*: & dicam falſam eſſe & hæreticam, non autem inde inferri poſſe illas fore neceſſarias ſimpliciter. Nam, ſi Mundus fuiſſet ab æterno productus, (quòd fuiſſe poſſibile probabilis aſſeverat Opinio) non ideò fuiſſet aut eſſet neceſſarius ſimpliciter.

Semper quando agitur de Creatura poſſibili debemus præſcindere ab exiſtentia, ergo etiam à tempore, ergo allucinabitur qui dicat illas fuiſſe ab æterno.

Deum eſſe ens neceſſarium, & Creaturarum eſſentias eſſe neceſſarias; ſed aliter omninò neceſſarias, univerſi fatemur. Differentiam inter unam & alteram neceſſitatem, Albertinus bene exponit, & explicat; nam Deus neceſſariò exiſtit; creaturæ verò contingenter exiſtunt; niſi enim illas creaviſſet Deus, non exiſterent.

Creaturarum eſſentiæ non ſunt à ſe ipſis, ſed ab Intellectu Divino ſamuntur, aut ſantur.

Et nihil contra Albertinum probant, quæ congerit Lalemandetius; Primò, Quoniam in Logicâ, ut paulò antè notavi eſſentias increatas, & neceſſarias eſſe, Lalemandetius aſſeruerat. Secundò, Quoniam creaturarum eſſentiæ non ſunt à ſe ipſis, ſed à Deo in genere quaſi Cauſæ efficientis: & conſultò pono illud *quaſi*; quia Cauſa efficiens Ariſtotelica, quam docemur in Phyſicâ, ad Exiſtentias terminatur: eſt tamen illi ipſi aliquomodo ſimilis Intellectus Divinus cùm *Eſt* (Samit) eſſentias.

Quartum. Illud omne quod non eſt factum à Deo, vel nihil eſt actuale, vel eſt ipſemet Deus; At Creaturarum Eſſentiæ, nec ſunt factæ à Deo, nec ſunt Deus. Ergo illæ nihil omninò ſunt.

Quod neq; eſt Deus, neq; à Deo eſt factũ, nihil eſt.

Reſpondet Albertinus illas non eſſe à Deo efficienter, non tamen eſſe Deum ipſum; ſufficere autem quòd ſint à Deo in genere cauſæ exemplaris, ut dicantur non eſſe nihil. Sed contrà inſtat Lalemandetius. Rerum eſſentiæ non ſunt à Deo in genere Cauſæ efficientis, Ergo ſunt à ſe in genere cauſæ efficientis? Ergo eſt aliquod ens à ſe actuale præter Deum? & per conſequens dabitur aliqua entitas actualis independens à Deo? quod dicere eſt maximè abſurdum, non modò de entitate exiſtentiali, ſed de qualibet: Si enim hoc verum ſit de eſſe eſſentiæ, hæc propoſitio eſt vera, *Aliqua actualis entitas eſt independens à Deo*, quod dicere & Philoſophia, & Sacra Theologia prohibent.

An aliqua res actualis poſſit eſſe independens à Deo?

An exemplaris cauſa ſine concurſu Efficientis aliquid operetur?

Tu autem dic illud eſſe, quod eſſentiæ habent eſſe objectivum; illudque recepiſſe à Deo, non in genere Cauſæ efficientis, non enim eſt *eſſe factum*: ſed neque in genere Cauſæ exemplaris; ideæ enim & prototypi nil omninò operantur, niſi concurrat Cauſa efficiens: ſed in genere Principii Intelligentis, nam intelligendo illas Deus, illas *eſt*; illas Samit; illis dat illud eſſe eſſentiale, & quiditativum, quod habent.

CCCIII.

An creatura ſaltem partialiter ſit à ſe?

Quintum. Si eſſentiæ non fierent, ſed donarentur exiſtentiâ, quando producuntur & creantur, poſſet gloriari creatura ſe quoad principaliorem ſui partem eſſe à ſe; At certè creatura hoc non poteſt facere, repugnat enim, quòd ſit creatura totaliter, & tamen quoad principaliorem ſui partem ſit à ſe: ut ſic enim nõ erit niſi partialiter & minùs principaliter creatura.

An gloriari Creatura poſſit, quòd in aliquo genere non dependeat à Deo?

Reſpondet Albertinus non poſſe Creaturam ſic gloriari, quia non eſt à ſe in genere cauſæ exemplaris, neque eſt à ſe quoad exiſtentiam in genere cauſæ efficientis. Sed inſurgit contra Lalemandetius, & exclamat. Hæc Reſponſio non evacuat vim allatæ rationis, ſemper enim ex eâ ſequitur, quòd ſaltem in aliquo genere cauſæ gloriaretur creatura ſe eſſe à ſe, & independentem à Deo, & quòd ſecundùm principaliorem ſui partem non eſſet creatura; ſed tantùm ſecundùm quemdam modum, nimirùm exiſtentiam, ideoque ſecundùm quid: non enim dicitur creatura, quia dependet à Deo in genere cauſæ exemplaris, ſed quia ab eo dependet in genere cauſæ efficientis: ſicut imago elaborata à pictore, non dicitur dependere à pictore in ſuo eſſe, quia eſt ſimilis Ideæ, quam habuit pictor antequam ipſam faceret, ſed quia facta eſt ab ipſo pictore: Ita creatura eſt ſimpliciter creatura, quia dependet à Deo ſimpliciter in genere cauſæ efficientis, hoc eſt, ſecundùm ſe totam; alioquin nequaquam debebit dici creatura ſimpliciter, ſed tantùm ſecundùm quid, hoc eſt, ſecundùm exiſtentiam.

Quid formaliter dicat ar te factum, an cauſam exemplarem tantùm an etiam efficientem reſpiciat?

Jam Albertinum monui à Deo dependere Creaturarum eſſentias in genere Cauſæ Samentis, hoc eſt, quaſi efficientis: & hoc ſemel poſito, diſſlari omnia, quæ Lalemandetius conglomerat.

Quo Eſſentiæ modo à Deo dependeant?

CCCIV.

Proponitur error VViclefſi.

Sextum. Valdenſis *libr.* 1. *doct. fid. cap.* 8. ponit inter errores Wicleff, dicere creaturas ab æterno habere aliquod eſſe reale diſtinctum ab eſſe Dei. Confirmatur: Quia vel hoc eſſe habent à Deo, vel non: Si non, Ergo eſt independens & conſequenter Deus: Si ſic, Ergo datur creatio ab æterno.

An ab æterno ſint Eſſentiæ?

Reſpondet Albertinus ex Capreolo eſſe errorem ponere aliquod exiſtens ab æterno independens à Deo: non tamen eſſe errorem ponere aliquod eſſe eſſentiæ ab æterno, independens à Deo in genere cauſæ efficientis, quamvis eſſet error ponere independens in genere cauſæ exemplaris.

Sed ex hac non bene reſpondere Albertinum urget Lalemandetius: ſemper enim ex ejus Reſponſione ſequuntur jam indicata incommoda; nimirùm quòd creatura non eſſet ſimpliciter creatura; quia creatio reſpicit cauſam efficientem: deinde quia eſſet aliquod ens actuale æternum, præter ipſum Deum, immò æternum æternitate imparticipatâ

patâ

Quare Deus dicatur æternus æternitate imparticipatâ?

patâ in genere ſaltem Cauſæ efficientis: Quare enim Deus dicitur æternus æternitate imparticipatâ? non certè aliâ de causâ, niſi quia à nullo dependet in genere Cauſæ efficientia: ita quia illæ eſſentiæ habentes eſſe actuale à nullo dependerent in genere Cauſæ efficientis, ſaltem quo ad hoc dicerentur æternæ æternitate imparticipatâ. Nolim tamen damnare hæreſeos dictam Henrici & Albertini opinionem, cùm nec ipſe Scotus, nec alii Authores impugnantes Henricum ipſum, dictâ labe inficiant. Wicleffus verò condemnatus eſt eò quòd poneret eſſe exiſtentiam ab æterno.

An Henrici opinio coincidat cum errore VVicleffi.

Ego verò ad argumentum ex Valdenſi deſumptum dico, Wicleffum poſuiſſe creaturas ab æterno exiſtentes; & in hoc fuiſſe hæreticum, & meritò ab Eccleſiâ damnatum.

Ad Confirmationem dico, illud *Eſſentia eſſe*, velut nos loquimur, illud ſare, quod habent Creaturæ, fuiſſe illis à Deo communicatum: nego autem inde ſequi creationem eſſe ab æterno: nam Creatio ad res ſentes, ſeu exiſtentes terminatur, & tamen illæ Creaturarũ eſſentiæ, de quibus diſputamus non ſent (hoc eſt, *non exiſtunt*.)

Creatio terminatur ad exiſtentiam.

Ad id, quod ex Capreolo aſſerit Albertinus, fateor eſſe errorem in Fide ponere aliquid quod ab æterno exiſtat & tamen non dependeat à Deo: quia aut ponere creaturam ab æterno, aut independentem à Deo, Orthodoxa non permittit Religio. Addo repugnare ut id, quod non exiſtit, ſit, fuerit-ve ab æterno. Ergo non concipit quid ſit eſse eſſentiæ Albertinus, quando illud exiſtimat fuiſſe ab æterno. Et ſubjungo illud eſſentiæ eſſe non ſolùm in genere Cauſæ exemplaris, ſed etiam in genere Cauſæ quaſi efficientis à Deo procedere.

Res quæ non exiſtit, non habet eſſe quod potuerit eſſe ab æterno: & in hoc, ut vides Albertinus paſsim allucinatur.

Et hoc ultimum, quod ſubjunxi, enodat omnia, quæ ex oppoſito capire Lalemandetius innodare conatur. Dicimus enim Creaturam totaliter Creaturam eſſe; cùm, quia illi communicavit eſſentiam Intellectus Divinus: tum, quia Creatio ad totam Creaturam (eſſentiam & exiſtentiam) terminatur: quia ſicut completus & totalis terminus Caleſactionis eſt calidum: ſic & totalis completuſque Creationis eſt eſſentia exiſtens.

Creatura totaliter creatum eſt tam quo ad eſſentiam tam quoad exiſtentiam.

CCCV.

An ab eſſentia ad exiſtentiam Legitimè decurrat argumentum?

Septimum. Specialiter formatur contra Henricum; qui, ut putavit Scotus, dicebat rerum eſſentias habuiſſe eſse actuale ab æterno. Contra Henricum itaque ſic Adverſarii argumentantur. Per te eſsentia rerum eſt actualiter ab æterno: Sed exiſtentia eſt quædam res, ergo eſsentia exiſtentiæ eſt ab æterno, & per conſequens exiſtentia eſt eſsentialiter ab æterno: Igitur res non modò habebunt actualem eſſentiam ab æterno, ſed etiam exiſtentiam eſſentialiter, ſicque erunt verè eſſentialiter, & exiſtentialiter ab æterno.

Reſpondet Albertinus eſſentiam exiſtentiæ non eſſe actualem ab æterno, bene tamen eſsentiam ipſius eſſentiæ: quia, inquit, in exiſtentiâ ceſſat ratio, ob quam eſſentiæ aliarum rerum poſtulant eſse actuale ab æterno, ideò enim illud eſse poſtulant, quia per illud habent non repugnantiam ad exiſtendum.

An ſi qua ratio probat eſſentias fuiſſe ab æterno, eadē æquè probet fuiſſe etiam ab æterno exiſtentias?

Sed hæc diſparitas à Lalemandetio non admittitur: quia pari modo inferri poteſt exiſtentias non habere repugnantiam ad exiſtendum, alioquin nunquam poſſent exiſtere, Ergo non erit diſpar ratio: ſed ſicut eſſentiæ rerum habebunt eſſe actuale ab æterno, cùm habeant non repugnantiam ad exiſtendum: ita exiſtentiæ, quia habent non repugnantiã ad exiſtendum, dicentur ſecundùm ſe & ſecundùm ſuam eſſentiam, & in quantùm ſunt exiſtentiæ, eſſentialiter habere eſſe actuale ab æterno: ſicque res forent actualiter ab æterno, & ſecundùm eſſe eſſentiæ, & ſecundùm eſſe exiſtentiæ: quod tamen nemo dixerit abſque periculo erroris Wicleffi.

An exiſtentiæ ab æterno habeant potentiam ad exiſtendum?

Ego autem dico Primò eſſe falſum quòd rerum eſſentiæ fuerint ab æterno.

Eſſentiæ non fuerunt ab æterno.

Dico Secundò inter eſſentias & exiſtentias dari diſparitatem: non, quam adſeruit Albertinus, & Lalemanderius impugnavit; ſed aliam certiorem & manifeſtiorem. Nam eſſentiæ Rerum Poſſibilium exiſtere poſſunt *ut quod*. At eſſentia exiſtentiæ in eo ſita eſt ut poſſit exiſtere *ut quo*. Nec ex eo, quòd ab æterno eſſentiæ eſſentiarum & exiſtentiarum fuerint, ſequitur Creaturas exiſtentes fuiſſe ab æterno: ſicut enim Album non eſt Corpus & Albedo, ſed Corpus habens Albedinem, ſic Creatura exiſtens non erit eſſentia & exiſtentia, ſed eſſentia habens exiſtentiam, &c.

Etiam ſi eſſentiæ fuiſſent ab æterno, non ideò res aliqua exiſtens fuiſſet ab æterno.

CCCVI.

An deſtrui eſſentiæ poſſint?

Octavum. Poſito eſſe eſſentiæ illud *eſſe* eſt terminus cognitionis Divinæ; Deſtruatur autem illud eſſe eſſentiæ, mutabitur cognitio Divina, Ergo cognitio Dei erit mutabilis: hoc tamen inconveniens non ſequetur, ſi dicamus creaturam habere eſse tantùm potentiale in causâ, quia tunc non poſset concipi deſtructio illius eſse potentialis, niſi deſtructâ causâ, quæ eſt Deus, cujus deſtructio concipi nequit.

Reſpondet Albertinus creaturas eſse tantummodò objectum ſecundarium & extrinſecum cognitionis Divinæ; & proinde illo deſtructo non variaretur cognitio Divina niſi extrinſecè. Recognovit hanc Lalemandetius Reſponſionem, & ait, illam aliquo modo diminuere valorem argumenti, non tamen omninò deſtruere. Et, ut id perſuadeat, hanc Inſtantiam proponit. Deus ab æterno cognovit eſsentiam Antichriſti futuri, deſtruat nunc illam eſsentiam, certè non ſe habebit quo ad hoc eodem modo cognitio Dei atque anteà; nam anteà terminabatur ad aliquod eſse actuale ſecundùm Albertinum, nunc verò terminatur ad nihil; de nihilo autem nulla eſt cognitio, ſicut nullam de Chimærâ Deus habet notitiam.

Poſito uno impoſſibili non eſt inconveniens, quòd ſequatur aliud impoſſibile: Ergo poſito quod formica repugnet, non erunt abſurda impoſſibilia, quæ ex iſta hypotheſi neceſſariò inferentur.

Dico, non bene argumento propoſito reſpondere Albertinum, quomodocumque enim objectum (primarium, ſeu ſecundarium) mutaretur, mutaretur Divina cognitio, ut bene replicat Lalemanderius. Nos ergo, ut conſequentiæ ratio poſtulat, reſpondeamus.

Repugnat, ut eſſentiam aliquam adnihilet vel deſtruat Deus.

Dicebant Adverſarii. *Illud eſſe eſſentiæ eſt terminus cognitionis Divinæ*. Concedimus. Sed addunt. *Deſtruatur illud eſſe Eſſentiæ*. Et nos hoc eſſe impoſſibile dicimus. Unde concedimus Lalemanderio, *Deum ab æterno Antichriſti futuri eſſentiam cognoviſſe*. Dicit il-

Cur id repugnet.

le.

Digitized by Google

le. *Deſtruat nunc illam eſſentiam Deus*. Et reſpondemus, hoc eſse abſolutè impoſſibile. Et hæc impoſſibilitas nullam ponit in Deo imperfectionem: res enim poſſibiles, quas Deus intelligendo **ſamit** (hoc eſt, *eſſentiat*) illas quoad eſsentias deſtrueret, ſi ab illarum cognitione & intellectione ceſsaret. Atrepugnat, quòd Deus ab intellectione & cognitione Creaturarum Poſſibilium ceſset, Repugnat ergo, ut deſtruat rerum poſſibilium eſſentias.

Vnde oriatur rerum finitarũ poſſibilitas?

Ut hæc ultima reſponſio radicitùs intelligatur, proderit addere ſequentes lineas. Quia Deus cognoſcit ſuas perfectiones, cognoſcit ſe, illas poſse communicare, ergo quia cognoſcit ſe habere perfectionem A, v. gr. cognoſcit ſe poſse facere creaturam, quæ analogicè, habeat perfectionem A, & illam cognoſcendo in genere Cauſæ aut veriùs Principii **Samentis** per intellectum ſuum cauſat iſtam creaturam poſſibilem, Ergo perfectio A, quæ intelligitur in creaturâ extra Deum, & perfectio A, quæ intelligitur in ipſo Deo, habent neceſsariam & eſsentialem connexionem, Ergo ſi tollitur perfectio A, quæ eſt extra Deum, tollitur perfectio, quæ eſt intra Deum, & per conſequens tollitur Deus. Ergo idem eſt dicere, *Faciat Deus, quòd creatura A deſinat eſſe poſſibilis*; ac dicere, *Faciat Deus, quòd ipſe deſinat eſſe Deus*. Non ergo bene, qui hoc ultimum argumentum proponunt, nec Albertinus, qui illud diſſolvere conatur, nec Lalemandetius, qui eum recognovit, connexionem, quæ eſt inter creaturas conſideratas in ſe ipſis, & conſideratas in Deo, radicitùs intellexerunt.

Eſſentiæ divinæ & creaturarum prout conſiderantur in Deo, & earundem prout conſiderantur in ſe ipſis, eſſentialis connexio.

NOTA.

An Creaturæ poſſibiles, ſiquidem non exiſtunt, ſint ſaltem in viâ ad exiſtendum?

CCCVII. Realem inter Eſſentiam & Exiſtentiam diſtinctionem D. Thomas & Thomiſtæ propugnant.

AFfirmant Complutenſes; nam in Phyſicæ *diſp. 3. qu. 4. §. 2. num. 23.* ſic ſcribunt. [Hoc argumentum deſtruit ſtatum præſentis Quæſtionis, quæ locum minimè habet, niſi ſupponatur, aut admittatur, ſaltem diſputationis gratiâ, diſtinctio inter eſſentiam & exiſtentiam; quam aliàs ſatis, ſuperque oſtendere ſolent Thomiſtæ, &c.] Et mox. [Dicendum eſt, rem dupliciter conſtitui extra ſuas cauſas, ſive extra nihil, uno modo vialiter & initiativè; alio modo completè, ultimò, adequatè, & in ſtatu ſiſtentiæ. Qui effectus, ſive modi eſſendi extra cauſas ſunt valde diverſi, & per conſequens poſſunt & debent à diverſis principiis oriri.] Et poſt pauca dicentibus nullam cauſam cauſare poſſe, niſi exiſtat: inferentibuſque Materiam primam non poſſe cauſare, ſeu recipere formam niſi exiſtat; reſpondent, Cauſam Materialem ab efficiente diſtinguendo. Licèt enim Cauſa efficiens exiſtere debeat priùs, quàm cauſet [Materialis tamen, ſolùm petit exiſtentiam in illo inſtanti reali, in quo cauſat. Sed pro illo priori, in quo ſuam cauſalitatem exercet, ſufficit quòd intelligatur (**ſare**, aut **ſaire**) eſſe extra nihil eſſentiæ; & in viâ (ad **ſendum**, vel **ſeindum**) ad exiſtendum.] Et poſteà *qu. 5. §. 1. num. 25. verb. Confirmatur*; hæc habent. [Ordo eſſentiæ & ordo exiſtentiæ diſtinguuntur adequatè: & ille eſt prior naturâ, ad iſtumque eſſentialiter præſupponitur, &c. Ergo actus eſſentiæ indiſpenſabiliter præſupponitur ad actum exiſtentiæ, &c.]

Eſſe in via diſtinguitur ab eſſe in termino.

An Cauſa cauſare poſſit, quin exiſtat?

De Cauſa Efficiente & Materiali.

Eſſe quidditativum & eſſentiale eſt priùs quàm eſſe exiſtentiale.

ARTICVLVS VI.

Proponitur illud Ariſtotelicum Axioma, *Omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe.*

Et inquiritur PRIMO. *Vtrùm illis verbis* quod eſt, Sans, *an verò* Sens (Ens habens eſſentiam, *an potiùs* Ens habens exiſtentiam) *debeat intelligi?* Et SECVNDO, *An, & quo ſenſu hoc ipſum Axioma ſit verum?*

CCCVIII. Eſſendi & Nõ-Eſſendi Æternis non competit viciſſitudo.

REſpondeo, In æternis, perpetuiſque eſſendi & non eſſendi differentias inveniri non poſſe. Ergo, qui dixit, *Omne, quod eſt, quando eſt*, agebat de rebus, quę exiſtebant & durabant tempore & tamen nec ab æterno ſemper fuerunt, ſed poſſunt, aliquando eſſe, & aliquando non eſſe. Ergo in præſenti Axiomate illud, *quod eſt*, non ſignificat **ſans**: nam **ſare**, ab omni exiſtentiâ & temporis duratione præſcinditur, & importat tantummodo *Habens eſſentiam*, Ergo illud, *quod eſt*, ſignificat **ſens**, hoc eſt, *exiſtens*; Unde ipſum Axioma, ſi ad noſtram Metaphyſicam dialectum transferatur per hæc verba tradetur, *Omne, quod* **ſet** *(exiſtit) quando* **ſet** *(exiſtit) neceſſe eſt* **ſere** *(exiſtere)*

Non agit Ariſtoteles in hoc Axiomate de Ente **ſante**, *quod habet eſſentiam*, ſed de Ente **ſente**, *quod habet exiſtentiam*.

Et

Et addo hoc illud Ariſtotelem ſenſu pronunciaſſe.

Vtrùm hoc Axioma ſit verum?

Semel Axiomatis communiſſimi verâ intelligentiâ intellectâ, interrogas, *Vtrùm illud in ſenſu à Philoſopho, & Peripateticis intento, ſit verum?* Et Ego negativè reſpondeo. Et, ut me bene reſpondere perſuadeam, ſic ſcribo. Intentus igitur os & oculos tene.

De Neceſſitatis & Infallibilitatis differentia.

Vtrùm illam noverit Ariſtoteles?

Quænam ſit Hæreticorum Opinatio?

An illi nonnulli Catholici in rebus, quæ Fidem nō tangunt ſubſcribant?

Neſcivit (inquam) Ariſtoteles Neceſſitatem ab Infallibilitate diſtinguere, & ideò multa neceſſaria eſſe aſſerit, quæ ſolùm ſunt infallibilia. Et hac ipſe ignorantiæ caligine Peripateticos, qui ſunt ejus diſcipuli in diverſis gymnaſiis, & Scholis ſuffudit. Eos ſequuntur noſtræ ætatis Hæretici, qui Æternam Beatitudinem, cum Prædeſtinationis Decreto, aut Divinâ Præſcientiâ, eſſe aſſerunt, neceſſariò conjunctam. Et ipſimet Catholici, etſi in rebus, quæ Fidem Orthodoxam concernunt, exſint ab Ariſtotele, in multis Controverſiis Dialecticis, & Philoſophicis, quæ ad Salutem non pertinent, ad mentem Ariſtotelis adlucinantur. Sed Dialecticæ memini; etſi noſtrum intentum hoc in loco non ſit de Philoſophiâ diſſerere, unam ſaltem Propoſitionem, Ariſtoteli & toti Peripatui ignotam, proponamus.

CCCIX.

An Dialectica ſyllogiſmorū efficacia, ſit neceſſaria?

Dicamus ergo Primò, *Dialectica Syllogiſmorum forma infallibiles ſunt, non neceſſaria.* Demonſtratur. In Syllogiſmo ſequenti

DA- *Omnis Prædeſtinatus ſalvabitur.*

RI- *Petrus eſt Prædeſtinatus*, Pone eſſe veram.

I. *Ergo Petrus ſalvabitur*,

Oratio, quæ legitur in Miſſa Secreta.

Conſequentia eſt legitima; eſt enim in *Darii*, Modo ab Ariſtoteleis cognito, & approbato. Præmiſſæ veræ ſunt. Et tamen ejus, non neceſſaria, ſed infallibilis eſt Conſequentia. Et id autoritate Romanæ Eccleſiæ demonſtratur clariſſimè. Die enim Cinerum, & ſæpè aliàs in Quadrageſimâ Deum orat, & adorat his verbis. *Deus* (inquit) *cui ſoli cognitus eſt numerus Electorum in Supremâ Felicitate locandus, tribue quæſumus, ut intercedentibus omnibus Sanctis tuis, univerſorum, quos in Oratione commendandos ſuſcepimus, & omnium Fidelium nomina, Beatæ Prædeſtinationis Liber adſcripta retineat.* Ex quibus debent colligi quatuor.

Quot ex illa Corollaria inferantur?

Primum, Hîc Dei nomine, etiam intelligi debet Dominus Noſter Jeſus Chriſtus; eſt enim omnium Judex, & rationi ſui muneris in numero, & in individuo debet omnes cognoſcere, qui ſunt Gloriâ Æternâ donandi.

Secundum, poſſe alicui Beato Deum concedere, ut in Verbo videat univerſa futura. At, quia ex potentiâ ad actum temerario decurſu Conſequentia procederet, rationem habet ſufficientem ad negandam quamcumque propoſitionem, qui ad aſſerendam ſufficientem non habet. Cùm ergo ex revelatione nō conſtet ulli puræ creaturæ (Angelicæ, aut Humanæ) communicaſſe Deum talem notitiam, [nam quando futurus ſit dies Judicii Spiritus Angelici ignorant, ut Dominus noſter Jeſus-Chriſtus *Matth.* 24. teſtatur: dilucidatque P. Franciſcus Amicus *in Theolog. Curſûs tom.* 1. *diſp.* 9. *ſect.* 23. *num.* 442. *pag.* 126.] illam alicui puræ Creaturæ fuiſſe communicatam, debemus neceſſariò negare.

An Angeli diē Judicii cognoſcant?

Tertium, Sanctos pro nobis apud Deum intercedere, & eorum precibus adnuentem, Deum, multas nobis gratias, & favores concedere. Contra quod Hæretici ſtupidiſſimè vociferantur.

An Beati pro Viventibus orent?

Quartum in Libro Vitæ ſcripta ab æterno eſſe omnia omnium nomina Prædeſtinatorū. Sanè illa manent ſcripta in hoc Libro. Sed quomodò? An-ne neceſſariò? Minimè: quoniam fruſtrà oraretur Deus, ut concedat, quòd ille Liber retineat Prædeſtinatorum nomina, ſi illa neceſſariò retinere deberet. Quid ergo? Dicendus eſt ille Liber Sanctiſſimus nomina illa omnia, non neceſſariò (hoc eſt, ita, ut deleri non poſsint) non contingenter (hoc eſt, ita, ut non ſolùm illa deleri poſſint, ſed fuerint de facto aliquando deleta) ſed infallibiliter (hoc eſt, ita, ut tametſi omnia deleri poſſint) nullum tamen fuerit (& hoc verbum *fuerit*, in præteriti, & futuri ſignificatione accipio) in illo aliquando deletum.

An quæ in Vitæ Libro ſcripta ſunt, deleri poſſint?

In illo Libro omnia Prædeſtinatorum nomina, non neceſſariò, ſed infallibiliter manent.

Cujus temporis ſit verbum fuerit?

Uberioris doctrinæ gratiâ, alium Syllogiſmum propono.

CCCX.

An ex Neceſſariis poſſit inferri conſequentia Contingens?

DA- *Omnis Arithmeticus eſt Mathematicus.* Nam Arithmetica prima Mathematicarum Artium eſt,

RAP- *Omnis Arithmeticus eſt Homo.* Nam Arithmetica per diſcurſum procedit; & præter Hominem nullum vivens diſcurrit.

TI. *Ergo aliquis Homo eſt Mathematicus.*

Conſequentia eſt legitima. Et ſunt neceſſariæ Præmiſſæ: & tamen, ut vides, Conſequens eſt contingens. Qualis ergo cenſenda eſt Conſequentia? Neceſſaria, inquiunt Peripatetici. At Conſequentis contingentia non patitur; repugnat enim, ut neceſſitas, contingentiaque conſolidentur. Infallibilis erit, inquam ego; eſt enim certa; & non obſtante, quòd ejus ſit prædicatum contingens, nullus unquam caſus dabitur, in quo ſit falſa. Et his poſitis, redeuntes ad lineam, & Axioma ſub initium propoſitum doctioribus oculis conſiderantes,

Coincidere nequeunt Cōtingentia & Neceſſitas.

Dicamus ſecundò, *Hoc Ariſtotelis Axioma*, Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe, *ſi illud nomen* neceſſe *in verâ ſignificatione ſumatur, falſum eſt.*

An Axioma à Philoſopho traditum, ſit falſum?

Quia nemo olim formaverat hoc *Infallibilitatis* vocabulum, & nemo audebat abſolutè dicere erraviſſe Ariſtotelem, ſicut in aliis Propoſitionibus, ſic etiam in hac ad varios ſenſus fingendos, aut inveniendos proceſſerunt. Plauſibilis, & à multis aſſerta, & recepta Diſtinctio eſt, quâ Neceſſitas in Antecedentem, & Conſequentem diſtribuitur. Ad quarum intelligentiam ipſamet ſufficere videntur nomina; nam Antecedens Neceſſitas reperitur in iis, quæ ſecundum ſe, & independenter ab aliis ſunt neceſſaria, ut *Hominem eſſe rationalem, Globum unicam ſuperficiem habere*, &c. & Conſequens Neceſſitas eſt in iis, quæ aliis poſitis neceſſariò ſequuntur, ut *Dies*, qui Solem lucentem ſequitur; nam frequenter dicitur in Scholâ, *Sol lucet, Ergo dies eſt.* Hinc communiter volunt, illud Axioma, *Omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe:* de neceſſitate conſequenti intelligendum eſſe, & ſic intellectum, & explicatum eſſe verum. Hanc viam ingreſſus fuit D. Anſelmus *lib.* 2. *Cur Deus homo? cap.* 18. Ibi enim agens de Neceſſitate, quam appellat *Sequentem*, ſic ſcribit. *Hæc eſt*

An probabiliter defendi poſſit?

Neceſſitas in Antecedentē & in conſequentem dividitur.

Membra dividentia explicantur.

Vtrùm illud Axioma neceſſitate conſequenti ſit verum?

S. Anſelmi ſententia.

illa Neceſſitas, quæ, ut tractat Ariſtoteles de Propoſitionibus ſingularibus, & futuris, videtur utramque deſtruere, & omnia ex neceſſitate adſtruere. Vide Ariſtotelem *lib.1.peri-hermenias;* & Angelicum Doctorem *lect.* 13. 14. & 15. ubi ſic inquit. *Igitur eſſe quod eſt, quando eſt, & non eſſe, quod non eſt, quando non eſt, neceſſe eſt. Sed non omne, quod eſt, neceſſe eſt eſſe: nec omne, quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe. Non enim idem eſt, omne, quod eſt, neceſſe eſt eſſe, quando eſt: & ſimpliciter eſſe ex neceſſitate. Similiter autem, & in eo quod non eſt.* Ad quæ verba S.Doctor. *Poſtquam Philoſophus oſtendit eſſe impoſſibilia ea, quæ ex prædictis rationibus ſequebantur; hic remotis impoſſibilibus, concludit veritatem.* &c. *Dicit ergo Primò, quaſi ex prædictis concludens, quòd, ſi prædicta ſunt inconvenientia, ut ſcilicet omnia ex neceſſitate eveniant; oportet dicere, ita ſe habere circa res, ſcilicet, quod omne, quod eſt, neceſſe eſt eſſe, quando eſt; & omne quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe, quando non eſt. Et hæc neceſſitas fundatur ſuper hoc Principium:* Impoſſibile eſt, ſimul eſſe, & non eſſe [*]. *Si enim aliquid eſt impoſſibile, dum eſt, illud ſimul non eſſe; Ergo neceſſe eſt, tunc illud eſſe. Nam* Impoſſibile eſt nō eſſe, *idem ſignificat ac,* Quod eſt, neceſſe eſt eſſe, *ut in ſecundo dicetur. Et ſimiliter, ſi aliquid non eſt, impoſſibile eſt illud ſimul eſſe. Ergo, neceſſe eſt non eſſe; quia etiam idem ſignificant. Et ideò manifeſtè verum eſt, quòd omne, quod eſt, neceſſe eſt eſſe, quando eſt: & omne, quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe, pro illo tempore, quando non eſt, Et hæc eſt neceſſitas, non abſoluta, ſed ex ſuppoſitione. Unde non poteſt ſimpliciter, & abſolutè dici, quòd omne, quod eſt, neceſſe eſt eſſe: & omne, quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe. Quia non idem ſignificat, quòd omne ens, quando eſt, ſit ex neceſſitate; & quòd omne ens ſimpliciter ſit ex neceſſitate. Quia primum ſignificat neceſſitatem ex ſuppoſitione; ſecundum autem neceſſitatem abſolutam. Et quod dictum eſt de* Eſſe, *intelligendum eſt ſimiliter de* Non-eſſe. *Quia aliud eſt ſimpliciter ex neceſſitate non eſſe, & aliud ex neceſſitate non eſſe, quando non eſt. Et per hoc videtur Ariſtoteles excludere id, quod ſupra dictum eſt; quòd ſi in his, quæ ſunt, alterum determinatè eſt verum, quod etiam antequam fieret, alterum determinatè eſſet futurum.* Hanc Ariſtotelis doctrinam, quam manifeſtè veram pronunciat Sanctus Doctor, ſequuntur communiter omnes Peripatetici, & inter alios Anſelmus, ut tetigimus num.21. & Boetius non ſolùm in Commentario hujus loci, ſed etiam *lib.5.de Conſolation. proſâ 6.* ubi ſic habet. *Duæ ſunt etenim neceſſitates; ſimplex una, veluti, quòd neceſſe eſt omnes homines eſſe mortales; altera conditionis, ut ſi aliquem ambulare ſciat, eum ambulare neceſſe eſt. Quod enim quiſque novit, id eſſe aliter, ac notum eſt, nequit. Sed hæc conditio minimè ſecum illam ſimplicem trahit. Hanc enim neceſſitatem non propria facit natura, ſed conditionis adjectio. Nulla enim neceſſitas cogit incedere voluntariè gradientem; quamvis eum tamen, cùm graditur, incedere neceſſarium ſit.* &c.

D. Thomæ Sententia.

*] *Recte ita S. Thomas Ariſtotelem interpretatur, ut qui illud Axioma illo ſenſu explicatum negat, admittere neceſſariò debeat duas Contradictorias ſimul veras.*

CCCXI. Neceſſitatis dividitur in Abſolutam, Hypotheticamque.

Ariſtotelis verba, D.Thoma aſſerente, in ſenſu abſoluto ſunt falſa, & in hypothetico vera.

S. Anſelmum & Boetium in Ariſtotelis Interpretatione ſequitur D. Thomas.

Neceſſitatis in Simplicem & Conditionatā à Boetio inſtituta Diviſio.

CCCXII. Verùm Ariſtotelis verba hypotheticè accepta ſint vera?

Hoc ergo Ariſtoteleum Axioma aſſerentibus D.Thomâ, & Boetio verum, ſi neceſſitas, de quâ agit, eſſe Hypothetica, & ex ſuppoſitione dicatur. Sed quo modo intelligenda, & explicanda iſta eſt ſuppoſitio, aut ὑπόθεσις?

Putant Recentiores communiter, tunc bene ſuppoſitionem ad mentem S. Thomæ tunc aliorum, quos citavi, adlegari, cùm iſtis proponitur verbis, *Omne, quod eſt, quando eſt, ſtante ſuppoſitione, quòd ſit, neceſſe eſt eſſe.*

Quænam ſit iſta Hypotheſis, quam illa, ut ſint vera, requirunt?

At ego aſſero, hanc Axiomatis expoſitionem malam eſſe, & Angelici Doctoris non eſſe. Et prima hujus Dicti pars demonſtratur clariſſimè, quoniam, Primò, *Omne, quod contingenter eſt, quando contingenter eſt, ex ſuppoſitione quòd contingenter ſit, non neceſſariò, ſed contingenter eſt, ſeu exiſtit.* Quoniam Secundò, *Omnis actus, qui eſt liber, quandò eſt liberè, ex ſuppoſitione, quòd liberè ſit, non neceſſariò, ſed liberè eſt, ſeu exiſtit.* Et Contingentiam cum Libertate conjungendo, utramque nomine *Non-neceſſitatis* intelligam, & ſic inquam, *Omne, quòd non neceſſariò eſt, quando non neceſſariò eſt, ex ſuppoſitione quòd non neceſſariò ſit, non neceſſariò, ſed infallibiliter tantùm eſt, ſeu exiſtit.*

Oſtenditur hanc Expoſitionem malam eſſe.

Et quidem, præbuit Peripateticis occaſionem errandi, illa Suppoſitio, quâ verba Ariſtotelis onerant; putabant enim per eam in ſimplicem Propoſitionem induci certiſſimam neceſſitatem. Sed eos falli in hac ipsâ apprehenſione perſuadeo. Quoniam ſicut Album, ſi ſupponatur quòd ſit Album, vi ſuppoſitionis non tranſibit in Nigrum. Sic Contingens ſi ſupponatur, quòd ſit Contingens, vi Suppoſitionis in Neceſſarium non tranſibit. Et idem de Actu libero dicendum, nam quando eſt liberè, ex ſuppoſitione quòd ſit liberè, ejus libera exiſtentia ſuppoſitionis virtute in neceſſariam non tranſibit.

An ſuppoſitio inferat neceſſitatem?

Nequit illa rerum eſſentias tranſmutare.

Legis hæc, & adquieſcis. Cæterùm, quia Præceptor Angelicus expreſsè aſſerit, Ariſtotelis verba, ſi in iis de neceſſitate Hypotheticâ, quæ naſcitur ex Suppoſitione agatur, eſſe vera aſſeverat: & tamen Suppoſitio & Hypotheſis à Peripateticis aſſerta, non reddunt illa vera, reſcire vis, quæ illa ſit Suppoſitio, quam ut ipſa ſint vera D. Thomas requirit.

Quænam ſit altera Suppoſitio, quam verba Ariſtotelis poſtulant?

Reſpondeo, id ex ipſis Angelici Doctoris verbis colligi & deſumi clariſſimè. Suam Ariſtotelei Axiomatis Expoſitionem illo certiſſimo Principio ſubcollat: videlicet, *Impoſſibile eſt, idem ſimul eſſe, & non eſſe.* Ergo talem vult, ut tueatur Ariſtotelem, facere Suppoſitionem, ut illâ ſtante, *ſi quod eſt, quando eſt, non eſſet,* darentur duæ contradictoriæ ſimul veræ. Ad mentem ergo S.Thomæ illud ipſum Axioma poterit hiſce verbis reponi. *Omne, quod eſt, quando eſt, ex ſuppoſitione, quòd non deſinat eſſe, neceſſariò eſt.* Nam, ſi ſtante ſuppoſitione illud non eſſet, darentur duæ contradictoriæ ſimul veræ. Interim, ut benè eum intelligamus, dicit Doctor Angelicus, *Et hæc eſt neceſſitas, non abſoluta, ſed ex ſuppoſitione;* quod ipſum pluries æquivalentibus verbis in contextu reponit. Et hæc omnia ſcitè comminiſcitur Doctor Sanctiſſimus, & urbaniſſimus, ne (quod facilius, & expeditius erat) fateretur erraviſſe Ariſtotelem.

Ariſtoteleum Axioma ad mentem D. Thomæ explicatur.

Qualis ſit hæc Neceſſitas?

Tu autem dic illud Axioma, ut æternæ Veritatis Principium ſit, non indigere ut ad Suppoſitionem aliquam recurramus, ſed ut Neceſſitatem in Infallibilitatem commutemus, puta dicendo. *Omne, quod eſt, quando eſt, ipſum eſſe infallibile eſt.* Ergo Primò. *Omnis Res neceſſaria, quæ neceſſariò eſt, quando neceſſariò eſt, ipſum neceſſariò eſſe, infallibile eſt.* Ergo denique Secundò. *Omnis Res*

con-

Axioma præmiſſum corrigitur, & dilucidatur.

Digitized by Google

contingens, quæ contingenter eſt, quando contingenter eſt, eam contingenter eſſe, infallibile eſt.

Concluſio.

Ergo Tertiò. *Omnis Actus liber, quia liberè eſt, ipſum liberè eſſe infallibile eſt.* Et hæc eſt vera correctio Axiomatis Ariſtotelei: & hæc eſt ejuſdem poſt correctionem vera & legitima dilucidatio.

ARTICVLVS VII.

De Entis primariâ Diviſione.

CCCXIII.

An prima Entis diviſio illa ſit, qua in Infinitum & Finitum diſpeſcitur.

Controverſiam ingredior, quam ptour tulerunt tempora diverſia in locis expoſui; quam nuper accutatiùs, & fuſiùs in noſtro Pandecte ediſſerui. Sed quia rurſus impræſentiarùm redit illam hîc breviter dilucidabo.

Sanè, ut aliquid legitimè fiat, debent præeſſe, & præcognoſci leges, juxtà quas poſſit Operatio procedere. Sed quænam hodiè mentem in deciſione hujus Quæſtionis gubernabunt?

An, Deus in Subſtantiæ Prædicamento collocetur.

Oculatiſſimi ſunt; & tamen hærent Metaphyſici, nec ſciunt, quâ lege debeant Ens dividere, ut in Prædicamentis Superiores, & Subalterni Gradus ſine commixtione, aut perturbatione decurrant. *Ergo-ne Ens in Finitum, & Infinitum dividetur?* Si hoc fiat, Finitum in Subſtantiam, & Accidens ſubdividetur & ſtatim quæretur, An Deus in Subſtantiæ Prædicamento poni debeat? Et videretur, quòd non: quoniam Deus eſt Infinitus; Et videretur, quòd ſic, quia Deus eſt vera Subſtantia.

An illa, qua in Spirituale & Materiale diſtribuitur?

Porrò, ſi in Spirituale, & Materiale Ens primariâ diſtributione dividatur; & illud Membrum priùs in Infinitum, & Finitum (hoc eſt, in Divinum & Angelicum) & poſteriùs in Subſtantiam, & Accidens: &c. eadem erit formalitatum perturbatio. Nam inquiretur primò, *An debeat poni Deus in Prædicamento Subſtantiæ?* Et videretur, quòd non; quia hujus Prædicamenti Caput eſt Subſtantia Materialis Finita; & ideò Deus, nam Immaterialis & Infinitus eſt, locum in eo habere non poteſt. Et videretur, quòd ſic: quoniam Deus eſt Subſtantia, & Prædicamentum Subſtantiæ locus eſt, in quo debent Subſtantiæ univerſæ conſtitui.

An Angeli in Subſtantiæ Prædicamento collocentur?

Præterea, de Angelo eadem Quæſtio poſſet excitari, & moveri; quoniam, & Subſtantia, & Spiritualis eſt; adeòque ſi indè quà incorporeus juberetur exeſſe; quà Ens per ſe juberetur includi. Accedit, quòd inconcinnè Gradus Subalterni defluerent.

An, ſi Ens in principio in Materiale & Immateriale divideretur, poſteà anima ſenſibilis, quæ materialis eſſet, iterum in Rationalem & Irrationalem (hoc eſt, in Immaterialem, Materialemq;) ſubdivideretur?

Quoniam Corpus in Vegetativum & Non-vegetativum divideretur; Vegetativum (eſſet Vivens) & in Senſibile, & Inſenſibile ſubdivideretur. Et denique Senſibile (hoc eſt, Animal) in Spirituale, & Materiale iterum diſpeſceretur: nam Anima Rationalis, ſpiritualis eſt & incorporea: & Anima Irrationalis, corporea, & purè materialis.

Propter has, & ſimiles alias rationes Recentiores (nam apud Veteres parum, aut nihil de hac ſubtili controverſiâ invenitur: unde Arriaga ſtatim citandus *ſect.2.* ſic inquit. *Res hæc (eſt) è difficilioribus Philoſophiæ; ab Antiquioribus vix tacta, à Recentioribus nondum explanata, non nihil nobis faceſſet negotii*) vias fuerunt differentes ingreſſi.

Nulli, quos ſciam, Antiqui, de hoc argumento diſputarunt.

Apud P. Rodericum de Arriagâ *in Metaph. diſp.4.ſect.1.* aliquorum referuntur Sententiæ.

Suarezii Opinio.

Nam P. Suarez *libr.2. Metaph.diſp.28.ſect.1.& diſp.32.ſect.1.* putat, optimam diviſionem Entis eſſe in *Finitum, & Infinitum*, ſeu in *Ens à ſe*, & *Ens ab alio*: movetur; quia hæc eſt diviſio adæquata, & per differentias contradicentes ſibi, ſicut Animal *in rationale*, & *irrationale*, habentque illa membra ſummam oppoſitionem.

An optima Diviſio illa ſit, quæ per contradictorias Differentias procedit?

Secundò, quia Deus & Creatura valdè analogicè conveniunt, Ergo oportuit hac convenientiâ priùs explanatâ, ad creaturas poſteà deſcendere.

Hurtadi Opinio.

P. Hurtadus diſput. 10. rejicit Suarium; eò quòd in bonâ diviſione ſubdividentia membra debent ita tradi, ut poſteà non ſint in una ratione aliæ communes alteri, ne fiat commixtio earum ſpecierum dividentium; atqui *Ens à ſe* habet rurſus prædicata intellectivi, quod poteſt ſubdividi in *intellectivum à ſe*, & in *intellectivum ab alio*, & alia ſimilia; ideò docet non benè dividi *Subſtantiam* in *Rationalem*, & *Irrationalem*, ſed meliùs *Ens* in *Subſtantiam*, & *Accidens*.

CCCXIV.

An ſint inconvenientia, quæ tolli non poſſint, toleranda?

Non negat Arriaga eſſe inconvenientia; quæ objiciuntur, & quæ deberent omninò vitari, ſi poſſent; At toleranda eſſe putat, quia vitari non poſſunt, Et ideo ait. [Benè paulò poſt ipſe vidit Hurtadus, hoc in talibus diviſionibus vitari non poſſe, & in exemplo ab eo poſito de diviſione ſubſtantiæ adhuc clariùs idem oſtendo: Nam Subſtantia materialis habet in ſe hoc prædicatum *cognoſcitiva*; quod rurſus dividi poteſt in ſubſtantiam *ſpiritualem cognoſcitivam*, & *ſpiritualem non-cognoſcitivam*; eſtque commune etiam utrique diviſionis membro, ſicut Subſtantia irrationalis poteſt dividi in *Mortuam* & in *Viventem*, qui conceptus Viventis includitur in Rationali, quod eſt alterum membrum:

Quod prius fuerat Diviſũ, poſteà cõvertitur in Membrum dividens

Unde ego ex hoc capite non video, cur ſit melior illa in *Spiritualem* & *Materialem* quàm in *ens à ſe* & *ab alio*.] Succumbit ergo Arriaga Contrariæ Rationis ponderi: & Antagoniſtæ dat manus.

An *eſſe Deum*, & *eſſe creaturã* ſint modi eſſendi?

Pergit ulteriùs; & aliud argumentum, quod contra Suarium Hurtadus concinnat, proponit. Unde diſcurrit ſic. [*Ens* eſt idem quod *Ratio eſſendi*, ideòq; debet dividi per immediatas rationes eſſendi; Atqui *eſſe*

Digitized by Google

An Hurtadus in quatuor terminis argumētetur?

Deum & eſſe creaturarum, non ſunt modi eſsendi, hoc enim convenit Perſcitati & Inhærentiæ, Ergo melior eſt diviſio Entis in ſubſtantiam & accidens :] Legit attentè hoc Arriaga argumentum, & valde confidenter exclamat. [Hic, arguitur in quatuor terminis: ſumitur enim Perſeitas & Inhærentia in abſtracto, & poſteà fit argumentum ad Subſtantiam & Accidens in concreto: non enim dividitur ens in Perſeitatem & Inhærentiam, ſed in Subſtantiam & Accidens: at Subſtantia & Accidens non eſt modus eſsendi] Sed in hac Cenſurâ adlucinatur Arriaga: non enim abutitur quatuor Hurtadus terminis, ut Arriaga aſseverat. Debemus *per* & *in* in omni Diviſione diſtinguere; nam Genus per Differentias, & ſpecies, & non contrà, dividitur. Et ſic Hurtadus ens, quod eſt ratio quædam ſuperior, & ſimillima Generi per Perſeitatem & Inalietatem dividit in Subſtantiam & Accidens.

An *eſſe à ſe*, & *eſſe ab alio* ſint modi eſſendi?

Pergit Arriaga, & quidquid ſit de Hurtadi argumento, ad rem venit, & ait. [Qui velit ens per diverſos eſsendi modos diſtribuere, redeat mecum ad illam aliam Diviſionem Suarez, *Eſſe à ſe* & *Ab alio*; tam enim eſt modus eſsendi *à ſe* quàm Perſeitas, & *ab alio* quàm Inhærentia, Ergo in hoc ſenſu tam bona eſt una diviſio quàm altera, & utraque per modos eſsendi.

CCCXV.
An Ens per diverſos eſſendi modos debeat dividi?

Iterum Hurtadi argumentum & fundamentum recognoſcit Arriaga, additq; Diviſionem Generis, aut cujuſcumq; ſuperioris conceptûs, ut ſit bona, non petere eos diverſos modos eſsendi, ſed ſolùm diverſa Entia; dividitur enim Subſtantia, aut ens per ſe in ſpecies, quæ ſunt per modum abſoluti, ſicut Animal in Rationale & Irrationale, & Brutum in Equum & Leonem, ſi non eſsent alia Bruta poſſibilia.

Utra diviſio melior ſit: an illa, qua Ens in Deum & Creaturas, an illa qua dividitur in Subſtantiam & Accidens?

Et, ſi adhuc velis ſcire, utra Diviſio, an quam Suarez, an verò quam Hurtadus ediſſerit, præferenda ſit alteri? reſpondet [Ego in hac quæſtione puto dicendum, utramq; diviſionem eſse adæquatam, immediatam, claram, brevem, &c. quæ autem ſit melior, non video unde decidi poſſit. Ad diverſa intenta una eſt melior alterâ, ad diſtinguendum ſtatim Deum à creaturis, illa P. Suarez eſt melior, & hoc ſolùm probant ejus argumenta, nec aliquid amplius. Illud verò, quod objicit de analogiâ, ſupponit falſum Principium, quod ſæpè rejeci, oſtendens, analogicè [lege, univocè] Deum convenire cum creaturâ. Ad indagandam verò inter ipſas creaturas differentiam earum, melior eſt ſecunda, quam Hurtadus magis commendat. Aliud non ſcio, quod in hac re parvi momenti dicam.]

Ens reſpectu Dei & Creaturarum, nec non reſpectu Subſtantiæ & Accidentis Arriaga in Logic. diſp. 11. per tot. præcipuè ſect. 9. n. 72. *eſſe Univocum aſſerit*.

An addenda ſint Nova Prædicamenta?

Ex eodem fundamento, ex quo prodiit hæc Suarii, Hurtadi, & Arriagæ diſſenſio, quæ primariam entis diviſionem concernit, oriuntur nonnullæ Autorum Opiniones, & Diſputationes circa numerum Prædicamentorum: nam Prædicamentum Supernaturale nonnulli, Morale alii, & alii denique entia rationis in ſpeciali prædicamento collocarunt. Et etiam hi, quia nihil ſciebant de Syſtematicis entis Adtributis, ſciverunt, aut ſuſpicati ſunt, auxerunt numerum Categoriarum. Ego autem ab hac difficultate facili negotio me expedio. Subſequentes Concluſiones conſidera. Eſt enim

CCCXVI.
Sans (hoc eſt, *quidditativum*) & *Nihil* ſunt Cōtradictoria.

PRIMA. *Ens (quod in Dialecte Scholaſticâ dicitur* Sans *) idem eſt, ac Non-nihil.* Patet; nam *Ens* quidditativum, & *Nihil* opponuntur contradictoriè. Et hanc ob rem, & *Nihil* eſt *Non-ens*, & *Ens* eſt *Non-nihil* [Vide, quæ in Concl. IV. Articuli ſequentis dicentur.]

De Adtributis Syſtematicis Entis.

SECUNDA. *In ente univerſim ſumpto ſunt Syſtematica Attributa ponenda.* Et probatur clariſſimè; nam ex horum Attributorum ignoratione naſcitur Graduum Superiorum & Inferiorum in quocumque Prædicamento perturbatio, quam paulò ante dari fatebatur, Arriaga, affirmans vitari non poſſe.

Quænam ea ſint?

TERTIA. *Attributa præcipua ſyſtematica ſunt, Spiritualitas, Supernaturalitas, & Infinitas.* Tria ſunt hæc nomina, de quorum ſignificatione Volumina poſſent ſcribi. Ego hîc feſtino, & hoc brevi ratiocinio me expedio, & ſic inquam. Si, ubi non erat locus longis diſputationibus, Ariſtoteli licuit dicere, *Quantitas eſt, quâ quanta dicuntur*: & *Qualitas eſt, quâ qualia dicuntur*, cur non licebit nobis dicere, *Spiritualitas eſt, quâ Entia Spiritualia conſtituuntur. Supernaturalitas, quâ entia Supernaturalia conſtituuntur*: & denique *Infinitas eſt, quâ entia Infinita conſtituuntur*?

De Spiritualitate, & Supernaturalitate, & Infinitate.

Quot modis poſſint Syſtematica Adtributa uſurpari?

QUARTA. *Hæc Adtributa Syſtematica accipi poſſunt, præciſivè, negativè, poſitivè, & virtualiter. Immò, ſi Rationis Entia admittantur, etiam chimæricè.*

De Præciſivis Adtributis.

Habet Ens hæc Adtributa præciſivè, quandò ab eorum poſitione, & negatione abſtractum intelligitur, & conſideratur.

De Negativis.

Habet ea negativè, quando eſt Materiale, Naturale, & Finitum: Quoniam Materialitas eſt negatio Spiritualitatis, Naturalitas eſt negatio Supernaturalitatis, & Finitas negatio Infinitatis. Re benè perpensâ, & examinatâ, Spiritualitas, & Infinitas [*] ſunt formalitates poſitivæ: Materialitas verò, Naturalitas, & Finitas ſunt negativæ.

*] *Poſitivas formalitates Nomenclator negativis vocabulis ſignificavit.*

De Poſitivis Adtributis.

Habet ea poſitivè, quando Ens, quia aliquo ex iis afficitur, eſt Spirituale, Supernaturale, aut Infinitum. Et mihi, quoniam præter Deum nil omninò ſimpliciter & categorematicè infinitum admitto, Infinitas eſt idem omninò, quod *Divinitas*, & Ens Infinitum, quod *Deus*.

De Virtualibus

Habet illa virtualiter, cùm reverà non habet, prudentum tamen judicio ita ſe habet, ac ſi illa haberet. Quoniam ens virtuale ſic poteſt, & debet definiri. *Ens Virtuale eſt, quod non eſt verè, quale dicitur; prudentum autem ſuppoſitione, & judicio ita ſe habet, ac ſi quale dicitur, eſſet.* Et hoc in Filio adoptivo manifeſtè perſpicitur; vocatur enim *Filius*, & tamen reverà non eſt, qualis dicitur; prudentum tamen ſuppoſitione, & judicio, quoad ea, quæ illi jura concedunt, ita ſe habet, ac ſi qualis dicitur, eſſet.

Quid ſit Ens Virtuale?

Quiſnam *Adoptivus* dicatur?

De Adtributis Chimæricis.

Habet illa chimæricè, qui fictè, nempè, in eorum ſententiâ, qui entia rationis dari exiſtimant.

CCCXVII.
Quid ſit Syſtema?

QUINTA. *Syſtema eſt aggregatum omnium Prædicamentorum poſſibilium ſub uno ente congenere: hoc eſt, ejuſdem denominationis.* Conſultò poſui illam vocem *poſſibilium*; non enim eſt in omni Syſtemate æqualis numerus Prædicamentorum. Eſt igitur

Quid ſit Syſtema Præciſivū

Syſtema Præciſum, omnium Prædicamentorum Præciſorum Aggregatum ſub uno ente ab omnibus Syſtematicis Attributis præciſo.

tiſo; Et hoc Syſtema eſt quod Metaphyſica dicitur conſiderare.

Quid Materiale, ſeu Corporeum?

Syſtema Materiale eſt Aggregatum omnium Prædicamentorum Materialium ſub uno ente Materiali. Et, ut jam dixi, Materialitas eſt negatio Spiritualitatis. Et hoc Syſtema eſt, quod conſideratur & examinatur in Phyſicâ.

Quid Spirituale, ſeu Incorporeum?

Syſtema Spirituale eſt Aggregatum omnium Prædicamentorum Spiritualium ſub uno ente Spirituali. Et hîc ceſſat Quæſtio, quæ inquirit, An Angelus poni poſſit aut debeat in Prædicamento Subſtantiæ? Dicimus enim Angelum Naturam & Accidentia habere, illamque in Subſtantiæ Prædicamento, hæc autem, prout res ipſa poſtulat, in aliis collocari.

Quid Supernaturale?

Syſtema Supernaturale eſt Aggregatum omnium Prædicamentorum Supernaturaliũ ſub uno ente Supernaturali. Sane de Supernaturalium Prædicamentorum numero magna eſt inter Scriptores diſſenſio: licèt enim Qualitates, & Operationes ſupernaturales omnes admittant: & Ubi, quod Chriſti corpus in Euchariſtiæ Sacramento non eſſe naturale univerſi concedant, An poſſibilis ſit Quantitas Supernaturalis? nonnulli dubitant & Subſtantiam Supernaturalem creatam alii tam confidenter negant, ut ſententiam oppoſitam cenſuris variis onerent, & inurant. Interim non pauci Recentiores illam poſſibilem eſſe aſſeverant. Et inter alios P. Sebaſtianus Izquierdus in *Operis Theologici tomo I. diſp.* 18. *qu.* 14. ponit has Concluſiones. Primam. *Si rationi ſtandum ſit, probabile eſt, non repugnare Subſtantiam Supernaturalem.* Secundam. *Autoritas negantium poſſibilem (eſſe) Subſtantiam Supernaturalem, nequaquam reddit improbabilem poſſibilitatem talis Subſtantia.* Tertiam. *Subſtantia Supernaturalis probabiliter defendi poteſt ab impetu argumentorum, quibus impetitur.* Quartam. *Probabile abſolutè eſt non repugnare Subſtantiam Supernaturalem.*

Quid de Vbi, Quantitate, & Subſtantia ſupernaturalibus dicendum ſit?

An ſit probabilis Sententia, quæ aſſerit eſſe poſſibilem Subſtantiam Supernaturalem?

CCCXVIII.
De Infinito, ſeu Divino Syſtemate.

Syſtema Infinitum eſt Aggregatum omnium Prædicamentorum Infinitorũ ſub uno ente Infinito. In hoc autem Syſtemate *Primò* eſſentia, & exiſtentia coïncidunt: quæ enim non exiſteret, non eſſet eſſentia Infinita. Coïncidunt etiam exiſtentia & Æternitas, Durationem enim principii & finis neſciam importat exiſtentia Infinita. *Secundò* Immenſitas, quæ eſt Infinita Magnitudo, & Ubiquitas coincidunt: nam, ſi per impoſſibile daretur aliquod Immenſum Corpus, illud eſſet ubique. *Tertiò*, ſiquidem eſſe Dei eſt intelligere Dei, eſſentia & exiſtentia, & Intellectio in Deo coincidunt: &, quia Deus intelligendo operatur ad extra, Intellectus Divinum ab Omnipotentiâ, & Intellectio Divina, ſi adſit ut conditio Voluntas, à Creatione rerum activâ non diſtinguitur, &c. Et hinc ceſſat Quæſtio, quæ interrogat, *An Deus in Prædicamento poni poteſt?* Eſt enim, ſi rem bene examinem, pura λογομαχία. P. Rodericus Arriaga *in Metaph. diſp.* 3. *ſect.* 2. *num.* 7. de illâ hæc ſcribit, *Novam ecce celebrem Quæſtionem de nomine, An ſcilicet Deus ponendus ſit in Prædicamento?* Et certè eum non poſſe collocari in aliquo ex Ariſtoteleis, quæ ſunt Finita & Materialia certum eſt; nec plus probat S. Auguſtini Autoritas, vi cujus aliqui Deum à Prædicamentis excludunt. Sanctus enim Doctor *libr. de cognitione veræ vitæ cap.* 2. Deum eſſe Subſtantiam negat, quia ſubſtantia eſt, quæ ſ... (quæ accidentibus ſubſtat) & ſi hoc accipiatur nomen ſenſu cum S. Thomâ, & ejus Diſcipulis Arauxo 5. *Metaph. qu.* 2. *art.* 3. Joanne Gonzalez *in* 1. *part. quæſt.* 7. *contr.* 15. Navarrete *contr.* 20. Complutenſibus *in Logic. diſp.* 12. *qu.* 4. §. *unic. num.* 16. & aliis à Subſtantiæ Prædicamento Deum omnes Orthodoxi excludemus. Cæterùm in Divino Syſtemate nõ eſt inconveniens, ſi Dei perfectiones diſtribuantur per omnia Prædicamenta. Nec contra hanc noſtram Reſolutionem produci poteſt communis Theologorum ſententia, quæ cum Magiſtro *in* 1. *diſt.* 8. & cum S. Thomâ 1. *part. qu.* 3. & cum Philoſopho *in Categor. cap. de Subſtantiâ*. Deum Optimum Maximũ à Prædicamentis univerſis excludit. Nec pro illâ debent Nominales (Ochamus, Gabriel, Gregorius, Holkot, &c.) quibus aſſentitur Arriaga, & alii, Oviedusque ſaltem non contradicit: Quoniam iſti agunt de Categoriis Finitis & Corporeis: à quibus Ego Deum cum Thomiſtis excludo: & reprehendo Nominales, qui fictarum ſubtilitatum vi Deum in Ariſtotelea Prædicamenta ſine fundamento protrudunt.

De Eſſentia, Exiſtentia, Infinitate, & Æternitate.

De Immenſitate, & Vbiquitate.

An eſſe Dei, ſit Intelligere Dei?

De Omnipotentia.
De activa rerũ Creatione.

An Quæſtio, quæ dubitat, *An Deus in Prædicamento collocetur?* ſit de modo loquendi?

An Deus ſit Subſtantia?

CCCXIX.
Complutenſiũ Opinio.

An Deus in omnibus Prædicamentis collocetur?

Et quidem ſi meum Pandectam legerent, & perpenderent, quæ ipſe ſtatuit de Divino Syſtemate, aſſentirentur Complutenſes, ut puto, quoniam *loc. cit.* interrogant, *An ſaltem reductivè Deus in Prædicamento poni poſſit?* Et hoc ipſum duobus modis conſiderant: & quia primus modus imperfectionem important, eo in ſenſu negant Deum reductivè in Prædicamento poni poſſe, & D. Thomam 1. *part. qu.* 2. *art.* 3. nec non 1. *contr. Gent. cap.* 25. adlegant. Et in altero ſenſu, in quo nulla imperfectio percipitur, dicunt oppoſitum, & eidem Sancto Doctori *qu.* 7. *de potent. art.* 3. *ad* 7. ſubſcribunt; inquiuntque. *Non eſt inconveniens Deum in omnibus Prædicamentis collocari, & præcipuè in Prædicamento ſubſtantiæ, quia hæc propinquior eſt Deo, quàm Accidentia.*

Explicantur breviter omnia Divini Syſtematis Prædicamenta.

At meâ ſententiâ Deus directè collocatur in Divino Syſtemate: & ut cum Complutenſibus loquar, in omnibus Prædicamẽtis. Hanc ante me ſententiam docuit *in Logic. diſp.* 6. *part.* 12. *column.* 275. Lalemandetius; inquit enim. *Nihil vetat, quòd Deus ponatur in Prædicamentis.* Et poſteà. *Non videtur alienum à ratione, ponere Deum in Categoriâ Subſtantiæ, &c. Sed nec repugnat eum collocare in Prædicamento Qualitatis, Quantitatis, Relationis, Actionis & Paſſionis. Ita* Joannes *de Bachone* in 1. diſt. 8. qu. unic. *&c.*

Et probatur breviter noſtra Concluſio. Dei enim eſſentia conſtituit in illo Syſtemate Categoriam *Subſtantiæ*. Immenſitas ad *Quantitatem* Supernaturalem ſpectat; Attributa ad *Qualitates* reducuntur. *Relationes* & Proceſſiones *Activa*, & *Paſſiva*, ſpecialia habent Prædicamenta. *Ubi* Dei eſt Ubiquitas. Et *Habere* immediata & abſoluta omnium rerum in hoc Mundo à ſe productarum poſſeſſio.

Virtuale Syſtema explicatur.

Syſtema Virtuale (ad quod Morale & Politicum reduci debent) eſt aggregatum omnium Prędicamentorum Virtualium ſub uno

ente

ente Virtuali. Unde patet illis, qui Virtualitates & Moralitates in undecimo Prædicamento conſtituerunt, Veritatem per fulguris modum adluxiſſe: perceperunt enim Moralia ſeu Virtualia in Ariſtoteleis non poſſe, atque ideò debere in ſpeciali Categoriâ conſtitui; & quia nihil ſciebant de Syſtematum numero & varietate, novam Categoriam addiderunt Antiquis.

Cur Veteres fuerint adlucinati?

Ne videatur quidpiam indeciſum manere aliquid de Chimærico Syſtemate etiam [illegible]camus. Illud, ſientia rationis dantur, admitti debet: & vocari poterit Syſtema Chimæricum: & erit Aggregatum omnium Prædicamentorum Chimæricorum ſub uno ente Chimærico. De illo in *noſtra Metalogica lib. 2. num. 121.* & iterum *in noſtri Pandecta Syſtemate XII. pag.* 31. copioſè diſſero, illudque decem Prædicamentis exornari permitto.

Exponitur Syſtema Chimæricum.

[*] Hoc Ens eſt Contractum per Syſtematicè aliquod adtributum, & ideò poteſt Syſtematicum *dici: &* Categoricum *vocari ſolet, in Categorias diſtribuitur.*

ARTICVLVS VIII.

De Entis [*] ſecundariâ Diviſione.

CCCXX. Ente jam priùs per Syſtematica Attributa diviſo, & jam diverſis conſtitutis Syſtematis: oportet illa inter ſe comparare, & ſingula per ſua propria Prædicamenta diſtribuere. Proderit perpendere & conſiderare Cõcluſiones ſequentes. Et ſit

PRIMA,

Servant inter ſe ſimilitudinẽ & analogiam univerſa Syſtemata.

OMnia Syſtemata inter ſe ſunt Analoga. Patet, quia in omnibus & ſingulis unũ ens ſupremum conſtituitur in capite, & hoc in Subſtantiam & Accidens immediatè dividitur. Et Accidens ſubdividitur in diverſa Accidentia.

Cùr de Analogia impræſentiarũm differatur?

VT hanc Concluſionẽ intelligas, oportebit hîc ad ſynopſim reducere, quæ in Metalogicâ uberiùs fuerunt & accuratiùs diſputata.

Nominis expoſitio.

ET CIRCA nomen, Primò obſerva, dici Ἀνάλογον, ab ἀνά, quæ eſt proportionis nota, & λόγος, quod rationem ſignificat.

Quo modo imponenda ſint nomina?

ET CIRCA rem, Secundò obſerva, nomina ſi ritè imponantur, eſſe breves rerum definitiones: &, quia ſæpe ſunt impoſita bene, exclamat Criticus,

Conveniunt rebus Nomina ſæpe ſuis.

Quid ſit Proportio?

Quod Proverbium locum habet maximè impræſentiarùm, nam Analogia univerſim loquendo eſt *Rationum proportio*. In proportione ſimilitudo & diſſimilitudo invenitur. Similitudo; niſi enim hæc inveniretur, æquivoca eſſent, quæ vocantur *Analoga*. Diſſimilitudo: niſi enim hæc etiam intereſſet, quæ dicuntur *Analoga*, coinciderent, & eſſent abſolutè Synonima.

Quid ſit nomen Analogũ?

Communis Analogorum definitio eſt, *Analoga dicuntur, quorum nomen eſt commune, ratio autem per nomen participata, nec eſt omninò eadem, nec omninò diverſa.* Complutenſes *in Logic. diſp.* 10. *qu.* 2. §. 1. *num.* 8. paucis mutatis hanc ipſam exhibent definitionem, & eam aſſerunt communem eſſe, *Sunt Analoga*, inquiunt, *quorum nomen eſt commune; ratio verò ſubſtantia* (quo nomine *eſſentiam* univerſim intelligunt) *ſecundum illud nomen eſt omninò eadem, inæqualiter tamen participata.*

Nomen Subſtantia ſolet poni pro Eſſentia.

Analogorum diſtributio.

Iidem Complutenſes §. 2. *ſequent. num.* 11. ex Ariſtotele 1. *Ethic. cap.* 6. & D. Thomâ *qu.* 2. *de Verit. art.* 2. Analoga in Analoga adtributionis ſeu proportionis, & in Analoga proportionalitatis diſtribuunt; & ſic priora definiunt, *Analoga adtributionis ſunt ea, quorum nomen eſt commune, ratio verò ſubſtantia (eſſentia) ſecundum illud nomen, eſt eadem ſecundum terminum, & diverſa ſecundum habitudines ad illum.* Citant Præceptorem Angelicum 12. *Metaph. lect.* 3. & Cajetanum *de nomin. analog. cap.* 2. & 3. & nomen *Sanus* in exemplum proponunt. Quia terminus, quem nomen hoc ſignificat, eſt *ſanitas*, ad quam Animal, Pulſus, Urina, Medicina, & quæcumque alia *ſana* dicuntur, diverſam habitudinem habent. Illam enim animal habet, pulſus indicat, & medicina aut conſervat aut confert.

Quid ſit Analogum Adtributionis?

An Sanus ſit nomen Analogum?

CCCXXI. Hæc autem habitudinum varietas, vel ab ipsâ naturâ rei, vel ab hominum intentione deſumitur. Ex naturâ rei: nam nomen *Lucidus*, quod *lucem* ſignificat: & Soli & Lunæ &c. convenit: quoniam uterque lucent: ſed tamen aliter, & aliter habet: nam ille propriam diffundit undique, hæc terris communicat participatam. Ex intentione etiam: nam etſi, quòd Animal ſanitatem habeat; &, quòd illam urina & pulſus ſignificent, ab hominum voluntate non pendeat; aliter res ſe habet in pharmacis & medicinis; hæc enim, tametſi in actu primo, ſecundum naturam ſuam conſiderata, ſanitatem animali tribuendam reſpiciant, non tamen in actu ſecundo illam conferent, niſi applicatio accedat: quæ à voluntate aut intentione operantis dependet. Hæc doctrina eſt certiſſima: & à Complutenſibus *loc. cit.* aſſerta; at non video expreſsè ab Angelico Præceptore affirmari; ubi enim *in* 1. *diſt.* 19. *qu.* 5. *art.* 2. *ad* 1. ait, *Intentio ſanitatis refertur ad animal, urinam, & dictam diverſimodè, ſecundum prius & poſterius; non tamen ſecundum diverſum eſſe, quia eſſe ſanitatis non eſt, niſi in animali*, ibi, *intentionis* vocabulo, non intentionem, quæ eſt actus voluntatis ſed primam intentionem, quæ eſt actus intellectûs, intelligit.

De habitudinũ diverſitate. Ex duobus capitibus ſumitur.

An, & quando animalis ſanitas ab Operãtis intentione dependeat?

An D. Thomã bene Complutenſes intelligant?

Proportionis Analogiam Cajetanus *in opuſc.*

Quid ſit Proportio?

Digitized by Google

*opuſc.de Nomin.analog.cap.*3. hac definitione dilucidat. *Analoga proportionis dicantur, quorum nomen eſt commune, ratio verò ſubſtantia (eſſentia) ſecundum illud nomen eſt ſimiles ſecundum proportionem*. Et ſi *proportionis* vocabulum in *proportionalitatis* nomen commutare velimus, hæc ipſa definitio conveniet Analogis proportionalitatis.

Sed quæ eſt inter Proportionem, & Proportionalitatem differentia?

[*] Et hic obiter nota Commentarios, ut Textus exponatur, ſcribi: & ſicut aliquibus verbis additis Textus dilucidatur, ſit aliquando (prout hic apparet) aliquibus ablatis Textum poſſe majorem claritatem recipere.

Hanc producunt ex Euclide Philoſophi. *Proportio eſt* (*libr.5.Element.* ait Euclides) *duarum quantitatum ejuſdem generis proximè, unius ad alteram habitudo*. Quæ S. Thomas verba 5. *Ethic. lect.* 5. dilucidat dicens, *Proportio eſt habitudo unius* [*] *quantitatis ad aliam*, ex quibus conſtat inter duas res vel numeros Proportionem verſari: ut inter 2. & 4. ubi eſt dupla; aut inter 3. & 12. ubi eſt quadrupla. At verò Proportionalitas tres, quatuor, aut plures res aut numeros poſtulat; unde Euclides *ibid.* ait. *Proportionalitas eſt ſimilitudo, ſeu comparatio multarum proportionum*. Et Sanctus Thomas *ubi ſupr.* ſimiliter, *Proportionalitas eſt æqualitas (identitas) proportionum: cum ſcilicet æqualem (eamdem) proportionem* habet hoc *ad hoc, & illud ad illud*. Ut, ſi dicas *Sicut ſe habet* 4. *ad* 8. *ſic* 8. *ad* 16. *Et* id in tribus numeris; vel ſi velis in quatuor, *Sicut ſe habet* 3. *ad* 9. *ſic* 6. *ad* 18.

An, & quæ Proportio modò à Proportionalitate diſtinguatur?

Fateor eſſe communem doctrinam, quæ Proportionem à Proportionalitate ſecernit, at Ego eas coincidere exiſtimo; Nam, ſi duplus numerus eſt, qui alterum bis in ſe continet ut reſpectu Unitatis Binarius, Denarius reſpectu Quinarii erit duplus, quia ſicut ſe habet 1. ad 2. ita 5. ad 10. Res mihi videtur clariſſima; tu illam accuratè conſidera.

An in omni Proportione Proportionalitas neceſſariò includatur?

SECUNDA.

CCCXXII. Qualis inter Deum & Creaturas detur Analogia?

OMnia creata Syſtemata cum Divino comparata habent analogiam Attributivai. Demonſtratur: quoniam omnes perfectiones quas habent, ſunt in Deo per eſſentiam, & in creaturis per ſolam participationem. Complutenſes utiliter audiri poterunt: nam *in Logic.diſp.*11. *qu.*1.§.1. ſic inquiunt. [Deus non dicitur *ens*, quaſi habeat *eſſe* (ſere) vel quia conveniat ei aptitudo ad exiſtentiam (ad ſendum) hac enim phraſi in rigore loquendo ſignificatur diſtinctio inter rem habentem *eſſe* (ſere) & *eſſe* (ſere) habitum. Quod minimè competit Deo, ſiquidem in eo nulla datur compoſitio ex actu & eſſentiâ, vel ex eſſentiâ & exiſtentiâ (ex ſare, & ſere) ſed dicitur *Ens* (ſyns) quia eſt (ſat) ipſum *eſſe* (ſere) irreceptum & illimitatū. Sicut enim ſi daretur Albedo ſeparata, & per ſe ſubſiſtens, non diceretur habere Albedinem, ſed *eſſet* (ſaret) ipſamet Albedo per eſſentiam, & in genere Albedinis [*] infinita; Ita Deus, cùm ipſe ſit ipſum *eſſe* (ſere) per ſe ſubſiſtens, non dicitur propriè *habere eſſe* (ſere) ſed *eſſe* (ſare, & ſere) ſuper omne *ens* (ſans, & ſens) & *eſſe* ipſum *eſſe* (& ſare ipſum ſere) Propter quod, ut obſervavit D. Thomas 1. *par.qu.*13.*art.*11. nomen *Qui eſt* (Qui ſet, aut potiùs Qui ſyt) ſeu *eſſe* (Ipſum ſere Ipſum ſyre: *Ipſum ab æterno & in æternum exiſtere*) eſt propriiſſimum inter Divina,

Illa verba quæ continentur parenthesi, & ad Dialecticam Metaphyſicam pertinent, à nobis ad majorem claritatem sūt addita.

Cur nomen Qui eſt, Deo cōveniat propriiſſimè?

Omne Creaturarum Eſſe derivatur à Deo,

juxtà illud Exod.3. *Ego* [*] *ſum, qui ſum*: & *Qui eſt, miſit me ad vos*. Ab ipſo autem Deo derivatur eſſe (ſare & ſere) ad omnes creaturas, quæ propterea dicuntur *Entia* (ſantia & ſentia) per participationem, quia verè recipiunt *eſſe* (ſare, & ſere) ab *Ente per eſſentiam* (à ſynte; *quod eſt* ſans *&* Sens *per eſſentiam*) Unde in ipſis eſſe (ſere) non eſt actus purus, ſed recipitur *in eſſentia* (in ſare) quæ eſt potentia (meliùs, habet potentiam ad ipſum *eſſe* (ſere) Et ideo (*eſſentia, & exiſtentia*, ſare, & ſere) realiter diſtinguuntur inter ſe, &c. ENS (ſumptum videlicet participialiter, ita ut idem ſit ac ſens) propriè ſignificat id *quod eſt* (quod ſet, nempe in potentiâ) non autem ipſum *eſſe* (ipſum Sere) & hoc pacto *ens* (potens Sere) eſt prædicatū eſſentiale omnium rerum; quia aptitudo ad *eſſe* (ad Sere) eſſentialiter convenit creaturis. Si autem *ens* (Sens) ſumatur pro ipſo *eſſe* (pro ipſo Sere) ſeu *exiſtere*, ſic de ſolo Deo prædicatur eſſentialiter, ut docet D.Thomas *quodlib.*2.*quæſt.*2.*art.*3. Nam, cùm *eſſe* (Sere) creaturarum comparetur ad earum eſſentiam (*ad earum* Sare) ſicut actus ad potentiam, nequit illis eſſentialiter convenire: eò quòd omnis actus eſt extra rationem potentiæ, quam perficit & actuat, &c.

Creatura non eſt actus pur⁹; & ideò componitur ex eſſentia & exiſtentia.

Quo ſenſu Ens ſit prædicatū eſſentiale?

In Creaturis Eſſentia ad Exiſtentiam, ut Potentia ad Actum (ut Subjectum ad Formam) comparatur.

TERTIA.

CCCXXIII. Qualem inter ſe habeant Analogiam univerſa Syſtemata?

OMnia Syſtemata inter ſe ipſa (aut etiam ſuo modo, cum Increato & Divino comparata) Analogiam Proportionalitatis obſervant, Et hinc oriuntur omnia Protheoremata, quæ noſtram Philoſophiam, & Theologiam ſuccollant; videlicet, incipiendo à notioribus,

Sicut de Materialibus materialiter, & de Corporalibus corporaliter,

Synthecremata Realia,

Sic de Spiritualibus, & Immaterialibus ſpiritualiter & immaterialiter.

Sic de Angelicis Subſtantiis angelitàt.

Sic de rebus Supernaturalibus ſupernaturaliter.

Et tandem ſic etiam de Divinis divinitàs, Naturalium, & Supernaturalium Scientiarum Profeſſores, debent philoſophari.

PRÆTEREA, Sicut de Realitatibus & Rebus Phyſicis realiter, & phyſicè,

Synthecremata Formalia.

Sic de Formalitatibus, & Conceptibus Metaphyſicis formaliter & metaphyſicè, ſtatuere & reſolvere debent, qui dant operam Hyperphyſicis Meditationibus.

ET DENIQUE, *Sicut de Rebus realibus realiter,*

Synthecremata Virtualia.

Sic de Virtualibus, ſeu Moralibus (Politicis, & Eccleſiaſticis) virtualiter, ſeu moraliter (politicè, & eccleſiaſticè) debent Legiſlatores, & Juriſconſulti diſcurrere.

Et ut Proportionalitatis Analogia, quæ inter Syſtemata conſtituitur, meliùs intelligatur, Exempla ſubſequentiā propono,

Leo eſt Subſtantia ſenſitiva corporea & materialis; habens exiſtentiam & durationem temporaneam, realiter à ſuâ eſſentiâ diſtinctam: cujus ſunt tres Potentiæ Intentionales, videlicet ſenſitiva, Memorativa, & Appetitiva: & per primam objecta ſenſibiliā percipit & diſtingait: per ſecundam rerum, quas ſenſu perceperat, recordatur:

FVNDAMENTVM PHYSICVM.

per

Vnum Leonem in exemplum propoſui, aſſero eumen unum, qui vel unam Muſcam bene cognoſcat, eſſe cogniturum Deũ, & Angelos.

per tertiam, propria natura convenientia appetit, & reſpuit diſconvenientia.

PARALELLVM I. ANGELICVM.

Angelus eſt Subſtantia Intellectiva; incorporea, & immaterialis: habens exiſtentiam & durationem Æviternam, realiter à ſuâ eſſentiâ diſtinctam: cujus ſunt tres Potentiæ Intentionales, videlicet, Intellectus, Memoria, & Voluntas. Et per primam res univerſas percipit: quoniam per Intellectum percipit & cognoſcit omnia intelligibilia, & nullum reperitur ens, quod non ſit ab Intellectu cognoſcibile. Per Memoriam rerum omnium, quas intellectu perceperat, recordatur. Et per Voluntatem, nam libero eſt divinitùs donatus & condecoratus arbitrio, eligit & amat, quæ vult, & reſpuit illa, quæ non vult.

De Leonis & Angeli Analogia.

PARALELLVM II. THEOLOGICVM

Deus eſt Subſtantia Intellectiva, incorporea, immaterialis, ſupernaturalis, Divina: in quâ coïncidunt Eſſentia, Exiſtentia, & Æternitas; & hanc ob rem realiter identificantur, Ejus duæ ſunt Potentiæ Intentionales, Intellectus nimirum & Voluntas, quæ inter ſe diſtinctione rationis ratiocinatæ ſecernuntur. At verò inter Intellectionem, Intellectum, Exiſtentiam, hypothetica tantùm, aut etiam ſi volueris, rationis ratiocinantis differentia intercedit. Quoniam eſſentia Infinita eſt neceſſariò actu exiſtens: & Intellectus infinitus eſt neceſſariò actu intelligens. Et cùm eſſentia Dei ſit nobiliſſima, & nulla nobilior ſit, quàm Intellectiva, ſequitur etiam neceſſariò, quòd eſſe Dei, ſit intelligere Dei. Per memoriam Angeli & Homines rerum præteritarum recordamur, Ergo in Deo eſſe Memoria [*] nequit; ipſi enim, quæ reſpectu noſtri præterita, aut futura dicuntur, ſunt ob oculos ſemper præſentia in hoc nunc Æternitatis. Habet denique liberam & immutabilem Voluntatem Deus. De rebus omnibus approbando aut reprobando decernit prout ejus Voluntas ſanctiſſima, & juſtiſſima vult: at decreta ipſe ſu a revocare aut mutare non poteſt; quia ad omnem mutationem duo ut minimum requiruntur inſtantia; & tota Æternitas non habet plura inſtantia, tota enim eſt unicum indiviſibile nunc.

Æ creaturarũ cognitione, nõ ſolùm promovetur Humana Mens, ut ſciat, *An Deus ſit?* ſed etiam, ut intelligat, *Quid ille ſit?*

An in Deo ſit Memoria?

An Voluntas libera?

An Deus ſit immutabilis?

CCCXXIV. Quomodo immutabilitas Voluntatis Divinæ cum Libertatis indifferentia componatur?

LEgiſti ultimas lineas, & quia obſcuræ videntur, ſic diſcurris. Deum, ais, eſſe Agens infinitè liberum, poſſe decernere, quæ vult; ſi ſeorſim & ſecundum ſe conſideretur, res eſt intellectu facillima. Prætereà, Deum eſſe infinitè perfectum; & mutabilitatem & inconſtantiam in ſuo conceptu imperfectionem manifeſtam involvere; & hanc ob rem Deum, qui infinitè eſt perfectus, mutabilem eſſe non poſſe, ſi præſcindamus à cæteris, & hanc unicam rem ſecundum ſe conſideremus; erit ipſa intellectu facillima. Verùm enim verò liberam Voluntatem cum Immutabilitate concordare & componere,

Hoc opus, hic labor eſt: [*] &c.

Et ideò reſcire vis, quo iſtæ duæ res modo, componi poſſint, quin alteri altera contradicat.

**] Sic loquuntur Grammatici: at Philoſophus diceret, Hoc labor eſt; quia in illa Propoſitione Pronomen eſt ſubjectum, & Nomen, ſi adjectivum eſſet, cum prædicato concordaret, puta, ſi diceretur, Hoc laborioſũ eſt.*

Reſpondeo, hanc compoſitionem & concordiam eſſe, ſi oculos aperire volueris, clariſſimam & expeditiſſimam. Hunc ipſum librum, quem legis, tibi in exemplum pono. Is à Deo producatur, ut habeat durationem inſtantaneam tantummodò; & habebit inſtantaneam durationem tantummodo, ſi in inſtanti, A, non ſit, in inſtanti B, ſit, & in inſtanti C, non ſit. Et interrogo, An in illo ſuæ durationis inſtanti futurus ſit apertus, an clauſus? Erit (reſpondebis & bene) prout Deus voluerit. Ergo, apertus, ſi Deus illum apertum voluerit producere: clauſus, ſi clauſum. Ecce reſpectu illius inſtantis B, eſt ex Dei parte libertas & indifferentia, & contingentia ex parte libri. Pergo ulteriùs, & interrogo, An hic ipſe liber, qui poteſt in illo inſtanti B eſſe apertus, vel clauſus, mutari poſſit, & ex aperto in clauſum, aut contrà, ex clauſo in apertum tranſire? Et ſtatim reſpondebis, quòd non. Quia duo, ut minimùm, durationis inſtantia quæcumque mutatio requirit: & ille, ut ſupponitur liber, durat tantummodo per unum inſtans.

Res inſtantanea (nempe, quæ uno inſtãti ſolummodò duret) eſſe ſic vel aliter poteſt, at mutari non poteſt.

Quæ in Agente eſt libertas, eſt contingentia in Paſſo.

Hanc ergo doctrinam Deo accommoda: ejus enim duratio, licèt ſit infinita, eſt tantummodo, unicum *nunc*, unicum inſtans; &, ut dicebamus, mutatio, plura inſtantia requirit.

Æternitas, ſeu Duratio Divina, eſt unum infinitum Inſtans, hoc eſt, unum ſimpliciſſimum *Nũc*.

QUARTA.

CCCXXV. Quid ſit Ens Categoricum? Verùm, ſans, an ſens ſit?

E*NS Categoricum (illud videlicet, quod eſt Caput Syſtematis, & dividitur in Categorias) eſt* Sans, *non* Sens: *vel ut vulgus Academicum loquitur, Nominale, & non Participiale eſt ens.*

Demonſtratur clariſſimè: omnia enim quæ in Syntagmate de Categoriis ab Ariſtotele, aut etiam ab aliis dicuntur, poſſunt intelligi & dilucidari præſcindendo ab actuali exiſtentiâ.

Eſt hæc Concluſio in Scholâ Thomiſtarũ communis. Eam tradit P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate *in ſua Philoſophica Summa 3. part. qu. 11. art. 4. pag. 684. a.* dicens. *Cùm Prædicamentum ſit ſeries, ſeu coordinatio attributorum eſſentialium,* ENS, *quod dividitur in decem Prædicamenta, ſignificat eſſentiam, & non tantùm* [*] *exiſtentiam*. Et probat authoritate D. Thomæ, qui *quodl. 2. qu. 2. art. 1.* & iterum *in libr. 10. Metaph. lect. 3.* ſic ſcribit, *Ens, quod dividitur in decem Prædicamenta, ſignificat ipſaſmet naturas decem generum, ſecundum quod ſunt,* (ſent, *exiſtunt*) *actu, vel potentiâ*. Et ſubſumit P. Philippus. At ens, (prout eſt ſens) prout ſignificat exiſtentiam, in actum, & potentiam non dividitur. Et infert. Ergo ens, quod in decem Prædicamenta dividitur (non eſt ſens, ſed ſans) non eſt ens quod exiſtentiam, ſed eſt Ens, quod eſſentiam ſignificat.

**] Ego libentius locarem illud tantùm, & ſic Concluſionem ſcriberem, Ens, quod, &c.* ſignificat tãtùm eſſentiam, & nõ exiſtentiã. Quid ſit Prædicamentum?

Hanc eamdem Concluſionem etiam alii, qui extra Angelici Preceptoris Scholam philoſophãtur velut certã propugnant. Audiatur P. Joãnes Lalemãdetius, qui tametſi libẽtiùs Scotiſtis, quàm Thomiſtis adhæreat, *in Logic. diſpus. 6. part. 7. column. 220. num. 19*, ſic inquit. [*Ens* prout dividitur in decem Prædicamenta, non ſignificat exiſtentiam, ſed eſſentiam. Quare exiſtentia ſolùm reductivè ponetur in Categoriâ ejus rei, cujus eſt exiſtentia.] Et probat hanc ſuam Reſolutionem tribus Rationibus, quarum priores, qui voluerit, apud ipſum inveniet; nam ultima videtur ſufficere,

Ens, quod in Prædicamenta dividitur, præſcinditur ab actuali exiſtẽtiã.

ut

Digitized by Google

Roſa eſt ſub ſtantia & independenter ab omni exiſtētia in Prædicamento collocatur.

ut Reſolutio confirmetur. Roſa (ait)ex.gr. in hyeme, licèt non exiſtat, nihil impedit, quin collocari poſſit in Prædicamento Subſtantiæ.] Et hoc ipſum Prædicamenti recepta definitio perſuadet; quoniam, ut idem Autor ſcribit, [Series Categorica eſt coordinatio (prædicatorum) Superiorum, & Inferiorum in ordine eſſentiali, non verò in ordine exiſtentiali. Ex illis enim fiunt Prædicationes Sempiternæ Veritatis, ut *Homo eſt animal*, *Animal eſt vivens*, *Vivens eſt corpus*, *Corpus eſt* [*] *ſubſtantia*. Prædicationes autem Sempiternæ Veritatis non important exiſtentiam. Ergo nec illam importabit, ſeu ſignificabit Series Categorica, &c.]

Quid ſit Prædicamentum?

*] *Hæc Propoſitio*, Corpus eſt Subſtantia, *eſt vera, ſive ſumatur Corporeitatis forma, diſtincta ab anima admittatur ſive non admittatur.*

CCCXXVI.

Quid ſit ens Categoricum?

Contra hanc noſtram Reſolutionem apud eumdem Lalemandetium ibidem objicit Cajetanus. [Ens Categoricum (nempe, illud, quod per decem Categorias diſtribuitur) eſt Ens actu. Sed ſolùm Ens exiſtens eſt Ens actu (nam Ens poſſibile eſt ens in potentiâ: dicit enim potentiam ad exiſtendum.) Ergo ens exiſtens eſt Ens Categoricum. Ergo Ens Categoricum eſt Ens exiſtens.]

An, & quando a tertia Figura Ariſtotelea ex puris affirmativis ſyllogiſmus legitimus formari poſſit?

Non patiar rejici Cajetani argumentum, tamquam peccans in formâ: conſtat enim ex affirmativis, & pertinet ad tertiam Figuram: tametſi enim claudicet hic Syllogiſmus,

Equus eſt vivens ſenſibile,
Homo eſt vivens ſenſibile,
Ergo homo eſt equus,
Ergo equus eſt homo.

hic eſt legitimus, & bonus.

De Syllogiſmo exceptivo.

Animal rationale eſt riſibile,
Sed tantùm homo eſt riſibilis.
Ergo tantùm homo eſt animal rationale.
Ergo tantùm animal rationale eſt homo.

Quia eſt Syllogiſmus Exceptivus: qui non dependet à Canonibus Ariſtoteleis. Cùm ergo Syllogiſmus à Cajetano propoſitus, huic ſecundo ſit ſimilis, erit legitimus, nec jure poterit propter formam damnari. Ergo conſideremus ejus materiam; & de veritate Propoſitionum, quas habet, judicemus.

An de illo aliquid ſtatuat Ariſtoteles?

Lalemandetius tres ſolutiones comminiſcitur, ut Cajetano ſatisfaciat. Dicit primò [Eſſentiam abſolutè ſumptã, poſſe dici etiam *Ens actu*: non quidem actu exiſtentiali, ſed actu eſſentiali; reali tamen: cui quoque verè conveniunt Attributa Entis, Unũ, Verum, Bonum. &c.] Eſt bona, & ſufficiens Reſponſio: in quâ tamen illud *quoque* delere n;nam ſanci priùs, quàm ſenci (habenti *eſſe* quiditativum priùs, quàm habenti *eſſe* exiſtentiale) tranſcendentalia Attributa conveniunt. Et quoniam verebatur, ne fortè Lector hanc primam Reſponſionem admitteret, ſecundam ſubjungit his verbis. [Saltem (ait) dici poteſt Eſſentia *actus*, qui (*lege*, quia) habet intrinſecam habitudinem ad ultimum actum; ſcilicet ad exiſtentiam.] Et hîc, quæ priùs benè dixerat, obnubilat. Nam Eſſentia ideò dicitur habere habitudinem ad exiſtentiam, quia illam poteſt recipere: & hoc ipſo ſenſu non jam *actus*, ſed *potentia* appellari deberet. Interim, quia hæc ſecunda ſolutio non per omnia Lalemandetio placuit, addidit Tertiam: quæ, ſi benè conſideretur, cum Primâ coincidit, inquit enim. [Quidquid ſit, ſufficit Eſſentiam eſſe realem ut ponatur per ſe in Categoriâ.] Et, ſi omnia, & ſingula tibi explicari velis, & interroges, quid *Eſſentia realis* nomine intelligatur? Reſpondet dicens. [Ea dicitur *eſſentia realis*, quæ licèt actu non habeat exiſtentiam, poteſt tamen exiſtere.] Et benè. Quia, ſi per impoſſibile daretur Eſſentia, quæ non poſſet exiſtere, eſſet illa chimærica, & non realis, & cenſui Entium rationis (quæ fieri per intellectum nequeunt) adſcriberetur.

An, & qualiter Eſſentia ſit *Ens actu*?

An Ens, quia poteſt exiſtere debeat *actus* vocari?

Quid ſit Eſſentia realis?

An dentur entia rationis?

Vera ſunt, ſed non ſatis clara, quæ in Primâ & Tertiâ ſolutione reſpondet Cajetano Vir doctus. Ego clariùs, & brevius, Erat Major. *Ens Categoricum eſt ens actu*: diſtinguo. Eſt ens actu in genere Sandi (in genere habendi *eſſe* quiditativum) concedo. Eſt Ens actu in genere Sendi (in genere habendi *eſſe* exiſtentiale) nego. Subſumebatur. *Sed ſolùm Ens exiſtens* (hoc eſt, Sens) *eſt Ens actu*: diſtinguo. Eſt Ens actu in genere Sendi (in genere habendi *eſſe* exiſtentiale) concedo, in genere Sandi (in genere habendi *eſſe* quiditativum) nego. Et hinc veniendo ad Conſequentiam, quæ erat, *Ergo Ens exiſtens eſt Ens Categoricum*, illam rotundè nego.

Actus eſſendi eſt duplex: alter in ſando & alter in ſendo.

Hac diſtinctione ſuis propoſitionibus accommodatâ, Cajetani objectionem reſcribo,

Reponitur Objectio Cajetani.

Ens Categoricum eſt sens (*ens actu*)
Sed ſolum Ens Exiſtens eſt sens (*ens actu*)
Ergo ſolum Ens Exiſtens eſt Ens Categoricum.

Reſpondeo Formam eſſe in ſuo genere bonam: Conſequentiam legitimam: Minorem veram: Majorem verò, cui tota ratio innititur, eſſe falſam.

Diſſolvitur.

Alii pro Cajetano contra noſtram doctrinam diverſa argumenta conformant, quæ levia ſunt, nec videntur ſolutione indigere; ſed, quia Michael Ripius *in Logic. diſp.5. qu.2.* ingenioſè diſcurrit, ejus hîc argumentum propono, [Quando quæritur, *An Ens Categoricum Eſſentiam præciſum ab exiſtentiâ dicat, an verò exiſtentem eſſentiam?* id reſponderi debet, quod de omnibus Prædicamentis poſſit verificari. At omnia Prædicamenta in ſtatu exiſtentiæ poſſunt concipi: & nõ omnia ſine exiſtentiâ poſſunt concipi. Ergo illud *Ens*, quod dividitur, & de omni Prædicamento dicitur, eſt *Ens exiſtens*. Minor duas partes habet, & quia de priori nemo poteſt ambigere, poſteriorem ſic probat. Quia, Agere, aut pati: talem rem facere, vel producere; vel à tali Agente talem formam recipere; [Unde Complutenſes *in Phyſic. diſp.3. quæſt.4. num.24. verſ. Reſpondetur*, expreſsè dicunt, *Licet Cauſa Efficiens præſupponatur exiſtens ad ſuum effectum, eò quòd unumquodque operatur ſecundam quod eſt in actu. &c.*] Eſſe in loco, tali, aut tali modo quoad ſuas partes ordinari, & ſituari, aut Talibus, aut talibus veſtibus ornari, &c. nequeunt, quæ non exiſtunt. Ergo ſaltem in Prædicamentis Actionis, Paſſionis, Ubicationis, Situationis, & Habere, Exiſtentia neceſſariò intelligitur.

Ripii Objectio

Vnde deſumi debeat in hac Controverſia deciſio?

CCCXXVII.

An agere, & pati ad res exiſtentes pertineat?

An etiã talem Locum, vel Situm: vel certè tales veſtes habere?

An inter exiſtentia extrema eſſe debeat

Confirmatur eadem Propoſitio, Primò, Quia Relatio realis, realiter exiſtens fundamentum, & terminum realiter exiſtentem requirit, ut docet D. Thomas *Opuſ.48. tract. 5. cap.1.* Quod ipſum *2. contr. Gent. cap.12.* probat, nam ſi inter res poſſibiles darentur Re-

De *Quando*.

lationes reales, Numerus Binarius poſſibilis infinitis Relationibus afficeretur. [Vide Complutenſes *in Logic.diſp.14.qu.3.nu.10.*]

Quid ſit? & an intelligi poſſit ſine exiſtentia?

Confirmatur Secundò. Quia, quidquid ſit de cæteris Prædicamentis; *Quando*, in ſuo eſſentiali conceptu exiſtentiam importat. Et hoc videtur manifeſtè probari. Quoniam *Quando*, vel eſt ipſum tempus, vel ſine tempore non poteſt intelligi. Illud prius aſſerit Suarius *diſp.50.Metaph.ſect.12.* quem *in Logic. diſp.16.qu.1.§.3.num.7.verſ.Unde.* Complutenſes impugnant. Hoc poſterius affirmant alii cum Gilberto, qui in Prædicamenti *Quando* dilucidatione, inter alia ſcribit, *Quando ſignificat rationem* (meliùs, *relationem*) *ex temporis inſidentiâ relictam, non tempus ipſum*. Et infrà. *Quando eſt quadam affectio rebus addita, per quam dicuntur eſſe, aut fuiſſe, aut futuras eſſe; non verò, eſt tempus ipſum*. Quod etiam docet Angelicus Præceptor *Opuſ.* 43. nec non *in libr.5. Phyſic.lect.3.* & ſæpè alibi.

CCCXXVIII
Exiſtentiæ duplex conſideratio.

Dico ante Reſponſionem ipſammet exiſtentiam bifariam poſſe conſiderari; nempe, ſecundum ſe, ſeu ut poſſibilem, & ut actualem. Exiſtentia ſecundum ſe conſiderata, habet ſua prædicata eſſentialia; & ut poſſibilis, dicit poſſe eſſe actu: nam alius nunc Mundus non exiſtit: & ſicut ejus ſubſtantia nunc, ſic etiam ejus exiſtentia eſt poſſibilis.

An exiſtentia in Abſolutis Prædicamentis includatur?

Addo ſicut in Prædicamento Subſtantiæ, ſic etiam in Prædicamentis Quantitatis, & Qualitatis non conſiderari concreta, aut abſtracta, quæ exiſtunt, ſed exponi tantummodò, & dilucidari, qualia eſſent, ſi omnia exiſterent.

An fortè in Relativis?

De Actione, & Paſſione.

De Vbi, & Situ

His præmiſſis ad argumentum reſpondeo, in Prædicamentis Relativis, eodem ac in Abſolutis modo eſſe philoſophandū. Et hâc ob rem aſſero, in Actionis, & Paſſionis Prædicamentis, earum conſiderari eſſentias, exiſtant, aut non à parte rei: eſſent enim vera, quæ de illis dicuntur, etſi nullæ in Mundo Actiones, aut Paſſiones eſſent. Idem de Ubicatione, & Situ dicito: idem de Habere. Nam, ſi nulla res eſſet Madriti, nulla Toleti, eſſet verum dicere, duas res inter ſe 12. leucarum habituras diſtantiam, ſi altera Madriti, & Toleti altera collocaretur. Et, ſi nulla in Mundo eſſent poma, & tamen quatuor intelligam, quæ his literis R, O, M, A, ſignifico, & ſecerno inter ſe, eſſet verum dicere, illa 24. combinationes, ſeu ſituationes, in ordine ad locum, ſubire, ab omni exiſtentiâ actuali præſcindendo. Et denique ut hominem veſtitum, armatum, aut qualitercumque ornatum intelligam, non eſt neceſſarium, ut illum exiſtentem concipiam.

De rerū Combinatione.

De *Habere*.

Relatio dupliciter conſideratur.

De Relatione actuali.

Ad primam Confirmationem dico Relationes poſſe in actu ſignato, & exercito: (vel clariùs, poſſe ſecundum ſuas eſſentias, & in ſtatu poſſibilitatis, & poſſe ut actu exiſtentes ſunt) conſiderari. Addo actu exiſtentes, actu exiſtentia fundamenta requirere, & terminos actu exiſtentes. Aſſero tamen Relationum definitiones in Prædicamento collocari, & illas ibi poſitas ab omni exiſtentiâ præſcindere; quoniam etſi nullæ qualitates corporeæ exiſterent in rerum naturâ, eſſet verum dicere, ſimilitudinem eſſe relationem, quæ inter duo ſubjecta eamdem habentia qualitatem verſatur.

Ens poſſibile actuales relationes non habet, ſi *actualeſ* nomine, exiſtentes intelligamus.

Definitiones rerum, quæ Tempus, & Quando concernunt, non includunt Temporis exiſtentiam.

Ad ſecundam Confirmationem dico, ante Creationem Mundi nullum actuale Tempus fuiſſe, & tamen tunc illam Temporis definitionem, quæ nunc eſt vera, veram fuiſſe. Verum fuiſſe dicere, eſſe tres differentias temporis, & non plures: nam Tempus in Prætetitum, Præſens, & Futurum adæquatè dividitur. De his differentiis agere interrogationem, quæ formatur per *Quando?* At ante Mundi exordium, ut jam dixi, Tempus non exiſtebat. Veritates igitur, quæ dicuntur de Tempore, nullo prorſus modo à temporis exiſtentiâ dependent.

QUINTA.

CCCXXIX.
De diviſione Entis in Subſtātiam, & accidens.

E*NS prout dividitur in Subſtantiam, & Accidens, eſt Analogum Attributionis*.

Patet: nam Subſtantia eſt Ens per ſe, & eſt propriè Ens; Accidentia verò, non ſunt per ſe, nec propriè Entia, & ideò non abſolutè *Entia*, ſed *Entis* (hoc eſt, ſubſtantiæ) *Entia* vocantur.

Hæc Concluſio eſt expreſſa Ariſtotelis: qui tametſi, opinione [*] multorū ne quidē nomen Analogiæ cognoverit, nihilominus inter æquivoca reperit diſtinctionem & gradus, & *libr.11. Metaph.* jubet, ut *Ens* ſicut *Sanum* ad ſua inferiora referatur. At ſanum ſcimus, non eſſe purè æquivocum, ſed analogum Attributionis. Ergo opinione Ariſtotelis, de Ente id ipſiſſimum dicendum eſt. Firmant hanc Reſolutionem ejuſdem Ariſtotelis verba, quæ *libr. 4. Metaph. text.1.* leguntur. Inquit enim. *Ens multipliciter dicitur, verùm ad unum, unamque naturam, & non æquivocè, ſed quemadmodum omne ſalubre ad ſanitatem*. Et prout nos, ita etiam Ariſtotelem *lib.11.lect.13.* Angelicus intellexit Præceptor; ſcripſit enim. *In hoc verò, quæ prædicto modo dicuntur, idem nomen de diverſis prædicatur ſecundum rationem partim eamdem, & partim diverſam; diverſam quidem, quantum ad diverſos modos relationis: eamdem verò, quantum ad id, ad quod fit relatio, eſſe enim ſignificativum, & eſſe affectivum diverſum eſt, ſed Sanitas una eſt. Et ſimiliter eſt de multiplicitate Entis. Nam ens ſimpliciter dicitur id, quod in ſe habet eſſe, ſcilicet Subſtantia: alia verò dicuntur* Entia, *quia ſunt hujus* (Entis) *quod per ſe eſt, vel paſſio, vel habitus, vel aliquid hujuſmodi. Non enim Qualitas dicitur* Ens, *quia ipſa habet* eſſe, *ſed quia per eam Subſtantia dicitur diſpoſita; & ſimiliter eſt de aliis Accidentibus. Et propter hoc dicitur, quòd ſunt Entis*, [Græcè τὰ τȣ̃ ὄντος.]

*] *Ariſtotelem non cognoviſſe Analoga, eſt communis in Scholis opinio; eam autem falſitatis convinco in mei Pandectæ Prologo expreſſum ipſius teſtimonium producens.*

An, & quomodo Accidentia ſint Entia?

SEXTA.

CCCXXX.
Quo accidens modo prædicetur de novem Prædicamentis accidentalibus.

A*Ccidens prout prædicatur de novem accidentium generibus, eſt Analogum*.

Eſt expreſſa S. Thomæ, quem Cajetanus *in lib.de Ente, & Eſſent.cap.7.ad 3.* Ferrarienſis *1.contr.Gent.cap.32.* Soncinas *4.Metaph.qu.4.ad 2.* P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate *in Summ. Philoſoph.part.3.qu.11.art.4.* ubi citat Complutenſes, & Maſium: & hanc Concluſionem proponit. [Dicendum (1) quòd Accidens non eſt univocum ad novem Prædicamenta Accidentium: ſed (2) eſt tranſcendentale reſpe-

ctu

ctu illorum; cùm in eo nihilum oniatur, de quo formaliter non prædicetur: ac (3) proindè non ſignificat immediatè aliquem gradum ſive conceptum objectivum illis communem, ſed ipſa novem genera ſecundum ſuas proprias rationes, ut proportionaliter ſe habentes. Unde (4) eſt Analogum proportionalitatis propriæ ad illa prædicamenta, quæ intrinſecè ſunt Accidentia, & Entia. (5) reſpectu verò omnium eſt Analogum Proportionalitatis Metaphoricæ; quia (6) ſunt quædam quæ conſiſtunt in ſolâ denominatione extrinſecâ, ſcilicet, *Ubi, Quando, Habere*. Et ita (7) debent tenere, quotquot admittunt decem Prædicamenta. &c.] Hæc omnia ille. Et Nos uberioris doctrinæ gratiâ hæc ſeptem puncta recognoſcamus, & breviter dilucidemus.

An ab illis abſtrahi poſſit aliquod commune Prædicatū?

De Analogia Metaphyſicæ Proportionalitatis.

An Analogia Univocationi opponatur?

1] Accidens, prout de novem Prædicamētis dicitur, non eſſe purè Univocum, aſſerit, & aſſentimur. Sed conſultò ponimus illud *purum*: quoniam Analogia, ſi benè exponatur non opponitur Univocationi.

An Accidens ſit conceptus tranſcendentalis?

2] Eſſe autem Tranſſcendentale aſſerit, & Aſſertum diſtinguimus: ſi adjectivè ſumatur nomen Accidens, concedimus: ſi verò ſubſtantivè negamus: nam ſicut Petreitas v. gr. eſt quædam formalitas humana, non autem Homo: ſic etiam Quantiteitas eſt quædam formalitas accidentalis, non autem accidens.

An, & quando Accidens præſcindatur?

3] Accidens ſubſtantivè, non autem adjectivè ſumptum, habet conceptum à ſuis differentiis præciſum: qui participatur à ſuis inferioribus, ſed differentia ſe tenet in modo participandi.

An Qualitates inhæreant Quantitati?

4] Accidens, ut benè P. Philippus dicit, eſt Analogum Proportionalitatis. Et, ſi Qualitates, & cætera Accidentia dicantur Quantitati inhærere, ut multi Theologi aſſerunt, ne miracula in Venerabili Sacramento multiplicent, Accidens prout de Quantitate, & Qualitate, aut etiam de cæteris Accidentibus dicitur, erit Analogum Attributionis.

De Syſtemate Metaphorico. An ne cæteris addendum ſit?

5] Admittendum eſt Syſtema Metaphoricum: *nam, ut de vocibus in propriâ ſignificatione acceptis, propriè; ſic de vocibus Metaphoricis debemus metaphoricè philoſophari*.

Quid Vbi, Quādo, & Habere apud Thomiſtas ſit?

6] *Ubi*, *Quando*, & *Habere*, eſſe denominationes extrinſecas, ut multi Recentiores affirment, non videtur admitti poſſe in Scholâ Thomiſticâ, quæ mavult, ut ſint formæ reales. Eſt certa, & indubitata profectò: nam Profeſſores Carmelitani Complutenſes, qui Curſum Philoſophicum ediderunt, Thomiſtæ ſeveriſſimi ſunt, & tamen à P. Philippo etſi ſui Ordinis Generale diſſentiunt. Audiri poterunt; nam *in diſp.16. Logic. quæſt.2.* §.1 *num.*11. univerſim loquendo ſic inquiunt. [Dicendum eſt hæc (ſex ultima) Prædicamenta non eſſe puras denominationes extrinſecas; ſed formas intrinſecas, relictas in ſubjectis ex applicatione, vel adjacentiâ alicujus extrinſecâ. Sic docent B. Albertus, & Gilbertus, quos refert, & ſequitur Capreolus *in 2. diſt.2. qu.*1. Soncinas 5. *Metaph. qu.*41. Arauxo *ibid. qu.7. artic.*1. Gonzalez 1. *p. qu.*10. *diſp.*22. *ad* 3. & Communiter Doctores. Eſtque procul dubiò mens D. Thomæ, nam 5. *Metaph. lect.* 15. generaliter docet, ſex ultima Prædicamenta eſſe reſpectus intrinſecos relictos in rebus ex aliquo extrinſeco. Idemque ſpecialiter tradit de Actione, & Paſſione *in 2. diſt.*40. *quæſt.*1. *art.*4. de Ubi, & Quando *in* 4 *diſt.*16. *qu.*3. *art.*1. de Situ, & Habitu 5. *Metaph. lect.*20. &c.]

Carmelitæ Excalceati ſunt Thomiſtæ ſeveri.

De ſex ultimis Prædicamentis An ſint quædā extrinſecæ denominationes?

Sic univerſim loquendo de ſex ultimis Prædicamentis Complutenſes ſtatuunt: videamus nunc, quid dicant, agentes in particulari. Sanè *in Logic. diſp.*16. *qu.*1. §.2. *nu.*4. ſic ſcribunt [Ubi creatum eſt forma accidentalis, per quam res ſit præſens determinato loco; ibique ita coaptatur, quòd ita ſic hîc, quòd non ſit alibi.] Et §.3. num.7. [Ex adjacentiâ, & menſuratione extrinſecâ Temporia Primi [*a*] Mobilis reſultat in re temporali aliquod accidens, quod appellatur *Quando*.] Et §. *ult. n.* 10. [Aſſerendum eſt, quòd ſicut ex circumſcriptione loci reſultat in re locatâ novum accidens, quo dicitur (illa) eſſe in loco; ſic ex adjacentiâ indumenti reſultat in re animatâ [*b*] nova quædam forma, ratione cujus res dicitur eſſe induta; & hanc appellamus *Habitum*.]

a] *Etſi ceſſaret Primi Mobilis motus, modò manerent corpora, etiam maneret tempus.*

b] *Cur non de ſtatua, aut re inanimata idē non poſſet dici?*

7] Sanè non debent P. Philippi opinionem tenere quotquot decem dari Categorias inter ſe, realiter diſtinctas aſſeverant; nam, ut vidiſti, Complutenſes decem Categorias admittunt, & tamen aliter philoſophantur.

Sunt etiam inter S. Thomæ Diſcipulos Opinionum divortia.

Digitized by Google

*]*Hic ſtatim inquiritur*, An in eodem ente poſſint eſſe duo contradictoria Adtributa? *Reſpondee*, in diverſo ſenſu eſſe poſſe. *Quoniã anima rationalis Thomiſtarũ ſententia eſt ſpiritualis* ut quod, *& corporea* ut quo. *Vide Lalemandetiũ* in Phyſic. col. 570. *Multa miracula ſunt naturalia quoad ſubſtantiam, & ſupernaturalia quoad modum. Et Chriſti gratia eſt finita realiter, & infinita moraliter. Et Peccati mortalis imperfectio finita eſt realiter conſiderata; & tamen ſecũ aſſerente Divo Thoma infinita eſt, ſi moraliter conſideretur. Qualitas infinitè intenſa poſſet finitè extendi; & ſi eſſet infinitè extenſa, habere poſſet intenſionem finitam.*

CAPUT II.

De Ente per Materialitatem Concreto; hoc eſt, De Subſtantia Corporea.

SUB Sectionis præcedentis initium Ens in Abſtractum, & Concretum diviſiſimus; & ibi *Concreti* nomine Ens per Syſtematicum aliquod Adtributum reſtrictum, & impoſitum Capiti Syſtematis particularis. Præcipua Adtributa Entis Generaliſſimi, ſunt tria Poſitiva, & totidem Negativa: videlicet, Spiritualitas, Supernaturalitas, & Infinitas, quæ ſunt Poſitivæ quædam Formalitates: & Materialitas, Naturalitas, & Finitudo, quæ ſunt Formalitates Negativæ. Et Ens per has omnes negationes contractum, eſt Ens Materiale Naturale Finitum. Et de illo debebimus totâ hac Sectione diſputare. [*]

Sub hoc ente ſunt decem Prædicamenta Materialia Naturalia Finita; quæ ab Ariſtotele in ſuæ Phyſicæ Libris ingenioſè explicantur. Nos autem impræſentiarùm Primum (nempe, Subſtantiam, Materialem, Finitam) nam cætera ſunt alibi ſatis fusè explicata, accuratiſſimâ diligentiâ illuſtrabimus.

CCCXXXI. Circa Naturalium Principiorum numerum diverſæ fuerũt Antiquorum ſententiæ.

Habet illa ſuas partes intrinſecas, quæ paſſim nominantur *Principia*. Sed quot? in deſignando numero Principiorum, quæ Subſtantiam Materialem conſtituunt, veteres non conveniunt Philoſophi; at jam hodie Scriptores Novitii, Ariſtotelis, & Peripateticorum adhærentes Sententiæ, tria conſtituunt; videlicet, *Materiam, Formam, & Privationem*. Et duo priora (Principia) dicunt eſſe intrinſeca: tertium autem extrinſecum.

Quot & quænam illa ſint?

Contradictoriè opponitur ipſi Formæ Privatio; ad Generationemque, & Corruptionem concurrit ipſa extrinſecùs, quoniam Generatio eſt tranſitus ex non eſſe (ſeu *non eſſe*) Formæ, ad eſſe (aut *eſſe*) illius. Et è contrà Corruptio, eſt tranſitus à eſſe (ab *eſſe*) Formæ, ad non eſſe (aut *non eſſe*) illius. Et Converſio eſt tranſitus ex una reali & poſitivâ ad aliam incompoſſibilem formã.

An ſit intrinſeca?

Quid Generatio ſit?

Exempla opportuna produco. In illuminatione enim aëris puta Generatio conſpicitur: fit enim tranſitus ex non luce ad lucem, & nulla præcedens forma in aëre illuminato corrumpitur. Et quando in eodem aëre tenebræ ſuperveniunt, exemplum puræ Corruptionis percipitur: quoniam ex luce ad non lucem fit tranſitus: perit forma præcedens, & nulla de novo producitur. In productione Ignis apparet Converſionis exemplum; quando enim Lignum in Ignem convertitur, Materia prima, quæ erat eſſe (ſuſtinebat) Ligni formam, eam amittit, & formam ignis adquirit.

Quid Corruptio?

& quid tandẽ Converſio?

Hæc doctrina exemplis appoſitis dilucidatur.

Hæc in omnibus leguntur, & exponuntur Libris, in quibus diſputatur de Phyſicâ: at apud nullum legi, Privationem Principium Intrinſecum eſſe: cùm tamen id tam certum ſit, ut à nemine negari poſſit: ſunt enim multa & realia concreta, quæ formâ conſtituuntur negativa. *Pygmæus*, aut *Parvus* ille homo dicitur, qui debitam ſtaturam: *Cæcus*, qui caret viſu: *Tenebroſus* aër, qui lucem non habet. Et huc pertinent illa nomina, quæ à ſyllabâ *α* apud Græcos, & ab *in* apud Latinos, quæ ſunt privativæ, exordium ſumunt, ut ἄθεος, qui ſine Deo, ἄλογος, qui ſine ratione, &c. *indoctus*, qui ſine doctrinâ, *infamis*, qui ſine famâ, & alia millena his ſimilia, quæ dicant Subjectum pro materiali, Privationem pro formali, & Formam, quæ privationem opponitur, exprimunt in connotato.

An, & quando intrinſeca ſit forma Privatio

An ſint realia concreta, quæ Privatione, aut Negatione cõſtituuntur formaliter?

Quia Peripatus in Sectas, & Sententias dividitur, qui de his Principiis diſſeritur, acris, & contentioſa inſurgit inter Thomiſtas, & Scotiſtas, Diſſertatio; à quâ ego impræſentiarùm me abſolutè ſubduco; non enim intendo definire, aut exponere, Utri philoſophentur probabiliùs; ſed oſtendere tantùm, Neutros valuiſſe, aut benè ſuam ſententiam exponere, aut oppoſitam directè opponere: & hoc terminorum defectu. Ergo ut omnia poſſint evidentiùs oſtendi, paulatim in hac ipsâ Demonſtratione procedatur.

Intentum, & Conſilium Autoris.



AR-

ARTICVLVS IX.

An Materia-prima conveniat Sare ? *An ipſa, prout condiſtincta à Formâ, habeat propriam Eſſentiam?*

CCCXXXII. An Materia ſine Formâ cognoſcibilis ſit?

ASſerit D. Thomas *qu. 3. de Verit. art. 5.* dicens Materiam primam habere in Divino Intellectu proprium exemplar diſtinctum ab Idéis Formæ & Compoſiti. Hanc autem eum recantaſſe ſententiam (ut monui alibi, & Complutenſes *in Phyſic. diſput. 3. quæſt. 5. §. 2. num.* 30. aſſerunt) teſtatur Cajetanus: nam Sanctus Doctor oppoſitam *in 1. part. quæſt. 35. art. 3.* propugnat. Complutenſes *loc. cit.* ut quarto reſpondeant argumento duas ſolutiones proponunt: quarum prior, quæ obſcura & difficilis eſt, ſecundam D. Thomæ Opinionem tuetur: altera, quæ expeditior videtur, ad hæc verba reducitur. [Secundò, & faciliùs reſpondetur, quòd eſto Materia prima habeat Ideam diverſam ab Ideâ Compoſiti, & Formæ: nihilominùs per illam non repræſentatur factibilis (cum ordine ad Sendum, ſeu ad habendum exiſtentiam) niſi dependenter à Formâ. Quapropter ratione rei faciendæ nequit Deus uti Ideâ Materiæ, quin ſimul cotatur Ideâ Formæ & Compoſiti; ſicut ob eamdem rationem non valet uti Ideâ Compoſiti, niſi utendo ſimul Ideâ Materiæ: nimirùm, quia licèt hæc realiter diſtinguantur, habent tamen neceſſariam connexionem quoad fieri (Seri) & eſſe (Sere, exiſtere.) &c.] Sic illi.

An priorem S. Thomas retractarit ſententiam?

Quo Deus modo intelligat & cognoſcat Materiam.

Materia à Deo tribus modis cognoſcitur.

Ergo Materia prima Complutenſium ſententiâ, trifariam cognoſcitur à Deo, nempe, ſecundum ſe, ut poſſibilis, & ut exiſtens. Cognita primo modo, habet ideâ propriam, poteſtq; ſine dependentiâ à Formâ cognoſci: & dicetur Sare; &, ſi imperfectionem ſuæ eſſentiæ exprimere velimus, dicetur Saire. Secundo modo cognita, & relativa, cognoſcitur enim ut poſſibilis (ut potens Sere, vel Seire: aut veriùs potens Seri, vel Seiri: hoc eſt *potens exiſtere*, ſeu *potens fieri*.) Et tertio tandem modo cognita, erit Sens, vel Seins: nempe *exiſtens*.

Exponuntur hi modi.

Qua Ideæ Divinæ diſtinctione inter ſe diſtinguantur?

Sanè, ſi has tres Materiæ Ideas habet Deus cur non etiam diverſis cognoſcet Hominem, Animal, & Rationale, maximè, quia Idearũ Divinarum diſtinctio non eſt realis, ſed vel ex naturâ rei; quam diſtinctionem mutato nomine admittunt Thomiſtæ illam Fundamentalem appellantes: vel diſtinctione rationis ratiocinatæ, quam Angelicus Doctor admittit: vel denique diſtinctione rationis ratiocinantis, qualem concedunt Nominales qui ut formalitates diſpeſcant, ad externa connotata recurrunt.

An diſtinctio ex natura rei, & diſtinctio fundamentalis coincidant?

MAteriæ primæ officium eſt Sore. & Soire, hoc eſt, *ſubſtare*; & dicitur Sore (*ſubſtare perfectè*) quando recipit formam ſubſtantialem, & Soire (Subſtare imperfecte) quando accidentaria recipit & ſuſtentat. CCCXXXIII

Munus, officiũque Materiæ primæ.

Sed interrogas, *An, & quo modo*, Sare & Sore (*Eſſentia Materia & potentia receptiva, qua in illa*) *inter ſe diſtinguantur?*

Quomodo Materiæ potentia ab ipſa Materia diſtinguatur?

Ante reſolutionem *oportet ſcire Primò*, duplicem appetitum aut potentiam in Materiâ primâ poſſe conſiderari; nempe Generalem, & Particularem. Dicitur Materia generalem habere, quando intelligitur ſine diſpoſitionibus; & particularem, quando intelligitur diſpoſitionibus ſpecialibus determinata: quoniam Materia v. gr. calore in gradu ſummo prædita, Igneitatem, ſeu Ignis formam appetit, nam illam tantùm, & non aliam poteſt ſub talibus circumſtantiis recipere.

Duplex eſt appetitus Materiæ; Generalis & Particularis

Oportet ſcire Secundò, me conſultò receptivam in Materiâ Potentiam cum ejus Appetitu conjungere, nam duplex Appetitus in Philoſophiâ cognoſcitur: videlicet, elicitus, & Innatus. Ille eſt actus potentiæ appetitivæ, & eſt activus, & præviâ cognitione procedit: iſte autem eſt paſſivus, & eſt merè paſſivus, & hanc ob rem *Metaphoricus* vocari ſolet. Et hic eſt, quem in Materiâ primâ collocat Ariſtoteles *lib. 1. Phyſicor. text. 82.* dicens *Materia appetit Formã, ſicut turpe pulchrum* [*] Quem ſequitur Doctor Angelicus 1. *part. qu. 59. art. 2.* cui adhærent Doctores communiter Potentia ergo paſſiva, & Appetitus naturalis coincidunt; & ſiqui aliter ſentiunt, abutuntur vocabulis. Audi Lalemandetium, qui *in Phyſic. diſp. 2. partit. 4. column. 57. n.* ſic ſcribit. [Per *Appetitum* intellige in Materiâ Potentiâ quamdam paſſivam (hoc eſt, receptivam) non verò activam, &c.] Ergo hæ Quæſtiones, *An Materia-prima appetat ſimul omnes formas? An quando habet perfectam, appetat imperfectas? An appetat formas corruptas?* & aliæ ſimiles, quæ cenſeri ſolent difficiles propter verbum *appetere*, quod primo intuitu videtur alicujus actum voluntatis ſignificare. At eædem ipſæ redduntur perviæ & faciles, ſi *appetitûs* loco nomen *potentia* collocetur. Eaſdem ergo Quæſtiones, hac advertentiâ moniti, reſcribamus. Quæritur ergo, *An Materia prima poſſit ſimul* Sore (*ſubſtare*) *omnibus formis? An quando* Sot (ſubeſt) *uni perfectæ, tunc poſſit* Sore (*ſubeſſe, aut ſubſtare*) *imperfectis? An* Sore (*ſubſtare*) *poſſit formis corruptis?* Quas Ego Quæſtiones facili negotio reſolvo. RESPONDEO ENIM AD PRIMAM diſtinguendo *ſimultatem potentia, à potentiâ ſimultatis*. Et aſſero Materiam primam ſimul habere potentiam ad Sondum (ad ſub-

An Potentia Materiæ ab ejus appetitu diſtinguatur?

Quid, & quotuplex ſit Appetitus?

De Metaphorico.

*] *Hoc exemplum poſitum ab Ariſtotele non videtur ad rem, non enim video quo modo turpe appetitu innato pulchrũ appetat.*

Activa ne, an paſſiva ſit hæc Materiæ potẽtia?

Aliquæ Quæſtiones proponuntur.

Cur videantur obſcuræ & difficiles?

Ad verba clariora reducuntur.

CCCXXXIV

De ſimultate potentiæ & potentia ſimultatis.

ſubſtádū) omni formæ diſtributivè (hoc eſt, cuilibet) non tamen habere naturalem potentiam ad ſimul **Sondum** (ſubſtandum) omnibus copulativè. Conſultò illud *naturalem* ſcripſi, nam tametſi Doctor Angelicus 1. *part. qu.* 76. *art.* 3. & 4. & *quodl.* 11. *art.* 6. & Thomiſtæ cum ipſo, id abſolutè negent, Scotus tamen, & ejus Diſcipuli, nec non Gregorius *in* 1. *diſt.* 11. *quæſt.* 3. Paludanus *in* 3. *diſt.* 15. *qu.* 2. & cum ipſis Suarius *diſp.* 15. *Metaph. ſect.* 10. *nu.* 60. aſſerunt poſſe Materiam **ſore** (ſubſtare) pluribus ſubſtantialibus formis, ſaltem de potentiâ Dei abſolutâ. Respondeo ad Secundam Materiam primā, tametſi in ſenſu compoſito, quando unam habet formam, poſſit aliam recipere; in ſenſu diviſo, quia poteſt priorem perdere, poſſe poſteriorem recipere: & hoc, ſive alterutra perfectior ſit, aut imperfectior. Et tandem respondeo ad Tertiam, eſſe ſententiam in toto Peripatu communem formas ſemel corruptas naturaliter reproduci non poſſe: Quæ ſententia componi non poteſt cum alterâ, quæ erat Platonis, & ab Ariſtotele retenta, ſtatuit formarum individuarionem à Materiâ ſignata quantitate deſumi. Ex hac enim ſequitur non ſolùm formam corruptam reproduci naturaliter poſſe, ſed & neceſſariò debere: nam, ſi Igneitas A eſt forma A, quia eſt in hac Materiâ, Igneitas quæ in hac Materiâ reproducatur, erit Igneitas A, nam alia in hac Materiâ eſſe non poteſt. Nihilominùs ſupponendo cum communi ſentēria formas ſemel corruptas naturaliter reproduci non poſſe, reſpondeo ad tertiam Materiam primam ad **Sondum** (ad ſubſtandum) formis ſemel corruptis habere naturalem potentiam: nam, quòd de facto illas non recipiat, non oritur ab aliquâ impotentiâ Materiæ, ſed ab impotentia (N.B.) efficientium Cauſarum: nulla enim eſt, quæ formam ſemel corruptam reproducat: quoniam, ſi vel Deus, vel alia quælibet Cauſa formam corruptam reproduceret, illam naturaliter reciperet Materia-prima.

Syncategorema Omnis diſtributivè ſumptū eſt Quilibet.

An Materia ſimul poſſit habere plures formas?

An quando habet unam Materia formam, poſſit alias recipere?

An formæ corruptæ naturaliter reproducantur?

An formæ individuario à Materia ſumatur?

Materia prima ad recipiendū formas corruptas, ſi reproducantur, habet naturalem potentiam.

His præmiſſis ad Queſtionem principalem revertor. Inquirebatur, *An, & quo modo* **Saare**, *&* **Sere** (*Eſſentia Materia, & potentia receptiva, quæ in illâ*) *inter ſe diſtinguuntur?* Et ut reſpondeam ſequentes Concluſiones ſtatuo. Et ſit

An Materia Prima à ſua potentia diſtinguatur?

Prima. *Potentia particularis Materia realiter diſtinguitur à Materiâ.* Oſtenditur: quoniam in ſuo conceptu hæc potentia includit diſpoſitiones, quæ à Materiâ realiter diſtinguuntur.

Potentia in Generalem & particularem dividitur.

Secunda. *Potentia hæc particularis eſt determinata ad unam Formam.* Patet: quia per calorem in gradu ſummo redditur Materia potens **Sore** (ſubeſſe) formæ ignis; & impotens ad **Sondum** (ad ſubſtandum) aliis.

CCCXXXV.

De Materiæ primæ diſpoſitionibus.

Tertia. *Poſito calore in ſummo gradu, Materia, ſi illam non habeat, appetit* **Sore** (*ſubſtare*) *formæ ignis; ſi autem illam de facto habeat, quieſcit, & illo calore in ſummo illo gradu permanente non appetit (non poteſt)* **ſore** (*ſubeſſe*) *formæ alteri in particulari.* Probatur clariſſime, quoniam ſub tali diſpoſitione ad illam ſolam Formam potentiam proximam habet Materia-prima; & id eſt, quod docet S. Thomas 1. *part. qu.* 19. *art.* 1. ubi ait. *Qualibet res per ſuam formam naturalem hanc habet habitudinem, ut quando nō habet ipſam* (ſi tamen habeat diſpoſitiones, quæ viam ad illam præparant, & aperiunt) *tendat in eam: & quando habet ipſam* (modò diſpoſitiones, propter quas fuit introducta, remaneant) *quieſcat in eâ. Et hac habitudo* (potentia, & capacitas) *ad bonum, in rebus carentibus cognitione appellatur* Appetitus naturalis, *&c.*

De appetitu Materiæ.

An, & quando poſſeſſa forma Materia perfruatur, & quieſcat?

Quarta. *Generalis in Materiâ Potentia, eſt remota, & à Materia eſſentiâ non diſtinguitur realiter.* Prior concluſionis pars ſuadetur: quia Materia ut proximè Formam A ver. gr. recipiat, diſpoſitionibus determinatur. Poſterior, ejuſdem Concluſionis pars, quæ eſt multorum, *in Phyſic. diſp.* 2. *partit.* 4. *column.* 58. defenditur à Lalemandetio, dicente, *Potentiam univerſalem Materia eſſe ipſimet Materia eſſentialem.* Et tribus rationibus ſuam ſententiam probante.

Qualis ſit remota Potentia Materiæ.

Lalemandetii Opinio.

Argumentatur enim Primò, Subſtantivū quod de alio prædicatur in recto eſt de ejus eſſentiâ. Sed *Potentia* eſt nomen ſubſtantivum & de Materiâ primâ prædicatur in recto. Ergo eſt de ejus eſſentiâ. Secundò, Quod eſt totum aliquid, (aut clariùs, Quod eſt totaliter aliquid) eſt eſſentialiter illud. Sed tota Materia eſt Potentia. Ergo & eſſentialiter eſt Potentia. Tertiò, Illud ratione cujus aliquid habet ordinem eſſentialem ad aliud, eſt de ejus eſſentiâ. Sed Potentia Materiæ primæ eſt ratio, propter quam ipſa materia habet ordinem eſſentialem ad Formam. Potentia igitur eſt Materiæ eſſentialis,

De prædicatione nominis ſubſtantivi.

De totali & partiali.

De ordine eſſentiali.

Sed hæc non urgent Faventinum, qui *in Philoſophiâ Naturali theor.* 130. negat Potentiam Materiæ eſſe eſſentialem, ſed prædicari de illâ in ſecundo modo prædicationum per ſe. Reſpondere enim poſſet

Faventini ſententia.

Ad Primum, falſam eſſe illam Propoſitionem, *Nomen ſubſtantivum, quod de ſubjecto prædicatur in recto, ad ejus eſſentiam ſpectat*, quo totum illud Argumentum fundatur. Nam, ut norunt univerſi Grammatici, Nomen in Subſtantivum, & Adjectivum dividitur: &, ſicut hoc eſſentiam aliquando ſignificat, ut *Vivens, Senſibilis, Animalis, Rationalis, Humanus*, &c. ſic etiam illud interdum importat rem, aut circumſtantiam aliquam accidentalem. Unde diſcurro ſic. Hæ voces *Imperator, Rex, Sacerdos*, &c. *Fulmen*, &c. ſunt nomina ſubſtantiva, & de ſuis ſubjectis prædicantur in recto, ut in ſequentibus Propoſitionibus manifeſtè percipitur; videlicet, *Julius Cæſar fuit Imperator, Romulus Rex, Numa Sacerdos*: fueruntque, aſſerente Virgilio,

—— duo fulmina belli
Scipiades.

Et tamen hæc ipſa prædicata, accidentaria ſunt, & ad ſuorum ſubjectorum ſubſtantiam & eſſentiam non pertinent.

CCCXXXVI

Dantur accidentalia ſubſtantiva, & ipſa prædicantur in recto,

Nomen in Subſtantivum, & Adjectivum dividitur.

Adjectiva aliquando eſſentiam, & Subſtantiva accidens aliquando ſignificant.

Ad Secundum diceret Faventinus, ipſum ſupponi in Argumento, quod deberet ſuaderi. Petitur enim, ut velut certum & indubitatum admittatur Principium, quod deberet potiùs ratione manifeſtâ probari. Et hanc ob rem, concederet Majorem & Minorem negaret. Sicut enim Æthiops non eſt totus nigredo, ſed res habens nigredinem; ſic Materia

Petitio Principii quid ſit?

An Materia totaliter potentia ſit?

teria prima, non eſt tota Potentia; ſed res, quæ habet potentiam.

Materia bifariam intelligitur & conſideratur.

Ad Tertium concederet Majorem, juberetque Materiam primam dupliciter conſiderari. Vel enim concipitur Materiæ entitas ſola, à potentiâ præciſa, (tunc enim conſiderari & intelligi dicitur ſecundum ſe) vel Materia affecta attributo potentiæ. Conceptam ſecundo modo Materiam aſſereret, habere eſſentialem ordinem & habitudinem ad Formam: hinc autem non ſequi Potentiam eſſe de quiditate, & eſſentiâ Materiæ. Nam & Voluntas prædita Charitate dicit eſſentialem ordinem & habitudinem ad actus amoris ſupernaturalis; & tamen Charitas non eſt de Voluntatis quiditate & eſſentiâ.

An, & quo ſenſu habeat ordinem eſſentialẽ ad Formam?

De idea Materiæ primæ, quæ eſt in Intellectu Divino

QUINTA. *Per aliam ideam intelligitur à Deo Materia prima entitas, & per aliam ejuſdem generalis potentia.* Aliter. *Per aliam ideam intelligitur à Deo Materia ſecundum ſe, & per aliam quà potens Formas univerſas recipere.* Et in Scolaſticâ dialecto. *Per aliam ideam intelligitur à Deo Materia ut* ſano, *aut* ſaino: (*hoc eſt, ut habens* eſſe *quiditativum*) *& per aliam ut potens* Sore (*hoc eſt, ut potens habere eſſe phyſicum*) *ſeu ut potens ſubeſſe ſubſtantialibus Formis.* Hanc admittere Complutenſes Concluſionem debebunt. Quoniam, ſi per unam Materia prima ideam intelligitur à Deo (ut Sano, vel Saino) nempe, ut habens *eſſe* quiditativum: & per aliam ut factibilis (ut potens Seri, vel Seiri) quod ipſi, ut paulò antè diximus rotundè admittunt: per diverſam ideam illa cognoſcetur (quâ Sano aut Saino) quâ habens *eſſe* quiditativum, & per aliam quâ potens Sore: hoc eſt, quâ potens formas univerſas recipere.

An prout eſt ſecundum ſe, & prout eſt producibilis, & ut eſt Formarum receptiva, tribus diverſis Ideis à Deo intelligatur.

N. B. In Deo realiter loquendo unica eſt Idea, quæ ab intellectu humano in diverſas dividitur.

Corollarium I. *Ergo generalis & remota formas recipiendi Potentia, eſt Materiæ attributum.* Corollarium II. *Formaliter ergo à Materiâ diſtinguitur.* Patet: quia, ſi nullo modo Materia & Potentia ſua diſtinguerentur, unâ & eâdem Idea utraque à Deo intelligeretur. At per unam Materia, & per alteram Potentia intelligitur. Diſtinguuntur igitur ſaltem formaliter.

Concluſionum Concluſio.

CCC XXXVII. De Divinis Ideis.

Hoc dicis nil probari argumento; quoniã in illo Circulus manifeſtus committitur, aut idem per idem ſuadetur. Et hoc ipſum ſic probas. Nam *Idearum* nomine, intelligendæ ſunt Objectivæ, aut Formales. *Si dicatur hoc ultimum,* Circulus vitari non poterit. Nam cùm omnes Ideæ Formales realiter loquendo, ſint unica & ſimplex Intellectio Divina; non ab ipſis, ſed à rebus intellectus eſt ſumenda pluralitas, Ergo, ſi ſunt plures formales Ideæ, quia res intellectæ ſunt plures; non eſt dicendum res intellectas eſſe plures, quia ſunt plures Ideæ. *Si autem dicatur illud prius;* nimirùm *Idearum* nomine objectivas intelligi, probabitur idem per idem: dicetur enim res intellectas eſſe plures, quia ideæ, ſeu res intellectæ ſunt plures.

In Formales & Objectivas dividuntur.

An Formales ſint plures? & unde illarum deſumatur pluralitas?

Reſpondeo in Corollarii probatione, nec committi Circulum: nec idem per idem ſuaderi.

Sanè non committitur Circulus: nam ut ille committatur, duæ debent circumſtantiæ concurrere. Nam & debent duæ res eſſe neceſſariò connexæ; & de ambarum dubitari exiſtentiâ. Quoniam, ſi alteram exiſtere mihi concedas, ex illâ ad alteram ſecurum, & efficax argumentum deducam. Ut rem exemplo illuſtrem, omnem ignem fumum emittere, & omnem fumum ab igne provenire ſuppono; & fumi & ignis neceſſariam connexionem admitto. [In exemplis non requiritur veritas; unde, ſi iſtud tibi diſpliceat aliud & aliud poſſum ponere.] Sanè, ſi utrùm ignis ſit in culinâ, aut fumus in camino ignoremus, malè diſcurret Titius dicens. [*Eſt fumus, ergo eſt ignis.* Probo antecedens, *Eſt ignis. Ergo & fumus.* [At Circulum nõ committet, ſi ab altero, aut conceſſo, aut aliunde probato, ad alterum argumentum promoveat: puta, ſi dicat. [*Eſt fumus, ut tu concedis, & nos ſuſpicimus. At fumus, non niſi ab igne provenit. Ergo ibi eſt ignis.*] Hinc ad Caſum præſentem. *Materiam ſecundum ſe, & Materiæ Potentiam receptivam diſtingui,* nec non *duabus Ideis cognoſci à Divino Intellectu* ſunt duæ res neceſſariò connexæ. Si neutra ſciretur, in alterius utrius probatione Circulus certiſſimè cõmitteretur. At in Corollarij demonſtratione non convincitur. Nam jam conſtabat Materiam & ejus receptivam Potentiam duabus Ideis cognoſci à Divino intellectu, & ideò efficaciſſimè à re conceſſâ ad aliam neceſſariò connexam argumentum deducitur.

Quid in Dialectica Circulus ſit: & quãdo ab Argumentatore cõmittatur?

Quando non committatur?

Sed neque idem per idem in illo diſcurſu probatur. Tunc enim idem per idem probari dicitur, cùm non ponitur in argumento medium, ut ſi quis dicat, *Petrus eſt homo, Ergo Petrus eſt homo*, quod in illo non contingit diſcurſu: Nam Materia, de quâ in illo agitur eſt Materia ſeno aut ſeino (exiſtens) Et Ideæ objectivæ ſunt ſantes, nempe, res ſecundum eſſentias ſuas conſideratæ, & ab omni exiſtentiâ præciſæ.

Quid ſit probare idem per idem?

AR-

ARTICVLVS X.

De tribus eſſendi Modis, qui conveniunt Materiæ primæ, (videlicet, Sare, Sere, & Sore) *An, quia confunduntur, multa Controverſia careant ſolutione legitimâ, qua illorum diſtinctione præmiſſâ, clariſſimè & expeditiſſimè deciderentur?*

Et in ſpecie inquiritur, *An Materia prima ita pura Potentia ſit, ut omnem omninò actum excludat?*

CCCXXXVIII.
De Thomiſtarum doctrina.

Angelicus Præceptor, quem Thomiſtæ univerſi ſequuntur, duo aſſerit: *Alterum*, Materiam primam ſecūdum ſe conſideratam eſſe puram potētiam; & ita puram, ut omnem Unitatem & Actualitatem, tam Specificam, quàm Numericam; tam Logicam, quàm Phyſicam & Metaphyſicam excludat: adeoq; realiter à Formâ diſtingui: *Alterum*, illam exiſtere exiſtentiâ Formæ. De hoc in ſequenti Articulo diſputaturus ſum, de illo priori Puncto agam breviter impræſentiarum.

Ob verborum penuriam hærent, & interdum adlucinātur Scholaſtici

Audio profectò de hoc inter ſe puncto Thomiſtas, Scotiſtas, & Nominales diſputantes: & tamen, etſi Authores quos lectito, ingenii feliciſſimi ſint, nec rem bene priores proponunt, nec bene poſteriores impugnant & hoc vocabulorum defectu: quoniam Latinus Nomenclator Aulicus & Politicus, non autem Scholaſticus erat; & ideò Palatio & Civitati, non verò Scholæ ſufficientia vocabula ſubminiſtravit. Et ideò nonnulli Scriptores, etiam ingenioſi & ſubtiles tres actus diverſos toto cælo, confundunt. Ergo, ut nos explicemus, quæ implicant, oportet ſcire, eſſe triplicem actum, Logicum, Phyſicum, & Metaphyſicum.

Vnde naſcatur æquivocatio Thomiſtarum?
An actus differentes confundant?

Actus Logicus quid ſit?

Actus Logicus eſt Differentia, quæ contrahit genus & conſtituit ſpeciem: nam in Homine, exempli gratiâ, cujus formalitates ſunt *Animal* & *Rationale*; prima, quæ eſt genus, ſe habet ut potentia; & altera, quæ eſt differentia, ſe habet ut actus.

Quid actus Phyſicus?

Actus Phyſicus, de quo impræſentiarùm diſſeritur, eſt Forma ſubſtantialis quam **Sore** (*recipit, ſuſtentatque*) Materia prima; ex quâ & Materiâ conſtituitur Compoſitum.

Quid Metaphyſicus?

Actus Metaphyſicus, qui & entitativus dici ſolet, eſt ipſum **Sere**, vel **Setre** (*exiſtere*) vi cujus ens finitum formaliter ponitur extra cauſas. Conſultò illud *Ens finitum* poſui, quia infinitum non ponitur extra cauſas per exiſtentiam, eſt enim à ſe, & cauſam, à quâ producatur, non habet. Et hoc ſenſu nomen admittunt univerſi Philoſophi. Lalemandetius *ubi infr. clyp.* 3. [Actus entitativus eſt ipſa entitas rei (puta, exiſtens) quæ dici debet *actus*, quia opponitur & correſpondet alicui potentiæ; ſcilicet, objectivæ.] Si, cur hic tertius actus *Metaphyſicus* nominetur, interroges: reſponderi poterit, Primò, nomina ſignificare ad placitum: Et ideò non ſemper adſignari poſſe ſignificationum cauſas. Secundò, de ente Metaphyſicam agere; & ideò actum, qui entitativus eſt, *Metaphyſici* nomine indigitari.

Quid ſit actus entitativus?

His poſitis ſit noſtra Concluſio. *Materia prima, ſecundum ſe conſiderata, omni actu (Logico, Phyſico, & etiam Metaphyſico) caret.* Ita Angelicus, & Thomiſtæ communiter.

Articuli præſentis diſtributio.

Et, ut ipſa meliùs intelligatur, hūc Articulum in duas Sectiones dividemus: in quarum Primâ proponemus Rationes poſitivas, quibus à ſuis Authoribus fulciri ſolet: in Alterâ adducemus & diluemus Argumenta, quæ contra illam Scotiſtæ, & alii Scriptores diſplodunt.

SECTIO I.

Rationes, quæ Concluſionem noſtram roborant & confirmant.

CCCXXXIX
Vna & eadem Ratio, quæ aliis videtur debilis, alii videri fortis poteſt.

Exhibebo illas, quas P. Joannes Lalemandetius *in Phyſic. diſp.* 2. *part.* 3. *clyp.* 1. *column.* 28. collegit ex diverſis Authoribus. Et quidem aliquas ex eis volebam ſub initium omittere, nonnullæ enim parùm efficaces videntur; Sed, quia omnes ſimul poſitæ ſe mutuò roborant, & quæ elumbes Titio, toroſæ ſolent eſſe opinione Sempronii, omnes propono, ſingulaſque Scholiis opportunis dilucido. *Eſt ergo illarum*

PRIMA.

Vtrùm ſit bona Conſequentia, *Datur purus actus, ergo debet dari pura potentia.*

In rerum naturâ datur aliquod ens, quod ita eſt purus actus, ut nullam prorſus dicat potentiam, nimirùm Deus. Ergo etiam debebit dari aliquod ens quod ita ſit pura potentia, ut nullum omninò includat actum: hoc autem non poteſt eſſe aliud, quàm Materia prima. Hoc putant Argumentum eſſe fortiſſimum, illo enim variis in locis utitur Divus Thomas; & præcipuè 1. *contr. Gent. cap.*

43.

43. ibi enim ſic. *In rebus invenitur aliquid, quod ſit potentia tantùm, ut Materia prima; & aliquid quod ſit actus tantùm, ut Deus: & aliquid quod eſt actus & potentia, ut res cætera,* &c. Hac etiam ratione utuntur Complutenſes *in Logicâ, diſp.3. quæſt.2.§.1. num.5.* qui præter Thomiſtas Fonſecam, & Conimbricenſes adlegant.

De argumento à paritate rationis, an ſit efficax?

Reſpondere poterunt Adverſarii primò elumbes eſſe pleroſque omnes argumentationes, quæ, aut à rationis Paritate, aut à Contrarietate ſumuntur, quando de rebus (ſentibus) *exiſtentibus* controverſia movetur; & præcipuè, ubi agitur de materiâ contingente ſeu liberâ, Deus enim liberè produxit Mundum, & potuit in eo (quidquid ea ſit) nullam Materiam primam condere. Addo magnos prodegiſſe theſauros Catholicũ Hiſpaniæ Regem, magnos etiam Indiarum Congregationes in Hollandiâ, ut in ſuperiori Orbis Terrarum parte fretum ab Occidentali in Meridionale mare inveniant: argumentum enim, quo ducuntur, aut veriùs ſeducuntur, eſt hoc. *In inferiori Globi Terreni parte ex uno in alterum mare datur tranſitus. Ergo oportet, ut etiam in ſuperiori parte detur.* Probatio ergo à paritate rationis eſt inefficax. Immò etiam ea, quæ innititur contrariæ rationi, nam erraret, qui diceret [Oriens debet eſſe Occidenti contrarius. At in Orientali Terræ parte ex mari Septentrionali ad Meridionale (nempe, ad promontorium Bonæ Spei) patet aditus; non ergo in Occidentali parte patet. Falſa ergo omnia ſunt, quæ de fretis Magallanico & Mayreano, in libris, aut in mappis leguntur.] At iſta vera ſunt. Ille ergo argumentandi modus malus eſt.

An ex Mari Occidentali ad Orientale per hyperboream partem pateat aditus?

CCCXL.

An in ſendi (exiſtendi) genere fortia ſint argumenta, quæ à Paritate, Contrarietate, & Combinatione ſumuntur?

Reſpondeo hoc primo argumento Doctorem Angelicum, Thomiſtaſque probare nolle dari de facto Materiam-primam, quæ ſit pura potentia; ſed poſſibilem eſſe. Non enim ignorant in genere ſendi (*exiſtendi*) claudicare argumenta, quæ à rationum paritate, contrarietate, & combinatione ducuntur. Quoniam hoc ipſo argumento non obſtante potuit Deus non producere Mundum &, ſi Mundus non eſſet, nec in eo exiſtere Materia, quæ eſſet potentia pura. At dico Argumenta ſimilia eſſe efficacia in (ſandi) *habendi eſſe quiditativum* genere. Nam ſicut non eſſet bona Conſequentia, *Subſtantia, quæ habent quinque ſenſus, & vocantur* Animantes, *exiſtunt in rerum naturâ. Ergo etiam exiſtunt Subſtantia, quæ nullum ſenſum habent, quales ſunt Arbores: & exiſtunt ſimiliter ſubſtantia, quæ aliquos ſenſus habent, & alios non habent, quales ſunt Talpa, & alia imperfecta animalia.* Quia omne creaturarum ſere (*omne eſſe exiſtentiale*) à Divinâ voluntate dependet: & ideò potuit Deus ſubſtantias has vel illas creare, & quas vellet in theſauris meræ Poſſibilitatis relinquere. At eſt Conſequentia iſta bona. *Dantur Subſtantia quinque ſenſibus prædita, Sunt igitur poſſibiles, quæ nullum omninò ſenſum habeant; & ſunt etiam poſſibiles, quæ plures, aut pauciores habeant.*

An verò in genere ſandi (habendi eſſe quiditativũ)

Eſt actio Dei libera rerum productio.

Rerum exiſtẽtia non verò poſſibilitas pẽdet à Voluntate Divina.

Et hinc redeundo ad rationem ab Angelico Doctore concinnatam, ſic inquam. Eſſet profectò inefficax, ſi in genere ſendi (*exiſtendi*) conformaretur; non enim bene argumentaretur Sanctus Doctor ſi diceret, *Datur (exiſtit) Deus, qui eſt purus actus. Ergo etiam debet dari (exiſtere) alia Res, quæ ſit Pura-potentia, nempe, Materia-prima. Ergo & dari (exiſtere) debent aliæ res, quæ partim potentiam & partim actum habeant, quales ſunt Completa univerſa ſubſtantia.* Et hoc Argumentum non eſſe bonum, conſtat, quia ante creationem Mundi, dabatur, & exiſtebat Deus, & tamen nec Materia-prima, nec aliæ Creaturæ exiſtebant.

Argumentum, quod in ſendi (exiſtendi) genere malè decurrit;

Ergo Argumentum, ut bene fluat, & ſit efficax, debet poni in genere ſandi (in genere habendi *eſſe quiditativum*, ab omni exiſtentiâ præciſum) nimirùm ſic. *Datur (non repugnat) Deus, qui eſt purus actus. Ergo etiam debet dari (non repugnare) alia Res quæ ſit Pura potentia: nempe, Materia-prima. Ergo & dari (non repugnare) debent aliæ Res, quæ partim potentiam, & partim actum habeant; quales ſunt Completa univerſa Subſtantia.*

in genere Sandi (habendi eſſe quiditativum) eſt efficax.

Efficaciter ergo Sanctus Thomas, & ejuſdem Diſcipuli, ſuum intentum probarunt.

Objiciunt Adverſarii Angelici Doctoris verba, ex *qu.3. de Veritat. art.5. ad 1.* ſumpta. Ibi enim ſic ſcribit. *Licèt Materia-prima ſit informis, tamen eſt ei imitatio Primæ Formæ: quantumcumque enim debile eſſe habeat, illud tamen eſt imitatio Primi entis.* Quæ verba tam clara eſſe judicat Lynceus ut valde confidenter exclamet, *Ex iis quidem Angelicum Præceptorem nobis magis quam Adverſariis* (Thomiſtis) *favere liquet.* At minimè id liquet, inquam Ego. Nam de Materiâ-primâ ſicut de aliâ quâcumque Potentiâ poterimus philoſophari. Sanè Intellectus (humanus, aut etiam Angelicus) ſecundum ſe conſideratus eſt informis (nam caret intellectione, quæ eſt ſua forma) & tamen eſt ei imitatio Primi Intellectus. Ergo Materia-prima, licèt ſecundũ ſe conſiderata ſit informis (hoc eſt, actu Phyſico careat) eſt aliquid ſubſtantiale, & eſt imitatio Primæ Subſtantiæ: Quantumcumque enim in genere ſandi (habendi eſſe quiditativum) potentiale, ac propterea debile *eſſe* habeat, illud qualecumque *eſſe* ſit, eſt imitatio Primi entis. Ergo ex Angelici Doctoris verbis non colligitur, quòd Materia-prima, ſecundum ſe conſiderata, habeat aliquem actum Logicum, aut Metaphyſicum.

An Materiæ primæ eſſentia ſit imitatio & participatio Primæ Eſſentiæ?

Omnium Rerum perfectiones ſunt quædam participationes perfectionis Divinæ.

SECUNDA.

CCCXLI.

Quid ſit Vnum per ſe, & quid Vnum per accidens?

EX duobus entibus in actu non poteſt fieri unum per ſe, ſed tantùm unum per accidens, Ergo cùm forma ſit quidam actus ſubſtantialis, ſi materia prima etiam includeret aliquem actum, ſequeretur quòd ex materiâ, & formâ ſubſtantiali nõ fieret unum per ſe.

Huic, ut video, Argumento nimis aliqui Thomiſtæ confidunt. At Ego, etſi Concluſionem teneam, Præmiſſis adſumptis diffido. Et, ut oſtendam meam habere fundamentũ formidinẽ, interrogo, An à Materiâ & Formâ non poſſit abſtrahi unum prædicatum commune, puta *Subſtantia incompleta* rationem. Quoniam, ſi tale ſemel admittatur prædicatum, *Incompleta Subſtantia* ratio erit genericus quidam conceptus, qui de Materiâ & Formâ verificetur. Ergo tunc æquè Materia

Vtrùm Materiæ & Formæ poſſit dari aliquod prædicatum cõmune?

Quidquid de Thomiſtis, & Scotiſtis ſit, Nominales tenentur reſpondere aſſertivè.

& Forma habebit actum Logicum, & ex genere & differentiâ componetur. Sanè inter communem Subſtantiæ incompletæ rationem & Taleitatem, per quam ſit talis Subſtantia incompleta; puta Materia-prima, non poſſe dari diſtinctionem ex naturâ rei, aut præciſivam, qualem inter Animal & Rationale Scotiſtæ, & Thomiſtæ admittunt, hucuſque demouſtrari non vidi. Interim, quia contra Thomiſtas nunquam potuit demonſtrari contrarium, dicamus Materiam, Formamque differre ſe totis, & nullum habere univocè prædicatum commune. At poſſe diſtinctionem expreſſivam concedi, quæ à diverſis connotatis deſumitur, clariſſimè Nominales demonſtrant. Ergo illud Antecedens [*] *ex duobus entibus in actu, non poteſt fieri Unum per ſe*, diſtinguent. Ex duobus entibus in actu Phyſico, concedent. Ex duobus entibus in actu Logico, negabunt.

*] *Illud Axioma*, Ex duobus Entibus in actu non poteſt fieri unum per ſe, *ita debet intelligi, & exponi, ut æquivaleat huic*, Ex duabus Subſtantiis completis non poteſt fieri compoſitum, quod ſit Vnú per ſe.

Nec tolerabunt hinc inferri Hominem, quem ex Materiâ-primâ, Formâ Corporeitatis, & Animâ rationali Scotiſtæ componunt, non eſſe *Unum per ſe*. Quoniam non eſt idem *Eſſe ens in actu*, & *Eſſe actum*. Nam *ens in actu* dicitur, quod habet actum, & tamen Forma ſubſtantialis, tametſi actus ſit non habet actum. Et hanc ob rem Hominem (etſi componatur, ut Scotus affirmat) dicunt non eſſe Unum per accidens, ſed Unum per ſe; quoniam tametſi ex Corpore & Animâ componatur, non componitur ex duobus entibus in actu; nam in eorum ſententiâ ſolùm Corpus eſt ens in actu; hoc eſt, habens actum, nam Corpus eſt Materia-prima habens Formam Corporeitatis. Anima autem non eſt ens in actu, eſt enim quidem actus, non tamen habens actum.

Tertia,

CCCXLII.

Quas propugnare ſententias debeant Peripatetici?

Materiam-primam omni prorſus actu (videlicet, Logico, Phyſico, & Metaphyſico) carere certũ eſt aſſeruiſſe Ariſtotelẽ. Ergo, ſiquidem ſumus Peripatetici hanc debemus propugnare Sententiam. Antecedens multa ejuſdem Philoſophi Teſtimonia perſuadent; in quibus Materia dicitur eſſe *Pura Potentia*; quæ tamen abſolutè non poſſet *Pura Potentia* nominari, ſi aliquem in ſuo cõceptu actum includeret. Confirmatur. Quia Averroës κατ' ἐξοχὴν, *Commentatoris* glorioſo inſignitur cognomine, eò quòd Ariſtotelis ſententias exactiſſimè intellexerit, & explicaverit. Ergo, quæ in Averroë leguntur, Opiniones ſunt ad mentem ſui Magiſtri elimatæ. Et ipſe *in* 1. *de gener.* Materiam eſſe *Puram Potentiam* aſſerit, & ideò ſic eam vocari exiſtimat; quia ejus eſſentia conſiſtit in *ſolo poſſe*. Et in libr. *de Subſtantiâ Orbis*, profundius rem ſpeculatus, adducit *ex libr.* 5. *Phyſic.* illa verba, *Materia non eſt ens actu, ſed potentiâ*; & ipſa eſſe vera pronunciat, *quia Materia ſubſtantiari poteſt*. Quo Ingenioſiſſimus Vir loquendi modo Materiæ-primæ clariſſimè quiditatem expoſuit. Ideò enim Paries dealbari poſſe dicitur, quia non eſt albus actu, ſed habet paſſivam quamdam, ut dealbetur, potentiam. Ergo ideò ab Averroë ſubſtantiari poſſe Materia-prima dicitur; quia ipſa ſecundum ſe conſiderata, non eſt ſubſtantia actu, ſed in ſe habet potentiam paſſivam ut **Sendo** (ſubſtantialem Formam recipiendo) ſit actu ſubſtantia.

Cur Averroes *Commentator* vocetur?

De Materia-prima.

Cur *Pura Potentia* nominetur?

Cur *poſſe ſubſtantiari* dicatur?

Putaret fortaſſe aliquis ſe huic poſſe facere ſatis ratiocinio, dicendo; Materiam quidem primam eſſe Puram Potentiam in genere **Sendi** (hoc eſt, in genere Formam Subſtantialem habendi) non autem in genere **Sandi**, (hoc eſt, in genere habendi prædicata eſſentialia) independenter enim à Formâ habet eſſe quiditativum. Et addendo, neque in genere **Sendi** (hoc eſt, habendi exiſtentiam) *Pura Potentia* nomen convenire Materiæ primæ, quia ipſa, quando exiſtit, non ſolùm habet ſuam exiſtentiam, ſed à propriâ eſſentiâ indiſtinctam.

Proponitur præcedentis Argumenti Solutio.

At malè putaret, inquam Ego; hoc enim modo diſſolvi Argumentum non poteſt. Non enim aſſerit Argumentator, ſe talem aut talem à ratione propugnare ſententiam; ſed eam, quam tuetur, eſſe Ariſtotelis & Commentatoris; & Peripateticorum eſſe debere; nam ipſi in univerſis volunt adhærere Ariſtoteli. Ergo, licèt verum ſit Doctorem Subtilem, & Scotiſtas docere, quæ in Reſponſione proponuntur, manet illæſum Argumentum, quod tantùm nitebatur oſtendere, Oppoſitũ docuiſſe Ariſtotelem, cui debent Peripatetici univerſi ſubſcribere.

Oſtenditur, quòd ſit inſufficiens hæc Solutio.

Qui dicit *Hæc ſententia eſt Ariſtotelis*, non tenetur oſtendere eam eſſe veram, ſed ab Ariſtotele traditam fuiſſe.

Quarta.

CCCXLIII.

An *eſſe* ſit omnium rerum actualitas?

Nullus eſt actus abſque *eſſe*: quia, quæ non ſunt, quoniam non habent *eſſe*, ideo nec actum habent: eſt enim *eſſe* omnium rerum actualitas. Sed, ut ſcitè *in* 2. *Met. libr.* aſſerit Avicenna, Materia-prima non habet *eſſe* niſi per Formam. Nullum igitur actum habet, antequam habeat Formam.

Eſt fortiſſimum hoc argumentum, ſi Argumentatoris & Avicennæ mens, bene intelligatur. Reſpondent Adverſarii, illud *eſſe*, quod jubent eſſe æquivocum, diſtinguendo, & ad propriam Sententiam attemperando. Interim, ne ſe fatigent, λογομαχίας excitando, illos Argumẽtator monet, non eſſe, cur in voculâ *eſſe* plures ſenſus diſtinguant; nam ipſe per *eſſe*, **Sare** (hoc eſt, habere *eſſe quiditativum*) intelligit.

Vitandæ ſunt contentiones de nomine.

Eſſe univerſaliſſimè ſumptum, eſt **Sare**?

Quinta.

Solus Deus eſt Purus Actus.

Materia-prima eſt entitas quædam purè ſimplex: Ergo, cùm ex potentiâ, & actu componi non poſſit, aut erit Purus-Actus, aut Pura-Potentia. At non eſt Purus-Actus; eſſe enim Purum-Actum ſoli competit Deo. Eſt igitur Pura-Potentia.

Hoc Argumentum, ſi concedatur Major, manifeſtè concludit; at in illâ Scotiſtæ reperiunt aliquas difficultates. *Primò*, quia in eorum Opinione non eſt Materia, Entitas ſimplex Logicè, componitur ex Genere, & Differentiâ. Et hoc ipſum ſic probant. [Per Vos (ò Thomiſtæ) Materia Cæleſtis & Sublunaris differunt. Conveniunt ergo genericè in ratione Materiæ, & differunt per taleitates. Nam Cæleſtis eſt Materia, quæ Formam inamiſſibiliter recipit. Sublunaris verò, quæ recipit amiſſibiliter.] *Secundò*, Quia non eſt Materia entitas ſimplex Phyſicè: Quoniam

De Materia Cæleſti & Sublunari.

An, & quomodo differant inter ſe?

An Materia ſit Entitas ſimplex?

niam phyſicè ſumpta includit Formam: nam D.Thomas 1.*part. quaſt.*44. *artic.*2. aſſeverat, *Materiam per Formam contrahi ad determinatam ſpeciem*. Confirmatur, quoniam ad Phyſicam pertinet compoſitio integralis: & Materia-prima, eſt continua, & integraliter dividi poteſt. *Tertiò*, quia idem poſſet de Formâ concinnari Argumentum: & impiè, aut abſurdè, ſi conformaretur, concluderet. Vel attende: ſic enim Adverſarius inſurgit: Subſtantialis Forma (ait) eſt entitas quædam purè ſimplex. Ergo vel eſt Purus actus, vel Pura potentia. Sed impium eſſet dicere, eam eſſe Purum actum, ſoli enim Deo hæc convenit prærogativa. Et eſt abſurdum dicere eam Puram potentiam eſſe, cùm opinione omnium Forma ſubſtantialis ſit actus, quæ Completam ſubſtantiam conſtituit. Eſt ergo mala hæc diſcurrendi forma, ſiquidem in impia, vel in abſurda Argumentatorem præcipitat.

An ſicut Materia eſt Pura potentia, ſic ſimiliter Forma ſit Purus actus?

CCCLXIV. Supponi poſſunt, quæ in alio loco fuerūt ſufficienter probata.

Reſpondeo, nec debere, nec poſſe Argumentatorem, omnia, quæ jubent Adverſarii, in unico ſyllogiſmo probare. Et laudari ab omnibus ſcimus Euclidem, quia ſupponit in uno loco, quod priùs in alio demonſtraverat. *Dico ergo ad Primum*, diviſionem Materiæ in Sublunarem & Cæleſtem non eſſe Generis in Species, adeoque Materiam-primam non eſſe compoſitam Logicè. Et probatur: quia jam multis argumentis convicti Recentiores Philoſophi aſſerimus Cælos, & Corpora Æctherea corruptilia eſſe, & inferimus ſuperiorem Materiam ab inferiori non diſtingui. Quòd, ſi pertinaciter velit aliquis Cælorum incorruptibilitatem defendere, vel poterit differentiam corruptibilis & incorruptibilis, in ſolis Formis conſtituere, ita ut Æthereæ immutabiles ſint, & ſublunares corruptioni ſubjaceant. Vel dicere cum Complutenſibus *in Phyſic. diſp.*3. *qu.*3. §.2.*num.*14. differre ſe totis has Materias, & in nullo univoco prædicato coïncidere. *Dico ad Secundum*, Materiam-primam non habere ex ſe integrales partes, ſed illas recipere à Quantitate, ut ſuo loco probatur. *Et nego ad tertium* ſimile poſſe de Formâ concinnari Argumentum. Quoniam ratio ſuperior debet in inferioribus includi. Cùm ergo Creatura in ſuo quiditativo conceptu imperfectionem & potentialitatem importent: Et æquè Materia, ac Forma ſint creaturæ: non repugnat, ut Materia Pura-potentia ſit, hoc eſt purè imperfecta: repugnat autem ut Forma, Purus-actus ſit; hoc eſt, purè perfecta.

Cur commendetur in Euclide Geometricarum Propoſitionum accurata digeſtio?

An Cæli corruptibiles ſint?

Quales ſint Formæ Æthereæ?

Vtrùm ſe totis differant Cæleſtis & Sublunaris Materia?

Vnde Materia partes habeat?

Cur Forma creata eſſe non poſſit purus actus?

SEXTA.

CCCXLV. Sicut de Artificialibus artificialiter, ſic de Naturalibus naturaliter debemus philoſophari.

ARiſtoteles *libr.*1. *Phyſic. text.*69. ait, *Materiam-primam perinde ſe habere in toto genere rerum Naturalium, atque lignum in toto genere Artificialium*. At lignum ſecundum ſe eſt Pura-potentia ad omnes Formas Artificiales, & nullum Actum Artificialem habet. Materia igitur prima ſecundum ſe eſt Pura-potentia ad omnes Formas Naturales, & nullum Actum Naturalem includit.

Vtrùm omnes formæ corporeæ, ſint meræ figuræ Materiæ?

Legunt hanc Philoſophi authoritatem Carteſii Adſeclæ: legunt Diſcipuli Do. Bonifacii Bagattæ, & contra D.Thomam, Scotum & Nominales inferunt, Formas, quales hodie ponuntur, & edifferuntur in libris, Ariſtotelem non admiſiſſe; ſed ut Platoni contradiceret, juſſiſſe eſſe meras Figuras, quæ vulgò illas entitates ſubſtantiales cenſentur.

An faveat Scotiſtis Philoſophus?

Legunt eamdem autoritatem Scotiſtæ, & in eâ dicunt Sententiam ſuam proponi, & exponi à Philoſopho. Quoniam ſicut ad Artificiales Formas Lignum, ſic ad Naturales ſe habet Materia-prima. Atqui Lignum in genere **ſandi** habet actum eſſendi, eſſe videlicet quiditativum: & in genere **ſendi**, habet actum exiſtendi: videlicet eſſe exiſtentiale, & tamen in genere **Sondi** (recipiendi formas artificiales) nullum actum artificialem habet, ſed habet potentiam recipiendi quoſcumque. Materia igitur prima in genere **Sandi**, habet actum eſſendi: eſſe videlicet Logicum & quiditativum: & in genere **Sendi**, habet actum exiſtendi: videlicet eſſe exiſtentiale, quod Metaphyſicum vocari juſſimus, ut à cæteris diſtingueretur. Sed tamen in genere **Sondi** (recipiendi Formas Naturales) nullum Actum Naturalem habet, ſed habet puram potentiam recipiendi quaſcumque.

An **ſare**, **ſere**, & **ſore** ſicut in *Ligno*, ita in Materia diſtinguantur?

Reſpondeo malè à Carteſianis & Scotiſtis ſimilitudinem ab Ariſtotele poſitam explicari. Similitudo enim non debet eſſe in omnibus, ſed in iis tantùm, de quibus ſpecialiter agitur, *Similia enim*, ut alibi dicit Ariſtoteles *ſi in omnibus eſſent ſimilia, non jam eſſent ſimilia, ſed idem*. Ergo placet Angelico Doctori ſubſcribere, qui *opuſc.*31. § 1. inter **Sore** ligni, & Materiæ-primæ **Sare**, aut **Saire** (hoc eſt inter potentiam ad recipiendum eſſe artificiale quæ eſt in ligno, & potentiam ad recipiendum eſſe quiditativum, quæ eſt in Materiâ) conſtituit ſimilitudinem, & analogiam. Et quia Complutenſes *in Phyſic. libr.*1.*diſp.*3.*qu.*1. §.*Circumloquitur*, & etiam *qu.*2.§.1. *num.*5. & Ariſtotelem, & D.Thomam bene intelligunt eorum verba ſubſcribo. [Non accipitur (inquiunt) Æs, aut Lignum, quatenus in ordine ſubſtantiali ſunt entia completa, ſed quatenus comparata ad genus artificiale ſunt Pura-potentia ad Formas, & Actus illius ordinis. Unde ſenſus eſt, quòd quemadmodum Lignum v.gr. nullam in ſe importat Figuram Artificialem, habet autem capacitatem, ut illam recipiat beneficio Artis, ſic Materia-prima eſt ſubjectum exiſtens in purâ potentiâ ad Formas Subſtantiales, &c.] Progredior, Ergo ſicut Lignum nullum Actum Artificialẽ quiditativè, aut exiſtentialiter ex ſe habet: ita ſimiliter Materia-prima nullum Actum Subſtantialem quiditativè aut exiſtentialiter habere poterit.

Similitudo in Identitatem tranſiret, ſi ſimilia in omnibus eſſent ſimilia.

Inter quæ extrema ponenda ſit ſimilitudo?

Sententia & verba Ariſtotelis dilucidantur.

Etiam in Figuris Artificialibus **ſare**, & **ſere** invenitur.

SAPTIMA.

SIquâ ratione Materia-prima poteſt vocari *Actus*, maximè quia eſt ens. At hæc ratio non valet. Materia ergo nullum actum includit. Probatur clariſſimè Minor. Quoniam ens in Actum & Potentiam dividit Ariſtoteles. Non ergo omne ens eſt Actus: nec omne ens eſt Potentia: non enim unum membrum Diviſi poteſt prædicari de alio. CCCXLVI.

Ens in Actum & Potentiam dividitur.

Reſpondebunt Scotiſtæ ſe non dicere Materiam primam eſſe actum, ſed illam habere

Impugnant Scotiſtæ præcedentem rationem.

actum. Et hoc eſſe verum, quia tametſi Sondi actum (hoc eſt, actum phyſicum, videlicet formam ſubſtantialem) non habeat; illa nihilominus Sat, & Set (aut ſaltem Sait & Seit) habet actum Logicum & quidditativum; & actum Metaphyſicum, & exiſtentialem. Logicum, quia, ſi Sublunaris Materia ſpecie (quod multi tenent) differat à Cæleſti, utraque conſtabit genere & differentiâ. Metaphyſicum, nam habet exiſtentiam, & exiſtentia eſt, quæ *actus Metaphyſicus* ſolet vocari.

Verùm ratiocinentur benè.

Sed hoc non eſt reſpondere ad Argumentum, inquam Ego, ſed propriam explicare Sententiam: & ideò illud aliis verbis propono: [Si Materia-prima, aut eſſet actus, aut ex ſe haberet actum, id ipſi conveniret, vel quia ens eſt, vel quia tale ens eſt. At neutrum dici poteſt. Ergo. Sanè Materia non eſſet actus, quia ens eſt, quia aliàs omnia entia eſſent actus, & nullæ eſſent in rerum naturâ potentiæ. Sed neque eſſet actus, quoniam Materiæ quà talis quiditatem Definitiones exprimunt & omnes, quæ in Peripatu circumferuntur, eam eſſe potentiam, & non actum, exclamãt.]

Hæc eadem Septima Ratio reponitur fortioribus verbis

Et hanc ipſam rationem Materiam puram potentiam eſſe ſufficienter probare, colligo ex Complutenſibus, qui *in Phyſic. libr. 1. diſp. 3. qu. 2.* §. 1. *num.* 5. eidem demonſtrationem hujus ipſiſſimæ veritatis concredunt, inquiunt enim. [Probatur ratione ſimul & autoritate: Quoniam eſſentia Materiæ-primæ conſiſtit in eo, quod explicatur per ejus Definitiones, & Deſcriptiones, traditas ab Ariſtotele, & communiter receptas à Doctoribus. Sed eæ non tribuunt Materiæ aliquem actum. Ergo Materia, ſecundum ſe accepta, eſt pura potentia, & nullum includit actum.]

Definitiones ſunt orationes quæ explicant naturam & eſſentiam rei.

Octava.

CCCXLVII. An materia ſit alicujus potentiæ actus?

SIquis actus entitativus concedendus ſit materiæ, vel eſt, ut habet differentiam, ut habet exiſtentism, vel ut ens eſt; Non primum, quia cùm materia non diſtinguat, neque ponatur in aliquâ determinatâ ſpecie non poteſt dici habere differentiam, quòd verò non habeat exiſtentiam, probabitur poſteà; neque ultimum dici poteſt; quia ſi materia, ut eſt ens, ſit actus, eſſet actus alicujus potentiæ: Sed nulla poteſt dari talis potentia. Quòd ſi reſpondeant Scotiſtæ eſſe actum potentiæ objectivæ, inſtare contra Thomiſtæ poterunt, & dicere, Non dicitur potentia objectiva niſi in ordine ad cauſam efficientem. At res determinant ſolùm actionem cauſæ efficientis ſecundum exiſtentiam, non autem ſecundùm eſſentiam, ergo non poteſt dici, quòd hujuſmodi entitativus actus ſit proprius materiæ.

Quid ſit actus Entitativus?

Reſpondent nonnulli Adverſarii, ſe jam *actûs entitativi* nomine, nolle exiſtentialem, ſeu Metaphyſicum intelligere, quoniam rerum eſſentiæ ab exiſtentiis non dependent, ſed intelligere differentialem, quem Logicũ appellare ſolemus. Unde inferunt *habere actum entitativum* eſſe habere aliquam differentiam, per quam ratio ſuperior quiditativè contrahatur. Et dari in Materiâ differentias, quæ hujuſmodi ſubjecta, probat Categoria.

Entis Materiale Syſtema.

- Ens Verum, & Reale.
  - *Infinitum.*
  - *Finitum.*
    - *Subſtantia*
      - *Completa*
      - *Incompleta.*
        - *Materia*
          - *Cæleſtis.*
          - *Sublunaris.*
        - *Forma*
    - *Accidens.*

An diviſum, ſi ſit univocum, & de univerſalibus prædicetur, *Genus* vocari poſſit?

Ecce Materia (à Cæleſti diſtinguatur, aut non) quoniam contrahitur per multos gradus, multas Differentias, & Logicos actus ſortitur. Nec hîc eſt inquirendum, An diviſiones iſtæ ſint generis in ſpecies? Nam Diviſum ad Scoti mentem eſt Univocum: & poterit dici *Genus*, ſi velis.

NOTA.

De actu Materiæ-primæ Logico.

SI conſideres attentis oculis prædicatorum ſuperiorum, & inferiorum in præcedenti Categoriâ poſitorum, coordinationem & digeſtionem, animadvertere poteris, eſſe facillimam Opinionem, quæ docet Materiam-primam in ſuo quiditativo conceptu includere Logicum actum (quem vocare *entitativum* poteris, ſi volueris) hoc eſt, eam eſſe conceptum quemdam ſpecificum, ex genere & differentiâ conflatum. Cæterùm, quia impræſentiarùm ipſi Materiæ-primæ, omnem actum etiam differentialem negamus, à Complutenſibus *in Phyſic. diſp. 3. qu. 3.* §. a. moniti dicemus has Graduum Superiorum diviſiones, nec eſſe Generum in Species nec univocas, ſed analogas tantùm; & ſe totis Membra dividentia differre. Quod, & ſummâ facilitate dicitur; & ſummâ difficultate impugnatur.

Quæ debeant ut doctè negetur, ſupponi?

Vide quæ Ratione ſecundâ dicuntur.

Nona.

CCCXLVIII. Quid definito ſit intrinſecũ?

ILlud non eſt de intrinſecâ ratione Materiæ, neque repetitur in materiâ primâ, quod non ponitur in ejus definitione; Sed actus ille entitativus non ponitur in definitione materiæ, nam definitur materia, *primum ſubjectum*, &c. in quâ definitione nulla ſit mentio actus, benè tamen potentiæ.

An materia & forma ſuas habeant etiam formas charactericas & eſſentiales?

Hæc eſt, ut paulò antè notavimus, ratio, quâ Complutenſes, & plerique Recentiores utuntur: & eſt principalior, ut teſtatur Lalemandetius. Sed contrà ſic Scotiſtæ ſolent argumentari. [Non urget, inquiunt, eidem enim etiam Thomiſtę ſunt obnoxii; nec enim exiſtentia Formæ, aut Compoſiti ingreditur Definitionem. Dicunt Scotiſtæ Exiſtentiam eſſe actum intrinſecum non Materiæ ut ſic ſed Materiæ exiſtentis: & idem prorsùs Thomiſtæ debent de Formâ dicere: exiſtentia enim tametſi non ſit de eſſentiâ Formæ ut ſic

eſt

Digitized by Google

eſt actus charactericus, & eſſentialis Formæ exiſtentis, non ſecus, ac nigredo Æthiopis, & Gigantis proceritas. &c.] Sed hac Replicâ non obſtante, ſtat illa Fundamentalis Thomiſtarum Aſſertio, *Quidquid ad Rei eſſentiam pertinet, ejus ingreditur Definitionem*: unde tametſi proceritas non ponatur in Hominis definitione, poni debet in definitione Gigantis, Ergo, ſiquidem Actus non ingreditur in definitionem Materiæ, ille nec ut quiditativa nec ut characterica formalitas, [*] ſpectat ad Materiam-primam.

[*] Forma characterica eſt eſſentialis Compoſito Accidentali, quà tali.

Decima.

CCCIL. An poſſit dari actus entitativus, qui ad aliquam ſpeciem non pertineat?

ACtus entitativus eſt realis & tranſcendens, non poteſt autem dari extra cauſas, niſi in particulari determinetur per aliquem actum particularem, ſicut non eſt dabilis potentia in communi, quæ non determinetur per potentiam in particulari, ſed Materia non determinatur per aliquem actum in particulari, niſi per ipſam Formam, ergo actum, quem habet Materia prima, habet à formâ, quia non datur entitativus actus, qui non ſit actus alicujus ſpeciei, ſed quod eſt alicujus ſpeciei, hoc habet à formâ, ergo quemcumque actum habet materia prima, eum habet à formâ.

An poſſit Deus materiam ſine forma producere?

Sic argumentari Ruvio placuit; at non urgent, quæ dicit, Scotiſtæ ſucclamant. Quoniam negant abſolutè Majorem, eorum enim ſententiâ, etſi Materiam primam ſine Subſtantiali Formâ nequeant Cauſæ ſecundæ producere, poteſt Prima; & hoc ſufficit, ut Major falſa ſit, ſi univerſim ſumatur. Ad Minorem reſpondent Materiam, tametſi non determinetur ad **ſondum** phyſicè per aliquem actum in particulari, niſi per Formam ſubſtantialem nihilominùs ad **ſandum**, vel **ſaindum** determinari Logicè per differentiam Logicam, quâ conſtituitur: & Metaphyſicè ad **ſendum**, aut **ſeindum** per actum exiſtendi, per quem ponitur extra Cauſas. &c.

Materia determinatur logicè, phyſicè & metaphyſicè per actum logicum, phyſicum & metaphyſicum.

Quando agitur de prædicatis quiditativis, ſæpe idem per idem probatur.

His tamen non obſtantibus, manet in ſuo priori robore Argumentum à Rubio pro Thomiſtarum ſententiâ concinnatum. Quoniam contra eum Adverſarii probant idem per idem: Materia enim prima, ſi ex ſe, & ſine Formâ nullum habet actum, non poteſt ſine Formâ exiſtere, ne quidem per Divinam Potentiam. Et, ſi Deus illam poteſt ſine Formâ producere, à ſe, & non à Formâ (**ſendi**) eſſendi, ſeu exiſtendi habet verum actum.

Undecima.

CCCL. An quidquid ſit extra cauſas, actum habeat?

ITerum arguit Rubius. Ideò (ait) Scotus vult materiam primam habere actum entitativum, quia eſt ens extra cauſas: ſed hoc fundamentum nullum eſt, quia entitas extra cauſas abſtrahit ab actu, & potentiâ, nam ex Ariſtotele 5. & 6. *Metaphyſic.* dividitur ens extra cauſas in actum & potentiam, ergo non benè infertur ex eo quòd aliquid ſit extra cauſas, quòd habeat aliquem actum.

Non dat manus huic Rationi Scotiſtas quoniam, ut exiſtimat, eſt per omnia iſti ſimilis. [Ideò Petrus dicitur eſſe Homo, quia eſt Animal rationale. At hoc fundamentum nullum eſt. Petrus igitur non erit Homo.] Sed cur fundamentum erit nullum, ſi Homo, & Animal rationale ſint idem. Jam ergo ſatisfactum eſt Ruvio: nam in Scoti Scholâ Actus entitativus, & exiſtentia ſunt idem. Dicitque ad Ariſtotelem (nam pluries redit eadem ejus ſententia) quando ens extra cauſas in Actum & Potentiam dividit, intelligere Ens (**Sens**) exiſtens, ac propterea habens actum entitativum, illudque in **Sons**, & **non Sons**: aut, ſi velis, in actum, & potentiam phyſicam; hoc in Materiam-primam, & Formam Subſtantialem dividere. &c.

Argumentum Ruvii conſiſtit in mutata ſignificatione vocabuli.

Autoritas Ariſtotelis dilucidatur.

At ego, uberioris doctrinæ gratiâ, Argumentum à Rubio concinnatum, & Reſponſionem ab Scotiſtâ datam, conſidero, & ad Ariſtotelis autoritatem tranſiens, Dico Primò. *Poteſt Ens* (**ſans**) *ab omni exiſtentiâ præciſum, in Potentiam, Logicam, & Actum Logicum dividi*. Et demonſtratur. Quia *Homo* poſſibilis eſt *Animal rationale*, ab omni exiſtentiâ abſtractum; & in ipſo *Animal* eſt genus, ſeu potentia Logica, & *Rationale* eſt differentia, ſive Logicus actus. Dico Secundò. *Poteſt Ens* (**Sans**) *ab omni exiſtentiâ præciſum, in Potentiam Phyſicam, & in Actum Phyſicum dividi*. Et demonſtratur. Nam, ſi *Homo* exiſtens habet Potentiam Phyſicam exiſtentem; nempè, Materiam-primam, & Actum Phyſicum exiſtentem; nempè, Animâ intellectualem, *Homo* conſideratus in ſtatu poſſibilitatis, habebit Potentiam Phyſicam (Materiam) non exiſtentem: & Actum Phyſicum (Animam) non exiſtentem. Dico Tertiò. *Non poteſt* (**Sens**) *Ens exiſtens in genere* **Sendi** *exiſtendi, in Potentiam Metaphyſicam, ſeu Entitativam, & in Actum Metaphyſicum, ſeu entitativum diſtribui*. Demonſtratur, quia (**Sens**) *Ens exiſtens* includit in ſuo conceptu exiſtendi actum, & ideò non poteſt in eodem (**Sendi**), ſeu *exiſtendi* genere dividi in Potentiam, & Actum. Et tandem Dico Quartò. *Ens* (**Sens**) *exiſtens, dividi poteſt, in illud, quod per propriam, & in illud, quod per alienam exiſtentiam* (**Set**) *exiſtit*. Et hoc eſt præcipuum pronunciatum de quo inter Thomiſtas, & Scotiſtas eſt tam contentioſa diſſenſio.

An ſine exiſtentia intelligi poſſit actus Logicus?

An etiam actus Phyſicus?

An ſimiliter & Metaphyſicus?

Exiſtentiæ in Propriam & Alienam Diviſio.

His præmiſſis, ad Rubium redeo; ejuſque argumentum adhibitâ aliquali correctione reſcribo. Sic enim inquam. [Scotus vult Materiam-primam ex ſe habere actum entitativum (hoc eſt, exiſtentiam) quia eſt extra cauſas. Sed hoc fundamentum nullum eſt: quia entitas extra cauſas ut ut exiſtentiæ actum habere debeat, abſtrahit ab hoc, quod eſt habere actum propriæ, vel alienæ exiſtentiæ. Ariſtoteles enim Ens (**ſens**) extra cauſas exiſtens in Habens, & Non habens propriam exiſtentiam diſpeſcit. Et illi ſubſcribit D. Thomas *qu. 4. de potent. ar. 4.* inquit enim *Quidquid in rerum naturâ invenitur, actu exiſtit: quod quidem non habet Materia niſi per Formam.* Ergo D. Thomâ aſſerente, omnia entia, quæ in rerum naturâ inveniuntur, ſunt (**ſentia**) exiſtentia. At non omnia exiſtunt eodem modo: Quoniam Formæ ſubſtantiales habent proprias exiſtentias, & exiſtunt per ſe: & Ma-

Rubii Argumentum reformatur.

Verùm Materia prima exiſtat exiſtentia Formæ?

& Materiæ non habent proprias exiſtentias, ſed exiſtunt per Formas.

Duodecima.

CCCLI. An ſcibilitas ab actualitate deſumatur?

QUOD non eſt ſcibile, niſi per analogiã ad formam, non habet actualitatem niſi à formâ, ſed ut vulgò dicitur, materia prima non eſt ſcibilis, niſi per analogiam ad formam, ergo actualitatem, quam habet, à formâ habet. Major probatur. Nam res in tantùm eſt ſcibilis, in quantum habet actualitatem, ergo ſi non ſit ſcibilis de ſe, nec habebit actualitatem de ſe.

Reſpondent Scotiſtæ, in hoc argumento omnia, quæ adſumuntur, & omnia, quæ inferuntur, falſa eſſe. Quoniam contra Majorem ſic inſtant. [Quod non eſt Scibile niſi per analogiam ad Formam, non habet actualitatem niſi à Formâ. At Deus in hac à nobis vitâ, juxtà naturalem rerum curſum, non poteſt cognoſci, niſi per analogiam ad creaturas, Deus igitur non habet actualitatem, niſi à creaturis. In hac inſtantiâ Antecedens eſt verum, nam per creaturas conducimur in cognitionem Creatoris; illumque ad analogiam & ſimilitudinem Principis, ætatis provectiſſimæ, majeſtatis, & potentiæ ſupremæ, juſtitiæque inviolabilis &c. repræſentamus.

Quomodo à poſteriori ad Dei notitiam & cognitionẽ deveniamus?

Contra ejuſdem duodecimi Argumenti Minorem, ſufficeret dicere illam, ut aſſeritur in argumento, vulgi tantùm opinatione fuccollari. Addunt tamen eam falſam eſſe; non enim Materia concipitur per modum Formæ tametſi intelligatur per ordinem ad Formã: eſt enim de genere Relativorum, in quibus unum concipitur in ordine ad aliud.

An materia-prima dicat relationem ad formam?

Præterea contra eamdem Minorem adhuc poteſt hæc inſtantia formari. Sicut Materia eſt potentia, ſic Forma eſt actus. Sunt igitur correlativæ. Ergo, ſi habitudo Materiæ ad Formam præſtat, ut à Formâ actualitatem, quam habet Materia, recipiat: ſimiliter habitudo Formæ ad Materiam præſtare debebit, ut actualitatem omnem, quam Forma habet à Materiâ recipiat.

Argumenti Retorſio.

De Conſequentiâ nolunt eſſe ſoliciti; ſufficit enim ipſis oſtendiſſe falſas eſſe Præmiſſas, ut Conſequentia proſternatur.

Profectò hæc duodecima ratio apud Thomiſtas graves patitur difficultates; quoniam pro ejus Minore, & contra ejus Minorem proſtat Angelici Doctoris autoritas. Sanè apud Complutenſes *in lib.1. Phyſic.diſp.3.qu.5. §.2. num.* 30. Adverſarii nonnulli ſupponentes, in hoc Argumento XII. Minorem ab Angelico Præceptore negari, ſic diſcurrunt. [Id, quod habet propriam ideam, poteſt per ſe fieri. Sed Materia-prima habet ideam diſtinctam ab ideâ Formæ. Ergo poteſt, ſaltem divinitùs, recipere exiſtentiam à Deo independenter à Formâ.] Et Minorem, in quâ videtur conſiſtere totus difficultatis nodus, tradi aſſerunt à D. Thomâ *quæſt.3. de Verit. art.5.*

An bene D. Thomas pro oppoſitis adlegetur ſequentibus?

Proponitur Scotiſtarum argumentum.

An Materia-prima in Divino Intellectu habeat propriam ideam?

Complutenſes loco citato hanc objectionem contra ſe ab Adverſariis diſſoluturi, & rationem pro ſe duodecimo loco poſitam confirmaturi, viam ineunt duplicem: primò enim negant, Deum habere propriam materiæ ideam: & ſecundò eam Deum habere concedunt,

Prima Complutenſium Reſponſio.

Priorem ingreſſi viam, reſpondent negando Objectionis Minorem [nempe illam Propoſitionem, *Materia-prima habet ideam diſtinctam ab ideâ Formæ.*] Et eamdem *1.qu.15.art,* 3. negari à Divo Thomâ aſſeverant: hoc enim in loco retractavit [*] ſententiam, quam priùs *qu.3 de Verit.art.5.* tradiderat.

*] *Et unde ſcivit Cajetanus illam quæſtionẽ priùs, & Summam Theologicam poſtea Angelicum Doctorem ſcripſiſſe?*

Sed, quia videtur difficile negare Materiæ propriam, & intrinſecam intelligibilitatem, ineunt propriam viam, & juxtà alteram Divi Thomæ opinionem diſcurrentes, ſic inquiunt [Secundò, & faciliùs reſpondetur, quòd eſto Materia-prima habeat ideam diverſam ab ideâ Compoſiti & Formæ, &c.]

Secunda Complutenſium Reſponſio.

Vide, quæ in Sectione II. in Reſponſione ad Tertium dicuntur.

Tertia-decima.

CCCLII. An nihil ſit nihilo propinquius quam materia?

ITA Materia eſt propè nihil, ut nihil ſit ipſi nihilo propinquius; Sed ſi aliquo modo eſſet actus, poſſemus nobis aliquid imaginari propinquius nihilo, ſcilicet ſi imaginemur materiam eſſe tantùm in potentiâ, ergo materia nullo modo eſt actus.

Et ut hujus Rationis efficaciam percipias ſupponendum eſt Primò, hanc rationem graviſſimâ autoritate fulciri, nam materiam eſſe propè nihil *lib.12.Confeſſ.* S. Auguſtinus aſſeruit & eſt ſupponendum ſecundò cum doctrina communi, *Ens* bifariam accipi: nimirùm, ut ſit **Sans** habens eſſentiam: & quiditativè **Sens**, habens exiſtentiam. Et ſupponendum eſt Tertiò τὸ *Nihil* opponi Enti, ac propterea etiam bifariam accipi; *Nihil* enim, ſi opponitur enti ſubſtantivè, & quiditativè ſumpto (hoc eſt **Santi**, ſeu habenti eſſentiam) eſt quod non habet eſſentiam: &, ſi opponitur Enti participialiter ſumpto (hoc eſt, **Senti**, ſeu habenti exiſtentiam) eſt non exiſtens.

Ens bifariam ſumitur, quidi tativè & exiſtentialiter: eſt enim vel **Sans** vel **Sens**.

Ergo *Nihil* ſimiliter debet ſumi bifariam.

His præmiſſis, ſi reſcire placeat, quo alii argumento huic modo reſpondeant, lege Richardum Lynceum *lib.2.Phyſic.tr.2.cap.4.n.44.* Cæterùm Adverſarii, quos hic Thomiſtis Ego oppoſui, reſpondent, inter ſe exiſtentes nullã Nihilo (**Non Senti**, Non-exiſtenti) Materia-primâ proximiorem. At Nihilo (**Non-Santi**, Non-Enti, *Entis* nomine ſubſtantivè ſumpto) Ens (**ſans**) & omnia prædicata, quæ inter ipſum, & Materiam interjacent, eſſe proximiora, quàm materiam.

Quo modo Materia prima ſit & non ſit proximè nihilo?

Sed iſta Reſponſio non urget, ſemper ſtat veriſſimam eſſe Auguſtini ſententiam, ſi ejuſdem generis entia inter ſe comparemus. Nam inter **Sentia** (entia exiſtentia) nulla res, hujus generis Nihilo nempe **Non Senti**, Enti non exiſtenti propius, quàm Materia-prima, etiam quando **Set**, aut potiùs **Seit**: quando exiſtit; ſiquidem non per propriam exiſtentiã tunc exiſtit; ſed per exiſtentiam mendicatam à Formâ. Et tranſeundo ad **Santia** (ad Entia, quæ habent eſſe quiditativum) nulla res, hujus generis Nihilo; nempe, **Non-Santi**, Non habenti eſſe quiditativum eſt propior quàm Materia-prima, ſiquidem non actu, ſed tantummodò potentia **Sat**, aut **Sait**: hoc eſt, habet eſſentiam.

Quomodocũque explicetur, ſemper manet, quòd nulla res propior Non enti ſit, quàm Materia-prima.

Quarta-decima.

CCCLIII. An Materia, non ſit actus, ſed actu?

SI Materia eſſet quædam actualitas, exiſtere ſine Formâ poſſet, & de eâ ſine Formâ exi-

An Materia-prima actu ſit quædam Pura potentia?

exiſtente, & de illâ ſine Formâ conceptâ, poſſet verificari hæc Propoſitio, *Materia ſine Formâ eſt actus*; aut ſaltem hæc, *Materia ſine Formâ habet actum*. Sed hoc non, Ergo. &c. Probatur Minor, Non enim illa eſt actus: neque actu **ſet**; habet eſſe exiſtentiæ: ſed tantùm actu **ſat**, aut veriùs **ſait**, habet actu eſſe quiditativum, quod eſt in **ſandi** genere puta quædam potentia.

Aſſero. Sed per voculam *aſſo*, non exiſtentiæ, ſed eſſentiæ exercitium ſignifico.

Et ut huic Argumento Adverſarii reſpondeant: quia non poſſunt aliter (**ſare**, & **ſere**) eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale confundunt.

Quinta-decima.

CCCLIV. An Materia ſit Corpus?

An ſit actus?

Materia prima non eſt corpus, At ſi eſſet ens actu, eſſet corpus, ergo non eſt ens actu, ſed ens in potentiâ. Majorem communiter admittunt Phyſici, Minor verò probatur; Omnis ſubſtantia materialis actu ens, vel eſt forma, vel eſt corpus, ſed ſecundùm te materia eſt actu ens, & tamen non eſt forma, ergo eſt corpus, Quod tamen non admittit Ariſtoteles, neque ipſe Scotus, ergo neque debet admittere Scotus, quòd materia ſit quidam actus.

Autores, qui partem aſſerẽtem tuentur.

Legit hanc Rationem Titius, exclamatque Quid mali, quæſò Philoſophiæ Naturali immineret, ſi diceretur Materia eſſe *Corpus*. Laudatur ab eruditione & ingenio Bonifacius Bagatta. Anno 1667. Veronæ Curſum Philoſophicum edidit, in quo non pauca Lector præclarè cogitata reperiet. Hic igitur *in libr. 1. Phyſic. diſp. 1. ſect. 5.* interrogat, *Utrùm Materia-prima ſit Corpus?* & reſpondet. [Materia prima eſt corpus ſubſtantiale ſimplex. Ita cum Stoicis, Pericle Lydio, apud Simplicium *lib. 1. Phyſic. comm. 65.* & aliis multis Antiquis: Zabarella *lib. 2. de Mater. cap. 12. & 17.* Serb. *diſp. 1. in Phyſic. qu. 2. art. 3.* Guaricus *diſp. 2. in Phyſic. expoſi. 4. contra commun.* Hoc etiam concedit Pontius *diſp. 3. de Mat. prim. qu. 5. concl. 3, in reſp. ad 6. num. 10.*] Hæc Bagatta. Et quia Zabarellam citaverat, proderit audire Lalemandetium, qui *in Phyſic. diſp. 2. partis 3. column. 39.* ſic ſcribit [Eſt duplex Opinio (nempe in Quæſtione, quę interrogat, *An Materia prima ſit corpus?* Nam Zabarella *lib. 2. Phyſic. cap. 17.* aſſerit Materiam primam, remotâ quâcumque Formâ, etiam Formæ Corporeitatis; remotis quoque trinis dimenſionibus, eſſe Corpus de genere ſubſtantiæ. Rationes Zabarellæ ad longum refert *cap. 1.* & refellit Faventinus *in Philoſophia Natural. Theor. 31.* reſpondetq; ex opinione Scoti *6. Metaph.* negando, quodcumq; ens actu eſſe Corpus: ideòque negat Materiam eſſe Corpus. &c.]

Argumentum corrigitur.

Pergit Titius, & ait, [Sed demus Materiam primam, nec eſſe, nec vocari *Corpus*. Quid inde? *Omnis Subſtantia materialis actu ens* (inquiunt Thomiſtæ) *vel eſt Forma, vel Corpus*. Addi jubent Adverſarii, *vel eſt ſaltem Materia*. Materia enim prima hujus menſæ, in quâ hæc ſcribo, eſt actu ens (eſt **Sens**, aut **Seins**) ſive enim ſuâ ſive alienâ exiſtentia exiſtere dicatur, reverà exiſtit, & tamen ipſa, nec Forma, nec Compoſitum eſt.

Vt tollantur æquivocationes, ratio pro noſtra doctrina poſita reformatur.

Hæc omnia, niſi opportunè occurramus, nos reducent ad λογομαχίας. Vitabuntur hæ ſanè, ſi illa Propoſitio, *Omnis ſubſtantia materialis, actu ens, vel eſt Forma, vel eſt Corpus*, quâ primi Syllogiſmi Minor perſuadebatur, tranſire jubeatur in hanc. *Omnis ſubſtantia materialis propriâ exiſtentiâ exiſtens, vel eſt Forma, vel eſt Corpus ex actu, & potentiâ compoſitum*. Tunc enim, ſi ſubſumatur, *Atquì Materia-prima, nec eſt Forma, nec Corpus ex actu, & potentiâ compoſitum*: inferetur legitimè. *Ergo Materia-prima propriam exiſtentiam non habet*.

Sexta-decima.

CCCLV. An, & quomodo Generatio, & Alteratio diſtinguantur?

Si Materia-prima eſſet quidam actus, generatio, & alteratio non differrent, ſed hoc eſt falſum, ergo, & illud prius: Minor patet, Major probatur: Generatio differt ab alteratione ex Ariſtotele *1. de generat.* & Averroë *1. Phyſic. comment. 63.* quòd in generatione mutetur nomen, & definitio, non autem in alteratione, Atqui ſi materia propriam haberet actualitatem in tranſmutatione non amitteret nomen, nec definitionem, quia quod retinet ſuum actum, retinet ſuam quidditatem, & definitionem, & nomen.

Generationis & Alterationis uberiùs differentia explicatur.

Legunt iſtam Rationem Scotiſtæ, & dicunt Primò, debuiſſe illam poni in noſtrâ Philoſophicâ Criticâ, in illâ enim Phyſicas controverſias radiis Grammaticis dilucidamus. Et dicunt Secundò, ſe non aſſerere materiam-primam eſſe actum; ſed **ſaire**, & **ſeire**: hoc eſt in ſuo conceptu habere actum Logicum, & Metaphyſicum: illum, etſi non exiſtat; hunc verò, quando eſt actualis, & exiſtit. Nec inde ſequi generationem, & alterationem coincidere; niſi totum cum parte confundatur. Porrò, omnia quæ in præcedenti Objectione à Thomiſtis ponuntur, de Subſtantiâ Completâ, hoc eſt, de Subſtantiali Compoſito verificantur; Quoniam in generatione deſtruitur Compoſitum antiquum, & aliud de novo producitur; & quia in eâ v. gr. lignum convertitur in ignem, ſicut ſubſtantia, ſic etiam definitio mutatur; quod tamen in alteratione non accedit; nam lignum ſive calefiat, ſive frigefiat, lignum remanet. Cæterùm agendo de Materiâ primâ, ſive generatio, ſive alteratio superveniat, ejus definitio illæſa remanet; per neutram enim materia-prima deſtruitur, aut corrumpitur.

Aliud eſt *Rem eſſe actum*, & aliud *Rem habere actum*.

His doctrinis præmiſſis in formâ reſponſuri Argumento à Thomiſtis propoſito, à correctione initium ſumunt. Jubent enim deleri illam Propoſitionem, *Si materia eſſet quidam actus*; ipſi enim id non dicunt: & volunt ejus loco ſubſtitui, *Si Materia haberet aliquem actum*. Adduntque eſſe diſtinguendum inter actum Logicum, Phyſicum, & Metaphyſicum. Concedunt enim, quòd Generatio, & Alteratio non differrent, ſi materia in ſuo quiditativo conceptu actum Phyſicum, hoc eſt, Formam ſubſtantialem includeret: negant, quòd illæ non differrent, ſi haberent aliquem actum Logicum, aut Metaphyſicum; hoc eſt ſi componeretur materia genere, & differentiâ, aut exiſtentiam eſſentialiter dicerent.

An Generatio ab Alteratione diſtinguatur?

Verùm in Materia prima eſſe Logicum & Metaphyſicũ ab eſſe Phyſico proveniant.

At contrà, conſtando ſuis fundamentis Thomiſtæ ſic argumentantur. [Per vos, ſi materia in ſuo conceptu includeret actum aliquem Phyſicum, Generatio, & Alteratio coinciderent. At, ſi haberet actum Logicum aut Metaphyſicum, etiam haberet Phyſicum. Ergo, ſi illa haberet aliquem actum Logicum

aut

Digitized by Google

aut Metaphyſicum, Genetatio, & Alterario coïnciderent. Probant Minorem. Quoniam à Formâ Materia habet actum Logicum, & conſtituitur in ſpecie aliquâ determinatâ. Et à Formâ recipit exiſtentiam. Illud conſtat ex ipſo Formæ nomine: nam inquiunt Complutenſes *diſp.4.quæſt.1.num.2.* [Quia Forma vagam materiæ conditionem ad certam ſpeciem trahit, *Unum* appellata eſt:] Et *diſput. 3.qu.4.§.1.nu.13.* Materiam exiſtere per Formæ exiſtentiam probaverant.

Septima-decima.

CCCLVI. Vtrùm omnes rationes, quæ hic ponuntur, inſolubiles ſint?

MOnui in principio, me propoſiturum rationes, quas pro Thomiſtarum ſententiâ concinnat, & explicat Lalemandetius; at dixi non omnes æquè fortes videri, ſed aliquas indigere aliquâ caſtigatione. Et inter cæteras, niſi aliquid clarioris doctrinæ gratiâ addatur, hæc, quæ in loco exhibetur, non poterit Scotiſtas terrere. Illam propono.

Quod eſt quiditativè Potētia, actus eſſe non poteſt.

In quolibet genere, quod eſt potentia non eſt actus in illo genere, ergo quod eſt potentia in genere ſubſtantiæ, non eſt actus in genere ſubſtantiæ, igitur cùm materia ſit potentia in genere ſubſtantiæ, nullo modo erit actus in genere ſubſtantiæ, ſed nunquam eſt extra genus ſubſtantiæ, ergo ſemper eſt quid potentiale.

An admittenda ſit Forma Corporeitatis, quam comminiſcuntur Scotiſtæ?

Hoc argumentum, ſi ſemel primum Antecedens concedatur, non ſolùm contra Scotiſtas probat Materiam-primam nullum actum ſubſtantialem habere; ſed & eſſe falſa omnia, quæ ab ipſis de Formâ Corporeitatis aſſeverantur. Nam poſſemus ratiocinari ſic. [In nullo genere una, & eadem Realitas poteſt eſſe ſimul Potentia & Actus. At Forma Corporeitatis in genere Subſtantiæ eſt actus. Ergo (ut ut ſit in genere accidentiū potentia, conſtituatque Corpus, quod poſſit ſuſcipere Formas accidentales) in genere Subſtantiæ nequit eſſe potentia & conſtituere Corpus, quod rationalem Animam, aut aliam Formam ſubſtantialem recipiat.]

Vna Realitas poteſt in genere Subſtantiæ eſſe actus, & in genere Accidentium, potentia.

Ego ſanè non multum huic Septimæ-decimæ probationi confiderem: ejus enim primâ Propoſitionem Actus Logici condemnare videntur. Quoniam, ſi Homo eſt Animal rationale, & Animal eſt Vivens ſenſibile, & Vivens eſt Corpus vitâ præditum. Corpus erit Logicum Genus, quod per Vitam tanquam per Differentiam, ſeu Logicum Actum contractum, erit Vivens. Ergo Vita, quæ eſt actus Corporis, & Vivens conſtituit, erit Potentia Logica reſpectu Senſibilitatis. Quæ ſimiliter Senſibilitas Vivens tanquam potentiam actus contrahet; rationalitatemque tanquam potentia actum recipiet. Et hanc doctrinam Logicam Scotus propagavit ad Phyſicam, jubens, ut Corporeitas ſit primæ-Materiæ forma, & actus; Animamque ut eadem potentia recipiat.

In genere Logico, Differentia, quæ eſt Generis actus, ut potentia recipit ſupervenientem Differentiam.

Octava-decima.

CCCLVII. Quid ſit Materia prima ſecundum ſe cōſiderata?

QUOD neque eſt quantum, neque quale &c. nullo modo eſt actus (lege nullo modo habet actum) Sed ex Ariſtotele *lib.7.Metaph.text.8.cap.3.* Materia neque eſt quanta, nec qualis, &c. Ergo nullatenus eſt actus (lege, habet actum.) Ariſtotelis verba ſunt hæc. Λέγω δ' ὕλην ἣ καθ' αὑτὴν μήτε τί, μήτε ποσὸν. μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται οἷς ὥρισται τὸ ὄν. *Dico autem Materiam, quæ per ſe ipſam, neque quid, neque quantum, neque aliquid aliud quidpiam dicitur, quibus Ens determinatur.* Quæ verba in pleriſque omnibus Philoſophis, qui libros de Phyſicâ ſcripſere, leguntur.

Adverſarii rationem inferendi non vident, ſæpè enim res poſitivas, & quæ habent actum, per negationes explicamus. Per negationes deſcribit Deum Dionyſius, qui tamen eſt actus puriſſimus. Ergo Materia, etſi ſit actus (aut habeat actum) potuit ab Ariſtotele per negationes circumſcribi.

Sæpe res poſitivæ per negationes explicantur.

At nos negamus Ariſtotelem fuiſſe adinclinatum, & actum Materiæ poſitivum indigitaſſe negativis nominibus: illis enim utitur, ut nos doceat Materiam ex ſe nullum actum poſitivum habere. Quod reponit, exponitque Ariſtoteles *libr.2.de Anim.text.2.* & *libr.8.Metaph.cap.1.* quem *1.p.qu.16.art.7.* dilucidat Sanctus Thomas his verbis. *Materia-prima dicitur eſſe* Una, *non quia habet unam formam, ſicut Homo eſt Unus, ſed per remotionem omnium Formarum diſtinguentium.*

An Materia habeat diverſos actus negativè?

Undevigesima.

CCCLVIII. An Materia-prima habeat eſſentiam Cōpletam?

QUOD non habet eſſentiam, nec habet actum Logicum, nec Metaphyſicum Entitativum. Et probatur utrumque: quia quod non habet eſſentiam, nec componitur Logicè genere, & differentiâ, nec Metaphyſicè per exiſtentiam ponitur extra cauſas. At materia prima non habet eſſentiam. Ergo nec actum Logicum, nec Metaphyſicum. Probatur Minor, quoniam Materiam eſſe quid, negat, ut vidiſti, Ariſtoteles; & D. Thomas ei conſentiens *qu.3.de Verit.art.5. in fine*, eam eſſe eſſentiam negavit, inquit enim. *Etſi Materia non habeat propriam eſſentiam, eſt tamen pars eſſentiæ.* Et ita eum legunt Complutenſes *in Phyſicâ libro primo diſput.3. quæſtione.1. num.3.*

In hac Ratione *Eſſentia* nomine, intelligi debet Completa: quoniam Materia-prima, etſi ſit proxima Nihilo, eſt res aliqua, & non purum Nihil. Unde ſcitè Complutenſes ſcribunt. [Ens dici ab actu exiſtendi, *Rem* verò ab entitate, ſeu quiditate. Unde, quia Materia non habet exiſtentiam à ſe, ſed participatam à Formâ, idcircò appellatur *Ens in potentiâ*, licèt verè habeat realitatem, & ſit aliquid ſubſtantiale.]

An, & quomodo *Ens* & *Res* differant inter ſe?

Vigesima.

CCCLIX. An quod Major nō poteſt, poſſit Minor?

Quod non poteſt Majus, id non poterit Minus in eodem genere. Sed Relatio eſt majoris entitatis, quàm Materia prima; & tamen ſine ſuo fundamento & termino eſſe non poteſt. Multò ergo minùs poterit Materia prima exiſtere ſine ſuâ Formâ. Probatur Minor: quoniam Materia prima eſt *prope nihil*, ut inquit Auguſtinus; & tamen à nemine vocatur *prope nihil* Relatio.

Quia hæc propoſui nono in loco hanc Ra-

tio-

Quam ſint incertæ Aſſertiones cõmunes?

tionem, quia illam eſſe in pretio apud nonnullos Recentiores reperio: Ego autem illi parùm fido, ſuccollatur enim Axiomate valde dubio & incerto. Et ejus occaſione monendus mihi Lector erit, pleraque omnia Axiomata, quæ circumferuntur, tot laborare exceptionibus, ut non debeant admitti ſine examine.

De poteſtate Confeſſarii.

Hoc Axioma, *Qui poteſt majus, poteſt & minus*, licèt uſurpatum à multis, falſum eſt. Nam plus eſt abſolvere à peccatis, quàm à debitis pecuniariis, & tamen Confeſſarius, qui pœnitentem à peccatis abſolvit, à teſtituendi obligatione non abſolvit. Item. Plus eſt abſolvere ab omnibus peccatis, quàm ab illorum parte. Et tamen Confeſſarius, Pœnitentem, qui duo fuerat gravia peccara faſſus, ab utroque ſimul, non autem ab altero poteſt abſolvere.

An, cui id, quod eſt plus, conceditur, id quod eſt min⁹ concedatur?

Huic eſt ſimile, & hoc, *Is, cui id quod eſt majus, etiam quod eſt minus, conceditur*. Et eſt falſum: Quoniam Reges, & Principes, eis, quos criminali tribunali præficiunt, de gravibus & Reipublicæ pernitioſis peccatis judicandi poteſtatem concedunt, nec tamen volunt, ut in venialis culpæ reos animadvertant.

Quales ſint Regulæ Iuris Canonici, quæ leguntur in ſexto.

Hinc in Sexto Bonifacius VIII. aliquas Regulas intulit, quæ ſine diſtinctione congruâ nequeunt ad praxim opportunam reduci. Talis eſt XXXV. *Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus*. Et LIII. *Cui licet id, quod eſt plus, licet utique quod minus eſt*. Et LXXX. *In Toto Partem non eſt dubium contineri*. Et quia non contra, *in Parte Totum*. Eſt Regula LXXIX. *Nemo poteſt plus Juris transferre in alium, quàm ſibi competere dignoſcatur*. Prætereà, quia in Regulâ XI. prudentiſſimè dixerat, *Cum ſunt partium Jura obſcura, Reo favendum eſt potius, quàm Actori*, in Regulâ XV. legis latæ rationem reddidit, *Odia reſtringi, & favores convenit ampliari*. Et intulit has Conſequentias, Reg. XXXII. *Ergo non licet Actori, quod Reo licitum non exiſtit*. Et Reg. IL. *Ergo in pœnis benignior eſt interpretatio facienda*. Et Reg. LXXI. *Ergo, qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus*.

Non eſt ſecura conſequentia, quæ ab Axiomate præmiſſo deducitur,

His eſt ſimile Axioma, quo fundatur præſens Thomiſtarum Probatio, *Quod non poteſt facere, quod majus eſt, non poteſt facere quod eſt minus*. Cui temerè conſideret aliquis, nam Titio ruſtico, Imperator, aut etiam Pontifex major eſt. Et tamen ſi Titio centum aureos ex cauſâ legitimâ promittas, & jure jurando promiſſionem confirmes, obligationem incurres à quâ te ſine ullâ cauſâ Titius, non autem Imperator aut Pontifex poterunt liberare.

Nec Pontifex, nec Imperator poteſt quemquam ſine cauſa à debito ſolvendi pecunias liberare.

Hæc, ut Syllogiſmi Major bene intelligatur, adnotaſſe ſufficiat: ad Minorem tranſeamus.

De Materia prima & Relatione.

Illa erat. *Relatio eſt majoris entitatis, quàm Materia prima*. Eamque Lalemandetius diſtinguit. Eſſe enim majoris entitatis in eodem genere, negat: in diverſo, concedit. Et probat, quia Relatio eſt in genere Relativorum, & in genere Abſolutorum eſt Materia. Potuiſſet etiam dicere, illam eſſe in genere Accidentium, hanc verò in genere Subſtantiæ, &c.

Ego autem, ſi Majorem permiſiſſem tranſire (de quo dubito, ſunt enim mî ſuſpecta Axiomata, quæ circumferuntur) Minorem abſolutè negarem, ut vel ſic illam probandi Thomiſtis occaſionem præberem. Relatio enim Nominalium ſententiâ ante mentis operationem eſt nihil, res enim omnes ſecundum ſe conſideratæ, ſunt abſolutæ: & tantùm relativæ dicuntur, cùm altera in recto, & altera in obliquo (hoc eſt, cùm altera in ordine ad alteram) conſideratur. In Nominalium ergo Scholâ Relatio non eſt majoris entitatis, quàm Materia prima. *Prætereà* Formaliſtæ aut ex naturâ rei, aut certè per rationem ratiocinatam Relationem à ſuo fundamento diſtinguunt. Ergo etiam in eorum opinione plus entitatis, quàm Relatio, habet Materia prima, ſiquidem & res quædam, quæ realiter à Formâ ſubſtantiali diſtinguitur. *Prætereà* Modiſtæ, qui ideò hoc nomen ſortiti, quòd pleraſque omnes Formas eſſe Modos exiſtiment, jubent Relationi eſſe Modo. Ergo plus entitatis ipſi Materiæ primæ, quàm Relationi attribuunt. *Denique* Reales, qui pauciſſimi ſunt, & inter Accidentia realia Relationem numerant, non ideo illi plus entitatis quàm Materiæ accenſent: nobilius enim eſt eſſe per ſe, quàm eſſe in alio; & eſſe per ſe, quod nullo modo convenit accidentibus, ſaltem partialiter materiæ convenit. *Stat ergo* Minorem, in Probatione adſumptam veritate deſtitui.

Vera majorem entitatem habeat?

Quid Nominales ſentiant?

Quid Formaliſtæ,

& quid Modiſtæ dicant?

Quid tandem Reales?

VIGESIMA-PRIMA.

CCCLX.

An ſine Materia poſſint Formæ materiales exiſtere?

SI haberet propriam exiſtentiam, poſſet exiſtere ſine formâ ſaltem divinitùs, ſed hoc non, ergo neque prius: Major patet, minor probatur; plus dependet materia à formâ, quàm forma à materiâ; ſed formæ materiales non poſſunt ſeparari à materiâ, forma enim equi non poteſt exiſtere ſeparata à materiâ equi, ergo multò minùs materia equi à formâ equi.

Sed neque eſt fortis & ſecura iſta Ratio: quoniam in multis claudicat.

An hoc ipſo Argumento poſſit perſuaderi cõtrarium?

Primò enim peccat contra leges Dialecticæ, nam eodem argumento, quo ſui Autores volunt ſuadere Majorem eſſe veram, eodem perſuadebo eſſe falſam. Major argumenti erat hæc, [Si haberet propriam exiſtentiam Materia, poſſet exiſtere ſine omni formâ, ſaltem de potentiâ Dei abſolutâ.] Et contra illam, quin ex hoc paragrapho egrediar, ſic dialecticor. [Per vos Formæ ſubſtantiales corporeæ habent proprias exiſtentias, Et per vos eædem Formæ, nec divinitùs poſſunt ſeparari à Materiâ, Ergo, ſicut in Formâ, ſic etiam in materiâ, habere propriam exiſtentiam, non eſt ratio ſufficiens, ut ſeparetur, & exiſtere poſſit ſine Formâ.

Lalemandetii Opinio.

Peccat etiam contra Naturalis Philoſophiæ leges hæc eadem Ratio, ſupponit enim ut certum & indubitatum, non poſſe Deum unam Formam ſubſtantialem corpoream ſine materiâ conſervare. Ait Lalemandetius [Minor eſt valde dubia; nulla enim videtur repugnantia, quin poſſit Deus animam equi extra materiam equi conſervare?] Quam dubiam Lalemandetius nominat, alius diceret falſam. Cur enim dicendus eſſet Deus non poſſe conſervare Formam ſubſtantialem

Digitized by Google

corpoream ſine Materiâ, ſiquidem in Eucha- riſtiâ ſine ſubjecto Accidentia conſervat? Nec proderit dicere Qualitates, & cætera acci- dentia in Quantitate ſubjectari, nam dice- mus, Quantitatem eſſe ſine ſubjecto, Ergo, ſicut ſine ſubjecto Quantitas, ſic etiam hinnibiles, aut rugibiles ex. gr. animæ, ſine Materiâ poterunt conſervari. Sed neque contra iſtam doctrinam adlegari poteſt Bo- nifacius Bagatta, qui tametſi ſine ſubjecto conſervari aſſerat accidentia Euchariſtica, negat corporeas ſubſtantiales ſine Materiâ Formas, poſſe ſuſtentari divinitùs. Non, in- quam contra hanc noſtram & veram doctri- nam poteſt allegari Bagatta, quoniam eorum ſententiâ Accidentia ſunt entitates reales, & Formæ ſubſtantiales corporeæ, non ſunt rea- les entitates, ſed modi; & certum eſt non poſſe modos ſine propriis ſubjectis conſer- vati.

Cur Bagattæ ſententia Accidentia conſervari ſine ſubjecto poſſint, & Formæ corporeæ ſubſtantiales non poſſint?

VIGESIMA-SACUNDA.

CCCLXI.

Proponitur ultima Ratio.

OMne *eſſe* eſt à Formâ ſubſtantiali, ut te- ſtatur Boëtius, ſed exiſtentia eſt ali- quod *eſſe*. Ergo omnis exiſtentia eſt à For- mâ.

Eſt in DARII iſta ratio: &, ſi bene intelli- gatur, ſecura. Audiamus tamen, quid Ad- verſarii contrà objiciant.

Quid contra illam Scotiſtæ objiciant?

Se jam pluries ad eam reſpondiſſe ſuccla- mant: at fieri hoc modo debuit; quoniam, quæ pluries inculcantur, pluries debent re- tundi. Dicunt ergo Scotiſtæ totam hanc Probationem laborare homonymiâ. Majo- remque, ſi *eſſe* in illâ ſit Phyſicum, eſſe veram: ſi Logicum, aut Metaphyſicum, eſſe falſam, Minorem verò contrà. Adeoque ſic diſcur- runt. [Præmiſſæ, vel ſunt veræ, vel, non. Alterutrum dicatur, hæc Probatio non urget. Illâ ergo non ſuadetur Thomiſtarum Con- cluſio. Probatur Minor, Quoniam nil om- ninò certi inferre poſſunt, ſi [*] Præmiſſæ ſint falſæ, ut univerſi ſciunt. Quid autem, ſi ſint veræ? Syllogiſmus habebit quatuor ter- minos, & ideò in eo modus inferendi erit malus.] Si ipſi judicant: &, ut ſe bene judi- care univerſi cognoſcant, juxta differentias eſſendi, quas confundi in argumento aſſe- runt, illud iterum, iterumque reſcribunt. Et primò ſic

*] *Eſt falſa hæc Propoſitio*, ex falſo ſemper ſequitur falſam. *Vera autem hæc*, Ex falſo ſequitur incertum: *Et cur? Quia aliquando veram, & aliquando falsā ſequitur.*

Omne eſſe Phyſicum eſt à Formâ.
Sed Exiſtentia eſt ipſum eſſe Phyſicum.
Ergo omnis Exiſtentia eſt à Formâ.

An *eſſe* quod in Præmiſſis ponitur, ſit cõtractum?

Dicunt Conſequentiam eſſe legitimam, Majorem veram; Sed, quia Minor eſt falſa, ejus falſitatem, in ipſammet Concluſionem tranſire.

Hunc eumdem Syllogiſmum aliter repo- nunt; inquiunt enim.

Omne eſſe Metaphyſicum eſt à Formâ.
Sed Exiſtentia eſt ipſum Eſſe Metaphyſicum & Entitativum.
Ergo omnis Exiſtentia eſt à Formâ.

Si per eſſe, aut Logicum, aut Phyſicum intelligantur nihil Syllogiſmus concludet.

Et dicunt nihil concludi hoc Syllogiſmo, quoniam licèt in eo forma Dialectica bona ſit & legitima, Major eſt falſa.

Hæc omnia, & primo adſpectu bene, con- tra hanc ultimam Rationem vociferantur Adverſarii.

At Ego, totâ hac contradictione non ob- ſtante, eſſe optimum aſſero Argumentum hoc ultimum. Et, ut oſtendam clariſſimè in ejus oppugnatione obnubilari, & adluci- nari Adverſarios, aliud ſimillimum illi pro- pono.

Propoſito exemplo clariſſimo, Adverſariorum oſtẽditur adlucinatio.

Omne Vivens habet Animam [*]
Platanus eſt vivens.
Equus eſt vivens.
Homo eſt vivens.
Ergo Platanus habet Animam.
Ergo Equus habet Animam.
Ergo Homo habet Animam.

*] *Hæc Major eſt falſa, ſi Animæ nomine contracta aliqua (hoc eſt, Vegetativa, Senſitiva, aut rationalis) intelligatur.*

Servatur legitimus dialecticandi modus. Et omnes tres Minores ſunt veræ. Sed quid de Conſequentiis dicemus? Pendet ab intel- ligentiâ & expoſitione Majoris.

Quoniam, ſi *Animæ* nomine intelligas Ve- getativam, prima Conſequentia erit vera, cæteræ autem falſæ.

Si autem eodem nomine Senſitivam intel- ligas, ſecunda Conſequentia erit vera, prima & ultima falſæ.

Et præterea, ſi eodem velis intelligere no- mine Animam rationalem, erit vera ultima Conſequentia, & duæ priores erunt falſæ.

Ergo, quomodocumque nomen illud *Ani- ma* contrahatur, & reſtringatur, Major erit falſa, ſuamque ipſa in duas Conſequentias exonerabit falſitatem.

Ergo-ne, ſi quidem Minores ſunt veræ, nul- lum erit remedium, ut & Major ſit vera. Quoniam, ſi talis illa ſit, tunc omnes tres Conſequentiæ erunt veræ ſimiliter? Erit, ni- mirùm, ſi *Animæ* nomine, præciſam abſtra- ctamque ab omnibus differentiis (nempe, à Vegetativâ, Senſitivâ, & Rationali) Animam intelligamus.

Eadem autem Syllogiſmi Major erit verà, ſi nomen Animæ ſit abſtractum, & à Vegetativa, Senſitiva, & Rationali præſcindat.

Ergo eodem prorſus modo de Syllogiſmo illo, cujus causâ, hæc omnia ſunt dicta, diſ- curre. Illud reſcribo.

Præcedens adplicatur doctrina.

Omne eſſe *eſt à Formâ (ſcilicet ſubſtantiali)*
Sed exiſtentia eſt eſſe.
Ergo Exiſtentia eſt à Formâ.

Et quia eſt triplex *eſſe*, Logicum, Phyſicum, & Metaphyſicum, Major erit vera, quodcum- que *eſſe* illâ voculâ *eſſe* ſignificetur, quoniam in Naturali Compoſito omne *eſſe* Logicum, & omne *eſſe* Phyſicum, & omne *eſſe* Metaphy- ſicum, eſt à Formâ. Cæterùm, ſi in Majori, & Minori, per voculam *eſſe* aut Logicum aut Phyſicum intelligatur, Minor erit falſa, falſi- tatemque ſuam in ipſammet Conſequentiam tranſmittet. Non ergo hoc modo intelli- gendum & explicandum eſt in Majori & Mi- nori illud *eſſe*. Sed quomodo? Aut illâ in ſyllogiſmo voculâ *eſſe*, intelligi debet Meta- phyſicum, vel aliquod *eſſe* à Logico, Phyſico, & Metaphyſico, (hoc eſt à **Sare**, **Sore**, & **Sere**) præciſum.

Quo τὸ *eſſe* ſenſu debeat in Præmiſſis intelligi?

Omnia *eſſe*, quæ habet Materia prima à Forma ſubſtantiali proveniunt.

SECTIO II.

Scoti Sententia proponitur & dilucidatur. Oſtenditurque præcipuas rationes, quæ pro illâ adducuntur, ſuo pondere ruere, ſi æquivocatio, cui univerſa innituntur, tollatur.

CCCLXII. Quænam ſit Scoti, & Scotiſtarum opinio?

Contradicit Angelico Doctori Scotus *in 2. diſt. 12. quæſt. 1.* Suarez *diſp. 13. Metaph. ſect. 1.* Rubius *in libr. 1. Phyſic. tract. 1. quæſt. 3.* Quibus Veteres Nominales, Gabriel, Gregorius, & Henricus conſentiunt. Qui univerſi Doctores, quia exiſtentiam non volunt realiter ab eſſentiâ diſtinguere, neceſſariò aſſerunt, *Materiam primam, propriam exiſtentiam habere:* & neceſſariò negant, *illam exiſtere exiſtentiâ Formæ*. Hanc Opinionem hodie Scotiſtæ univerſi propugnant, & rationibus variis exornant. Dabo, ſi non omnes, præcipuas. Et erit

PRIMA.

Fieri eſt tendentia ad eſſe.

QUÆ habent diſtinctum *fieri*, etiam habent diverſum *eſſe*: ſiquidem *fieri* ordinatur ad *eſſe*. Sed materia, & forma Equi v.gr. habent diverſum *fieri*; Habent igitur diverſum *eſſe*. Ergo Materia exiſtit exiſtentiâ propriâ, & non alienâ. Probatur Minor. Quia Materia fuit olim in principio Mundi per creationem producta, & ante paucos annos Equi Forma per generationem facta; aut, ut loquitur Peripatus, educta.

Materiæ Fieri eſt paſſiva Creatio; ſed Formæ materialis Fieri eſt Generatio paſſiva, quæ comitatur Inductionem, quam non ſine Antinomia, Novitii Philoſophi Eductionem appellitant.

Hoc argumento nil evincitur; nam in ipſo per vocem *eſſe* vel intelligitur **Sare**, vel **Sere** [hoc eſt, vel intelligitur *eſſe* quiditativum, vel *eſſe* exiſtentiale.] *Si primum*, conceduntur omnia, quia Materiæ *eſſe* quiditativum diſtinguitur realiter ab *eſſe* quiditativo Formæ: Materia enim eſſentialiter eſt Potentia; & Forma eſſentialiter eſt Actus. *Si dicatur ſecundum*, aliqua debent ante reſponſionem præſciri. SCIENDUM ENIM EST PRIMÒ, Creationem eſſe actionem, quæ rei, quæ nec habebat ſubjectum, nec exiſtentiâ propriâ, nec alienâ exiſtebat, dat (**Sere**) *eſſe* exiſtentiale, ſeu per propriam exiſtentiam exiſtere. ET EST SCIENDUM SECUNDÒ, Adnihilationem, Creationi contradictoriè opponi; & eſſe quamdam actionis ſuſpenſionem, vi cujus (ſuſpenſionis) res, quæ per Creationem conſervabatur, tranſit ad non *eſſe* abſolutè & ſimpliciter: ita, ut poſt Adnihilationem, nec per propriam, nec per alienam exiſtentiam exiſtat. ET EST SCIENDUM TERTIÒ, Aliud eſſe duas res realiter diſtinctas *fieri*, aliud *confieri*. Dicuntur *fieri*, quando actionibus diverſis proprias exiſtentias recipiunt. Et dicuntur *confieri*, quando unicâ actione ipſæ fiunt. Et id accidit, quando Toti aut Compoſito datur propria exiſtentia; tunc enim partes, exiſtent quidem, ſed non exiſtentiis propriis, ſed exiſtentiâ Totius. HIS PRÆMISSIS dico, in creatione Mundi totum illud elementum, in quo erat materia, quæ nunc **Sot** *(ſubſtat)* formæ Equi, fuiſſe actione creativa productum, & in ipſo per illam ipſiſſimam actionem Materiam, & Formã comproductas. Sanè illud Elementum fuit creatum: quia antè quàm produceretur, in rerum naturâ nõ erat, & cœpit eſſe per creationem. Et cùm *eſſe* dico, non **Sare** (*eſſe* quiditativum) ſed **Sere** (*eſſe* exiſtentiale) intelligo. Quoniam ſicut, quando caleſit homo, v. gr. non recipit à calefactione **Sare**, (*eſſe* quiditativum) ſive eſſentiam, ſed calorem: ſic, quando creatur, non recipit à creatione ſuum **Sare** (ſuum *eſſe* quiditativum) ſive ſuam eſſentiam; ſed ſuũ **Sere** (ſuum *eſſe* exiſtentiale) hoc eſt, exiſtere, ſeu habere exiſtentiam. Quam doctrinam P. Joannis Lalemandetii teſtimonio confirmo: ipſe enim *in Logic. diſp. 6. part. 4. column. 392.* ſic ſcribit. *Communiter Theologi dicunt, quòd Creatio non ſit ad eſſentiam, ſed ad exiſtentiam.* SCIENDUM EST QUARTÒ, generari Compoſitum, quando in Materiam, quæ jam priùs per aliam exiſtentiam exiſtebat, Forma inducitur, quæ novam illi communicet exiſtentiam. ET DENIQUE SCIENDUM EST QUINTÒ, in Corruptione Formam deſinere, non Materiam; quia hæc tameſi exiſtentiam Formæ præcedentis amittat, Formæ ſequentis exiſtentiam adquirit, exiſtentiæ amiſſæ æquivalentem.

Quo ſenſu *eſſe* Materiæ ab *eſſe* Formæ diſtinguatur?

Quid ſit rem creari?

Quid adnihilari?

Quid concreari?

In Mundi initio totum fuit Elementum creatum; ejus autem Materia & Forma concreatæ.

Quid Creatio ſit?

Per creationē non fit ut Homo ſit Animal rationale, ſed quòd exiſtat Animal rationale.

Quid Generatio ſit?

Quid Corruptio?

Hinc in formâ ad Argumentum reſpondeamus. Erat Major. *Quæ habent diſtinctum* fieri, *etiam habent diverſum* eſſe [hoc eſt *diverſum* **Sere**, *ſeu* exiſtere.] & eſt vera. Unde, quia illud Elementum, in quo erat hæc Materia, quæ nunc in Equo reperitur, & Equus, ſunt per diverſa *fieri* producta, ideò etiam diverſa habent *eſſe* ſive diverſa **Sere**: ſive diverſa exiſtere.

An Major Argumenti ſit vera?

Venio ad Minorem. Erat illa. *Sed Materia & Forma Equi v.gr. habent diverſum* fieri, *&c.* Et eſt de termino non ſupponente: quæ enim nullum omninò habent *fieri*, non poſſunt habere diverſa *fieri*. Et quidem, quòd non habeant diverſa *fieri*, patet; quia prima illa ſub initium Materia, non fuit creata, ſed concreata; non fuit **Sempta**, ſed **conſempta**, hoc eſt non fuit producta, ſed comproducta; adeoque non habuit *fieri*, ſed *confieri*. Et idem dici de Equi Formâ impræſentiarùm debet; quia *Equus* eſt genitus, & illa Forma quam modò habet eſt illi congenita.

Examinatur minor.

Quæ ſit Propoſitio de termino non ſupponente.

SECUNDA.

CCCLXIII. An omnis Cauſa ſit prior ſua operatione?

OMnis Cauſa priùs eſſe debet, quàm operetur: non enim agere poteſt, quod nõ eſt. At Materia prima eſt Cauſa: & ejus Cauſalitas eſt **Sore** (Formam ſubſtantialem recipere) Ergo priùs eſſe debet, quàm cauſet.

Reſpondendum eſt, diſtingui debere nomen *Cauſa*, & verbum *Eſſe*. Cauſa enim, vel eſt intrinſeca (Materialis, videlicet, & Formalis) vel eſt extrinſeca (nempe, Efficiens.) Et *Eſſe* vel ſumitur quiditativè, ut ſit **Sare**; vel exiſtentialiter, ut ſit **Sere**. Et hinc veniẽs ad argumentum nomine Thomiſtarum reſpõdeo, ſi agatur de Cauſâ Efficiente, concedo Majorem: hæc enim antequam operetur, debet **Sare**, & **Sere** (hoc eſt, habere *eſſe* quiditativum, & *eſſe* exiſtentiale) aut breviùs, habere Eſſentiam, & Exiſtentiam ſimul. Cæterũ, ſi agatur de Cauſâ intrinſecâ (quales sũt Materia, & Forma) debere illam eſſe antequam ope-

Cauſa in Internam externam dividitur.

Eſſe vel eſt **Sare**, vel **Sere**.

De Cauſa Efficiente.

De Cauſa Interna.

De Materiali.

operetur, inquiunt Scotiſtæ; & Nos illud *eſſe* diſtinguimus: concedimus enim debere Materiam primam antequam operetur, *eſſe* (hoc eſt **Sare**, habere *eſſe* quiditativum, & ſua prædicata eſſentialia) Verùm enim verò debere, antequam operetur, *eſſe* (hoc eſt, **Sere**, habere *eſſe* exiſtentiam) negamus.

An, & quo Complutenſes modo præſenti Argumento reſpondeant?

Huic eidem argumento *in Phyſic. diſp. 3. qu. 4. §. 2. num.* 24. Complutenſes quoad ſubſtantiam & rem, eodem modo reſpondent; non autem ita clarè & dilucidè, ac Nos, terminorum defectu. Interim, ut Eruditus Lector, cum noſtris eorum verba componat, illa ſubſcribo. [Licèt Cauſa Efficiens (inquiunt) præſuponatur exiſtens ad ſuum effectum, eo quòd unumquodque operatur ſecundũ quod eſt in actu: cauſa tamen materialis ſolùm petit exiſtentiam in illo inſtanti reali, in quo cauſat; ſed pro illo priori, in quo ſuam cauſalitatem exercet, ſufficit, quòd intelligatur extra nihil eſſentiæ, & in viâ ſeu tendentiâ ad exiſtentiam. Cujus ratio eſt; quoniam materia prima pro illo priori id debet habere, quod communicat compoſito: atqui ſolùm communicat propriam entitatem, quæ conſiſtit in ratione puræ potentiæ tendentis ad exiſtentiam: ergo pro illo priori non præintelligitur actu exiſtens, ſed in viâ ad exiſtentiam, quamvis verè exiſtat in toto illo inſtanti reali per exiſtentiam compoſiti. Ad hæc: materia in illo priori cauſat per modum puræ potentiæ nudæ ab omni actu, & receptivæ tum formæ, cum exiſtentiæ; aliàs eſſet ens in actu, & ultimò terminata per exiſtentiam, ex quâ proinde non poſſet fieri unum ens per ſe, quale eſt compoſitum: ergo pro illo priori ſolùm importat ſuam entitatem ut proximè capacem recipiendi, mediâ formâ, actualitatem exiſtentiæ; non verò ſub exercitio exiſtendi.]

Præeſſe debet antèquàm operetur Cauſa Efficiens.
At hæc præexiſtentia non requiritur in Materiali.

Quæ & qualis ſit Materiæ cauſalitas & operatio?

Hæc ratio uberiùs dilucidatur in Specimine, quod in principio Libri ponitur.

Tertia.

CCCLXIV.
Scotiſtarum Achilles.

SIcut olim ſuo Achilli Trojano in bello Græci, ſic ſequenti Argumento plurimũ Scotiſtæ confidunt. Sic diſcurrunt. [Si Animâ rationali, ex. gr. adnihilatâ, Deus non adnihilaret Materiam; hæc in rerum naturâ neceſſariò maneret. Hoc poſito Deus non concurrat ad alius novæ Formæ introductionem. Materia ergo in caſu remaneret informis. Propriam ergo exiſtentiam haberet; tunc enim, ut conſtat ex hypotheſi, non exiſteret exiſtentiâ Formæ. *Confirmatur primò*, quia non videtur Materia prima tam parvæ, tenuis & contemptibilis eſſe entitatis, ut ad deſitionem Formæ debeat etiam ipſa neceſſariò deſinere. *Confirmatur ſecundò*, Quia poteſt in dato caſu Deus peculiarem addere concurſum, & conſervare Materiam ſine Formâ.] Hoc argumentum apud Lalemandetium *in Phyſic. diſp. 2. part. 3. column.* 37. invenitur.

Caſus proponitur.

An poſſibilis ſit Materia informis?

An ne Materia entitatis contẽptibilis ſit?

An poſſit Deus ſuum concurſum intẽdere?

Et Thomiſtæ apud eumdem Autorem *col.* 49. aliter & aliter ſatisfacere argumento conantur. Nonnulli enim reſpondent, in caſu poſito, ſi rationalem hominis Animam adnihilaret Deus, ſtatim ex Materiæ potentiâ ſuo naturali pondere novam Formã corpoream eſſe pullulaturam: nam ſeparatâ in morte hominis Animâ, ſine ullo Cauſæ Agẽtis concurſu Cadaverina Forma pullulat ex potentiâ Materiæ. Sunt verba: Nunquam enim benè, quid *pullulare* ſit, expoſuerunt Philoſophi. Nam ſi *pullulare* ſit *fieri*, & tamen nihil ſine Divino concurſu poſſit fieri, Contradictoria in caſûs propoſitione ſupponebatur: idem enim eſt Deum ad novæ Formæ introductionem non concurrere, quàm illam non fieri. *Præterea*, id quod hîc à Thomiſtis de Formâ Cadaverinâ dicitur, contra Thomiſtas militat: nam vel hæc Forma eſt purè negativa, ut doctiſſimi Viri aſſeverant, vel eſt realis & poſitiva. Si primum dicatur, manebit Materia ſine Formâ poſitivâ, adeoque nõ poterit exiſtere exiſtentiâ Formæ; ſed neque exiſtet propriâ, quoniam illam non habet. Ergo convertetur in nihilum. Si dicatur ſecundum, tollitur hypotheſis: nam Deum nõ eſſe concurſurum ad novæ Formæ productionem in argumento ſupponebatur.

An ſubſtantiales corporeæ Formæ ex potentia Materiæ primæ pullulent?

Quid pullulare ſit?

De Cadaveris Forma.
Quid illa ſit? an ne in formalitate poſitiva, an in negativa conſiſtat?

Reſpondent alii Deum in caſu propoſito defectum Formæ ſubſtantialis ſupplere. Sed quomodo? An novam exiſtentiam creando? Hoc autem eſſet contra hypotheſim.

An Formæ defectum poſſit ſupplere Deus.

Nos autem cum aliis Thomiſtis, qui rem ſunt oculatiùs contemplati, in caſu propoſito perituram fore Materiam diceremus. Nec contra eſſet, quod in primâ Confirmatione ponebatur, quia ſicut eſſe lapidem, & eſſe rotundum, ſunt res diverſæ, nec rotunditas dependet à perfectione entitativâ lapidis, ſed à figurâ, unde Adamas, qui inter lapides cenſetur nobiliſſimus, non ideò habebit figuram nobiliſſimam, & erit ſphæricus. Ergo ſimiliter, quia **Sare** & **Sere** (*eſſe* quiditativum, & *eſſe* exiſtentiale) ſunt diſtincta in Materiâ, non ideò illa habitura erit ſecundum, quod in primo multum, aut parum perfectionis habuerit. Sed nec contra hæc militat Confirmatio Secunda, quoniam ſicut non poteſt Deus intendendo concurſum, quem præſtat, facere ut Corpus ſit album ſine albedine, ſic nec præſtare poterit ut illud conſervetur exiſtens. *Et hic notare oportet* concurſum Dei, quo attingit Materiam à Formâ, & ab exiſtentiâ præciſam, eſſe **ſamere** (dare *eſſe* quiditativum) & quo attingit Materiam **ſontem** (habentem Formam) eſſe **ſemere** (dare *eſſe* exiſtentiale.) Ergo tametſi **ſontere** augeatur & intendatur in ſuo genere, nunquam eò perveniet, ut ſit **Semere**.

Quando duæ res ſunt quoad eſſentiam diſtinctæ, etſi altera in ſuo genere perficiatur, non ideò convertetur in alteram.

Sare finitum etſi perficiatur in ſuo genere, nõ tranſibit in **Sere**.

Non poteſt facere Deus, ut Corpus albedine carens ſit album.

Quomodo **Samere** & **Semere** differant inter ſe?

¶ Hinc tandem ad Argumentum in formâ reſponſurus, in primâ Propoſitione; videlicet, *Si Animâ rationali ex gr. adnihilatâ, Deus non adnihilaret Materiam, hæc in rerum naturâ neceſſariè maneret.* Diſtinguo hoc ultimum: permanſurum eſſe Materiam, ſi alia in ipsâ Forma produceretur, concedo; ſi alia non produceretur, nego. Subſumebatur. *Deus non concurrat ad alius novæ Formæ generationem & introductionem* (vel, ut ipſi loquuntur, *eductionem*) eſto. Subſumebatur autem. *Materia igitur in iſte caſu remaneret informis.* Et id abſolutè negatur. Quoniam ſublatâ Formâ, auferretur Exiſtentia, & ſublatâ Exiſtentiâ auferretur Materia: repugnat enim, ut ſine exiſtentiâ aliqua res exiſtat in rerum naturâ.

Implicat, ut una Forma ſublata alteram Deus non introducat, & tamen Materiam conſervet.

De Materia informi.
Verùm poſſit exiſtere?

QUARTA.

CCCLXV. An Materia prima, propriã Eſſentiam habeat?

EXiſtentia non diſtinguitur ab Eſſentiâ & entitate rei, cujus eſt exiſtentia. Sed Materia prima habet propriam eſſentiam & entitatem diſtinctam ab eſſentiâ & entitate Formæ: Ergo babet propriam exiſtentiam à Formæ exiſtentiâ diſtinctam.

Commendatur Complutenſium urbanitas.

Nimiam patientiam & nrbanitatem Complutenſes præſeferont, quando *in Phyſic. diſp. 3. qu. 4. §. 2. num. 23.* Argumento huic reſpondent. Nos breviùs dicimus illud ipſum ab Adverſariis in ſuo Ratiocinio proponi, quod deberet probari. Ergo negatur Major. Etiã eam negant Complutenſes; & ut ſe bene negare oſtendant, ſic ſcribunt. [Dicendum eſt rem dupliciter conſtitui extra ſuas cauſas, ſive extra nihil uno modo vialiter, & incompletè; alio modo, completè, ultimò, adæquatè, & in ſtatu ſiſtentiæ (*legendum fore eſt* Exiſtentiæ) Qui effectus ſive modi eſſendi extra cauſas ſunt valde diverſi, & conſequenter poſſunt & debent à diverſis principiis oriri. Porrò exiſtentia non utcumque eſt ratio formalis conſtituendi rem extra cauſas; ſed eam conſtituit perfectè, ultimò, & adæquatè: quia eſt ultimus terminus lineæ ſubſtantiæ, ac proinde terminat ultimò generationem, & conſtituit rem in ſtatu quietis & ſiſtentiæ.

Bifariam res eſſe dicuntur extra cauſas. Vialiter, & exiſtentialiter.

Per Exiſtentiã perfectè: & per Eſſentiam vialiter & imperfectè.

Eſſentia autem cùm ſit magis potentialis, ſolùm conſtituitur per ſe ipſam vialiter, & incompletè extra nihil: eò quòd præcedit origine exiſtentiam, atque ideò præſupponitur ad illam, non quidem ut in actu ſimpliciter; ſed magis ſicut potentia, & in genere cauſæ materialis. Quæ adhuc munera minimè præſtare valeret, niſi tunc connotaret exiſtentiam, quæ in eodem inſtanti reali adeſt, & à quâ ſicut à termino, & ultimâ actualitate dependet. Videatur D. Thomas 1. *part. quaſt. 3. artic. 4. & quaſt. 44. artic. 1. & quaſt. 54. art. 1.*]

CCCLXVI. Modos **Sandi** & **Sendi** quoad rem Complutenſes diſtinguunt.

Ecce duos Eſſendi Modos, alterum Quiditativum & Eſſentiale, alterum Exiſtentiale, [quorum primus nobis eſt **Sare** & **Saire**, & ſecundus **Sere** & **Seire**] Complutenſes admittunt.

An & ipſi cũ Scoto conveniant?

Recognoſco illa verba, *Eſſentia autem, cùm ſit magis potentialis, ſolùm conſtituitur per ſe ipſum vialiter, & completè extra nihil*, & in eis reperio ens diminutum, aſſertum ab Scoto, deſcribi; quoniam Creatura poſſibilis habet eſſe viale ad exiſtendum: & ideò habere *Eſſe diminutum* aſſeritur, quoniam eſt incompletè extra cauſas.

An creaturæ poſſibiles partim extra, & partim intra cauſas ſint?

Et recognoſco iterum illud *incompletè extra cauſas*. Quoniam Creaturæ poſſibiles Complutenſium ſententiâ, partim ſunt extra cauſas, habent enim eſſe objectivum & quiditativum receptum ab Intellectu Divino; & partim ſunt intra cauſas, nondum enim ſunt ad ſtatum exiſtentiæ perductæ.

QUINTA.

CCCLXVII. An Materiæ prima debeat ante Formam exiſtere?

OMnis Cauſa antequam cauſet, debet eſſe: quod in Effectrice manifeſtè percipitur, ſemper enim exiſtit antequam ſuum effectum producat. At Materia prima eſt vera Cauſa (Materialis, nimirùm) Ergo antequam cauſet (hoc eſt, antequam recipiat Formam) debet eſſe. Sed pro illo priori non poteſt eſſe per exiſtentiam Formæ: Erit ergo per propriam exiſtentiam.

Materia prima ante Formam **Sat**, vel **Sait**, non verò **Set**, vel **Seit**.

Reſpondeo diſtinguendo Majorem. Nam, ſi per *Eſſe* Adverſarii intelligant **Sare**, aut **Saire**; hoc eſt, *Eſſe Quiditativum, & Eſſentiale*, illam concedam; ſi autem **Sere**, vel **Seire**, quod eſt *Eſſe exiſtentiale*, intelligere velint, illam negabo. Nec patiar ab Effectrice Causâ ad Materialem paritatem deſumi: nam illa rem à ſe diſtinctam producit, hæc autem uniendo ſe Formæ ſuam Compoſito entitatem communicat.

An, & cur non debeat argumentum à Cauſa efficiente deſumi?

Quid Complutenſes ſtatuãt?

Conſono Complutenſibus, qui tametſi nõ utantur meis terminis, tamen meæ ſententiæ ſubſcribunt: quoniam *diſp. 3. Phyſic. qu. 4. §. 2. num. 24.* ut quæ eſt inter Cauſam Efficientem & Materialem, differentiam oſtendant, ſic ſcribunt. [Licèt Cauſa Efficiens præſupponatur exiſtens ad ſuum effectum, eò quòd unumquodque operatur ſecundum quod eſt in actu: *&c.*] Verba ſequentia habes *num. 363.* quia hoc Argumentum quoad Subſtantiam ab illo diſſolvitur ibi, non diſtinguitur. Et ſub finem [Habet ergo (Materia prima) pro illo priori (ſuum *eſſe quiditativum, & eſſentiale*, ſeu ſuum **Saire**) ſuam entitatem eſſentiæ; per quam terminat initiativè, & vialiter (in ordine ad **Seindum**, vel exiſtendum) actionem Agentis, & concurrit ad conſtitutionem Compoſiti, &c.]

SEXTA.

CCCLXVIII. An Materia prima habeat propriam Ideam?

QUidquid habet propriam Ideam poteſt fieri, & exiſtere independenter à quocumque alio. At Materia-prima habet propriam Ideam. Ergo independenter à Formâ poteſt fieri & produci. Majorem dicunt eſſe certam, Minoremque paſſim tradi à Doctoribus, quoniam Lalemandetius *in Phyſic. diſp. 2. part. 4. column. 57. a.* ſic ſcribit. [De ejus verò cognoſcibilitate determinatum eſt *part. 2.* oſtenſimque non modò materiam eſſe cognoſcibilem analogiam ad Formam, ſed etiam ex ſe ipsâ.] Immò Adverſarii aſſeverant, hanc ipſam Concluſionem *qu. 3. de Veritate art. 5.* ab Angelico Doctore tradi.

An D. Thomas priorem retractavit ſententiam?

Dicunt Thomiſtæ hoc argumentum non ſubſiſtere, fundatur enim autoritate D. Th. quæ non juvat, quoniam doctrinam illam ſyntagmate de Veritate priùs aſſertam, poſteà re meliùs perpensâ *1. p. qu. 15. art. 3.* retractavit. Hanc viam ingreſſus eſt Cajetanus ibidem, & Complutenſes *diſp. 3. qu. 5. §. 2. nu. 30.* Et, ut non dari Ideam Materiæ primæ ſuadeant, ſic arguunt. [Intellectio eſt quædam adæquatio actualiſſima inter intellectum, & rem intellectam, vi cujus transformatur intellectus in

Quid Intellectio ſit?

Notetur hæc doctrina, nam ut intelligatur quid ſint res poſſibiles, ſervire poterit.

ipſum Objectum intelligibile. Unde, ſicut ex parte intellectûs requiritur aliqua actualitas ita etiam ipſum intelligibile debet aliquam rationem actûs habere, ut poſſit intellectioné terminare. Materia autem non habet actum ullum à ſe, ſed non eſt intelligibilis ratione ſui, ſed tantummodò ratione formæ, & per habitudinem ad illam.] Etſi inſtes Veritatem & Intelligibilitatem eſſe paſſionem entis, reſpondent. [Id intelligendum eſſe de ente per modum actûs, vel de ente includente actum; non verò de illo, quod in purâ potentiâ conſiſtit, qualis eſt, Materia prima.]

An paſſio Entis ſit Veritas?

Complutenſiū verba in judicium vocantur De S. Thomæ libris.

Et ego multa invenio in hac reſponſione, quæ ego aliter dicerem. Sanè Præceptorem Angelicum in Quæſtione, quæ interrogat, *An detur Materiæ primæ propria Idea?* Opiniones oppoſitas habuiſſe in diverſis temporihus, loci adducti perſuadent. At quam *tract. de Verit.* docuerat, *in* 1. *p.* tradiderat. Quis enim ſcit, An Partes D. Thomas priùs, & poſteà Tractatum *de Verit.* concinnaverit? Semper erit res dubia; quæ novâ obtenebrabitur difficultate, contingit enim, & non rarò, retractatas aliquando ſententias eſſe veriores retractantibus.

An, quos priùs & quos poſteriùs ſcripſerit, certò ſciamus?

Vtræ ſententiæ: Retractantes ne, an Retractatæ debeant ſemper præferri?

Sed neque me urget retractatio, quæ hac ipsâ retractatione fundatur. Illam enim poterunt Adverſarii retorquere dicendo. [Intellectio eſt quædam adæquatio actualiſſima inter intellectum, & rem intellectam: & hæc adæquatio eſt, quæ vocatur *Idea*. Ergo ſicut intellectus, ut intelligat, ſic & objectum, ut intelligatur, habere debet aliquam actualitatem. At Materia prima ſine Formâ intelligitur. Ergo habet ex ſe, & independenter à Formâ, aliquam actualitatem. Et probarent Minorem dicendo. Majorem connexionem, & inſeparabilitatem habent Animal & Rationale inter ſe, quàm Materia, & Forma. At Thomiſtæ, & Scotiſtæ, & quotquot cum ipſis Præciſiones Objectivas admittunt, poſſunt intelligere animal non intellecto rationali. Ergo intelligere Materiam primam poterunt, Formâ non intellectâ. Et addunt eſſe Majorem certam, quoniam Materia prima, & Forma realiter diſtinguuntur; & tamen Genus, & Differentia non diſtinguuntur realiter.

CCCLXIX. Quid ſit Idea?

An ſicut Genus ſine Differentia, ſic & Materia intelligi poſſit ſine Forma?

Complutenſes, ut ſe attemperarent utrique D. Thomæ Aſſertioni, huic bifariam reſpondêre Argumento. Priùs enim ſupponi permittunt, nullam in Deo eſſe materiæ primæ Ideam, & ſic rem totam expedire conantur. Sed quia hoc ipſum difficile (ne improbabile dicam) (videtur plurimorum ſententiâ, ineunt alteram viam, & aſſeverantes eſſe in Deo Materiæ primæ Ideam, idem Argumentum hac ſecundâ reſponſione diſſolvunt. [Secundò, & faciliùs reſpondetur (ſcribunt) quòd eſto materia prima habeat ideam diverſam ab ideâ Compoſiti, & Formæ; nihilominus per illam non repræſentatur factibilis, niſi dependenter à Formâ. Quapropter ratione rei faciendæ nequit Deus uti ideâ Materiæ, quin ſimul coutatur ideâ Formæ, & Compoſiti; ſicut ob eamdem rationem non valet uti ideâ Compoſiti, niſi utendo ſimul ideâ Materiæ: nimirùm, quia etſi hæc realiter diſtinguantur, habent tamen neceſſariam connexionem quoad fieri, & eſſe.]

Vtrumque ut probabile Cóplutenſes admittunt.

Materia ut eſt ſecundum ſuū **Saire** (ſuam eſſentiam) & ut factibilis (ut potens **Seire**, ſeu exiſtere) debet conſiderari.

At non ſufficiunt iſta, ut Argumento ſatiſfaciant, Non enim quæritur, An cognoſcatur etiam Forma, quando Materia prima cognoſcitur ut factibilis, ſed an habeat propriam Ideam, propriam actualitatem, propriam exiſtentiam? &c. Quoniam multi Philoſophi, etſi eam dicant non poſſe ſine Formâ exiſtere, eidem nihilominùs propriam exiſtentiam indulgent.

An poſſit eſſe ſine Forma?

SEPTIMA.

DOctor Angelicus *qu.3. de Verit. art.5. ad* 1. aſſerit, *Quòd licèt Materia* (prima) *ſit informis, tamen ineſt ei imitatio Primi entis*. Sed Primum ens (ſcilicet, Deus) eſt actus puriſſimus. Ergo Materia prima aliquem actum habet, per quem Deo aſſimiletur.

CCCLXX. An aliqualem actum habeat?

Reſpondent, & bene Thomiſtæ, Deum eſſe ens actuale, ſubſtantiale, ſpirituale, & infinitum. Creaturaſque, alias quidem perfectiùs, & imperfectiùs alias, eum participare & imitari. Et hanc ob rem, ſicut Angelus Deum in entitate, actualitate, ſubſtantialitate, & ſpiritualitate, non autem in infinitate imitatur; & ſicut Lapis Deum in entitate, actualitate, & ſubſtantialitate, non autem in ſpiritualitate imitatur: & ſicut Albedo Deum in entitate & actualitate, non verò in ſubſtantialitate, ſpiritualitate, & infinitate imitatur; ſic ſimiliter Materiam primam Deum in ſolâ entitate, non autem in actualitate, (vel in Dialecto noſtrâ loquendo, dicunt, Materiam primam, Deum in ſolo **Sare**, non autem in **Sere**) &c. imitari. Unde, ſicut ex imitatione, quæ eſt in **Sare** (ſeu in *eſſe quiditativo*) non ſequitur, quòd ſpiritualis, aut infinita ſit ex eodem capite (ex **Sare**, ſeu *eſſe quiditativo*) non ſequetur, quod **Sene** res actualis, aut actus, illa ſit.

Quomodo Creaturæ, & quàm inæqualiter Divinas perfectiones participent?

OCTAVA.

MAteria prima eſt pars actualis Compoſiti; ſiquidem illud actu componit & conſtituit. Sed implicat, quòd pars actualis non includat actum; Habet ergo Materia prima aliquem actum, ſaltem entitativum. Probant Minorem, quia pars, nonniſi ab actu poteſt appellari *actualis*.

CCCLXXI. An Materia habeat actum entitativum?

Hanc rationem, ſic concinnatam his verbis conantur Complutenſes diſſolvere. [Huic argumento, inquiunt, (quod ex æquivocatione procedit) reſpondetur, animadvertendo partem dici *actualem* dupliciter: primò, quia re ipsâ componit; ſecundò, quia intrat compoſitionem actuando, ſive determinando potentiam, atq; ideò per modum principii conſtituentis. Ut pars ſit hoc poſteriori modo *actualis*, debet eſſe actus: cæterùm ad hoc ut pars dicatur *actualis* priori modo, non requiritur quòd ſit actus vel includat actum; ſed ſufficit, quòd connotet exiſtentiam, licèt aliunde emendicatam. Exiſtentiâ enim cõnotatâ quælibet pars, quantumvis ex ſe potentialis, eſt in ipsâ pars actualis, cùm in actu exercito intret conſtitutionem compoſiti. Quare, cùm Materia prima non componat per modum Formæ, & Actûs, cujus eſt conſtituere, & actuare, ſed ſolùm per modum potentiæ, & ſubjecti, cujus eſt actualitatem recipere, non oportet, quòd ſit ex ſe actus,

Pars actualis duplex.

Quo Materia prima ſenſu, actualis, & nõ actualis nominetur?

ſed

ſed ſufficit, quòd mutuetur Speciem à Formâ & exiſtentiam à Toto. His namque connotatis erit pars actualis, id eſt, pars Compoſiti in exercitio, re ipsâ, & in actu, licèt non per modum actûs.] Sic illi Secundo Argumento reſpondent.

An oppoſitum Argumentum *ſola* æquivocatione fundetur?

Proponuntur, & exponuntur quinque diverſi eſſendi Modi à Complutenſibus admiſſi, & illuſtrati.

Et quidem in ipſo, ut videbas, initio, monent oculatiſſimè totum illud purâ æquivocatione ſubçollari: &, ut eam auferant, in his pancis lineis eſſendi quinque modos diſtinguunt: [videlicet: (1) *Eſſe actu*. (2) *Eſſe Actum*, vel *Formam*. (3) *Eſſe Potentiam*. (4) *Eſſe vialiter*, vel *in potentiâ*. (5) *Eſſe extra cauſas*, vel *habere exiſtentiam*.] Quos juvat breviter dilucidare.

Ens in actu quiditativo; quid ſit?

Eſſe actu, (in Scholaſticâ Dialecto **Sare**) eſt actu habere eſſe quiditativum: hoc eſt, habere prædicata eſſentialia, qualia habet in ſuâ definitione Definitum: ut cùm dicimus, *Triangulus eſt* (**Sat**) *figura habens tres lineas*. Hæc enim Propoſitio eſt æternæ Veritatis; ſaltem negativè; quoniam ab æterno, & in æternum nuuquam erit falſa, etiamſi nullus Triangulus exiſtat in rerum naturâ. Et in Dialecto Scholaſticâ, *Eſſe actu*, ſi in ſuo genere perfectum ſit, eſt **Sare**, ſi autem imperfectum, eſt **Saire**.

Cur Propoſitiones Eſſentiales æternæ eſſe Veritatis dicantur?

Quid ſit eſſe actum?

Eſſe Actum, eſt eſſe Formam: nempe Phyſicam, vel Metaphyſicam. Et utraque Forma in Perfectam & in Imperfectam ſubdividitur: quam ob rem, quæ Perfecta eſt, dicetur **Sare**, & quæ Imperfecta **Saire**.

Quid ſit eſſe potentiam?

Eſſe Potentiam, eſt terminus correlativus, qui τῷ *Eſſe Actum* correſpondet. Et, quia hic eſſendi modus imperfectionem importat, **Saire** dicendus eſt.

Quo modo Eſſe potentiam, & Eſſe in potentia differant inter ſe?

Eſſe in potentiâ differt à præcedenti: quoniam Materia prima, quando actu habet Formam, eſt potentia, non autem eſt in potentiâ; quoniam *in potentiâ eſſe* dicitur, quando non habet Formam. Sic etiam noſter Intellectus ſemper potentia cognoſcitiva eſt, non tamen ſemper eſt in potentiâ, ſed quando caret actu, quem poteſt elicere & habere.

De *Eſſe Viali*.

An Materiæ primæ. An Creaturis futuris conveniat?

Sanè hoc ipſum *Eſſe in potentiâ*, Materiam cum Exiſtentiâ comparando, eſt illud, quod *Viale* Complutenſes appellant. Ergo eodem ſenſu poſſemus dicere Creaturas univerſas futuras habere *Eſſe viale*, ſunt enim in viâ, ut tandem recipiant exiſtentiam.

De *eſſe extra cauſas*.

Tandem *Eſſe extra cauſas*, quod exiſtentiale, Creaturis jam de facto exiſtentibus convenit. Et ut ex hoc loco colligitur, non exiſtentiâ Formæ, ſed exiſtentiâ Totius, ſive Compoſiti Materia prima opinione Complutenſium exiſtit.

Nona.

CCCLXXII.

Quænam ſequerentur abſurda, ſi Materia prima propriam exiſtentiam non haberet?

SI Materia prima exiſteret exiſtentiâ Formæ, duo gravia ſequerentur abſurda. Nam illa non conſervaretur per actionem creativam. Et, quoties nova produceretur Forma, illa (Materia) de novo reproduceretur.

An etiamnum actione creativa cõſervetur?

Thomiſtæ neutrum ſequi, reſpondent. Non primum. Nam generatio eſt productio formæ in ſubjecto: Unde, quæ carent ſubjecto, generari non poſſunt. Materia igitur ſiquidem nullum habet ſubjectum, ſicut in principio creativâ actione fuit producta, ſic nunc non niſi creativâ actione conſervatur.

Quid ſit productio?

Sed nec ſecundum ſequitur, quia productio eſt tranſitus ex **non ſere** ad **Sere** (ex non *eſſe* exiſtentiali ad *eſſe* exiſtentiale: ſeu ex non exiſtere ad exiſtere) Et hanc ob rem in generatione Equi producitur, & generatur Equus, nunc enim poſt generationem incipit ille exiſtere, qui tamen ante generationem non exiſtebat. Et in eodem inſtanti Forma Equi comproducitur & congeneratur, quia in rerum naturâ non erat. At id dici de Materiâ non poteſt; nam, quæ modò incipit per exiſtentiam Equi exiſtere, ante generationem Equi per exiſtentiam aliam æquivalentem exiſtebat.

Cur Materia, & ſi à Cauſa Generativa exiſtentiam accipiat, tamen non producatur?

SECTIO III.

Utrùm illaſâ D. Thomæ doctrinâ, dici adhuc poſſit Materiæ exiſtentiam, formaliter ſumptam immutabilem, & incorruptibilem eſſe?

CCCLXXIII

Quid Locus ſit?

VOcem illam *æquivalentem*, quæ legitur penultimo in loco præcedentis Paragraphi, conſiderans, poſſet, ſi vellet, ingenioſus Thomiſta, Exiſtentiam comparare, cum Loco: nam *lib. 4. Phyſic. text. 41.* aſſerente Ariſtotele, & D. Thoma *ibid. lect.* dilucidante, vocamus Locum, *ſuperficiem corporis ambientis immobilem*. Sed cur *immobilis* ea ſuperficies dici poterit, quæ manifeſtè mutatur: nam ſi ſaxum in fundo fluvii jaceat, ſuperficies, quæ illud complectetur, erit aquea, & mutabitur neceſſariò undarum progredientium defluxu. Erit, hoc non obſtante, immobilis per æquivalentiam, reſpondet Scotus, quem omnes Scotiſtæ ſequuntur: quia omnes ſuperficies, quæ ſibi ſuccedunt & tranſeunt, ſunt æquivalentes inter ſe. Nec multùm hinc exſunt Angelici Doctoris Diſcipuli; nam Complutenſes *in Phyſic. diſp.* 19. *qu.* 2. §. 2. *num.* 10. definiunt [Loci idemtitatem, & conſequentèr immobilitatem, non deſumi ex ſuperficie materialiter ſumptâ, ſed ex eâ formaliter acceptâ, ſive prout ſubeſt relationi diſtantiæ per tot gradus. Porrò omnes ſuperficies fluentes & ambientes v. gr. ſaxum exiſtens in flumine, fundant eamdem formaliter diſtantiam, cùm ſemper ſit per eoſdem gradus. Unde ſicut verificatur, quòd ſaxum illud non moveatur, ſic & verificatur, quòd locus ejus ſit ſemper idem, quamvis ſuperficies materialiter varientur.] Ergo, tametſi dicat Ingenioſus Thomiſta, Materiam primam exiſtere exiſtentiâ Formæ, Et licèt Formæ in Materiâ mutentur, & aliæ aliis ſuccedant, poſſet nihilominùs addere Materiam primã à Mundi initio ſub diverſis Formis habuiſſe, & habituram eſſe unam & eamdem exiſtentiam, & dicere [Hujus exiſtentiæ idemtitatem & conſequenter immutabilitatem non deſumi ex entitate exiſtentiæ materialiter ſumptæ ſed ex ejus entitate formaliter acceptæ: ſive pront ſubeſt relationi ponendi extra cauſas Materiam. Porrò omnes exiſtentiæ, quæ propter decurſum Formarum ſuccedunt in eâdem Materiâ, ſunt æquipollentes, omnes enim dant Materiæ, quòd ſit extra cauſas, & exiſtat in rebus. Unde ſicut verificatur, quòd Materia illa prima non deſinat eſſe extra cauſas,

An locus mutabilis ſit?

Superficies, quæ locum cõſtituit, per æquivalentiam eſt immobilis.

Eadem ſuperficies poterit bifariam: nempe, materialiter, & formaliter conſiderari.

An, & quo ſenſu in Materia prima ſemper una & eadem exiſtentia remaneat?

Verba, quæ de Loco Complutenſes ſcripſerant, per analogiam & parallelismum referibuntur, & Materiæ Exiſtentiæ adpropriantur.

ſas, ſic & verificabitur, quòd ejus exiſtentia ſemper ſit eadem formaliter ſumpta, licèt earumdem exiſtentiarum entitas materialiter varietur, &c.]

De Loco. An ſit forma Mathematica, eo ab omni Materia præſcindat?

Sed & eamdem Reſolutionem confirmare poterimus ex doctrinâ, quam in noſtro Pandectâ diſſertat. II. Articul. II. Section. IX, propoſuimus. Ibi enim diximus Locum eſſe Formam quamdam Mathematicam ab omni materiâ ſenſibili aut intelligibili abſtractam. Ergo Analogiâ ducti, idem de Exiſtentiâ dicamus: videlicet eſſe Formam ab omni Materiâ præciſam, tribuereque Materia ut exiſtat, quâ exiſtentia eſt, & non ut talis eſt.

An Loco exiſtentia ſit ſimilis?

CCCLXXIV. Hæc ſingularis Exiſtentia ex ratione ſpecifica, & ea talitate individuali coaleſcit

HÆC ultima linea poſtulat, ut converſionem ligni in ignem, & in eâ exiſtentiam unam & alteram conſideremus. Porrò in omni Compoſito Logico (in omni Specie, quæ ex Genere & Differentiâ; & in omni Individuo, quod ex Specie & Hæcoitate Logicè conſtituitur) formalitas ſuperior inferiore intelligitur priùs. Ergo in hac Exiſtẽtiâ, quæ formã Ignis afficit, priùs intelligitur (ſeu eſt ratione noſtrâ) ratio ſpecifica & generalis exiſtẽtia, & ratio individualis (cõtrahens illã ad hanc exiſtentiã numericè determinatam) poſteriùs debebit intelligi. His ergo præmiſſis

Vtra ſit prior.

Priùs Forma exiſtit, quàm exiſtentiam ad Materiam trãſmittat. Priùs Materia exiſtit quàm Exiſtentiam individuet. Non ergo per Exiſtẽtiam quà ſingularem, Materia & Forma exiſtentiantur.

Dico Primò. *Hæc numerica Exiſtentia Ignis, non quà hæc numericè eſt, ſed quà exiſtentia ſpecificè eſt, Formam afficit, & exiſtentem reddit: & ſub eodem conceptu dat Materia, quòd etiam exiſtat.* Omnia, quæ in Dicto continentur, breviter demonſtrantur. Primò enim, Quoniam priùs intelligi debet quod Forma exiſtat, quàm exiſtentia ſit hæc. Ergo exiſtentia Formam, non quà ſingularis & individua, ſed quà univerſalis, & ſpecifica præſtat, ut Forma exiſtat. Probatur Antecedens. Quia priùs debet exiſtere Materia, quàm quòd exiſtentia ſit *hæc*. Sed priùs debet exiſtere Forma, quàm Materia, nam Materia exiſtit per exiſtentiam Formæ. Ergo prius debet exiſtere Forma, quàm quòd exiſtentia ſit hæc. Major, in quâ totus eſt nodus Difficultatis, demonſtratur clariſſimè. Quia omnis Individuatio à Materiâ affectâ ſigillo Quantitatis deſumitur. Sed Materia Quantitatis ſigillo (quidquid illud ſit) niſi ipſa exiſtat affici nequit. Ergo prius eſt, quòd Materia exiſtat, quàm quòd individuet exiſtentiam. Stat ergo Formam Materiamque ſpecificè ſumptam, & non per illam numericè ſumptam, exiſtentiari.

Ratio formalis Materiam & Formam exiſtentiaſq; non mutatur.

Dico Secundò. *Ratio formalis per quam Materia & Forma in Phyſico Compoſito exiſtunt, per ſubſtantialium Formarum mutationem, & ſucceſſionem non mutatur.* Et hoc demonſtratur clariſſimè. Quoniam, ſi ratio ſpecifica & non numerica exiſtentiæ, eſt ratio illa formalis per quam Materia & Forma exiſtunt, Ratio per quam Materia & Forma exiſtunt, per ſubſtantialium Formarum mutationem, & ſucceſſionem, non mutatur. Nam omnes illas Formas formalitas exiſtentiæ ſpecifica concomitatur; & exiſtentiæ ſingularitas in conſiderationem non venit.

ſſſſ

SECTIO IV.

De exiſtentiâ Accidentium. *An exiſtant exiſtentiâ ſubjecti?*

CCCLXXV. Non debet formarum pluralitas ſine neceſſitate introduci,

EX his quæ Sect. I. Ration. II. ſunt dicta, colligitur, eos, qui Parco Naturæ Genio ſtudent, aſſertivè reſpondere debere. Si enim non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate, & multiplicandi exiſtentias in Compoſito nulla datur neceſſitas, relinquitur, ut ſicut omnes Realitates, quæ in Compoſito ſunt, per unicam Ubicationem ubicantur, ſic ſimiliter omnes (ſubſtantiales, aut accidentariæ ipſæ ſint) per unicam ſimplicem exiſtentiam exiſtant. Hanc ſententiam tuetur & docet Sotus *in libr. 1. Phyſic. quæſt. 6.* Pro illa citari ſolet Bañes, ſed de illo *Summa Philoſ. part. 3. qu. 19. art. 6.* P. Philippus de Sanctiſſimâ Trinitate, ſic ſcribit. [Aliquando etiam fuit in hac Opinione Bañes, ſed ſe ipſum retractavit, dum advertit, eſſe contrariam D. Thomæ.] Sed ubi, quæſo, S. Thomas contrariam Sententiam nos docet? Reſpondet P. Philippus dicens. [Probatur authoritate D. Thomæ *3. part. quæſt. 17. art. 2.* ubi diſtinguit duplex eſſe in Chriſto; unum eſſe ſubſtantiale, quod vocat perſonale, ſive pertinens ad hypoſtaſim & perſonam; aliud accidentale, ut eſſe album, & hujuſmodi: de quo ſic ait, *Nihil prohibet multiplicari in unâ hypoſtaſi; aliud enim eſt eſſe, quo Sortes eſt albus, & quo Sortes eſt Muſicus: ſed illud eſſe, quod pertinet ad ipſam hypoſtaſim, ſecundum ſe, impoſſibile eſt in unâ perſonâ multiplicari.* Idem docet multis aliis locis, ut *cap. 7. de ente & eſſentiâ*. Item *4. contr. Gent. cap. 14.* item *in 1. diſt. 3. qu. 2. art. 3. & alibi.* Idem docet Ariſtoteles *3. de Animâ* ubi ait: *Aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe: & aqua; & aquæ eſſe*; ubi ſicut eſſe aquæ diſtinguit ab aquâ, ſic diſtinguit eſſe magnitudinis à magnitudine.]

Vnum Vbi in Compoſito ſufficit,

Ergo & una Exiſtentia.

Quonam fuerit Angelici Præceptoris Opinio?

Quænam Philoſophi?

At Ego non percipio, cur propter has Authoritates cenſendus ſit Angelicus Præceptor, aut etiam Ariſtoteles exiſtentiam Accidentium ab exiſtentiâ ſubſtantiæ realiter diſtinxiſſe. Nam D. Thomas dicendus eſt egiſſe de **Sare** (de eſſe quiditativo) Et, ſi volueris Ariſtotelem de **Sere** (de eſſe exiſtentiali) diſputare, ſemper ejus verba erunt vera; nam etſi Accidentia exiſtant exiſtentiâ Subſtantiæ, exiſtentia Magnitudinis ab Magnitudine realiter diſtinguetur. Et ſimiliter, etſi Materia exiſtat exiſtentiâ Formæ, Aqua non erit ſua exiſtentia.

Eorum teſtimonia explicantur.

P. Philippus Reſolutio & Probatio.

P. Philippus, quia nimis Bañeſii retractationi fidit, Accidentia habere aſſerit exiſtentiam propriam imperfectam ab exiſtentiæ Subſtantiâ diſtinctam, & probat, quia in Euchariſtiâ manent ſine ſubjecto, & tamen exiſtunt. Ergo habebant ante Conſecrationem ſuam exiſtentiam propriam; quia aliàs incipientibus non eſſe pane & vino, illa deſtruerentur. Ergo, in hujus opinione Doctoris, ſiquidem perfectè Forma ſubſtantialis exiſtit & Accidentariæ imperfectè, illa dicenda eſt **Sere**, & iſtæ **Seire**.

Objectio contra noſtram Sẽtentiam ab Euchariſtiæ Sacramento deſumpta.

CCCLXXVI.

Sed hæc Ratio non urget: nam Cajetanus (qui κατ' ἐξοχὴν *D. Thomæ Interpres, & Com-*

An Quantitati poſt Conſecrationem addatur, aliqua modalis Perſeitas?

Commentator dicitur) *in 3. part. quaſt. 77. art. 1.* quem Ferrarienſis *4. contr. Gent. cap 66.* nec non Suarez *diſp. 56. ſect. 2.* Vaſquez *diſput. 184. cap. 2.* Coninckius *in 3. part. qu. 77. art. 1. dub. 1. & 2.* & alii Viri docti ſequuntur, aſſerunt, Quantitati (quæ in omnium ſententiâ manet ſine ſubjecto; & in valde probabili cætera omnia Accidentia ſuſtentat) ſeparatæ à Subſtantiâ addi divinitùs modum quemdam ſimilem Subſiſtentiæ, qui ſicut Subſiſtentia dat Subſtantiæ, ut exiſtat per ſe poſitivè, det Accidentibus, ut exiſtant per ſe negativè; hoc eſt, exiſtant, quin exiſtant in alio.

Aliud eſt exiſtere per ſe poſitivè, & aliud exiſtere per ſe negativè.

Quanam præſtet ille modus miraculosè ſuperadditus Quantitati?

De hoc ſuperaddito miraculosè modo Pater Franciſcus Amicus *tom. 7. diſp. 23. pag. 212. a. num. 25.* ſic ſcribit. [Per hunc modum connaturaliùs ſalvantur omnia, quæ in Euchariſtiâ fiunt. *(1)* Quo pacto Quantitas non exiſtat violenter, ſc. cùm hic modus ſuppleat vicem ſubjecti, per illum connaturaliter exiſtit Quantitas (2) Quo pacto ex ſubjecto receptivo & ſuſtentativo *quo*, fiat ſubjectum receptivum, & ſuſtentativum *quod.* ſc. per hunc modum Quantitas fit ultimatum ſubjectum reliquorum Accidentium. *(3)* Per hunc modum Quantum fit Principium activum *quod* Subſtantiæ [lego, ut ſubſtantia] quia per hunc fit vices gerens ſubſtantiæ.]

Ante Conſecrationē Quātitas & cæterorum Accidētium ſubjectū *quo*: ſed poſt conſecrationē eſt ſubjectum *quod*.

Hanc Sententiam, quam dilucidè exponit, non ſequitur P. Amicus; ſed tametſi nolit, exiſtentiam realiter ab Eſſentiâ diſtingui, tuetur aliam, quâ ſemel à Thomiſtis poſitâ ſtabit noſtra principalis Concluſio: videlicet *Accidentia exiſtere exiſtentiâ Subſtantia.* His ille verbis mentem, & ſententiam exponit. [De facto Quantitas Euchariſtica non conſervatur actione creativâ ſed eductivâ, [*] eâdem numero, quâ ſuſtentabatur in proprio ſubjecto, additâ illi tantùm Unione ſuſtentativâ, quâ ſuſtentatur à Corpore Chriſti, abſq; inhærentiâ. Hanc aſſertionem tuentur, qui inter Accidentia Euchariſtica, & Corpus Chriſti formalem Unionem admittunt *&c.*] Et mox. [Hæc Unio ſuſtentativa Quantitatis cum Corpore Chriſti æquivalet, ſublatâ imperfectione, Unioni quâ eadem Quantitas ſuſtentabatur à proprio ſubjecto, *&c.*]

Quid Thomiſtæ inferre debeant ex Amici Opinione?

*] *Neſcio cur vellit negare actionibus deſtinctionem numericam, ſiquidem Unionibus concedit genericam vel ſpecificam.*

Ecce Amici Opinione Unio Euchariſtica, quæ ſublatâ omni imperfectione accidentia cum Corpore Chriſti connectit, æquivalet alteri Unioni imperfectæ *(inhærentiæ)* Panis, & Vini Subſtantiæ ante conſecrationem Quantitas uniebatur. At Euchariſtica Unio, ſine aliquo modo novæ exiſtentiæ ſuperaddito dat Quantitati, ut exiſtat. Ergo illa prior Unio (ſeu inhærentia) ſine aliquo modo novæ exiſtentiæ ſuperaddito, panis & vini accidentibus dabat, ut exiſterent. Illa igitur ante Conſecrationem exiſtebant per panis & vini exiſtentiam; & poſt Conſecrationem per Domini noſtri exiſtentiam exiſtunt. Ergo, ſi exiſtentia realiter ab eſſentiâ diſtinguitur, una in Compoſito ſufficit exiſtentia, ut omnes (Subſtantiales, & Accidentales) formæ exiſtant,

An, & quo modo *Accidentia* Euchariſtica uniantur Corpori D. N. Ieſu Chriſti.

An Accidentia Euchariſtica exiſtētia Chriſti?

ARTICVLVS XI.

De Forma Subſtantiali. *Quid ipſa ſit? &, An veniat neceſſariò admittenda?*

CCC LXXVII.

Magna olim fuit rerum phyſicarum ignorantia.

PArum profectò, aut nihil Antiqui illi Philoſophi, qui ante Alexandri Magni ætatem floruerunt Athenis, aut alibi, ſciviſſe de Formâ Subſtantiali videntur. Parmenides enim & Melliſſus, quibus Pythagoras & Lucretius conſentiunt, omnia ad unum Corpora eſſe ejuſdem infimæ ſpeciei aſſerebant, & per ſola accidentia differre & diſtingui putabant. Et, ut hanc meliùs opinionem intelligerent, docerentque, omnia Corpora eſſe ſubſtantias ſimplices præcipiebant: & compoſitionem Phyſicam, quæ eſt ex Materiâ & Formâ abſolutè negabant. Ad Elementa ſaltem *libr. 1. Phyſic. text. 50. & libr. 2. text. 22.* aſſerente Ariſtotele contraxit hanc ſententiam Empedocles. [At iſte, ut Ego in ſpeciali Syntagmate, quod totum diſſerit de Philoſophiâ Empedoclæâ (quidquid *libr. 1. Phyſic. diſp. 2. ſect. 1.* dicat Dn. Bonifacius Bagatta) non ex Materiâ & Formâ Mixta, ſed ex Elementis compoſuit.] Alii omnem Corporum diſtinctionem reduxerunt ad ſolam primarum qualitatum temperiem.

Parmenidis & Melliſſi opinatio.

An omnes Formæ ſint accidentariæ?

Qualis apud Empedoclem Mixtorum cōpoſitio ponatur?

Hanc ſententiam Galenus *in libro primo de Elementis* tam univerſaliter eſſe veram putavit, ut in homine, quam cæteri vocabant *Animam*, aſſerere non dubitaverit in congruâ qualitatum proportione conſiſtere. Et pro hac opinatione Alexander Aphrodiſæus *in libr. 12. Metaphyſic. comm. 12.* Philoponus *in libr. de Gener. comm. 7.* à Junioribus citari ſolent.

Quid ſit ad mentem, aut ad delirium Galeni, Anima rationalis?

Sic Antiqui à Lumine Naturæ (quod poſt Adami lapſum profundis obvolutum eſt tenebris) directi & manuducti exorbitarunt. At Catholici Divinæ Fidei radiis illuminati, bene rem intelligimus: hodie enim eſſet profectò hæreticus, qui omnem omninò Formam ſubſtantialem negaret; nam *Clementina unic. de Summ. Trinit.* & in Synodo Lateranenſi ſub Leone X, *ſeſs. 8.* hominum rationales Animas eſſe veras & reales (non jam aſſiſtentes, ſed informantes) corporum Formas, fuit definitum ab Eccleſiâ Catholicâ.

Lumen naturale in hominibus poſt Adami peccatum lucem dubiam & crepuſculinam tantùm habet.

An ſit de Fide dari in rebus aliquas Formas ſubſtantiales?

Animam Rationalem eſſe informantem Formam de Fide eſt.

Hinc Peripatetici Chriſtiani duo, ut putant,

CCCLXXVIII.

An ob conſequentiam doctrinæ idem de animabus, & formis cæteris dicendum ſit?

tant, Corollaria neceſſariò deducunt. ALTERUM, *Ergo viventium omnium Anima (tam Senſitiva, quàm Vegetativa) in Brutis & Plantis Formæ ſunt ſubſtantiales informantes*. ALTERUM. *Ergo idem de Elementis, & cæteris inanimis Corporibus dicendum eſt*. Et quàm ſecurè hæc ipſa Corollaria inferuntur?

Reſpondent affirmativè Complutẽſes: & eorum argumentum proponitur.

Complutenſes *in Phyſic. diſp. 4. quæſt. 1. nu. 3.* reſpondent huic Quæſito dicentes. [Hinc irrefragabile depremitur argumentum; nam, ſi in Homine datur Anima rationalis, quæ ſit vera pars. Ergo præter Animam deſignanda eſt alia pars, quæ ſit primum ſubjectum, & pura potentia; aliàs non poterit ex illis reſultare unum ens per ſe, qualis eſt Homo. Atqui hæc pars nequit (ſaltem naturaliter) per ſe ſola exiſtere. Ergo, quando Anima rationalis ſeparatur, informatur aliâ Formâ ſubſtantiali, denuò adveniente. Cùm igitur eadem ratio inveniatur in corruptione cæterarum Formarum, planè infertur poſſibiles eſſe Formas ſubſtantiales; & de facto exiſtere, &c.]

Eorum Reſolutio impugnatur.

At hæc omnia, ex hac Propoſitione, *Anima rationalis eſt, vera & informans forma Hominis*, non inferuntur. Nam, ſicut non valet dicere, *Anima rationalis eſt forma ſpiritualis, & immortalis, Ergo & cæteræ animalium, plantarum, elementorum, metallorum, lapidum, &c. formæ ſunt ſimiliter ſpirituales, & immortales*; ſunt enim corporeæ & mortales: ſic etiam non erit bona Conſequentia, *Anima rationalis eſt Hominis forma ſubſtantialis, non accidentalis, non modalis, non aſſiſtens, &c. Ergo cæterorum corporum formæ ſunt ſubſtantiales, non accidentales, non modales, non aſſiſtentes, &c.* Reperio enim, in Quæſtione, quæ interrogat, *An Animæ, & humanæ præcipuè, Corporum informantes ſint Formæ; an aſſiſtentes tantum?* duas reperio ex diametro ſibi ipſis adverſarias ſententias.

De ſpiritualitate & immortalitate Formarum.

De earumdem informatione & aſſiſtentia.

An Anima rationalis ſit Forma aſſiſtens?

Opinatio Platonis.

Primò enim Plato Animam rationalem in homine eſſe formam aſſiſtentem aſſeruit. Cui, dum viveret, Ariſtoteles aſſentiebatur. Quoniam *in libr. de motu animalium* ſic inquit. *Anima eſt in homine, & cæteris animalibus, ut nauta in navi*. At nauta non eſt forma navem informans, ſed navi aſſiſtens. Platonis igitur & Ariſtotelis ſententiâ Anima humana eſt forma aſſiſtens. Ergo idem à fortiori dicturi eſſent de cæteris Formis hi Philoſophi. At poſt Platonis mortem, aut Xenocratis odio, aut Veritatis amore, humanas Animas Formas eſſe informantes, Ariſtoteles voluit.

An, & quamdiu illam habuerit Ariſtoteles?

An ſententia, quæ docet præter Humanam cæteras Animas accidentarias eſſe, tolerabilis ſit?

Et Secundò notari hîc poſſe, aut etiam debere videtur, illam Parmenidis, & Melliſſi (nec non Pythagoræ & Lucretii, ſi velis) opinionem, quæ quia Animas humanas complectitur, ut Hæretica à nobis rejicitur & condemnatur, reſtrictam ad Bruta, Planta, & inanima Elementorum & Mixtorum Corpora, videri tolerabilem, & defenſabilem. Illam ſemel aut iterum, non ſine applauſu propugnavi Lovanii: & in ejus favorem in noſtrâ Scholâ Accidentariâ multa exhibeo. Et eſt ſententia, ut video, quæ hoc ævo viris doctis non diſplicet; quærenti enim, *Cur rationalis Anima ſit immortalis, & poſt ſeparationem permaneant; & cæteræ formæ in ſuâ ſeparatione corrumpantur?* id ideò evenire reſpondent, quia

Cur immortalitas uni & ſoli Animæ rationali cõveniat?

Anima humana eſt forma ſubſtantialis, & cæteræ corporeæ formæ ſunt purè accidentales.

CCCLXXIX.

An Formæ materiales ſint modi?

Sed & aliqui Recentiores adhuc diminuunt materialium Formarum perfectionem aſſerentes, eſſe neſcio quos modos ſubſtantiales. Sic præter alios docet P. Du. Bonifacius Bagatta, Veronenſis, Clericus Regularis, in Curſu Philoſophico, quem typis mandavit Veronæ anno 1667. quoniam *in libr. 1. Phyſic. diſp. 2. ſect. 2. num. 11. pag. 154. b.* ſic ſcribit. Bene ſuſtineri poteſt, *Formam ſubſtantialem materialem non eſſe entitatem diſtinctam à materiâ, ſed eſſe actualem terminum ſubſtantialem intrinſecum ejuſdem materiæ, à quo materia, ut taliter affecta, modificata & terminata, conſtituitur in determinatâ ſpecie phyſicâ; ſitque potens ad producenda & conſervanda omnia, quæ ad totalem conſervationem compoſiti pertinent.* Eſt Concluſio contra communem, cui tamen aliquo pacto videtur conformari Riccardus *quodlibet. 4. qu. 5. art. 1*, qui acriter impugnatur à Scoto *in 2, ſentent. diſt. 22. qu. 1.* Citantur etiam pro hac ſententiâ multi antiqui Philoſophi à Canonico *1. Phyſic. qu. 9.* eam etiam aliquo pacto defendit Guarinus *diſt. 3. de Forma exper. 2.* aſſerendo eſſe puram potentiam ipſiuſmet materiæ.]

Opinio Du. Bonifacii Bagattę

Guarinus & Bagatta non omninò conſentiunt.

Iterum contra Complutenſes arguitur.

Et adhuc novo argumento oſtenditur, Complutenſes omnia illa, quæ dicunt, non bene inferre ex illâ Lateranenſis Synodi definitione. Scotus enim, & ejus univerſi diſcipuli, admittunt rationalem Animam formã eſſe informantem humani corporis; & tamen pleraque omnia negant, quæ cum Thomiſtis Complutenſes affirmant. Sanè dicebant Complutenſes [Ergo præter Animam adſignanda eſt alia pars, quæ ſit primum ſubjectum, & pura potentia.] Et Scotiſtæ negant Conſequentiam, & Conſequens. Conſequentiam; quia id, verum aut falſum ſit, ex præmiſſo Antecedente non infertur. Conſequens; nam Scoti ſententiâ in homine præter Animam eſt Corpus, quod tamen non eſt primum ſubjectum, & pura potentia, ſed concretum compoſitum ex Materiâ primâ, & Formâ corporeitatis.

An compars, quæ cum corpore conſtituit hominem, ſit primum ſubjectum?

Qualis ſit apud Scotum Hominis compoſitio.

CCCLXXX.

An, quando Homo moritur ſuperveniat nova aliqua Forma poſitiva?

Subſumunt Complutenſes. Atqui hæc pars nequit (ſaltem naturaliter) per ſe ſola exiſtere. Ergo, quando Anima rationalis ſeparatur, informatur aliâ Formâ ſubſtantiali, denuò adveniente.] Et negant Scotiſtæ Antecedens, nam Corpus (Materia prima affecta Formâ corporeitatis) poteſt per ſe ſolùm naturaliter in rebus durare & exiſtere. Et in hominis morte, quando Anima rationalis ſeparatur, non ſupervenit nova aliqua Forma poſitiva, ſed tantummodò Cadaveritas, quæ eſt forma negativa; hoc eſt, formæ, quæ paulò antè erat, in illâ carne, nondum in pulverem converſâ, carentia.

Quid ſit Cadaveritas, ſive forma Cadaveris?

Argumentum ab analogia, & à paritate rationis.

Suum tandem diſcurſum claudebant Cõplutenſes, his verbis. [Cùm igitur eadem ratio inveniatur in corruptione cæterarum Formarum, planè infertur, poſſibiles eſſe formas ſubſtantiales: & de facto exiſtere, &c.] Et hîc tria, quæ debeant diſplicere, reperio. Primò enim, nego eamdem eſſe rationem: ſicut enim ex eo quòd forma hominis ſit incorruptibilis, & incorporea, non ſequitur idem de formis cæteris dicendum eſſe, ſic

ſimi-

An per analogiam ab Anima rationali ad irrationales, & ab his ad ceteras formas legitimum argumentum ſumatur?
An à potentia ad actum ſyllogiſmi decurrant?

ſimiliter ex eo, quòd ſit ſubſtantia, & informans, non ſequetur cæteras eſſe ſubſtantias, aut cæteras informantes formas eſſe. *Secundò*, ut ut concedatur dari hîc paritatem rationis, quid indè habebunt, docent enim Dialectici argumenta omnia *à pari* robore, & virtute carere. *Tertiò*, ſi formas materiales, quales ipſi deſcribunt, poſſibiles eſſe dixerimus, unde illas probant nunc de facto exiſtere in rerum naturâ, cùm ex potentiâ ad actû conſequentiam non fluere ipſi etiam, & ſcitè, aſſeverent Dialectici.

NOTA.

Forma eſſentialis exponitur: ejuſque in Logicam, & Phyſicam explicatur Diviſio.

Forma eſſentialis eſt illa, quâ ſublatâ aufertur concretum; & ut id benè intelligas, aliquid præmittendum eſt ex doctrinâ communi.

CCCLXXXI. *De Forma perfecta & imperfecta.*

Profectò in Phyſicis Forma ſubſtantialis materiam informat perfectè, & accidentalis ſubjectum informat imperfectè; & in Metaphyſicis Differentia eſt quædam objectiva formalitas, hoc eſt, formalis actus, qui contrahit Genus, & Speciem componit, & conſtituit perfectè. Et Forma Eſſentialis, quæ *Logica* vocari poterit, quæ Concretum conſtituit eſſentialiter, ut videre eſt in *Gigante, Pygmæo, Sene*, &c. *Gigas* enim in ſolitâ proceritate conſtituitur: & ita eſſentialiter, ut ſi illa deficiat, non ſit Gigas: & tamen proceritas entitativè non eſt Subſtantia, ſed Accidens. *Pygmæus* autem contra conſtituitur corporis ſtaturâ puſillâ. Et *Senex* dicitur, qui jam ante multos annos eſt natus: cùm tamen nec ſtatura corporis, nec ætas ad Subſtantiæ Prædicamentum, ſed ad Quantitatis illa, & hæc ad Durationis, ſeu Quando Categoriam ſpectet.

De Forma Eſſentiali. Quæ ſit?
Qua forma conſtituatur Gigas?
Qua Pygmæus? Qua Senex?

Dixi Eſſentialem Formam poſſe appellari *Logicam*: ſicut enim Forma Accidentaria in Phyſicam & Logicam dividitur, ſic etiam Eſſentialis poteſt: &, ſi benè ratiocinemur, debet. De illâ (videlicet Accidentariâ) Complutenſes *in Logic. diſput.9. in init.* ſic ſcribunt. *Duas Accidentis acceptiones adducit & explicat D. Thomas* de Spiritualibus Creatur. art. 11. *Primò, ſumitur Phyſicè, Secundò Logicè. Accidens Phyſicum eſt, quod diſtinguitur à Subſtantiâ; & definitur*, Ens in alio. *Et hac ratione appellatur* Accidens Prædicamentale, *& dividitur in novem genera.* &c. *Accidens verò Logicum dividitur contra eſſentiam; & ſignificat quidquid contingenter ſe habet ad illum, ſive ſit entitativè Subſtantia, ſive Accidens; quâ ratione dicimus* aurum accidere vaſi, *&* exiſtentiam Petro. *Quo pacto definitur à Porphyrio*, Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt abſque ſubjecti corruptione. *Et de Accidenti ſic ſumpto* (eſt enim Quintum Prædicabile, & ad Logicam pertinent Prædicabilia) *procedit præſens Diſputatio.*

Forma Accidentalis duplex: Phyſica & Logica.
Quid ſit Accidens Phyſicum?
Accidens Logicum quid ſit?

CCCLXXXII. *Forma eſſentialis in Logicam & Phyſicam debet diſtribui. Quid ſit Forma Phyſica?*

Ergo ſervando Analogiam, qualem poſtulat ſevera diſcurrendi Methodus, ad Formas eſſentiales oculos converto, & ſic inquam. Duas Formæ eſſentialis Acceptiones debere admitti colligo ex doctrinâ D. Thomæ adlegatâ, Primò enim ſumitur Phyſicè, & ſecun-

Caramuelis Leptotatos.

dò Logicè. Forma Eſſentialis Phyſica eſt, quæ pertinet ad Prædicamentum Subſtantiæ, & condiſtinguitur à novem Formarum Accidentariarum generibus, *& definitur* [*] Actus primus Corporis. *Et hac ratione dicitur* Forma Subſtantialis. *&c. Forma autem eſſentialis Logica prædicata eſſentialia concernit, & dividitur, contraponiturque Accidenti Logico, & ſignificat, quidquid in Concreto non ſe habet contingenter, ſed neceſſariò ad ipſius conſtitutionem, & denominationem requiritur; ſive illud entitativè ſit Subſtantia, ſive Accidens: Quâ ratione dicimus*, Provectam ætatem eſſe Formam eſſentialem Hominis, Senis, *&* Paucorum annorum ætatem eſſe Eſſentialem Formam, quæ Puerum, & Adoleſcentem conſtituit: *& hoc, tametſi ætas entitativè Accidens ſit, & ad Durationis Prædicamentum ſpectet.*

[*] Vide Complutenſes in Phyſic. diſp. 4. quæſt. 1. num. 2.

Quid ſit Forma Logica?

Et quidem juvat hæc Formæ Eſſentialis in Phyſicam, & Logicam Diviſio, ut multi loci Ariſtotelis intelligantur, quæ aliàs Lectorem in æquivocationum præcipitia propellunt. Conſidera hoc argumentum. [Calor, & Frigiditas, & aliæ primæ qualitates appellantur ab Ariſtotele *Formæ Subſtantiales Elementorum* & tamen ſunt (entitativè) actus accidentales, ergo Forma (ſubſtantialis, quam vocant, entitativè conſiderata) non eſt Actus Subſtantialis.] Illud contra ſe objiciunt *in Phyſic. diſp.4. qu.1. num.3*, Complutenſes, Eſſentialis Formæ in Phyſicam, Logicamque diviſionem, qualem poſuimus ſupponendo, reſpondent: ſic enim inquiunt, [Ariſtotelem loqui de Elementis, quatenus ſenſibilia, & contraria proximè ſunt; quo pacto primæ qualitates meritò dicuntur *Formæ Subſtantiales eorum*, id eſt *Formæ eſſentiales eorum*: ſumendo, quod frequenter fit, *Subſtantiam*, pro *Eſſentiâ rei*, quoniam prædictæ qualitates ſunt de eſſentiâ elementorum, quatenus proximè ſenſibilia, & contraria ſunt.] Ecce ſublatâ æquivocatione tollitur difficultas. Sed undè ſuborta fuit æquivocatio? Non quidem ab Ariſtotele, qui verborum defectu non potuit, etiam ſi voluiſſet, clariùs loqui: ſed à Nomenclatore Linguæ Græcæ, & ab Interprete, qui Ariſtotelem Latinè reddidit. Sanè à Nomenclatore: Lingua enim Græca, & *Eſſentiam*, & *Subſtantiam* ὀυσίαν nominat: unde Joannes Scapula dilucidans vocem, ſic inquit. [Ουσία, ἡ, *Eſſentia*. Exponitur, & *Subſtantia* pro *Ente*, & *Uno* accipitur apud Platonem *de Republ. lib.7.* apud Phil. *de Mundo* ὀυσία ἄτακτος, exponitur *Mundi materia incondita, & rudis, indigeſtaque moles*. Interdum exponitur *Natura*. Quot modis dicatur ὀυσία, docet Ariſtoteles *Metaph. libr.4.* Item *Subſtantia, Facultates, Bona*. Τὰ ὄντα Demoſthenes ad Phœn. Dicitur & plurali numero ὀυσίαι apud eumdem. Item pro συνουσία, κοίτη ut exponit Schol. Sophocl. *in Trach.*] Dixi Æquivocationem ab Interprete in Libros Latinos protruſam fuiſſe, ſæpè enim (non quia non potuit aliter, ſed quia mentem Philoſophi non fuit aſſequutus) pro ὀυσία *Subſtantiam*, & adjectivè *Subſtantiale* poſuit, quando *Eſſentiam*, & *Eſſentiale*, juxtà hujus ſenſûs exigentiam deberet.

Utilitas ex hac doctrina.
De Elementis. An eſſentialiter conſtituantur formis accidentalibus?
Subſtantia ſæpe ſumitur pro eſſentia.
Unde nata fuerit æquivocatio?
Nomen Græcũ Οὐσία eſt æquivocum; eſſentiam & ſubſtantiam ſignificat.
Allucinantur ſæpe Interpretes, quando vertere debent aliquod vocabulum æquivocum: indigent enim magna advertentia ne alteram ſignificationem aſſumant & uſurpent pro altera.

ARTICVLVS XII.

De Materiâ, & Formâ inter ſe comparatis.

CCC LXXXIII.
De eductione Formarum.

De earum pluralitate.

De Materia informi.

TRES Quæſtiones occurrunt, quæ, quia paucis decidi poterunt, ſimul expediri debebunt. Petitur ergo PRIMÒ. *An Formæ educantur de potentiâ Materiæ?* SECUNDÒ, *An in eâdem Materiâ exiſtere poſſint plures Formæ?* Et TERTIÒ, *An ſine omni Formâ poſſit Materia exiſtere?* Petitiones, & interrogationes iſtæ ſunt, quibus reſpondent Concluſiones ſequentes. Et ſit

De Formis artificialibus. An educantur?

PRIMA. *Formæ artificiales educuntur de potentiâ ſubjecti.* Demonſtratur. Accipit Phidias infotme & impolitum marmot: conſiderat ejus ſoliditatem. Actu in illo nulla figura continetur: potentiâ verò, quotquot ille voluerit. In illo Phidias marmore mente unum Leonem penetratu conſiderat, & partes ſuperfluas (quibuſcum non penetratur leo) dedolat; & illis amotis, & ablatis emergit leo marmoreus, eductus de potentiâ materiæ. Et hæc eſt certiſſima, ſi benè intelligatur hæc Aſſertio.

Quid ſint Formæ ſubſtantiales Corporeæ?

SECUNDA. *Formæ Subſtantiales, etiam materiales, ſunt entitates veræ, & reales, & realiter à Materiâ-primâ diſtinctæ.* Ita præter paucos Autores, Philoſophi Antiqui, & Novitii definiunt. Et in eorum, quos eſſe paucos, diximus gratiam, addi poterit Concluſio

De Formis phyſicis.

TERTIA. *Quæ de Eductione Formarum in Ariſtotelis libris leguntur, perſuadere videntur, ejus ſententiâ Formas corporum, eorumdem tantùm eſſe terminos, & figuras.* Patet: quoniam, ut paulò antè vidimus, artificiales formæ, quæ in figurâ conſiſtunt, educuntur de potentiâ materiæ. Et Naturales Formæ, opinione Ariſtotelis, ſunt quædam figuræ corporum connaturales, quoniam ipſe *libr.1. phyſic. text. 69.* ait, *Materiam-primam perindè ſe habere in toto genere rerum naturalium, atque lignum in toto genere artificialiũ.* Hæc eſt Carteſii, & Bagattæ judicio vera mens, & ſententia Ariſtotelis, quam variis defigurant expoſitionibus Peripatetici. Et, ut videamus, ſummâ illi adhætere conſtantiâ, eamdem *lib.7. Metaph. cap.3.* clarioribus verbis reponit: ſcribit enim. *Dico autem Materiam quidem ut æs; Formam autem Figuram Ideæ: quod verò ex hoc eſt, totam Statuã. Unde, ſi ſpecies prior, Materia eſt, & magis Ens: illud quoque, quod ex ambobus eſt, prius erit ob ſimilem rationem. Nunc itaque quidnam Subſtantia ſit, quaſi in Figurâ dictum eſt.* Magno, ut vides conſilio, nomen *Figura* repetit; non enim alias Formas ſubſtantiales cognoſcit. Ergo, quia [N.B.] Formæ corporeæ, quæ vulgò *ſubſtantiales* dicuntur, ſunt figuræ, & termini Corporum, ipſæ à Peripateticis educuntur de potentiâ materiæ.

Quæ, & quales ſint opinione Ariſtotelis?

An Formæ ſubſtantiales materiales, quas vocant, ſint Corporum meræ Figuræ?

An, & cur educuntur de potentia materiæ?

QUARTA, Non erit de re, ſed tantùm de modo loquendi Concluſio. Et in hoc libro habere locum poterit, ſiquidem in toto ipſo de Vocabulorum correctione tractatur. Sit ergo noſtra inſiſtens λογομαχίᾳ Concluſio. *Formæ corporeæ quia ſunt quædam reales entitates, quales putant, & imaginantur Peripatetici, non educuntur ex potentiâ Materiæ, ſed educuntur ex activâ Cauſæ Efficientis potentiâ, & in paſſivam Materiæ-primæ potentiam inducuntur.* Corollarium. *Ergo, ut ſtent, quæ illi dicunt de eductione Formarum, ad violentam Metonymiam recurrendum eſt; jubendumque, ut mutentur nominum ſignificationes, & nomine* Eductio *nonniſi* Inductio *intelligatur.*

An educi poſſint Formæ, ſi ſunt, quales aſſerunt Peripatetici?

An mutetur vocum ſignificatio ſine cauſa.

Fatentur Complutenſes *in Phyſic. diſp.4. qu. 2. §.1. num.4.* Formam in potentiâ activâ Cauſæ Efficientis contineri, & ex illa deduci, aut educi: at non benè indè inferunt in paſſivâ materiæ potentiâ ſimiliter contineri, & educi debere. Ejus verba propono. [Supponendum eſt, inquiunt, Formas, quæ includuntur in materiâ prima ſicut in Cauſâ materiali, propriè dici in ejus potentiâ receptivâ contineri, quemadmodum illud, quod poteſt ab Efficiente produci, continetur in ejus potentia activâ.] Et ego illud adverbium *propriè* incriminor; & ajo hunc loquendi modum, etſi in toto Peripatu communem, non ſolùm eſſe improprium; ſed proprio, quo uti (ſi benè vellent loqui) deberent, abſolutè contrarium. Et, ut clariùs exponam, & tu meliùs intelligas, hoc exemplum propono.

CCC LXXXIV.
An Formæ in potentia Cauſæ Efficientis contineantur? & ex illa educantur.

An impropria & multa ſit Peripateticorum loquutio?

Scyphus poteſt liquorem qualemcumque recipere. Ergo habet receptivam potentiam. Poculum, vino plenum, poteſt vinum profundere & ſcyphis quibuslibet illud communicare. Habet ergo vinum dandi, & communicandi potentiam. Quomodò ergo, ſi aſſideam menſæ, & bibere velim, Pincernæ loquuturus ſum. An ſum forte dicturus. *Heus puer: educas mihi vinum de ſcyphi potentiâ paſſivâ, & mihi præbeas.* An potiùs, *Educas vinum, puer, ex activâ (profuſivâ, & communicativâ) potentiâ poculi, illudque in ſcyphi potentiam paſſivam (receptivam) inducas, & mihi præbeas.* Aut fallor, aut hoc ſecundo modo, te judice, ſum loquuturus.

Hæc Veritas illuſtratur exemplo.

An quando ex poculo in ſcyphum infunditur vinum, dicendum ſit educitur ex ſcypho an verò ex poculo?

Formæ ergo ſubſtantiales, ſi ſunt quales exiſtimant Thomiſtæ, Scotiſtæ, & cæteri Peripatetici, inducuntur in potentiam Materiæ. Ergo Ariſtoteles, ſiquidem de Materiæ potentiâ illas educi aſſerit, ſuppoſuit illas in figurâ conſiſtere, & eſſe quales Renatus Carteſius, Bonifacius Bagatta, & alii Recentiores intelligunt.

CCCLXXXV
An Formæ inducantur, an verò educantur?
Quam ſententiam habuerit Ariſtoteles?

Sicut Ariſtotelem ad Carteſii, & Bagattæ mentem in Concluſione Tertiâ, & Quartâ illuſtravimus, addamus aliquid de Platonicis Formis, quas ille nominavit ἰδέας. Sit igitur Concluſio QUIN-

Nota illud poſſibilis; non enim dicimus talem eſſe hanc iſſe Materiam, ſed non repugnare, ut Deus talem producat.

QUINTA. *Poſſibilis eſt Materia, quæ ſe habeat ad Formas ſicut Genus ad ſuas Differentias.* Corollarium. *Ergo, ſicut Genus unam Differentiam ſuper aliam admittit, ſic illa Materia, ſi daretur, plures Formas, (unam ſuper aliam) ſuſtentaret.*

An Materia prima & Ens ſint idem in ſententia Platonis?

Et quidem hæc Concluſio libenter admittitur à Platone, & Academicis, qui ſunt ejus Diſcipuli; aſſerunt enim materiam-primam eſſe illud ſupremum prædicatum, quod in Syſtemate corporeo vocatur *Ens*, & eſt vel Genus, vel quaſi Genus, & contrahitur per Formas reales, tanquam per proprias Differentias.

Sunt in duplici differentia differentiæ. Sunt enim Immediatæ ſcilicet, & ſubalternæ.

Ut autem benè hanc Concluſionem & Corollaria ab ea deducta intelligas, adnotato, Differentias ad duas Claſſes reduci; aliæ enim ſunt immediatæ, & aliæ ſubalternæ. Immediatæ dicuntur, quæ Generi immediatè adhærentes, illud dividunt, & Species immediatas conſtituunt; & tales ſunt *Rationalitas*, & *Irrationalitas*; nam Genus (*Animal*) immediatè dividunt; immediataſque Species (*Hominem*, & *Brutum*) conſtituunt. Vocantur verò *Subalterna*, quando una eſt immediata, & altera mediata; ut *Senſibile*, & *Rationale* reſpectu *Viventis*.

Quo modo differant inter ſe?

Et immediatæ in hoc præcipuè à Subalternis differunt, quod in nullo illæ Individuo ſimul eſſe, & coëxiſtere poſſint; & hæ coëxiſtere poſſint, aut debeant. Quam ob rem, tametſi nullum in individuo Animal ſit, quod Rationalitatem, & Irrationalitatem ſimul habeat, dantur Viventia nihilominùs, quæ ſimul Senſibilitate, & Rationalitate ſint prædita.

Incompoſſibiles ſunt, quæ Immediatæ; at poſſunt componi ſubalternæ.

De Formis ſubſtantialibus.

Ergo ſicut de Genere, & Differentiis, ita etiam Materiâ, & Formis ſubſtantialibus poterimus philoſophari; quoniam, ut ſcitè ait Ariſtoteles, *Genus à Materiâ, & à Formâ Differentia deſumitur*. His poſitis, progrediens ulteriùs, ſic inquam.

De habitudine Materiæ ad Formas.

Atqui (1) in nullâ Specie poſſunt eſſe duæ, aut plures Differentiæ ex illis, quæ immediatè dividunt Genus. In nullâ enim ſub Genere Animalis Specie, Differentiæ Rationalitatis, & Irrationalitatis coëxiſtent. *Ergo (1) nunquam duæ Formæ immediatæ ſimul in eâdem Materiâ coëxiſtent.*

Formæ immediatæ non poſſunt ſimul coëxiſtere in eadē materia.

Atqui (2) Differentiæ ſubalternæ ſuper immediatas ſolent cadere, ut in Vivente Senſibili Rationali videre eſt, in eo enim cadit ſupra Vitam Senſibilitas, & ſupra Senſum Rationalitas. *Ergo (2) non repugnat, ut creet unam Subſtantiam Deus, in quâ Materia prima corporeitatis Formam immediatè recipiat, & ſupra ipſam Animam Vegetativam, & ſupra hanc Senſitivam, & denique ſupra hanc Rationalem.*

At ſubalternæ poſſunt.

An, quæ realiter diſtinguuntur, poſſint divinitùs identificari?

Atqui poteſt, & ſolet Deus plures virtutes, & formalitates in unâ realitate conjungere, & identificare: & in humanâ ipſe Animâ Vegetabilitatem, Senſibilitatem, & Rationalitatem ſimul de facto univit, & identificavit. *Ergo (3) in Homine eſſe poſſunt duæ Formæ ſubſtantiales de facto; altera materialis, quæ informat immediatè Materiam, & conſtituit Corpus: altera verò immaterialis, quæ informat immediatè Corpus, & mediatè materiam, & conſtituit Hominem.*

Qualis Homo ſit ad noſtram & Scoti ſententiam?

D. Thomas, & ejus Diſcipuli negant formā Corporeitatis.

Hæc Corporeitatis Forma, quæ in hoc tertio Corollario admittitur, non eſt contra Præceptorem Angelicum, neque contra Thomiſtas: ille enim licèt 1. *p. qu.* 76. *art.* 1. & 4. & rurſus *quodlib.* 11. *art.* 6. & in aliis locis, *Impoſſibile eſſe in uno, & eodem Compoſito poſſe eſſe plures Formas Subſtantiales*, aſſerat, agit de hac Materiâ, quam Deus produxit, non autem de illâ, quam producere poteſt.

De exiſtente Materia loquitur S. Thomas, non de poſſibili.

Hæc autem Formarum Subſtantialium ſubalternatio aſſerta fuit olim ab Avicennâ *lib.* 1. *ſufficientia cap.* 2. & poſteà reſumpta ab Scoto *in* 4. *diſt.* 11. *q.* 3. quem præter ſuos Diſcipulos Lalemandetius *in Phyſic. diſp.* 3. *p.* 4. *colum.* 112. & alii Recentiores ſequuntur.

Illam admittunt Scotiſtæ.

CCC LXXXVI.

An Homo ſit Corpus.

Multa ſunt pro Scoti opinione argumenta; ſed dabo tantùm unum, cui Adverſarii non ſatis benè reſpondere videntur. Illud propono [Subſtantia à Thomiſtis in Extenſibilem, & Non-Extenſibilem dividitur: & quæ eſt Extenſibilis, in Alterabilem, & Non-Alterabilem ſubdividitur, & de Generabili, Mixto, & Vivente, Animali, & Homine prædicatur, *Corpus*. Vide Complutenſes *in Logicâ diſputatione* 6. *quæſtione* 6. *numero* 27.] Homo igitur habet aliquam formam, per quam ſit Corpus in Prædicamento Subſtantiæ. Sed illa forma, quæ conſtituit Corpus, non eſt Anima rationalis. Ergo admittenda eſt forma Corporeitatis, quę hominē in corporis gradu cōſtituat.

An anima rationalis conſtituat Corpus?

Prob. Minor. Nam rationalis Anima eſt incorporea; & non videtur poſſibile, quòd Corpus quà tale conſtituatur, per formam, cui corpus, aut corpoream eſſe repugnat.

An ſit ſpiritualis ut quod, & corporea ut quo?

Reſpondet Ruvius *lib.* 1. *de Anim.* rationalē Hominis Animam eſſe ſpiritualem *ut quod*, ſed Corpoream, *ut quo*. Et hoc ſufficere, ut Corporis gradum conſtituat.

An ex duobus prædicatis oppoſitis alterū ut quod, & alterum ut quo, eidem poſſint ſubjecto competere?

At hæc ipſa reſponſio eſſe nulla videtur: quia, quando una forma eſt talis *ut quod*, oppoſitum non poteſt eſſe *ut quo*. Qualitas enim quæ eſt albedo *ut quod*, non poteſt eſſe nigredo *ut quo*: & formalitas, quæ eſt ſenſibilis *ut quod*, eſſe nequit inſenſibilis *ut quo*: & gratia, aut auxilium Divinum, quod eſt ſupernaturale *ut quod*, eſſe non poterit naturale *ut quo*. Et ſexcenta alia, quæ poſſent gratiâ doctrinæ uberioris adduci. Ergo Rationalis Anima, ſiquidem eſt incorporea *ut quod*, eſſe non poterit corporea *ut quo*.

Et hoc ultimum aliquandò probavi aliter proponendo argumentum præcedens. Et, ſi benè memini, ratiocinabar ſic. [Si in prædicatis *Corporeo*, & *Incorporeo*, quæ ſi eſſent de eodem omninò [*] ſubjecto, eſſent contradictoria: poſitâ diſtinctione, *ut quo*, & *ut quod*, tollitur contradictio, & ideò Rationalis Hominis Anima, tametſi ſit incorporea *ut quod*, eſt nihilominùs corporea *ut quo*. Nulla etiam erit contradictio, ſi dicatur eſſe poſſibilem aliam formam ſubſtantialem, quæ ſit corporea & materialis *ut quod*, & incorporea & ſpiritualis *ut quo*. Ergo, ſicut nunc per formam ſpiritualem ſit materia corpus: ita, & tunc per hanc formam corpoream illa fieret Spiritus.

**) illud omninò ponitur, ut æquivaleat τῷ ſecundum idē: nam contradictio eſt affirmatio & negatio ejuſdem de eodem ſecundum idem.*

SEXTA. *Si Materia prima exiſtit exiſtentiâ Formæ, exiſtere non poteſt ſine Formâ: ſecus autem dicendum eſt, ſi ſuper propriam exiſtentiam exiſtat.* Atqui exiſtit per Formam. Non ergo exiſtere poteſt ſine Formâ.

An Materia exiſtere poſſit ſine forma?

Volui ſub conditione Concluſionem proponere; conditionata enim Aſſertio purificatâ conditione tranſit in abſolutam: unde ut

illa

illa purificetur, & Veritatem cognoſcamus, Articulum ſequentem ſubjicimus.

NOTA I,

CCC LXXXVII. *An noſter* Λεπτώτατος, *licèt pro Angelico* Doctore, & Thomiſtis compoſitus, Doctori ſubtili, & Scotiſtis faveat?

LEgerat iſtam Primam Rationem, & quæ pro & contra ſubjunguntur Titius, Scotiſta ſeverus, & ſic exclamat. [Magnam in obſcuris Quæſtionibus Philoſophos ex Λεπτωτάτῳ recepiſſe claritatem, & lucem candidè, & ſincerè profiteor. Sed iſtam ipſam lucem à Thomiſtis, & non à Scotiſtis (quod ſui Autoris, & Invétoris pace dixerim) ſtare veritatem oſtendere nego, & iterum nego. Et, ut me benè id negare perſuadeam, reponam Primò Thomiſtarum ſententiam. Secundò Scotiſtarum Reſponſionem. Et Tertiò hanc ipſam eſſe bonam ex Dialecto Metaphyſicâ evidenter probabo.

Præcipuum D. Thomæ *argumentum*.

Dico ergo Primò, Materia prima Thomiſtarum ſententiâ, ſi ſine Formâ exiſteret, ſimul eſſet, & non eſſet in actu.

Verùm ab Scotiſtis tollatur æquivocatio, cui illud innitebatur.

Dico Secundò, apud Complutenſes his verbis tradi, & exponi Scoti, & ſuorum Diſcipulorum Opinio. [Reſpondent (inquiunt) Autores contrarii, concedendo ſequelam in hoc ſenſu, quòd materia eſſet in actu exiſtentiæ, & non in actu Formæ ſubſtantialis: in quo nullam reperiant contradictionem. Quamvis enim implicet eſſe in actu exiſtentiæ abſque actu exiſtentiæ; quia eſſet affirmatio & negatio ejuſdem, & ſecundum idem: nulla tamen datur contradictio in eo, quòd ſit in actu exiſtentiæ, & non in actu Formæ, propter oppoſitam eamdem rationem, ut conſideranti conſtabit.]

Quid in illo per nomen *actus* intelligatur?

Dico Tertiò, Titium, ut oſtendat Thomiſtis benè reſpondere Scotiſtas ad Metaphyſicam Dialectum recurrere, & loqui ſic. [Falſa eſt, inquit, illa Thomiſtarum Adſumptio, *ſi ſine Formâ Materia prima exiſteret, eſſet ſimul actu, & non eſſet actu*; vel enim agitur de eſſe exiſtentiali, & tunc æquivaleret huic, *Si Materia prima exiſteret ſine Formâ, tunc ſimul* Seret, & non Seret (*aut potiùs* Seiret, & non Seiret) *ſimul exiſteret, & non exiſteret*. Et deberet negari; includit enim manifeſtam contradictionem, & eſt apertè falſa. Vel in illâ agitur de actu phyſico, ſeu Formâ ſubſtantiali; & tunc æquivaleret huic, *Si Materia prima exiſteret ſine Formâ, ſimul* ſoret, & non ſoret: *hoc eſt, ſimul haberet formam, ſeu actum phyſicum, & non haberet formam, ſeu actum phyſicum*. Et hæc ſimiliter erit neganda: includit enim contradictionem manifeſtam, & certiſſimè eſt falſa. Vel denique ſequela hæc, quâ aſſerit, agit de uno actu, & quâ negat de altero; puta, ſi dixiſſent Thomiſtæ, *Si Materia prima exiſteret abſque omni formâ; tunc ſimul* ſeiret, & non ſoret: *hoc eſt, haberet actum metaphyſicum ſeu exiſtentiam, & non haberet actum phyſicum, ſeu ſubſtantialem Formam*. Et ſic explicata, deberet Major illa concedi, & Minor ſubſumpta [videlicet, *At eſſe ſimul actu, & non eſſe actu implicat abſolutè*] negari, quoniam nulla contradictio committitur, quando de eodem ſubjecto unus actus; nempe, ſere (actus exiſtendi) aſſeritur: & alius diverſus actus; nempe ſore (actus habendi Formam ſubſtantialem) negatur.

An exiſtentia?

An Forma ſubſtantialis?

An vox *actus* ſumatur æquivocè: ita ut in aſſerente propoſitione *exiſtentiam* ſignificet, & *formam ſubſtantialem* in altera?

CCC LXXXVIII. Doctrina bona Titius utitur malè.

EGO autem laudo Titium, quòd inter ſere (habere actum exiſtentialem) & ſore (habere actum ſubſtantialem) diſtinguat: at pronuncio malè illum uti bonâ, & ingenioſa doctrinâ; quam ob rem, ut clariùs progrediatur oratio, Thomiſtarum Sententiam, Concluſionemque in Dialecto Metaphyſicâ ſcribo. Et hoc THOMISTICUM DOGMA propono.

DOGMA THOMISTICUM.

Si Materiâ ſine Subſtantiali Formâ ſeret (haberet actum exiſtentialem) *ſequeretur primò, Quòd ſimul* ſeret, & non ſeret (ſimul haberet, & non haberet, actum exiſtentialem.) *Et ſequeretur ſecundò, Quòd ſimul* Soret, & non Soret (ſimul haberet, & non haberet actum ſubſtantialem, & phyſicum.)

Ex oppoſito duo ſequerentur Abſurda.

Ergo datâ hypotheſi, in eo ſenſu actus, quo negatur, aſſeritur. Ergo ex datâ hypotheſi Contradictoriæ neceſſariò ſequuntur.

Veritas noſtræ Concluſionis exemplo clariſſimo dilucidatur.

Ut hæc Concluſio ſic poſita & expoſita radicitùs intelligatur, proponam opportunum exemplum, quod clariſſimè univerſa dilucider. Attende.

Proprietas in quarto modo cum ſpecie & cum Differentia reciprocatur.

Proprietates ſunt Paſſiones, quæ in quarti Prædicabilis quarto modo à Porphyrio ponuntur: & cum Specie convertuntur, & reciprocantur, non à Genere, ſed à Differentiâ neceſſariò proveniunt: Riſibilitas enim, quæ eſt Hominis ab omnibus nota & aſſerta Proprietas, à Rationalitate, & non ab Animalitate procedit. Hac doctrinâ præmiſſâ de Riſibilitate ſic ſtatuo.

Quid ſequeretur, ſi daretur in rebus animal quod eſſet riſibile, & tamen careret rationalitate?

Si Animal per impoſſibile, ſine Rationalitate eſſet Riſibile. Tunc ſequeretur primò, Quòd ſimul eſſet, & non eſſet riſibile. Et tunc ſequeretur ſecundò, Quòd ſimul eſſet, & non eſſet rationale.

Prima Sequela demonſtratur. Nam tunc Animal *eſſet riſibile*, quia id ſupponit hypotheſis. Et tunc *non eſſet riſibile*, quia hoc ſequens Ratiocinium perſuadet.

Illud primò eſſet & non eſſet riſibile.

Nullum Animal, quod caret Rationalitate, eſt riſibile.

Sed in præſenti caſu Animal, de quo agitur, caret Rationalitate.

Ergo etiam in præſenti caſu Animal, de quo agitur, caret Riſibilitate.

Ergo illud Animal non eſt riſibile.

Eſt Analogiſmus in FERIO; & ſtante hypotheſi evidenter concludit.

Tranſeo ad alteram Sequelam, & illam eſſe legitimam, & admitti neceſſariò debere, certiſſimè ſum oſtenſurus.

Et illud ſecundò, eſſet, non eſſet rationale.

Pronuncio, quòd illud Animal, *non eſſet rationale*, quia id ſupponit hypotheſis. Et tamen *eſſet rationale*, quia hoc ſequens Argumentum evincit.

Omne Riſibile eſt Rationale. Non enim eſſe poteſt Proprietas ſine Differentiâ, à quâ dimanat.

Sed Animal, de quo hic diſputatur, eſt riſibile. Id enim hypotheſis, & caſus ſupponunt.

Ergo Animal, de quo diſputatur, eſt rationale.

Eſt Syllogiſmus in DARII, ac propterea, evidenter concludit.

CCC. LXXXIX. Exemplum de Animalis Riſibilitate Materiæ exiſtentiæ appropriatur.

Hoc exemplo bene perpenſo & intellecto, ad Materiam-primam, & Formam ſubſtantialem redeamus, demonſtremuſque illam Reſolutionem, quam THOMISTICUM DOG-

MA

ſubſtantia per Formam conſtituitur in Specie determinata.

ma nominavimus. Attende.

Homo, ex. gr. eſt quædam Subſtantia Completa, conſtans phyſicè Materiâ & Formâ; & in Specie determinatâ, per Formam, & non per Materiam conſtituta; unde lux ut intelligatur Ariſtoteles dicens, *Genus ſumitur à Materiâ, Differentia verò à Formâ:* à quo non multum differt Plato, eùm dicit, *Genus eſt Materia, & Differentia eſt Forma.*

Quid ſequeretur, ſi Materia ſine ſubſtantiali Forma exiſteret?

Exiſtentia eſt quædam Speciei Proprietas [a] Non ergo à Genere, ſeu Materiâ; ſed à Differentiâ, ſeu Formâ, dimanare debebit.

Ergo probemus illam Primam Sequelam: videlicet. *Si Materia exiſteret ſine Formâ, ſequeretur, quòd ſimul exiſteret, & non exiſteret.*

a] Cætera Proprietates, tùm ab Eſſentia ſente *(actu exiſtito) emanent, neceſſariò comitantur Eſſentiam. At exiſtentia, quæ dat eſſentia* ſanti *(habenti eſſe quidditativo) quòd ſit* ſens *(habens eſſe exiſtentiale) ita dependet à Voluntate Divina, ut non neceſſariò comitetur Eſſentiam: hæc enim, licèt non poſſit ſine exiſtentia* ſere, *poteſt tamen ſine exiſtentia* ſare.

Demonſtratur prima Sequelæ pars. Quia tunc *Materia exiſteret*, id enim ſupponit & admittit Hypotheſis. Et tunc etiam *Materia non exiſteret:* id enim ſequens ſyllogiſmus perſuadet.

Ubi non eſt Quiditas, à quâ Paſſio, ſeu Proprietas dimanat, eſſe illius Quiditatis Paſſio vel Proprietas non poteſt.

Sed Forma Subſtantialis eſt Quiditas, à quâ Exiſtentia, quæ eſt ejus Paſſio & Proprietas, dimanat.

Ergo, ubi non eſt Forma Subſtantialis, non eſt exiſtentia.

Ergo Materia, ſi careret Formâ Subſtantiali, non ſolùm non exiſteret, ſed nec poſſet exiſtere.

Conſequentia eſt Legitima: quæ tametſi ab Ariſtotele & Peripateticis in Logicâ non dilucidetur, bene decurrit, ut Nos in Loxicâ noſtrâ demonſtramus.

Progrediamur ulteriùs, & aliam Sequelam perſuadeamus.

Porrò *Materiam*, in caſu, quo exiſteret, & tamen non haberet Formam, *actum phyſicum ſubſtantialem habituram* non eſſe; id enim hypotheſis ipſa ſupponit. Sed eamdem in eodem caſu *Materiam, actum phyſicum & ſubſtantialem habituram eſſe*, ſequens Argumentum evincit.

Ubi eſt Proprietas, ibi eſt illa Quiditas, à quâ illa (Proprietas) emanat.

Sed exiſtentia eſt Forma ſubſtantialis Proprietas.

Ergo, ubi ſit exiſtentia, ibi & Forma invenitur.

At in dato caſu Materia exiſtentiam haberet.

Ergo, & in eodem caſu, Formam Subſtantialem haberet.

NOTA II.

CCCXC, Verba Averrois dilucidantur.

Quia in teſtimonio, ex verbis Averrois deſumpto, primam lineam ſine ullâ explicatione reliquimus, modò illam reponimus, & breviter dilucidamus. *Forma non ſeparatur à Materiâ in eſſe, ita ut poſſit eſſe ſine Materiâ; ſed eſt ſeparata à Materiâ ſecundum Definitionem tantùm.*

Aſſero in iſtis Averroëm verbis, non Chriſto & Evangelio ſolùm, ſed & ſuo Mahometo & Alcorano contradicere; & quidquid ſanctè à Philoſophis & Theologis de ſtatu ſeparationis Rationalis Animæ dicitur, abſolutè negare.

An ipſe ſuo Mahometo adverſetur?

Sanè in hac Opinatione Commentator Philoſophi tenet Sententiam: eum enim in Hominibus poſuiſſe corruptibiles Animas ſinceri Peripatetici aſſeverant, & hæc Demonſtratio perſuadet. [Si Humanæ Animæ immortales eſſent, daretur Infinitum actu: quoniam Mundus fuit ab æterno, aſſerente Ariſtotele; & ideò in ipſo infinitæ generationes tranſiverunt. Atqui ad ejuſdem Ariſtotelis mentem, repugnat Infinitum actu, Animæ ergo Humanæ ad mentem Ariſtotelis mortales ſunt.] Mahometus in Alcorano ſuo paſsim Animas eſſe immortales; & æternâ felicitate perfrui bonas, malaſque æternis condemnari ſuppliciis, in hoc ſaltem Orthodoxus, affirmat. Averroës autem Ariſtotelem præferens ſuo Mahometo, pro Concluſione poſuit, nullam poſſe Formam à Materiâ ſeparatam exiſtere,

An Ariſtoteles cognoverit Humanas Animas eſſe immortales?

Qui aſſerunt, nunquam huic argumento reſponderunt.

Inſtas pro Thomiſtarum, & Soncinatis opinione, negari nullo modo poſſe, Averroëm ſenſiſſe ex hac Propoſitione, *Materia caret omni Formâ* ſequi duas Contradictorias, videlicet, *Materia caret actu*, & *Materia non caret actu*. Ergo ſunt ejuſdem de eodem, & in utrâque nomen *actus* idem prorſus ſignificat; nam aliàs non eſſent Contradictoriæ. At nomen *Actus* non poteſt pro Formâ Subſtantiali ſupponi. Ergo in utrâque pro actu accipitur Entitativo. Materia igitur actu entitativo careret, ſi omni Formâ denudaretur. Ergo ſubſtantialis in Materiâ Forma, & actus entitativus coincidunt,

Averrois, Ariſtotelis, & D. Thomæ Opinio propugnatur.

Quia Adverſarii ſubclamant, nomen *actus* eſſe æquivocum, & alio ſenſu in Aſſerente, & alio in Negante Poſitione uſurpati, aſſerit Lalemandetius, & bene; in Commentatoris teſtimonio nomen *actus*, importare *completum*. Et ideò, quia Subſtantia completa eſt ens per ſe, & componitur ex Materiâ & Formâ; Materia, ſi ſine Formâ exiſteret, non eſſet Subſtantia completa, nec eſſet in actu completo; quoniam eſſet pars, & alterâ comparte careret. Et tamen eadem materia, ſi ſine Formâ exiſteret, eſſet in actu completo, quoniam per ſe exiſteret; & tamen Subſtantia, ut exiſtat, debet eſſe completa. Ergo tunc eſſet, & non eſſet Materia in actu completo.

Et à Lalemandetio confirmatur.

N. B. Lalemandetius loquitur hic pro ſententia Thomiſtica, ſed tamen ſubſcribit Contraria.

Sed quia aliqui, ut obludant ingenio, ita Lalemandetii Reſponſionem impugnant, ut admittant ex contrariâ in vero ſenſu (tametſi alio) ſequi Contradictoria: & ideò hoc modo Thomiſta poterit argumentari. Falſa eſt quæcumque Propoſitio, ex qua duæ Contradictoriæ (ſint hæ, vel illæ) deducuntur. Sed ex hac, *Materia poteſt carere omni formâ*, duæ Contradictoriæ (ſunto, quas deſignat Lalemandetius; aut, ſi volueris: ſunto aliæ) deducuntur. Eſt ergo falſa.

DIS-

Diſſertatio
TERTIA
THEOLOGICA.

CCCXCI.
Nominum Θεὸς & *Deus* ſignificatio, apud Ethnicos Græcos & Latinos ignota.

Nomen Θεὸς apud Græcos, ſicut etiam apud Latinos nomē *Deus*, antiquiſſimum eſt; ejus autem ſignificatio plerisque fuit Ethnicis Antiquis ignota. Nomen *Divinitas*, opinatione illorum, dignitatem quamdam ſupremam non verò naturam ſignificabat. Sicut enim Triangulus, ſi intellectualis Genius eſset, ſuamque, & Circuli naturam noſceret; nec poſſet cenſere ſe eſſe circulum, nec ſperare ut de ſe Geometræ omnes lineas, quæ à centro ad circumferentiam decurrunt, æquales eſse fore demonſtraturos, ſic nec Homo, ſi polleret ingenio, & Humanitatis, & Divinitatis benè rationes noſceret, poſset cenſere, ſe eſse Deum, nec ſperare, ut prudentes ſibi homines Divinum honorem, cultumque impertirentur. Ergo, quia ſupponebant, hoc nomen *Deus* Principem deſignare, qui magno apud ſuos, dum viveret, fuit honore ſuſpectus, & poſt obitum venerabilis, glorioſuſque perennat in annalibus Famæ; multi voluerunt Principes, etiam dum viverent, à ſubditis ſuis adorari. Et inter alios Alexander recenſeri debebit, qui quoniam Heroas Magnos *Deos* vocari didicerat, & ſe ſciebat haberi magni in totâ Aſiâ, deſpiciens *Regis* nomen, quod eſset multis aliis commune, ſibi nomen *Dei*, vix ab alio Principe uſurpatum illo ævo, auſu temerario uſurpavit. Et quidem Alexandrum nihil aliud nomine *Dei*, quàm *Imperatorem Maximum* intellexiſſe conſtat ex S. Cypriano *libr. de Idolor. vanitat.* ex quo Genebrardus in ſuo Chronic. ſub annum Mundi 3760. ſic inquit, *Alexander Magnus ad matrem ſuam epiſtolam inſignem ſcripſit: ſibi à Sacerdote quodam revelatū Deos Gentiū, homines fuiſſe.* Et putat hunc Sacerdotē fuiſſe Jadū; hic enim, ut teſtatur Joſephus, apud Hieroſolymas egit cum Alexandro.

Putabant eſſe titulum Dignitatis.

Quid *Deum* nomine intelligebat, quando ſe *Deum* vocari jubebat Alexander?

Ejus Epiſtola ad ſuam Matrem.

Gentilium Deos, homines fuiſſe, didicit à Sacerdote Iaddo.

Deos naturâ differre ab hominibus aliqui ſupponebant.

Omnes, qui tales Deos colebant, erant athei: quoniam, ſignificatione verâ nudum retinebant vocabulum. Sed alii à Philoſophis docti, Deos eſsentiâ differre ab hominibus, ut certum, & indubitatum ſupponentes, *Quid eſſet Deus?* ſcire deſiderabant.

Mihi inter hos recenſendus eſt Hiero, Tyrannus apud Siculos, quem Vitruvius *libr. 9. cap. 3.* RAGAM appellat: ipſe enim, juſſit accerſiri Simonidem, ut ab eo Divinæ ipſæ naturæ addiſceret definitionem. Rem plenam difficultatis eſse, Hieroni reſpondet hic Philoſophus; & ut illam poſſet accuratè diſquirere, poſtulat unum diem. Adnuit Tyrannus & vocatus poſtridiè; ubi exſpectatus adfuit, duos adhuc dies requirit: & impetrat. Sed iis elapſis, cùm quatuor, aut plures ſuppeteret, roganti Principi, *Cur ita faceret?* reſpondit, *Quia quò diutiùs eam perpendo, & conſidero, eò mihi res videtur obſcurior.* Ergo Hieronis ævo, qui ann. 478. ante Virgineum partum floruit, nondum Theologiæ Naturalis fundamenta apud Gentiles jacta fuerant.

Hiero, Siciliæ Tyrannus, *Quid Deus eſſet*, à Simonide roſcire cupit.

Quid Tyranno Simonides.

Quando inceperit Theologia Naturalis?

Sub illud tempus apud Græcos inceperunt nonnulli de rebus Divinis ingenioſè diſſerere. Et Plato (qui anno [illegible] ante eamdem æram obiit) non parum Theologiam promoviſſe videtur. *Lib. de Somn. Scipion.* Macrobius. *Plato, cùm de Deo loqui eſſet animatus, dicere*, Quid ſit? *non eſt auſus: hoc ſolum de Deo ſciens, quod ſciri*, Qualis ſit? *ab hominibus non poſſe: Solem verò ei ſimillimum de viſibilibus ſolum reperit; & per ejus ſimilitudinem viam ſermoni ſuo, adtollendo ſe ad incomprehenſibilem patefecit.* Et quidem Sol eſt Creaturarum Materialium pulcherrima, & multas habet prærogativas, ex quibus poſſimus per analogiam opportunam exponere, Quales ſint perfectiones Divinæ?

An illam promoverit Plato.

An Sol ſit, Dei imago?

CCCXCII.
Sub Solis ſymbolo multa & pulcherrima apud Veteres, & Novitios Concinatores de Deo, & Chriſto, leguntur.

Uſi fuerunt hac ſimilitudine nonnulli Patres, ut Dei Scientiam, Providentiam, Potentiam; immò etiam, ut ineffabile Trinitatis Myſterium, dilucidarent; interim ad rem noſtram opportuniùs, & meliùs, qui Deum cum mari compararunt. Ad quorum mentem ſic diſcurro. [Conſideremus, inquam, immenſum quemdam, & undequaque latiſſimè patentem Oceanum. Eſſe in ejuſdem medio ſpongiolam aliquam ſupponamus. Hęc tota penetrabitur aquâ, at ſine ullo ipſa termino undique ſuper excedetur.] Subjiciam. [Iſte illimitatus Oceanus ponit nobis ob oculos Summi Numinis ſimilitudinem. Spongiola Mundum hunc repræſentat: qui tametſi ſecundum ſe conſideratus maximus ſit, illuminatus Scotus *Naturam Divinam Pelagus perfectionum* appellat. Vide ipſum *quod. 1. à num. 7. ad 15. & quodl. 5. §. 2. & in 1. diſt. 2. qu. 7. nu.*

Mundus in Deo eſt ſicut parva Spongia in medio Oceani immenſi collocata.

39. &

39. & Lychetum, & Scholiaſtem ibidem, nec non P. Franciſcum à S. Auguſtino Macedum *Collat.8.differ.1.ſect.2.*&c.

Quicumque profectò Theologus hujus ſimilitudinis meditatione, & intelligentiâ præventus, optimè intelliget Moyſem, qui Mundi creationem deſcripturus, ait, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, [præſtabat enim in creatione Mundi, quod in Hypotheſi noſtrâ infinitus Oceanus:] nec non Virgilii numeros ad ſenſum opportunum reducet; videlicet.

Virg. Æneid.6. Videtur legiſſe librum Geneſis.

Principio Cælum, ac Terram, Campoſque liquentes
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque Aſtra
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

Omnes perfectiones creatæ Divinæ ſunt participationes.

Ecce Spiritus (nempe, Deus) qui eſt infinitus & propter Eſſentiam ſuam Primò, quia continet omnem perfectionem poſſibilem, omnem Creaturis perfectionem communicat, ita ut nulla prorſus in Mundo Creato ſit perfectio, niſi à Deo. Et ſecundò propter Immenſitatis attributum per omnia ſpatia poſſibilia, & imaginaria ſine fine diffunditur, intùs permeat, pervadit, hanc machinam; quæ creaturas univerſas complectitur, & perfectiones quot quot ea habet, communicat, alit, & alendo conſervat. Et Tertiò propter æternitatem, ab æterno & in æternum per omnia Tempora poſſibilia decurrit; Creaturis ſingulis communicando, non ſolùm ut in rerum naturâ ſint, ſed, ut in tali Tempore determinato ſint.

Omnis locus creatus eſt participatio Immenſitatis.

Omne Tempus creatũ eſt participatio æternitatis.

Talis eſt Divina Æternitas: & hæc eſt germana ejus Conſideratio: ſed, quia de Eſſendi Modis in toto hoc Libello diſſeritur, & eſſe creatum exiſtentiam concernit, & hæc ab æternitate dimanat, proderit ſumere alterum calamum, & iterum de æternitate, ut meliùs à nobis concipiatur diſſerere.

Cur iterùm agendum ſit de Æternitate.

ARTICVLVS I.

Supponit dari Deum: *Et utrùm cuidam argumento, in contrarium poſito, benè reſpondeatur, examinat?*

CCCXCIII. Articuli titulus dilucidatur

DUO tanguntur in Articuli Epigraphe, è quibus alterum ſupponitur, & alterum in Quæſtionem vocatur. Supponitur, inquam, illa Veritas, quæ inter univerſas eſt prima, à quâ Cæteræ Veritates, dimanant: & eſt, nimirùm, *Datur Deus*. Veritas profectò tam clara, ut ille tantùm ἄθεος eſſe poſſit, qui ſit ἄλογος. Et, ut id evidenter perſuadeam, Apophthegma paulò ante deſumptum ex Platone, & Macrobio me juvat.

An homo, qui non ſit cœcus, poſſit, *dari Solem* neſcire.

Quod in Corporeo Mundo eſt Sol, id in Intellectuali eſt Deus. Ergo Analogia, & Paritas rationis poſtulat, ut ſicut de Viſibilitate Solis, ſic de Intelligibilitate Dei philoſophemur. At ille ſolus, qui materialiter eſt cœcus, qui oculos corporeos non habet, poteſt neſcire, *An detur Sol?* Ergo ille ſolus, cujus intellectus eſt cœcus (cujus nimirùm Mens oculos incorporeos non habet) neſcire poteſt, *An detur Deus*? ideò univerſi Theologi, ut Dei exiſtentiam, ab aliquibus, aliquàndo & aliquandiu, poſſe invincibiliter ignorari, perſuadeant, vel ad actualem mentis inadvertentiam, aut ad habitualem mentis ſtuporem recurrunt. De Veritate igitur hujus Propoſitionis, *Datur Deus*, non eſt impræſentiarùm diſputandum.

An homo niſi mente cœcutiat, poſſit neſcire, *Dari Deũ*?

Tota ergo Diſputatio eò tendet, ut periclitemur Theologorum ingenia, ut exercitii gratiâ Argumentum aliquod proponamus; quod à multis auditum, neſcio, an benè aliquandò fuerit dilucidatum. Ergo de illo iſta præmittatur

Authoris in hac Quæſtione intentum.

CONCLUSIO. *Argumentum, quod à Nobis in hoc Articulo Viris Doctis diſſolvendum proponitur, non poterit convenientium terminorum defectu, opportunè diſſolvi, niſi ad noſtram Metaphyſicam Dialectum recurratur.*

De Dialecti Metaphyſicæ neceſſitate.

Ut autem cognoſcatur clariſſimè, quale argumentum illud ſit; & quid ad illud Doctiſſimi Viri reſponderint, proderit has Epiſtolas ob oculos Lectorum ponere: multa enim continent ex ſublimioris, & ſubtilioris Metaphyſicæ adytis profundiſſimis hauſta; quæ ideò ſpecialiter Lectoribus placere poterunt, quòd in aliis Theologorum libris non fuerint ſcripta, vel tacta.

SECTIO I.

Inceptam cum Illuſtriſ. & Reverendiſ. P. Dn. Antonio de San-Pedro Diſſertationem exhibet.

QUIA noſtram DIALEXIM *de Non-Certitudine* doctiſſimâ nuper Epiſtolâ adprobando & confirmando honoraverat, eum volui in præſenti Controverſiâ conſulere, & ſuæ doctrinæ lucidiſſimis radiis inſtrui, & illuminari.

CCCXCIV. Cur cum Illuſtriſſimo Dn. Antonio hæc fuerit Diſputatio inſtituta.

EPISTOLA I.

Reverendiſsimo Domino Patri Dn. ANTONIO *de* SAN PEDRO, *Sacræ Theologiæ Magiſtro, & Publico Profeſſori Salmanticæ, Ciſtercienſis Ordinis noſtri Generali. &c. Domino ſuo Colendiſſimo. &c.*

Dn. Ioannes Caramuel, &c. S. P.

Reverendiſſime, & Eximie Domine Magiſter noſter.

Aliæ ſunt Politicorum & aliæ Scholaſticorum Epiſtolæ.

SVMO calamum, & quid viro doctiſſimo, quid Cathedratico occupatiſſimo ſcribam, quod dignè legi poſſit, non occurrit. Si Politicè velim, citò me expedio: quoniam cum Cicerone dixero, *ſi vales bene eſt, ego quidem valeo*. Quæ quidem verba, ſunt quodammodò gravida, nam multis indigent, ut appoſitè dilucidentur. *Benè*, inquam, *eſt, ſi vales*; nam tua vita, tua ſalus, tua valetudo toti Orbi literario neceſſaria poſtulat, ut Philoſophi omnes, ut oſtendamus, quanta ſcientias dilectione proſequimur, oremus Deum, ut te ſalvum, & incolumem conſervare dignetur multis annis. *Et ego quidem valeo*; videlicet, ut tibi ſerviam, tuum ingenium admirer, & virtute dilaudem. At quia citò expediuntur Politica, & Tu libentiùs Scholaſtica, & Theologica legis, proponam aliquid, quod ſupra vulgi Academici cothurnum ſe ſubrigat, &, ſi tua lima accedat, dignum ſit, quod à doctis legatur.

An contra res certiſſimas & indubitatas fortia poſſint Argumenta formari?

Exercitii igitur, & eruditionis gratia petam, ut reſpondere argumento digneris, quod contra rem certiſſimam in hac pagina brevi proponitur. Scitè exclamabat Ariſtoteles, *Qui, an Dii, aut parentes ſint venerandi dubitat, inſtructione non indiget, pœna indiget*. Et quia de Propoſitionis veritate nos minimè, ſed unius argumenti ſolutione maximè dubitamus; non jam pœna, ſed opportuna inſtructione indigemus. Dogma enim hoc, *Deus eſt*, ſine quo non ſolùm Theologia, & Politica, ſed etiam tota corrueret Phyſica, pro cujus defenſione totum ſanguinem profundere parati ſumus, patitur unum argumentum, quod manifeſta, & non obſcura aut probabili ſolutione indigere videtur; illud propono. Attende.

Vnum, prima fronte difficile in examen vocatur.

Hæc objectiva Propoſitio, Deus non eſt, *eſt poſſibilis*, hoc eſt, *poteſt eſſe vera.*
Atqui poteſt non eſſe, non eſt verus Deus. Eſt certa.
Ergo nullus eſt Deus. Benè infertur.

Probatur Major.

Hæc objectiva Propoſitio, Nihil eſt, *eſt poſſibilis*.
Sed, ſi nihil omninò eſſet, nec Deus eſſet. Eſt certa.
Ergo hæc objectiva Propoſitio, Deus non eſt, *eſt poſſibilis*. Benè infertur.

Probatur Major.

Hæc objectiva Propoſitio Nihil eſt, *non eſt impoſſibilis*.
Ergo eſt poſſibilis. Benè infertur.

Probatur Antecedens.

Quidnam ſit, quod impoſſibilis nomine debet intelligi?

Impoſſibile eſt, quod implicat contradictionem: illud nimirùm, ex quo inferuntur duo contradictoria ſimul vera.
At ex hac objectiva Propoſitione, nihil eſt, *non inferuntur duo contradictoria ſimul vera*.
Ergo hæc objectiva Propoſitio Nihil eſt, *non eſt impoſſibilis*.
Ergo eſt poſſibilis.

Major videtur certa, nec enim aliter Impoſſibilitatis conceptum explicant Metaphyſici.

Qui de Minori dubitet, tenebitur dare ſyllogiſmum, aut Ratiocinium legitimum in quo ex hac Propoſitione *Nihil eſt*, duo contradictoria inferantur. Interim probatur poſitivè eadem Minor.

Non

Non poteſt dari contradictio, ubi non dentur duæ Propoſitiones, quarum altera affe-rat, quod negat altera.

Sed ex Propoſitione purè negativa, qualis eſt, Nihil eſt, *nulla inferri poteſt affir-mativa*; nam Concluſio ſequitur debiliorem partem.

Ergo ex Propoſitione purè negativa, qualis eſt, Nihil eſt, *non poſſunt contradicto-ria, deduci*. &c.

Non poteſt dari Contradictio, niſi ſimul coexiſtant Affirmatio & Negatio.

Huic argumento occaſionem mihi præbuit quidam olim Diſcipulus, qui neſciens, quid diceret, ſemel interrogavit, *& quid tandem in Mundo eſſet, ſi nihil eſſet?* Hanc ineptam interrogationem aptè recogitavi: ex illa hoc argumentum deduxi, & periclitari aliorum ingeniorum vires, & eruditionem deſiderans, nonnullis viris magnis propoſui. Illo ſui primùm uſus Romæ in publica diſputatione: & quia ſtudii Regens aliter, aliter Præſes, & aliter Doctores, qui intererant, reſponſabant, nihil aliud objicere illis potui, quàm *Conciertenſe, y lloverà*. Propoſui iterum Viennæ in Auſtria, & Præſes difficultatem ſentiſcens, voluit ex hac Propoſitione, & aliis lumine naturali notis ſimul ſumptis ſequi contradictoria, ſed tunc non hæc Propoſitio, ſed aggregatum illud eſſet impoſſibile, & nos, non de illo aggregato, ſed de hac nuda Propoſitione, *Nihil eſt*, diſputabamus. Rurſus, ſed minori fortuna hoc Pragæ argumentum ediſſerui: & quid obtinui? Reſponſio fuit, non debere de re tam certa dubitari: nam ex hac, *Nihil eſt* deducebatur hæc, *Deus non eſt*: neutramque à Viro ſapiente, & præcipuè Religioſo debere cogitari, aut proferri cùm in Pſalmo 13.1. legatur, *Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus*. Et judicarunt docti argumento minimè reſponderi; non enim in palliatas, aut apertas injurias prorumperet, qui bonam ſolutionem haberet.

Ex Antecedente negativo nō poteſt Conſequentia affirmativa inferri.

Oculatiſſimè audiri interdū ſolent, quæ cęcè dicuntur.

Iterum, uerūque, aut etiam tertiò, ab Authore, hoc fuit Argumentum propoſitum.

Indocti, ubi quid ſint dicturi, neſciunt, ad injurias recurrunt.

Tuum ergo erit, Pater Reverendiſſime, ſingulas recognoſcere Propoſitiones, & vera illas Reſponſione diluere, & conſulentem inſtituere, & amare. &c.

CCCXCV. Qualis fuerit Ill. Dn. Antonius de San Pedro?

HÆC Epiſtola tametſi in proprias Reverendiſſimi Domini manus tradita; aliquot annorum ſpatio hæſit, quin ullam reſponſionem habuerit. Nec miror, ſcio enim quàm grave onus importet Doctorem & Cathedraticum eſſe Salmanticæ, & ideò ſi ab Amicis, qui illam Academiam honorant, recipio literas, habeo debitas gratias; ſin minùs, illos aſſero excuſari debere.

Sanè Dn. Antonius de San Pedro, ingenii ſummi Vir, fuit Religioſus Ciſtercienſis, in noſtro Cæſareo Monaſterio de Spinâ. Et Salmanticæ ad Lauream, & Theologicam Profeſſionem promotus, cum magno applauſu & Diſcipulorum concurſu docuit multis annis. In Ordinis Generalem adſumptus cum magnâ Pietate & Prudentiâ gubernavit. Et tandem ad Epiſcopatum promotus, in Americam miſſus; & ad iter ſe accingens, Madriti ad Me ſcripſit humaniſſimas literas; in quibus & vale dicebat; & utrùm Reſponſionem ad meam illam Epiſtolam, à ſe jam dudum miſſam, recepiſſem, rogabat: ſin minùs, ſe exemplum (quod *Copiam* nos Hiſpanice dicimus) ſe ante diſceſſum, reſcripturum, & remiſſurum, pollicebatur.

Abiit. Salvus & incolumis pervenit Hiſpalim. Inde progreſſus eſt ad Civitatem, quæ *Sanlucar* vocatur: in quâ febri correptus, ſpatio paucorum dierum obiit [a] & magnum ſui apud Viros eruditos & doctos deſiderium reliquit.

Ejus inexſpectata mors, nam

Caret eventu Spes bona ſæpe ſuo,

reliquit meam Exſpectationem deluſam, & ideò cogitare debui, & alium adhuc Magiſtrum quærere, cui confidenter poſſem dicere, *Domine, illumina tenebras meas*.

a] *Habebat apud ſe Manuſcripta, magno ſtudio per triginta ſolidos annos elaborata Salmanticæ, eſſet dolendū, ſi perirent: & utinam in tales illa manus veniant, in quibus non patiantur naufragium.*

SECTIO II.

Adm. Reverendiſſimi P. Andreæ Mendi, & Authoris de eodē Argumēto Diſputatio proponitur.

CCCXCVI. Reverendiſſimi P. Andreas Mendus laudatus.

DUM hujuſmodi cogitationibus præpedirer, venerunt ad Me diverſi libri, à Reverendiſſ. P. Andreâ Mendo S. J. in lucē miſſi; in quibus ille oſtendit ſe eſſe ſublimi Ingenio præditum: & ideò, ut cum Dn. Antonio inceptam Diſſertationem promoverem, ſumpſi calamum & ſcripſi iſtas literas.

EPISTOLA II.

Reverendiſſimo P. ANDREAE MENDO, Locrunienſi, è Societate Ieſu in Provinciâ Caſtellanâ; Regum Catholicorum PHILIPPI IV. & CAROLI II. Concionatori: Supremi Hiſpaniarum Senatûs Fidei Cenſori: olim Salmanticæ Theologiæ Profeſſori; & inibi Examinatori Synodali, &c. nec non Excellentiſsimi D. Ducis de Oſſunâ Mediolanenſis Gubernatoris Confeſſario, &c.

Ioannes Caramuel. S. P.

*] *Sacra Theologia Doctores, hoc titulo honorantur Lovanii*

Eximie [*] Domine, Magiſter noſter.

COS rudis, & obtuſus eſt lapis, & tamen cultellos ſubtiliſſimos ut calamos præparent, acuit; & Ego ideò ad Te, Philoſophe ſubtiliſſime, confidenter accedo, tametſi enim me obtuſo ingenio præpediri, & experiar, & fatear, Tuum ſpero ita dubitando, proponendo, & inſtando exercere, & acuere, ut ſcribere debeas, quæ cum admiratione, & fructu ſit lectura Poſteritas; & Tibi, qui reſolviſti ſolidè; & mihi, qui non ſine providentia propoſui, debeat gratias agere Reverendiſſimas. Ergo incipio Doctiſſime Vir, & interrogo.

De Impoſſibilitate, & Repugnantia. Quid importēt hi termini?

Quid ſignificant hæ voces, Impoſſibile, *&* Repugnans, *ſæpe enim legimus, & audimus*, Hoc eſt impoſſibile, Illud repugnat de potentia abſoluta. *In quo-nam vera definitio, & conceptus Repugnantiæ, & Impoſſibilitatis conſiſtit?*

Rem oculatiſſimè conſidera. Legem nullam præſcribo; ſeu diffundere placeat, ſeu contrahere Reſolutionem libeat, illam Ego pro Fundamento adſumam, & duabus notitiis (hoc eſt, Impoſſibilitatis & Repugnantiæ cognitionibus) expeditus, Caucaſum transvolabo. Vale. Dat. 2. April. 1674.

REVERENDISS. P. MENDI RESPONSIO.

CCCXCVII. An coram Sole Stellæ luceant?

CORam Te, qui Scientiis omnibus Sol irradias, ſtellulæ non apparent, & niſi à tuo fulgore lumen ebibant, adhuc inter tenebras non lucebunt [a] Quomodo ergo, qui te Sapientiæ oraculum, ſæculorum Phænicem, doctrinæ omnimodæ encyclopædiam, miror, veneror, & publicè vociferor, audeam attingere, nec ſummis labris libare, quæ ſubtiliter proponis? Ignorantiam meam, quæ apud indoctos latet, palam aperiet hæc pagina, & cæteræ, quibus ad quæſita reſpondere conabor. Verùm tuum erit docere, meum eſt diſcere.

An lucem ab ipſo recipiant? Quid Impoſſibile & Repugnans ſit & verùm & quo modo inter ſe diſtinguantur?

Impoſſibilitas, & repugnantia, reipſa (ſaltem in communi modo loquendi) idem ſunt; at ſecundum formales conceptus diſtinguuntur. Impoſſibile quidem primariò, & per ſe habet reſpectum, ſeu quaſi relationem ad eam potentiam, cujus intuitu eſt impoſſibile; & involvit in ſe prædicata repugnantia, quaſi ſecundariò, & idemticè. Repugnantia autem primariò, & per ſe habet reſpectum ad prædicata intrinſeca, quæ cohærere nequeunt; & includit quaſi ſecundariò, & idemticè impoſſibilitatem. Cæterùm non omne, quod reſpectu alicujus potentiæ eſt impoſſibile, abſolutè eſt repugnans; verbi gratia; Equus non eſt repugnans, & impoſſibile eſt generari à formica. Quare ſi reſpectu diverſorum ſit ſermo, non eſt idem impoſſibilitas, & repugnantia; latiùs enim patet impoſſibilitas, quàm repugnantia. Quidquid enim ex prædicatis intrinſecis repugnat, eſt impoſſibile abſolutè;

Impoſſibile eſt vel ſimpliciter vel relativè.

lutè; v. gr. *Homo leo* [b] *Præteritum præſens*. Et quævis *Chimæra*. Non autem eſt repugnans in ſe, & ſecundum intrinſeca, quidquid reſpectu hujus, vel illius potentiæ eſt impoſſibile; ſolùmque erit repugnans, quod reſpectu potentiæ Divinæ ordinariæ, & abſolutæ, & conſequenter reſpectu omnis potentiæ creatæ, & creabilis, eſt impoſſibile. Hinc quando aſſeritur; *Id repugnat de potentia abſoluta*; involvitur in ea repugnantia abſoluta impoſſibilitas; & formaliùs aſſereretur; Hoc eſt impoſſibile reſpectu potentiæ etiam abſolutæ Dei. Vel hoc repugnat; nempè ſecundùm intrinſeca prædicata. Et quia hi termini habent præfatam incluſionem, ſeu quaſi ſubalternationem, difficile eſt, eos definiri, niſi partim unum per aliud, & quaſi per circulum, quia non facilè reperietur genus ſupra utrumque, quod ſit immediatum, ſeu proximum.

Impoſſibile de potentia Dei abſoluta.

An in rerum Definitionibus circulum committere aliquando cogamur?

Ex his definitiones eruo. REPUGNANTIA eſt *conceptus objectivus rei in ſe involvens prædicata contradictoria* [c] IMPOSSIBILITAS eſt *conceptus objectivus rei ad quam producendam nullam potentia virtutem continet*. Hinc ſi impoſſibilitas ſit ex natura rei, erit ſermo de potentia naturali, & de ordinaria Dei; ſi verò ſit impoſſibilitas abſoluta, Sermo erit de qualibet potentia.

Aliter vulgò, & aliter termini accipiuntur Scholaſticè.

Si dicatur; Idem contingit in repugnantia, nam hæc poteſt eſſe ex natura rei, vel abſoluta; Reſpondeo, ſi attendamus ad conceptus formaliſſimos, repugnantia involvit prædicata contradictoria abſoluta, atque adeò nequit eſſe ſolùm ex natura rei; at quia in communi loquendi modo ſumuntur in eodem ſenſu impoſſibilitas, & repugnantia, ideò aſſeritur, repugnantiam eſſe ex natura rei, aut abſolutè. Vale. Dat. 11. April. 1674.

ERoditio poſtulat, ut præter res, quæ principalem Controverſiam concernunt, aliæ, ſiquæ ſuccurrunt, illuſtrentur opportunis Scholiis.

CCCXCVIII De luce Syderum.

a] Stellas lucere coram Sole non poſſe; ipſaſque Solaribus illuminari radiis, communis aſſeverat Opinio. Eam ſupponit impræſentiarùm Mendus; quoniam ut Amicum honoret, ad communem Aſtronomorum Opinionem prudentiſſimè adluſit.

Venus & Iupiter lucente Sole aliquando videntur.

Interim poſt ortum Solis Venerem per multas horas, Jovem per aliquas ſuſpectamus interdum.

De luce Stellarum. An illam à Sole recipiant?

Et Adfixis Syderibus obeſt maxima intercapedo, ut lucem à Sole recipiant. Si collocanda ſint immediatè ſupra Saturni circulos (quod non puto) à nobis plùs quàm Saturnus aberunt: & tunc quo illa Sol modo poterit tam vividâ luce illuſtrare, qui tam emortuâ & languidâ globum Saturni illuminat?

Non ſemper Doctrinæ veriſſimæ illuſtrantur opportunis exemplis.

b] Cùm de Impoſſibilibus agunt Philoſophi, bonas doctrinas, quas eruditè tradunt, confirmant importunis Exemplis. *Homo-leo* in ſuo conceptu naturas humanam, & leoninam conjungit. Hircinam & Cervinam *Hircocervus*. Et *Chimæra* Aquilinam, Leoninam, & Serpentinam. Et quis hucuſque demonſtravit hujuſmodi Animantes impoſſibiles eſſe. In Chriſto Divinitas & Humanitas hypoſtaticè uniuntur: non ergo repugnat, & in Scholâ D. Thomæ præcipuè, ut à Chimæræ Suppoſito diverſæ ſimul ſuſtententur naturæ.

An Homo-leo, Hircocervus, & Chimæra, ſint poſſibiles?

Et, ſi agamus de Identificatione, omnes poſitivas formalitates, quæ ex naturâ rei, aut ratione ratiocinatâ diſtinguuntur, poſſe divinitùs diſtingui realiter & ſeparari: &, quæ diſtinguuntur realiter, poſſe divinitùs identificari Doctorum tenet Novitiorum Opinio, contra quam nulla hucuſque prodiit Demonſtratio. Præterea, nihil hîc de *Monte ſine valle* dico: quoniam in noſtrâ Bicipiti Matheſi illum eſſe poſſibilem perſuaſi Geometricâ demonſtratione. Denique dubitant Recentiores, An Deus Romanum *Ubi* poſſit collocare Pariſiis? Ergo dubitabunt etiam, An præteritum Tempus poſſit nunc reproducere, & in Præſens convertere. Ergo, ut apta exempla proponantur, conjungi debent termini, qui immediatè aut ſaltem mediatè dicant contradictionem.

An ex natura rei diſticta, ſeparare: & realiter diſtincta identificare poſſit Deus?

An Mons ſine valle ſit poſſibilis?

An unus locus in alio, an unū Tempus poſſit in alio poni?

c] Scitè ergo P. Mendus reſpondit ad Quæſtionem propoſitam: nulla enim inveniri poteſt Impoſſibilitas, unde nec immediatè, nec mediatè contradictio reſultat.

Mendi Reſolutio adprobatur

EPI-

EPISTOLA II.

Reverendiſſimo P. ANDREAE MENDO, Locrunienſi, è Societate Ieſu in Provinciâ Caſtellanâ; Regum Catholicorum PHILIPPI IV. & CAROLI II. Concionatori: Supremi Hiſpaniarum Senatûs Fidei Cenſori: olim Salmanticæ Theologiæ Profeſſori; & inibi Examinatori Synodali, &c. nec non Excellentiſsimi D. Ducis de Oſſunâ Mediolanenſis Gubernatoris Confeſſario, &c.

Ioannes Caramuel. S. P.

*] *Sacræ Theologiæ Doctores, hoc titulo honorantur Lovanii*

Eximie [*] Domine, Magiſter noſter.

COS rudis, & obtuſus eſt lapis, & tamen cultellos ſubtiliſſimos ut calamos præparent, acuit; & Ego ideò ad Te, Philoſophe ſubtiliſſime, confidenter accedo, tametſi enim me obtuſo ingenio præpediri, & experiar, & fatear, Tuum ſpero ita dubitando, proponendo, & inſtando exercere, & acuere, ut ſcribere debeas, quæ cum admiratione,& fructu ſit lectura Poſteritas; & Tibi, qui reſolviſti ſolidè; & mihi, qui non ſine providentia propoſui, debeat gratias agere Reverendiſſimas. Ego incipio Doctiſſime Vir, & interrogo.

De Impoſſibilitate, & Repugnantia. Quid importēt hi termini?

Quid ſignificant hæ voces, Impoſſibile, *&* Repugnans, *ſæpe enim legimus, & audimus*, Hoc eſt impoſſibile, Illud repugnat de potentia abſoluta. *In quo-nam vera definitio, & conceptus Repugnantiæ, & Impoſſibilitatis conſiſtit?*

Rem oculatiſſimè conſidera. Legem nullam præſcribo; ſeu diffundere placeat, ſeu contrahere Reſolutionem libeat, illam Ego pro Fundamento adſumam, & duabus notitiis (hoc eſt, Impoſſibilitatis & Repugnantiæ cognitionibus) expeditus, Caucaſum transvolabo. Vale. Dat. 2. April. 1674.

REVERENDISS. P. MENDI RESPONSIO.

CCCXCVII. An coram Sole Stellæ luceant?

COram Te, qui Scientiis omnibus Sol irradias, ſtellulæ non apparent, & niſi à tuo fulgore lumen ebibant, adhuc inter tenebras non lucebunt [a] Quomodo ergo, qui te Sapientiæ oraculum, ſæculorum *Phænicem*, doctrinæ omnimodæ encyclopædiam, miror, veneror, & publicè vociferor, audeam attingere, nec ſummis labris libare, quæ ſubtiliter proponis? Ignorantiam meam, quæ apud indoctos latet, palam aperiet hæc pagina, & cæteræ, quibus ad quæſita reſpondere conabor. Verùm tuum erit docere, meum eſt diſcere.

An lucem ab ipſo recipiant? Quid Impoſſibile & Repugnans ſit & Utrùm & quo modo inter ſe diſtinguantur?

Impoſſibilitas, & repugnantia, reipſa (ſaltem in communi modo loquendi) idem ſunt; at ſecundum formales conceptus diſtinguuntur. Impoſſibile quidem primariò, & per ſe habet reſpectum, ſeu quaſi relationem ad eam potentiam, cujus intuitu eſt impoſſibile; & involvit in ſe prædicata repugnantia, quaſi ſecundariò, & identicè. Repugnantia autem primariò, & per ſe habet reſpectum ad prædicata intrinſeca, quæ cohærere nequeunt; & includit quaſi ſecundariò, & identicè impoſſibilitatem. Cæterùm non omne, quod reſpectu alicujus potentiæ eſt impoſſibile, abſolutè eſt repugnans; verbi gratia; Equus non eſt repugnans, & impoſſibile eſt generari à formica. Quare ſi reſpectu diverſorum ſit ſermo, non eſt idem impoſſibilitas, & repugnantia; latiùs enim patet impoſſibilitas, quàm repugnantia. Quidquid enim ex prædicatis intrinſecis repugnat, eſt impoſſibile abſolutè;

lutè; v. gr. *Homo leo* [b] *Præteritum præſens*. Et quævis *Chimara*. Non autem eſt repugnans in ſe, & ſecundum intrinſeca, quidquid reſpectu hujus, vel illius potentiæ eſt impoſſibile; ſolùmque erit repugnans, quod reſpectu potentiæ Divinæ ordinatiæ, & abſolutæ, & conſequenter reſpectu omnis potentiæ creatæ, & creabilis, eſt impoſſibile. Hinc quando aſſeritur; *Id repugnat de potentia abſoluta*; involvitur in ea repugnantia abſoluta impoſſibilitas; & formaliùs aſſereretur; Hoc eſt impoſſibile reſpectu potentiæ etiam abſolutæ Dei. Vel hoc repugnat; nempè ſecundùm intrinſeca prædicata. Et quia hi termini habent præfatam incluſionem, ſeu quaſi ſubalternationem, difficile eſt, eos definiri, niſi partim unum per aliud, & quaſi per circulum, quia non facilè reperietur genus ſupra utrumque, quod ſit immediatum, ſeu proximum.

Impoſſibile eſt vel ſimpliciter vel relativè.

Impoſſibile de potentia Dei abſoluta.

Ex his definitiones eruo. REPUGNANTIA eſt *conceptus objectivus rei in ſe involvens prædicata contradictoria* [c] IMPOSSIBILITAS eſt *conceptus objectivus rei ad quam producendam nullam potentia virtutem continet*. Hinc ſi impoſſibilitas ſit ex natura rei, erit ſermo de potentia naturali, & de ordinaria Dei; ſi verò ſit impoſſibilitas abſoluta, Sermo erit de qualibet potentia.

An in rerum Definitionibus circulum committere aliquando cogamur?

Si dicatur; Idem contingit in repugnantia, nam hæc poteſt eſſe ex natura rei, vel abſoluta; Reſpondeo, ſi attendamus ad conceptus formaliſſimos, repugnantia involvit prædicata contradictoria abſoluta, atque adeò nequit eſſe ſolùm ex natura rei; at quia in communi loquendi modo ſumuntur in eodem ſenſu impoſſibilitas, & repugnantia, ideò aſſeritur, repugnantiam eſſe ex natura rei, aut abſolutè. Vale. Dat. 11. April. 1674.

Aliter vulgò, & aliter termini accipiuntur Scholaſticè.

ERuditio poſtulat, ut præter res, quæ principalem Controverſiam concernunt, aliæ, ſiquæ ſuccurrunt, illuſtrentur opportunis Scholiis.

CCCXCVIII *a*] Stellas lucere coram Sole non poſſe: ipſaſque Solaribus illuminari radiis, communis aſſeverat Opinio. Eam ſupponit impræſentiarùm Mendus; quoniam ut Amicum honoret, ad communem Aſtronomorum Opinionem prudentiſſimè adluſit.

De luce Syderum.

Interim poſt ortum Solis Venerem per multas horas, Jovem per aliquas ſuſpectamus interdum.

Venus & Iupiter lucente Sole aliquando videntur.

Et Adfixis Syderibus obeſt maxima intercapedo, ut lucem à Sole recipiant. Si collocanda ſint immediatè ſupra Saturni circulos (quod non puto) à nobis plùs quàm Saturnus aberunt: & tunc quo illa Sol modo poterit tam vividâ luce illuſtrare, qui tam emortuâ & languidâ globum Saturni illuminat?

De luce Stellarum.
An illam à Sole recipiant?

b] Cùm de Impoſſibilibus agunt Philoſophi, bonas doctrinas, quas eruditè tradunt, confirmant importunis Exemplis. *Homo-leo* in ſuo conceptu naturas humanam, & leoninam conjungit. Hircinam & Cervinam *Hircocervus*. Et *Chimara* Aquilinam, Leoninam, & Serpentinam. Et quis hucuſque demonſtravit hujuſmodi Animantes impoſſibiles eſſe. In Chriſto Divinitas & Humanitas hypoſtaticè uniuntur: non ergo repugnat, & in Scholâ D. Thomæ præcipuè, ut à Chimeræ Suppoſito diverſæ ſimul ſuſtententur naturæ. Et, ſi agamus de Idemtificatione, omnes poſitivas formalitates, quæ ex naturâ rei, aut ratione ratiocinatâ diſtinguuntur, poſſe diviniùs diſtingui realiter & ſeparari: &, quæ diſtinguuntur realiter, poſſe divinitùs idemtificari Doctorum tenet Novitiorum Opinio, contra quam nulla hucuſque prodiit Demonſtratio. Præterea, nihil hîc de *Monte ſine valle* dico: quoniam in noſtrâ Bicipiti Matheſi illum eſſe poſſibilem perſuaſi Geometricâ demonſtratione. Denique dubitant Recentiores, An Deus Romanum *Ubi* poſſit collocare Pariſiis? Ergo dubitabunt etiam, An præteritum Tempus poſſit nunc reproducere, & in Præſens convertere. Ergo, ut apta exempla proponantur, conjungi debent termini, qui immediatè aut ſaltem mediatè dicant contradictionem.

Non ſemper Doctrinæ veriſſimæ illuſtrantur opportunis exemplis.

An Homo-leo, Hircocervus, & Chimæra, ſint poſſibiles?

An ex natura rei diſtincta, ſeparare: & realiter diſtincta idemtificare poſſit Deus?

An Mons ſine valle ſit poſſibilis?

An unus locus in alio, an unū Tempus poſſit in alio poni?

c] Scitè ergo P. Mendus reſpondit ad Quæſtionem propoſitam: nulla enim inveniri poteſt Impoſſibilitas, unde nec immediatè, nec mediatè contradictio reſultat.

Mendi Reſolutio adprobatur

EPI-

EPISTOLA III.

Eidem Reverendiſſimo Patri.

CCCIC.

Quanti P. Mendum æſtimet & faciat Caramuel?

SEvera argumentandi Methodus poſtulat, ut circumloquia decircinem; quæ enim ab univerſis ſciuntur, ſupponi potiùs debent, quàm copioſo verborum apparatu explicari. Ergo quanta Ego Ingenium Tuum veneratione proſequor, fruſtrà commemorabo; ſufficit enim Te elegiſſe in Magiſtrum, ut omnes reſciant, ad Te unicum mea vota direxiſſe, quia non invenio in Orbe Literario majorem. Ergo ſuperfluis intermiſſis præludiis ad rem venio.

Quid ſit abſolutè impoſſibile?

Laudo itaque & admitto Impoſſibilitatis diſtinctionem; ſcitè enim illam in Abſolutam & Relativam dividis; & quia hæc (Relativa) impræſentiarùm mea non intereſt, ad alteram (Abſolutam) mentis aciem convertam, ejuſque à Te doctè traditam definitionem confidenter admittam. Erit ergo *impoſſibile, abſolutè loquendo, quod à quocumque extrinſeco termino, aut connotato praſcindendo, repugnat ex ſuis prædicatis intrinſecis.*

Quid ſit, quod repugnat ſimpliciter?

Recognoſco illud verbum *repugnat*, & interrogo, *Quid ſit Repugnans?* Et Tu ingenioſè, & ſolidè, ſic me inſtruis. *Repugnans*, ais, *eſt conceptus objectivus rei involvens prædicata contradictoria.* Agis ergo de prædicatis intrinſecis; nam extrinſeca non dicuntur involvi, nec Abſolutam Repugnantiam conſtituunt. Et nos de Abſoluta Repugnantia diſſerimus, ut illam cum Abſoluta Impoſſibilitate componamus.

Qualis ſit hodie Peripatus?

Quæ ſit Atheſis?

Et hinc Ego, his duabus alis expeditus, ex Peripatu (in (a) quo plurima Ariſtotelis Placita, & raras Concluſiones reperio; in quo, inquam, multi ſunt Mercatores, pauci Milites, multi enim unam Propoſitionem, ut altera ſibi concedatur, concedunt; pauci autem irruunt, fulminant, aſſenſumque etiam ab invitis extorquent) Atheſim evolabo. Eſt autem *Atheſis* (id etymon vociferatur: nam *α* eſt privativa particula, & θέσις, *poſitio*) Veritatis Schola, in qua nihil ponitur, nihil ſupponitur; ſed exercendi ingenii gratia, de omni re controvertitur, & illa tantùm admittitur Aſſertio, quæ probatur. Aliæ poſteà ſuccurrent; hæc, *nulla res eſt*, ſi per Te licet, primo loco veniat examinanda.

De Propoſitione *Nihil eſt.*

Per ſe notam continet falſitatem: jam video: quoniam, ſi vera eſſet, nec exiſteret in rerum natura hæc charta, cui hos characteres inſcribo; nec Ego, qui ſcribo. Vlteriùs autem Curioſitas pergit, & interrogat, *An ſit neceſſaria ejus falſitas?*

Syllogiſmus principalis proponitur.

Negat Theopompus; &, ut ſe bene negaviſſe perſuadeat, ex duabus tuis Definitionibus unicam concinnat, & ait. [*Repugnans, eſt conceptus objectivus rei, involvens prædicata intrinſeca contradictoria.* At hæc ipſa Propoſitio *Nulla res eſt*, non involvit prædicata intrinſeca contradictoria. Ergo hæc ipſa Propoſitio objectiva non repugnat. Probatur Minor. Illa Propoſitio involvit prædicata intrinſeca contradictoria, ex qua juxta bonæ Dialecticæ leges inferuntur duæ Prædicationes contradictoriæ. Sed ex hac, *Nulla res eſt*, nullæ poſſunt contradictoriæ Prædicationes inferri. Ergo hæc ipſa nullo modo repugnat.]

Verùm Vniverſalis ab aſſerente debeat poſitivè probari?

An ſemper Concluſio partem debiliorem ſequatur?

Tota hujus diſcurſus difficultas in ultimam Minorem exonerat; quæ, cùm univerſalis ſit, non debet poſitivè [b] probari; Reſpondenti enim incumbit onus deſignandi contradictorias, quæ inferri dicuntur ex illa. Interim, ne ignavus cenſeatur, aut dicatur Theopompus, ad arenam animoſè revertitur, & illam ipſam Minorem poſitivè demonſtrandam adſumit: ſic igitur ratiocinatur. [Concluſio ſequitur debiliorem partem; & hanc ob rem, nec ex particulari univerſalis, nec ex negante aſſerens poterit in bona conſequentia deduci. At hæc Propoſitio, *nulla res eſt*, eſt negativa. Ergo ex illa, etſi quæcumque alia affirmativa adjungatur, ut binarius Præmiſſarum reſultet, nulla ſequi poterit affirmativa. Sed ſic eſt, quod Contradictio duas Prædicationes (aſſerentem, & negantem) includit; Ergo ex

Propo-

Propoſitione, ex qua nulla affirmativa inferri poteſt, nulla ſequitur Contradictio. At oſtenderamus, ex hac, *Nulla res eſt*, nullam poſſe aſſerentem inferri. Manet ergo nullam ex eadem Contradictionem ſuboriri.]

Quando quæritur, Vtrum aliqua res repugnet? ſeorſim, & ſecundum ſe illa, & ſine addito debet conſiderari

Nec patietur Theopompus, ut cum illa alteram incompoſſibilem componas; tunc enim, non in illa, ſed in utriuſque incompoſſibilitate Repugnantia conſiſteret: quoniam, ſi Ego dixerim, *Ex hac Propoſitione* Omnis homo eſt albus, *non ſequitur contradictio*; malè Titius argumentaretur, ſi inſtaret. (Per te omnis homo eſt albus, Atqui aliquis homo non eſt albus, *Eſſe* & *non eſſe* important contradictionem. Ergo ſequitur contradictio.) nam reſponderem illicò, nulla in mea Propoſitione intrinſeca prædicata contradictoria includi; nullas ex ea contradictorias Aſſertiones inferri: ſed contradictionem illam, quam Titius urget, ſequi ex incompoſſibilitate, quam cum mea habet altera, quam adſumpſerat Titius.

Stat igitur hanc Propoſitionem, *Nulla res eſt*, nec eſſe impoſſibilem, nec repugnare. Vale, Dat. 12. April. 1674.

R.MI P. MENDI RESPONSIO.

CD.

Contradictoria, aliàs involvuntur expreſsè, & aliquando implicitè.

INquiris à me, *Illuſtriſſime* Præſul, quomodo ſit Repugnans, & duo prædicata contradictoria intrinſecè involvat hæc Propoſitio, *Nulla res eſt*.

Repugnantia illativa.

An Deus mentiri poſſit?

Vt Reſpondeam, ſuppono, Repugnantiam formaliſſimè ſumptam involvere in ſuo conceptu immediatè *eſſe* & *non eſſe*, ſeu compoſitionem entis cum ſui negatione, & hæc eſt repugnantia primaria, & Metaphyſica. Præterea alia eſt repugnantia, ſeu impoſſibilitas, quæ formaliſſimè non involvit ea contradictoria, ſed hæc implicitè ibi includuntur, & per conſequentias evidentes inferuntur; ſic *Deum mentiri*, includit contradictoria, quæ clarè per argumentationem colliguntur. Rurſus dupliciter poſſunt involvi prædicata contradictoria, vel ſignatè, vel exercitè. Involvuntur ſignatè, quando expreſſis verbis, & apprehenſionibus componitur ens cum ſui negatione, veluti *rationale irrationale*; ad quod reducitur compoſitio entis, quod affert ſecum negationem alterius, & utrumque conjungitur, ut *hirco-cervus*. Exercitè verò involvuntur, quando id, quod enuntiat Propoſitio, negat ipſam exiſtentiam propoſitionis.

In Signatam, & Exercitam Contradictio dividitur.

Hinc dupliciter poſſunt inſpici prædicata contradictoria in hac propoſitione *Nulla res eſt*, Primò, quia prædicatum hujus propoſitionis, eſt negatio omnis entis, & ipſa propoſitio aliquod ens eſt; Ergo propoſitio *Nullum ens eſt, ſeu res*, componit exercitè negationem omnis entis cum aliquo ente, ſcilicet cum ſeipſa: quæ compoſitio non eſt grammaticalis entis cum non ente, ſed realis & Philoſophica. Secundò per argumentationem inferuntur ea prædicata contradictoria. *Nullum ens eſt; Ergo nec hac propoſitio eſt*. Probo conſequentiam. Per te nullum ens eſt; ſed hæc propoſitio aliquod ens eſt: ergo hæc propoſitio non eſt. Igitur hæc propoſitio eſt, & non eſt; ubi devenimus ad genus generaliſſimum repugnantiæ *eſt*, & *non eſt*. Et quidem, *eſt*; ſiquidem enuntiatur; *non eſt*, ut probavi. (c)

Ex hac Propoſitione, *Nulla res eſt*, contradictoria ſequi, ingenioſe perſuadet.

Ad argumentum, ſeu ad Minorem, in qua tota vis illius conſiſtit, cùm incumbat reſpondenti onus deſignandi contradictorias, quæ inferuntur, jam eas deſignavi. Adprobationem minoris reſpondeo; me non inferre propoſitionem affirmantem ex negante; ſed ex negante univerſali, & affirmante particulari, negantem determinatè. Et præterea oſtendi in ipſa propoſitione negante involvi exercitè affirmantem contradictoriam. Quare conceſſa probatione extremæ Minoris, ſtat noſtra ſolutio. Nec (ut ultimæ inſtantiæ faciam ſatis) alteram propoſitionem incompoſſibilem addo; ſicut adderetur ibi; *Omnis homo eſt albus*, at *Aliquis homo non eſt albus*; cùm hæc ſecunda propoſitio non involvatur ullo modo, nec exercitè, nec per diſcurſum in prima. Cæterùm Ego ex viſceribus propoſitionis *Nulla res eſt*, erui contradictoriam, tum exercitè, tum per argumentationem dialecticam. Vale.

Vtri (Argumentatori, an Reſpondenti) incumbat obligatio, Contradictorias deſignandi?

Suam Reſponſionem P. Mendus novo ratiocinio confirmat.

CDI.

De Concluſione & Placito. An, & quo modo differat inter ſe?

VT liquidiùs & meliùs intelligantur præcedentia, aliquas etiamnum Notas, aut Animadverſiones ſubjungamus.

a] Et primò exponi petit Logicus, *Quid Placiti nomine intelligendum ſit: & quo illud modo à Concluſione diſtinguatur?*

Illa profectò Aſſertio ſortitur *Concluſionis* vocabulum, quæ in Argumentatione legitimâ ex veris Præmiſſis infertur. At, quia ſæpe contingit, aliquam tueri Philoſophum Propoſitionem, non, quia illam poteſt firmâ ali-

quâ

quâ confirmare ratione, ſed, quia nemo poteſt perſuadere Contrariam, uſus Scholæ obtinuit, ut *Placitum* illa dicatur. Aſſertio autem, quæ nullo probabili ratiocinio fulcitur; quam quis propugnat temerè,

An omnia Placita ſint Philoſophica?

Non, quia ſic licuit, ſed quia ſic placuit,
ut ut *Placitū* ſit, non eſt *Philoſophicū Placitum.* Quoniam nomen Subſtantivum ad rationabilem Propoſitionem, quæ ſaltem negativè probetur, adjectum epitheton reſtringit.

An, & quo Vniverſales Propoſitiones modo in Diſputatione perſuadeantur?

b] Etiam hîc pro Dialecticis notari debet, Univerſales Poſitiones (Aſſerentes, aut Negantes eæ ſint) non debere ab Argumentatore poſitivè probari, ſed ad Reſpondentem remitti. Quoniam ſi contra Titium argumentando, dixeris, *Omnis Ignis eſt calidus*, & tibi Titius iſtud Aſſertum neget: non debes dicere, *Probo*: quia infiniti ſint ignes, & de omnibus moveri dubium poſſit, erit infinita probatio. Titio ergo debes dicere. *Adſigna Ignem, qui non eſt calidus*. Et tunc ille talem ignem deſignare debebit, vel aliàs manebit illæſa illa Univerſalis Propoſitio, *Omnis ignis eſt calidus*.

Reſpondens tenetur adſignare illud Particulare de quo non verificatur Vniverſalis Propoſitionis Prædicatum.

c] Illa quæ de iſtâ Propoſitione, *Nulla res eſt*, dicebantur, poſſunt de hac *Nulla Propoſitio eſt*, dici quæ nullo prorſus modo poterit eſſe vera; Quoniam bene fluit hîc Diſcurſus.

Hæc Propoſitio, *Nulla Propoſitio eſt*, eſſe vera non poteſt.

Hæc Oratio, Nulla Propoſitio eſt, *eſt Propoſitio*.
Atquì hac Oratio eſt.
Ergo aliqua Propoſitio eſt.
Ergo illa Nulla Propoſitio eſt, *eſt falſa Propoſitio*.

Et ſimili modo de alterâ poterimus ratiocinari; puta dicendo.

An hæc Propoſitio, *Nulla res eſt*, poſſit eſſe vera?

Hæc Propoſitio, Nulla res eſt, *eſt aliqua res. Eſt enim aliquid*.
Atqui hæc Propoſitio eſt.
Ergo aliqua res eſt.
Illa ergo Propoſitio, Nulla res eſt, *erat falſa*.

An in omnibus iſtis Propoſitionibus verbū *Eſt* eodem modo ſumatur?

At iſtæ Contradictiones ut ut admitti à Grammaticis poſſint, debent negari à Dialectico ſeu Metaphyſico, quia quando dicitur *Nulla res eſt*, & *Nulla Propoſitio eſt*: illud *eſt* eſſe exiſtentiale (hoc eſt, **Sere**) ſignificat Quando autem additur, *Hæc Propoſitio eſt*, & *Hac Oratio eſt*, &c. Agitur de alio eſſe. Quoniam ex ſuppoſitione, quòd alteræ Propoſitiones ſint veræ, à P. Mendo non probatur per locum intrinſecum futuram eſſe aliquam Mentem, quæ illas cognoſcat, & de illis alias formet Propoſitiones.

Verbum *Eſſe* in affirmativis eſt **ſare**, in negativis autem **ſere**.

EPISTOLA IV.

Eidem Reverendiſſimo Patri.

CDII.
P. Mendi Reſponſio ad συνώνυμον reducitur.

Oculatiſſimè (Vir Optime) ratiocinaris. Et Ego Tecum doctrinam de contradictione incluſa, & illata; & de ſignata, & exercita libentiſſimè admitto: doctrinam, inquam, non exempla; quoniam in Hircocervo, ut ſtatim oſtendam, nullam repugnantiam reperio. Attentè Reſponſionem Tuam relego: & ipſa, ut video, ad hæc poterit verba reſtringi. [*Si hac Propoſitio*, nulla res eſt, *vera eſſet, etiam aliqua Propoſitio vera eſſet; Ergo aliqua Propoſitio eſſet; non enim eſſet vera, quin eſſet. Atqui omnis Propoſitio eſt res. Ergo aliqua res eſſet. Darentur igitur duo contradictoria; videlicet,* Nulla res eſt, *&* Aliqua res eſt, *&c.*]

At pace tua, mi Mende, totus iſte diſcurſus, etſi ingenioſiſſimè fluat, non videtur ſufficere. Nam

Ex rei eſſe aut non eſſe, non ſequitur fore Propoſitionē quę aſſerat aut neget illam rē eſſe.

Primò, ſi nulla res eſſet, non eſſet, cur aliqua Propoſitio eſſet. Et hoc oſtendo. Non eſt bona conſequentia, *Datur objectum, Ergo datur Propoſitio formalis*. Quoniam, ſi nullus Triangulus de facto eſſet, non eſſet neceſſarium dari de facto hanc Propoſitionem formalem, *Nullus Triangulus eſt*: nam, ſi nulla eſſet Perſona intellectualis, quæ illam formalem Propoſitionem poſſet elicere, adhuc nullus eſſet Triangulus. Ergo, ſi nulla res eſſet; non cenſeretur neceſſarium, eſſe in rebus hanc formalem Propoſitionem, *Nulla res eſt*.

Quid ſit Propoſitio Objectiva?

Secundò, Quia non valet recurſus ad Propoſitionem objectivam: hæc enim, aut nihil eſt, aut eſt idolum à formali formatum. Unde, ſi nulla eſſet Propoſitio formalis, nulla eſſet objectiva.

De Propoſitione ſecundū ſe, & de Poſſibili.

Tertiò, Quia Propoſitio, quæ *objectiva* vocatur, aut eſt Propoſitio ſecundum ſe, aut Propoſitio poſſibilis. De poſſibili ſum acturus ſtatim: agamus nunc de Propoſitione ſecundum ſe. Aſſero illam Propoſitionem objectivam ſecundum ſe conſideratam, nihil omninò eſſe: quoniam ſi aliquid eſſet, eſſet falſa, non vera. Ergo, ex ſuppoſitione quòd vera ſit, ſequitur quòd nihil ſit; &, ſi nihil eſt, non eſt

res:

Digitized by Google

res: &, ſi non eſt res, non inferet duas contradictorias ſimul veras. Ergo, tu ut duas inſeras contradictorias, jubes illi, ut ſimul ſit ſalſa, & ſit vera. Et quæſtio ſupponebat, ut puto illam eſſe veram tantummodò.

De rebus poſſibilibus.
An diminutum eſſe habeant?

QUARTÒ, Quia, ſi *objectivè* nomine Propoſitio poſſibilis intelligatur, de ipſa debebimus, ſicut de aliis rebus poſſibilibus philoſophari. Ergo diſcurram ſic; vel res poſſibiles habent eſſe diminutum, quale opinatur Scotus; vel nihil omninò dicunt præter denominationem extrinſecam, ſumptam à potentia factrice, ut opinantur nonnulli; vel denique nihil aliud ſunt, quàm ipſamet operatrix potentia, ut cum Auguſtino multi hodie Philoſophi, & Theologi affirmant.

[*] Nemo obloqueretur, ſi Scotiſtæ dicerent, illud eſſe diminutum quod habent creaturæ poſſibiles non ſere *ſed* ſare *(hoc eſt, non habere eſſe exiſtentiale, ſed quidditativum tantummodò.)*

At non valet Scoti inhærere veſtigiis, ejus enim de ente diminuto doctrina reprobatur in Schola [*] communiter: & ut ut ipſa videretur probabilis, nil evinceret, quæritur enim neceſſitas, & hanc doctrina merè probabilis non ſubminiſtrat. Præterea, illud ens diminutum in Scoti ſententia, cauſa cognitionis non eſt, ſed à cognitione, quam ſupponit, procedit. At oſtendimus non eſſe neceſſarium, ut detur hæc Propoſitio formalis, *Nulla res eſt*, ergo non erit in caſu neceſſarium, quòd detur hæc objectiva; *Nulla res eſt*.

Neminem convincere poteſt doctrina, quæ ſit merè probabilis.

Alia præterea ſententia non extorquet aſſenſum: quoniam ipſa eſt incerta; & in mea opinione non ſolùm eſt incerta, ſed eſt falſa. Quia omnis denominatio extrinſeca ſupponit ſubjectum quod denominet. At in noſtro caſu nullum datur ſubjectum, quod denominetur. Ergo talem dari denominationem extrinſecam, falſum eſt. Nec juvat ad entia rationis recurrere, quæ ab intellectu prodeunt, & nihil in rebus ſupponunt. Primò, quia falſa ſunt omnia, quæ de Entibus rationis dicuntur; à Peripateticorum enim adlucinatione & æquivocatione aboriuntur; quoniam, ſi bene perpendantur, Entia ſunt linguæ, quæ rationis vocantur; ut in noſtra Logica manifeſtè perſuaſi. Et *perſuaſi* dico; nam poſt me illa jam multi Philoſophi ſubtiliſſimi negant. Secundò, quia illi ipſi, qui entia rationis fingunt, teſtantur humanam mentem non poſſe rem ſimplicem impoſſibilem concipere, ſed ens rationis conſiſtere in rerum poſſibilium impoſſibili compoſitione. Tertiò, quia exempla, quæ adducunt, ut entia rationis dilucident, ſunt poſſibilia; quoniam in monte aureo, monte ſine valle, Hircocervo, & ſimilibus nullam Ego repugnantiam reperio. Et quidem montem aureum, ut ut de facto nuſquam ſit, eſſe poſſe non negabit, qui ſcit rerum omnium Creatorem Omnipotentem eſſe. Montem ſine valle eſſe poſſe; mea Matheſis oſtendit, quoniam *à pag.* 486. Montium elationem metitur & *art.3.pag.*488. *b. num.*544. Laminæ XIII. primam figuram explicat; & contra P. Philippum de Sanctiſſima Trinitate *in Philoſoph. part.* 1. (ſeu *Logic.*) *qu.*2.*art.*3.*argum.*2.*ad* 2. & *art.*5.*probat.*2. & alios, Montem ſine valle poſſibilem eſſe demonſtrat. Et tandem Hircocervum poſſibilem eſſe, ſic probo. Plus diſtat Deus ab Homine, quàm Cervus ab Hirco: at non repugnat quòd unum ſuppoſitum, Deus & Homo ſit ſimul, ut in Chriſto videmus, qui verè Θεάνδρος, *Deus-Homo* eſt: unde apud Dionyſium Θεανδρικὴ ἐνέργεια, ſæpe occurrit. Ergo, ſi per unionem Hypoſtaticam unitæ ſunt Divina & Humana naturæ, à fortiori Hircina & Cervina uniri poterunt: vel ſaltem nemo demonſtrabit contrarium. Quòd, ſi non de unione Hypoſtatica, ſed de identificatione, ſe loqui aſſerant, Hircocervus adhuc erit poſſibilis: quod ſic perſuadeo. Sunt poſſibiles Hircus & Cervus, quod nemo negat. Sed & eſt poſſibilis Hirci & Cervi identificatio, & hoc probatur. Quia aſſerit, & ſuadet Arriaga *in* 1. *part. pag.* 82. *b.* poſſe Deum unam creaturam condere; quæ duarum realiter diſtinctarum perfectionem contineat. Et hoc de facto in Homine præſtitiſſe Deum S. Gregorius aſſerit; quoniam, ut ipſe exiſtimat, intellectualitatem Angelorum, & ſenſibilitatem animantium, nec non plantarum vitam &c. in rationali Hominis anima Deus identificavit, Hæc eſt Gregorii opinio. Ipſe enim *Homil.*29.*in Evangelia*, illa Marci 16. verba, *Prædicate Evangelium omni creaturæ*; ediſſerens, ait. *Habet* (homo) *commune eſſe cum lapidibus, vivere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis*. Et ſi dixerit aliquis nil probari à Gregorio, dicam Ego, nullam me unquam demonſtrationem vidiſſe, quæ contrarium evinceret: addamque Eccleſiam hanc ipſam Sancti Patris doctrinam, ut bonam approbare, & proponere: nam in Adſcenſione Domini præcipit, ut hæc Gregorii Homilia in tertio nocturno legatur.

An dentur entia rationis?

CDIII.

An quis concipere poſſit rem ſimplicem impoſſibilem?

Non ſunt entia rationis, quæ putantur.

Mons aureus.

Mons ſine valle.

Hirco cervus.

Homo Deus &c.

Res poſſibiles ſunt.
An duas res realiter diſtinctas poſſit Deus identificare: & realiter identificatas dividere.
An dentur differentiæ communes?

D. Auguſtini de rerum poſſibilitate ſententia omnem contradictionem elidit: quia, ſi nulla res eſſet, nec ulla actualis, nec poſſibilis eſſet. Ergo, ſi agatur de re intelligibili, nulla eſſet mens intelligens, vel intellectiva: &, ſi de creabili nulla potentia creans, aut creativa. Nulla igitur Propoſitio eſſet. [*]

[*] Sanè bene hic probatur rē nullam eſſe, at non probatur nullam ſimul eſſe & nō eſſe.

An, ſi Ens non eſſet, nec Verũ eſſet?

QUINTÒ, Non entis nullæ ſunt proprietates: Ergo, ſi nulla res eſſet, eſſet merum non-ens. Ergo, nec eſſet verum, nec falſum; bonum nec malum, unum nec plura. Ergo de illo nullæ poſſent prædicationes formari: non enim eſſent, qui eas formarent, nec de quo formarentur. Ergo nulla eſſet propoſitio. Ergo non eſſet verum dicere, *Aliqua res eſt*.

An ſicut *Propoſitiones Æternæ Veritatis* dicuntur, ſic eædem ſint *immenſæ Veritatis* dicendæ?

SEXTÒ, ſi nullus in Mundo eſſet Triangulus, hæc Propoſitio, *Triangulus eſt figura habens tres angulos*, eſſet æternæ veritatis. Et quid important hæc verba? An talis Propoſitio, quia æternæ Veritatis eſſe dicitur, exiſtere in rerum natura dicetur? Minimè? Quid ergo? Reſpondro, non ſignificare aut importare hæc verba exſtituram abſolutè aliquam propoſitionem: ſed nullum eſſe, aut concipi temporis momentum poſſe, in quo, ſi illa diceretur, eſſet falſa. [Vnde eodem jure, quo *Æterna Veritatis* dicuntur, poſſent *Immenſa Veritatis* vocati; ſunt enim tales hujuſmodi Propoſitiones, ut nullus realis, aut poſſibilis locus poſſit eſſe vel concipi, in quo, ſi dicerentur, eſſent falſæ.] Ergò, ſi nulla res (actualis, aut poſſibilis) eſſet, hæc Propoſitio, *Nulla res eſt* eſſet Æternæ (aut etiam immenſæ) veritatis: adeòque nullam actualem, aut poſſibilem exiſtentiam haberet; ſed ut plurimùm poſſet dici habere exiſtentiam hypotheticam (hoc eſt, non ad Indicativum, ſed ad Subjunctivum Modum pertinentem) vi cujus ſi de facto in aliquo aut tempore aut loco eſſet, falſa non eſſet, aut etiam, ſi ſic velimus loqui, vera eſſet. Ergo ſicut hæ Propoſitiones, *Nulla lucerna lucet*, & *Hac lucerna, ſi arderet, luceret*, non ſunt contradictoriæ: ſic nec hæ *Nulla res eſt*, & *Hac Propoſitio, ſi exiſteret, eſſet res*; non erunt contradictoriæ.

De Veritate hypothetica.

An Abſolutæ contradicere poſſit Conditionata?

An in Contradictoriis debeat eſſe idem tempus?

SEPTIMÒ, Contradictoriæ debent eſſe de eodem tempore; unde hæ *Petrus curret*, & *Petrus non cucurrit*; nullo modo opponuntur. At ſi nulla res eſſet, nec tempus eſſet. Ergo, ſi nulla res eſſet, non poſſent dari duæ contradictoriæ.

An idẽ locus?

De Sacramento Venerabili.

OCTAVÒ, Contradictoriæ debent eſſe de eodem loco; unde, ſi corpus A poneretur in duobus locis, ſine ulla poſset contradictione in altero moveri, & in altero quieſcere [Et hoc de facto in Domino noſtro Ieſu-Chriſto obſervatur: multæ enim Propoſitiones, quæ de ipſo in Cœlo exiſtente dicuntur, de eodem in Euchariſtiæ Sacramento exiſtente ſine contradictionis ſuſpicione negantur] At, ſi nulla res eſset, nullus eſſet locus, nullum ubi, nullum ſpatium verum. Ergo in eo caſu nullæ eſſent poſſibiles contradictiones.

Vtrum Propoſitio ſit res?

NONÒ, Illa Propoſitio *Nulla res eſt*, in caſu quo eſſet vera, non eſſet res, Ergo, etſi eſſent, non eſset verum dicere, *Aliqua res eſt*. Nulla ergo daretur contradictio.

Tuum erit Eruditiſſime, & Doctiſſime Vir, has tenebras, quibus meus Intellectus offunditur, Ingenii Tui radiis lucidiſſimis illuminare. Vale. Dat. 27. April. 1674.

REVERENDISS. P. MENDI RESPONSIO.

CDIV.

*] *Non agitur de ſecunda intentione: ſed quæritur, Verũ en nihil eſſe, vocetur propoſitio, vel non, contradictoria inferri poſſint?*

SVpponebas (Illuſtriſſime Præſul) in Antecedentibus ſub die 11. Aprilis eſſe propoſitionem *Nulla res eſt*, ut videre eſt paragrapho, qui incipit, *Negat*; ubi probare contendiſti, eam propoſitionem formalem non involvere prædicata contradictoria, atque adeò nec repugnare eam propoſitionem objectivam; juxta hanc Suppoſitionem dedi reſponſum. [*]

Nunc verò contendis, nullam, caſu quo res nulla eſſet, dari propoſitionem formalem, & præterea objectivam vel nihil eſſe, vel eſſe idolum à formali formarum. Id ſi dicatur, nullam cerno oriri quæſtionem, nam ut bene in diſcurſu annotas, nullius entis nullæ ſunt qualitates.

a] *At Contradictoria unde manifeſtè inferuntur, ut ſtatim videbimus.*

An hæc *Nulla res eſt*, ſit propoſitio falſificans?

Itaque vel loqueris de objecto hujus Propoſitionis *Nulla res eſt*: & ex eo, evidens eſt, nulla (*a*) poſſe inferri contradictoria; præſcindendo enim ab ipſa Propoſitione formali, aut ſi ipſa à ſe præſcindat, objectum poteſt eſſe verum, aut falſum, loquendo de entibus creatis; cùm non repugnet Deum nihil extra ſe produxiſſe; & præterea ſit evidens, produxiſſe. Vel loqueris de ipſa Propoſitione, ut habet ſe ipſam etiam pro objecto implicitè, & ſic eſt evidens, quòd exercitè implicet contradictoria, quia aſſerit, nullam rem eſſe, & extendit illud univerſale, *Nullam rem*, etiam ad ſe ipſam, quæ eſt aliqua res. Iuxta hanc ſignificationem in ſuperiori meũ ſenſum explanavi: Et pro mei captus tenuitate, non video, niſi in uno ex his ſenſibus

ſibus

Digitized by Google

b] Deus & Creatura in Chriſto hypoſtaticè uniuntur. Ergo P. Mendus loquitur de unione per identificationem.

fibus quæſtio ventiletur, in quo alio poſſit inquiri, an inferantur nec ne duo contradictoria; nam ad hæc inferenda debet ſupponi impoſſibile, ſeu Chimæra per intellectum efformata, ex qua repugnantia prædicata coaleſcant; ſi enim illud objectum, ſeu fundamentum non detur, manet nihilum, & ex nihilo nihil infertur, nec ſuper eo poteſt eſſe diſputatio.

Renuis *Chimæram, Hircocervum*; ſed in hoc non immoror; hoc enim exemplum ſumitur materialiter; ſi illud opteturecce *Deus Creatura*, [b] cujus extrema ſeorſim ſunt poſſibilia, identicè impoſſibilia, & quodlibet affert ſecum negationem identitatis cum alio.

c] Aut falle aut tolle Quaſtionem P. Mendi; quando enim in prima Arithmetica Regula duos numeros: v. gr. 4. & 6. adgregare jubemur, & dicimus illos ſimul eſſe 10. illorum materiam & non negationes, quas formaliter dicunt, in numero 10. includimus: Quod ſi in his negationibus ageretur ſat aliud aſſerum, Sex non ſunt bis tria, ſed ſemel ſex, quod apud Ariſtotelem 5. Metaph. cap. 14. tex. 19 legimus. Ergo ſuo loco de Hirco, & Cervo eſt dicendum. Habent ſuas

Sed obiter quamvis ad præcipuam theſim non pertineat, nihil ex D. Gregorio contra eam Chimæram *Hircocervus* videtur probari, ſolùm enim intendit, prædicata communia, quæ ſunt in diverſis generibus poſſe in una ſpecie, ſeu individuo identificari; ſic prædicatum corporis, quod omnibus corporibus convenit ſubſtantiæ, quæ omnibus ſubſtantiis, viventis, quod etiam arboribus, animalibus, quod etiam hominibus, identificantur in Leone; Id enim ſpeciebus infimis inſitum eſt. Et quidem non ait D. Gregorius, naturam Angelicam, Arboream, & Lapideam in homine identificari. Quare non enervatur, quòd natura cervina, & hircina repugnent identificata. Crediderim etiam, meum conſobrinum ex duobus fratribus Patrem Arriagam non intendiſſe, Deum poſſe identificare duas naturas, ſed unam creare, quæ perfectiones duarum contineat, id eſt, quæ amplectatur quidquid perfectionis habet cervus, & quidquid hircus; ſed hoc ipſo non eſſet natura hirci, & natura cervi; quia quælibet ex his habet ſuam perfectionem limitatam, & ſuam differentiam ſpecificam, excluſivam alterius; nec enim Logicus aliam viam invenit diſtinguendi ſpecies, niſi per eam differentiam, & perfectionem negantem alterius ſpeciei perfectionem. Da enim, Deum creare ſubſtantiam, quæ contineat totam perfectionem hominis, & totam Leonis, excludendo à natura Leonis omne id, quod dicit limitationem & imperfectionem; an propterea identificarentur naturæ Leonis & hominis? Neutiquam ſanè, quia natura Leonis affert ſecum limitationem, quòd ſit expers rationis, ſeu irrationalis, quod cum rationali nequit identificari [c]. Sed hæc perfunctoriè ſint dicta, cùm ad rem de qua eſt controverſia, non ſpectant. Vale.

eſſentiae poſitivas, & de facto habent has negationes, videlicet, Hircus habet, non eſſe Cervum. Quando ergo dicimus poſſe Deum Hircocervum producere, non dicimus poſſe Deû illas duas naturas, quæ nunc realiter diſtinguuntur, manentibus diſtinctionibus poſſe identificare; ſed dicimus poſſe, Deum auferre diſtinctionem, quæ illas diſpeſcit, & illius loco ſubſtituere identificationem.

Et hunc eſſe verum ſenſum, in quo loqui debemus, demonſtratur clariſſimè. Quia aliàs nulla diſtantia corporu, ne quidem de potentia Dei abſoluta conjungi poſſent, quoniam manente diſtantia conjungi illa & uniri repugnat.

CDV.

Caret vocibus P. Mendus ut ſuam mentem exponat, & quamdiu utatur antiquis, aliter ſe explicare non poteſt.

EO denique pervenit Diſputatio, ut tandem P. Mendus doctiſſimè, & ingenioſiſſimè ſcripſerit. *Itaque vel loqueris de objecto hujus Propoſitionis*, Nulla res eſt; *& ex eo evidens eſt, nulla poſſe inferri Contradictoria.* Noto illud *evidens*: & ſi ſtemus communi terminorum ſignificationi, conſentio. In caſu enim, ſicut nulla res eſſet, (**ſeret**, *exiſteret*) ſic nullus Intellectus eſſet (**ſeret**, *exiſteret*) qui Contradictorias Poſitiones inferret: nullæ eſſent (**ſerent**, *exiſterent*) Propoſitiones Objectivæ quæ inferri poſſent. At, quia præter **ſere** (*eſſe exiſtentiale*) datur **ſare** (*eſſe quidditativum*. Ergo, ut rem medullitùs intelligas (*Ακροάτατε, Subtiliſſime Lector*) tribus Dictis ſequentibus totam Controverſiam expedio. Et ideò

Tres proponuntur Concluſiones.

Dico Primò. *De objecto hujus Propoſitionis*, Nulla res eſt, *in totâ hac agitur Diſputatione.*

Dico Secundò. *Ex illo (nempe, objecto) ſi per impoſſibile daretur, ſequeretur*, Deum eſſe.

Dico Tertiò. *Evidens eſt ex eodem (objecto) ſi per impoſſibile daretur, duo Contradictoria, ſimul vera, neceſſariò deduci.*

De Primo.

Propoſitio formalis, quando datur (**ſet**) exiſtit.

CErtum eſt, his verbis *Nulla res eſt*, non ſignificari aliquam Propoſitionem formalem, quia ſi hæc eſſet, ipſa **ſeret**, exiſteret. Et, quia ſunt res aliquæ, Propoſitiones, ſi aliqua Propoſitio exiſteret, etiam aliqua res exiſteret: ac propterea, *Nulla, & Aliqua* ſimul exiſteret. Sed certum ſimiliter eſt, illis iiſdem verbis non ſignificari Propoſitionẽ aliquam actu objectivam. Quæ enim actu eſt objectiva, actu formalem terminat. Unde relinquitur eſſe actu Objectivam non poſſe, quin etiam actu ſit Propoſitio Formalis. Ergo dicendum eſt, illis verbis ſignificari, *nullam rem prorſus eſſe*, ab omni ſecundâ intentione præſcindendo.

Oſtenditur Contradictio.

Non poteſt dari Propoſitio objectiva, quin etiam detur Propoſitio formalis.

Caramuelis Leptotatos.

De Secundo.

CDVI.

An ex hac Propoſitione, *Nulla res eſt*, inferri debeat. *Ergo Deus non eſt.*

ARgumentum in Epiſtolâ I. propoſitum decurrebat ſic. *Si per impoſſibile nulla res eſſet, nec Deus eſſet*: & ſic benè decurrere, exemplis clariſſimis ſuaderi poterit. Syllogiſmos ſubſequentes conſidera.

Nullus Homo eſt lapis.
Petrus eſt Homo.
Ergo Petrus non eſt lapis.
Nullus Equus exiſtit. *Finge eſſe veram.*
Bucephalus eſt Equus.
Ergo Bucephalus non exiſtit.
Nulla Res exiſtit. Et hanc fingit Diſſertatio eſſe veram.
Deus eſt aliqua Res.
Ergo Deus non exiſtit.

An potiùs inferri neceſſariò deberet, *Ergo Deus eſt.*

Sunt omnes ſyllogiſmi in FERIO, nulluſque Dialecticus, qui Majorem concederet, præſumeret Conſequentiam negare. Interim Nos, quidquid de prioribus ſit, contra ultimum hanc nunc Conſequentiam demonſtrãdam propono, videlicet, *Si per impoſſibile nulla res eſſet (hoc eſt, exiſteret) Deus neceſſariò eſſet*

(*hoc eſt, exiſteret.*) Ergo attende.

De Correlativorum connexione.

Hæc Propoſitio, *Correlativa ſunt neceſſariò connexa*, eſt certiſſima. Et fons unde plurimæ, & graviſſimæ Conſequentiæ inferantur.

Factibile infert Factivum,

Corollarium I. *Ergo repugnat ut aliquid factibile ſit, & tamen non detur in rebus Potentia aliqua Activa, quæ illud facere poſſit.*

& Cognoſcibile infert Cognitivum.

Corollarium II. *Ergo repugnat, ut aliquid cognoſcibile ſit, & tamen non detur in rebus Potentia aliqua cognitiva, quæ illud poſſit cognoſcere.*

P. Merſennus laudatus.

Et hæc Corollaria pro fundamento adſumens, P. Marinus Merſennus, in oculatiſſimis Commentariis, quibus illuſtrat, & dilucidat pleraſque omnes Mathematicas Scientias, ut earum tandem radiis illuſtret, & dilucidet Geneſim. Concinnat contra Atheos certiſſimas, & ſecuriſſimas Demonſtrationes. Vnam ex ipſis, quæ videtur clariſſima, ad συνώψιν reducam. Circulus eſt major Quadrato inſcripto. Ergo, quia iſta duo Quadrata duplam inter ſe proportionem obſervant, ſi minor habeat in areâ 10. modulos: major habebit neceſſariò 20. Ergo inter 10. & 20. eſt aliqua quantitas determinata, quæ exæquet Circulum. Tunc ſic. Minus, ſeu inſcriptum Quadratum ſucceſſivè creſcat, quouſque ſuperſcriptum exæquet, tranſibit per omnia media. Ergo in aliquo determinato puncto erit æquale Circulo. Progrediatur Diſcurſus. Illud Punctum, in quo Quadratum eſt æquale Circulo, exiſtit in rerum naturâ, eſt ergo cognoſcibile, immò & de facto cognoſcitur. Sed non cognoſcitur ab Hominibus: licèt enim plurimi Circulo quadrando adlaboraverint, nemo præſtitit. Ergo præter Humanam datur ſublimior Mens, quæ Quadrati, & Circuli exactam proportionem cognoſcit. Et iſte eſt Deus.



De Quadratura Circuli.

An tantùm à Deo cognoſcatur?

CDVII.

Quo Merſennus modo contra Atheos per totum ſuum librum ſuas Demonſtrationes contexat?

Sic ad Merſenni mentem ratiocinari placuit: nunc uberioris doctrinæ gratiâ ejus verba ſubjicio. Ipſe enim *in cap.1. verſ.1. column. 73.* ſic ſcribit. [Jam verò Geometricis iſtis tum ad noſtrum, tum ad Lectorum oblectamentum præmiſſis, ad Atheos revertor, quos interrogo, num aliquid eſſe debeat ex naturâ ſuâ ſcibile, quod tamen nunquam ſciri debeat: ad quid obſecro aliquid ex naturâ ſuâ ſcibile eſt, niſi fuerit aliquis, qui cognoſcat illud cùm ſcientia, atque ſcibile ſe invicem ponant atque deſtruant. Eſt ergo aliquis, qui probè novit, quantam circulus quilibet ad quadratum diametri proportionem habeat, & quantum aberrent, qui eamdem eſſe proximè quàm 11. ad 14. arbitrantur? Qui cognoſcat, quâ ratione circumferentia vera ex datâ diametro, non autem vera major, vel minor reperiri debeat: qui ſciat ex datâ circuli circumferentiâ veram diametrum eruere; ſicut & ex diametro aream, circumferentiam, ſuperficiem, & ſoliditatem? Qui ſine Dinoſtrati, Nicomediſque tetragonizouſâ, ſeu quadratrice, de quâ Pappus *4. collect. mathem.* circuli tetragoniſmum perfectè deſcribere noverit. Jam verò quiſnam ille eſt? prodeat, enim verò laudabimus eum, atque dicemus feciſſe mirabilia in vitâ ſuâ. Et quidem ille reverâ, & actu exiſtere debet, alioqui ſi tantum eſſe poſſit, & nondum ſit, quis illi tribuet actualem exiſtentiam? non homines, qui eaſe ignorare fatentur, igitur jam actu debet

An proportio inter Circulū & Quadratum Diametri, ſit proximè, ut 11. ad 14?

Verùm ex Cognoſcibilitate, nō ſolùm Principium Cognitivum, ſed & actu Cognoſcens inferatur?

exiſtere, eritque ipſe Deus, à quo cognitio noſtra ſumit originem, adeò ut non plura ſciamus, quàm ipſe nos ſcire velit.]

Hinc ergo hanc diſcurrendi, & dialecticandi Methodum ab eruditiſſimo Merſenno, docti, quid eſſet, *ſi nulla res eſſet*, emunctis mentis oculis conſideremus: eſſet profectò in Caſu hæc Veritas *Nulla res eſt*. Ergo eſſet cognoſcibilis. Ergo ab aliquo Cognitivo. Repugnat enim, ut ſub initium dicebamus dari cognoſcibile, quin Cognitivum detur. Ergo eſſet neceſſarium, quòd daretur in Caſu aliquod Cognitivum, quod illam Propoſitionem *Nulla res eſt*, exactè, & perfectè cognoſceret. *Ergo eſſet neceſſarium, quòd in Caſu ſuppoſito daretur Deus.*

Verùm hac via bene probetur *Dari Deum*?

Dices hoc Argumento, probari quidem alicujus Cognitivi exiſtentiam, non autem evinci illud eſſe Deum, ſufficeret enim ſi futurum hominem, vel Angelum fore dicatur.

An ille Intellectus, qui in caſu deberet dari, eſſet Divinus?

Reſpondeo ex hac tua Reſponſione, ſeu vera, ſeu falſa ſit, *eſſe Deum* demonſtrari.

Quoniam Primò, ſi ex illius Veritatis cognoſcibilitate, infertur, aut Hominem, aut Angelum, qui illam poſſit cognoſcere, in rebus eſſe; infertur per ulteriorem Conſequentiam Deum eſſe. Quia, cùm nec Homo, nec Angelus à ſe ſint, eſſe ab alio debent, & ingreditur Phyſica illa [a] Demonſtratio, *Omne, quod fit, ab alio fit. Ergo, aut debemus proceſſum infinitum admittere, aut venire ad Unum, qui cætera omnia fecerit, & tamen à nullo factus ſit. At repugnat infinitus proceſſus. Ergo hoc ultimum dicendum eſt. Debemus ergo venire ad Unum, qui à nullo ſit factum, & tamen omnia fecerit. Et hoc Ens eſt illud, quod adoramus, & appellamus* Deum.

a] *Ariſtotelis prætenſa Demonſtratio fundatur illo Principio*, quod movetur ab alio movetur: *quod quia eſſe falsū credimus, loco illius alterum ſubſtituimus videlicet*, Quod fit, ab alio fit.

Manet ergo ex hac Propoſitione *Nulla res datur*, inferri hanc, *Ergo datur Deus*, quod fuerat demonſtrandum.

CDVIII.

Vtrùm Intellectus, qui a rerum ſcibilitate infertur, debeat eſſe Divinus?

Dicebas ex hac Propoſitione, *Datur ſcibile*, benè ſequi *Ergo datur Cognitivum*, non autem ſequi hoc Cognitivum fore Divinum, ſed ſufficere, quòd Humanum, aut Angelicum ſit. Condonavi tibi tuum Placitum, ſeu Opinationem; & illi inſiſtendo Demonſtrationem præcedentem conſtruxi. Progredior modò ulteriùs, & perſuadeo, ex illâ cognoſcibilitate, Cognitivum Principium non Humanum, nec Angelicum, ſed Divinum immediatè deduci, ac propterea, ſtare noſtram Reſolutionem: videlicet, *Si per impoſſibile nulla res eſſet, Deus neceſſariò eſſet.* Ergo illud *immediatè* demonſtremus, ſic inquam.

In Caſu, quo nulla res eſſet, eſſet hæc Veritas, *Nulla res eſt*, Ergo hæc Veritas cognoſcibilis eſſet. At non eſſet contingenter cognoſcibilis. Tunc ſic. Rei, quæ neceſſariò eſt cognoſcibilis debet correſpondere Principium, quod ſit neceſſariò cognitivum. Sed neque Homo, neque Angelus, ſed Deus ſolus, eſt neceſſariò cognitivus, ergo rei neceſſariò cognoſcibili, non correſpondet Humanum, aut Angelicum, ſed Divinum cognitivum Principium.

Ex objecto neceſſariò cognoſcibili infertur Intellectus neceſſariò cognoſcens. Ergo Divinus.

Concluſio.

Manet ergo, ex hac Propoſitione, *Nulla res eſt*, quin per Homines, aut Angelos, ad eorum Creatorem diſcurramus, immediatè inferri hanc, *Ergo datur Deus*. Quod iterum fuit demonſtrandum.

De

De Tertio.

CDIX.

Demonſtratur, quomodo ex illa Propoſitione, *nulla res eſt*, ſequuntur duæ Contradictoriæ.

NUllam rem eſſe, repugnare pronuncio. Evidens eſt enim ex hoc, quod eſt, *Nullam rem eſſe* duas Contradictorias ſimul veras neceſſariò deduci. Et iſtud Pronunciatum meum multis ſuadere modis poſſem; nempe, vel recurrendo ad præmiſſa argumenta, vel nova inveniendo, & formando.

Primò igitur ex demonſtratis paragrapho præcedenti, ſic inquam. [Si hæc Propoſitio, *Nulla res eſt*, eſt vera, etiam erit vera hæc *Deus eſt*. Sed iſtæ duæ Propoſitiones (videlicet, *Nulla res eſt*, & *Deus eſt.*) ſunt Contradictoriæ, Ergo, ſi prima Propoſitio eſſe vera dicatur, dabuntur duæ Contradictoriæ ſimul veræ.]

Eſſe impoſſibile rem nullam eſſe.

Secundò, novum argumentum conformando, ſic arguo. [Si nulla res eſſet, daretur hæc Veritas, *Nulla res eſt*. At Veritas eſt aliqua res. Ergo, ſi nulla res daretur, daretur, & aliqua res. Ergo darentur duæ Contradictoriæ ſimul veræ. Pergamus. Illud, ex quo duæ Contradictoriæ ſimul veræ, neceſsariò inferuntur, impoſſibile eſt. At, ſi nulla res daretur, ſequerentur duæ Contradictoriæ ſimul veræ. Ergo nullam rem dari impoſſibile eſt. Quod erat demonſtrandum.]

Si nulla res eſſet, hæc Veritas, *Nulla res eſt* eſſet Deus.

Falſa ſunt ex quibus falſa neceſſariò inferuntur.

Præterea, *ſi nihil eſſet*, aliud adhuc majus abſurdum ſequeretur. Quoniam ut vidiſti, ſi nulla res eſſet, eſset profectò illa Veritas, *Nulla res eſt*. Et modò interrogo. An illa Veritas, ſiquidem eſt aliquid, ſit à ſe, vel ab alio? (*Sis-ne* ſumpta, *an non* ſampta?) Sitne producta, an improducta? Sanè illam forè productam, ſeu fore ab alio dici nequit, quia ſi nulla res eſt, non erit Cauſa, quæ illam poſſit producere. Ergo eſset improducta, & à ſe. Ergo eſset Deus. Ergo, ſiquidem hæc Conſequentia eſt abſurdiſſima, & tamen benè infertur, dicendum erit eſse abſurdiſſimam, falſiſſimam, (& ut ita loquar impoſſibiliſſimam) illam Propoſitionem, ex quâ ipſa infertur, videlicet illa Propoſitio, *Nulla res eſt*.

Reſpondetur Rationibus, quæ à nobis Tertiâ Epiſtolâ proponebantur.

CDX.

Quàm ſit neceſſaria Dialectus Metaphyſica?

EO tendunt omnes illæ, ut perſuadeant, ipſas ſtando Idiomati communi Latino, congruâ reſponſione carere; & clariſſimam indepturas eſſe, ſi ad Dialectum Metaphyſicam reſponſurus recurrat.

Quidnam eſſet in illa propoſitione ſignificet?

Ad Primam dico diſtinctum iri illam Propoſitionem, *Si nulla res eſſet, non eſſet cur aliqua Propoſitio eſſet*. Quoniam illud prius eſſet, eſt Seret, *exiſteret*: at poſterius Saret aut Seret eſse poſset. Si jubeatur eſse ſeret conceditur: ſi autem eſse ſaret, negatur: Si enim nulla profectò res, eſset (ſeret, *exiſteret*) non eſset cur aliqua Propoſitio eſset ſeret, *exiſteret*). At tunc hæc Propoſitio, *Nulla res eſt*, neceſsariò Saret, *haberet eſſe poſſibile, & quiditativum*. Et iſtud eſt, quod ex illo antecedenti neceſsariò dicitur. At aliæ poſteà Conſequentiæ inferuntur. Quoniam, ſi illa Propoſitio in tali caſu Saret, *eſſet poſſibilis*, deberet correſpondere ejus poſſibilitati Principium Sens, *exiſtens*: quoniam Potentiæ operativæ, ut poſſint de facto operari, exiſtentiam, non poſſibilem, ſed actualem requirunt.

Ex non ſere rerum, ſequitur ſare (non autem ſere) Propoſitionis.

Potentia Operativa exiſtentiam, ut poſſit operari, requirit.

Ad Secundam reſpondeo Propoſitionem objectivam, bifariam poſse conſiderari; nempè, vel ut Sans, vel ut Sens (hoc eſt, *vel ut poſſibilis, vel ut exiſtens*.) Quia ſicut in quiditate hominis aliud eſt poſse cognoſci, & aliud cognoſci de facto; ſic in Propoſitione aliud eſt poſse cognoſci, & aliud de facto cognoſci. Ergo hinc deducitur illam Propoſitionem, *Si nulla eſſet Propoſitio formalis, nulla eſſet objectiva* æquivocationi ſubjacere. Quoniam, ſi nulla Propoſitio formalis Saret (*eſſe poſſet*) tunc nulla objectiva Seret, aut Saret (exiſteret aut poſset exiſtere.) Cæterùm, ſi Propoſitio formalis Saret, & non Seret (*eſſet poſſibilis, non verò exiſtens*) tunc ſimiliter objectiva ſaret & non ſeret (*eſſet poſſibilis, non autem actu Formalem Propoſitionem terminaret*.)

Objectivæ Propoſitionis triplex conſideratio.

Dictionis *eſſe* tollitur æquivocatio.

Quo modo Poſſibiles Creaturæ cognoſcantur?

Et hîc obiter nota creaturam merè poſſibilem quando à te de facto cognoſcitur, dici habere *eſſe objectivum*, quòd in ſe aliquod eſse, aut exiſtentiam habeat, ſed quòd ſit ſans (*habens eſſe quiditativum*) & cognitionem ſentem (*actu exiſtentem*) terminet.

CDXI.

Utrùm, Propoſitio objectiva ſit nihil?

Ad Tertiam nego, illam objectivam Propoſitionem, ſecundum ſe conſideratam, nihil omninò eſſe. Quoniam, tametſi ſit nihil in genere Sendi, eſt aliquid in genere Sandi. (quoniam, tametſi non habeat Sere, habet Sare) vel aliter. (licèt enim non habeat eſſe exiſtentiale, habet eſſe quiditativum.)

An illa Propoſitio eſſet ſimul vera & falſa?

Probabatur illam nihil omninò eſſe; quoniam, ſi aliquid ea eſſet, eſſet falſa. Et, ne fortè, quis dicat, eam eſſe ſimul veram & falſam, addebatur, ipſam eſſe veram tantummodò, à Quæſtione ſupponi.

An ſit vera tantummodò?

Reſpondeo ab hoc ultimo incipiens, illud *tantummodò*, gratis in Objectione poni. Quæſtio enim jubet, ut illam Propoſitionem *Nulla res eſt*, veram eſſe ponamus; de ejus autem falſitate (eam poſſit, aut non poſſit habere) nihil prorſus ſtatuit.

An ſit falſificans?

Nunc autem, ut clariùs & exactiùs procedam, dico, illam eamdem Propoſitionem *Nihil eſt* (ſive, quod in idem recidit, *Nulla res eſt*) eſſe de genere Falſificantium. Quoniam, ſi eſt vera, eſt falſa. Et hanc ob rem, ſi eſt vera, eſt ſimul vera & falſa. Ac propterea Contradictionem manifeſtam involvit.

Quid ſit Propoſitio falſificans?

Quid pro materiali, & quid pro formali dicant Creaturæ poſſibiles?

Ad Quartam dico Creaturas poſſibiles in ſuo conceptu quiditativo duo includere: nempe, Id quod eſt poſſibile, & ipſammet Poſſibilitatem. Addo illas ſecundum ſe conſideratas, eſſe Santes (habere eſſe quiditativum. Et ſubjungo in ipſarum poſſibilitate duos reſpectus differentes involvi. Nam poſſunt creari, & poſſunt habere exiſtentiam: ipſæ enim ſiunt exiſtentes, ab Omnipotentiâ efficienter, & ab exiſtentiâ formaliter. Et hinc patet illas (Sare) eſſe aliquid præter denominationem, aut relationem ad Potentiam creatricem. Nec contrà eſt Auguſtinus, cùm ait, *Poſſibiles Creaturas nihil eſſe præter Creatricem Potentiam*; agit enim Divinus Doctor de Sere (de eſſe exiſtentiæ) non de Sare (de eſſe quiditativo) Et ante Mundi creationem, etſi fuerint Creaturæ poſſibiles &

Poſſibilitas duos reſpectus includit.

Cùm agitur de rerum poſſibilitate, nihil ſet (de facto exiſtit) præter Omnipotentiam Creatoris.

pro-

producibiles, nulla res (Seno) *exiſtens* erat præter Deum.

Verùm **ſare**, & *Eſſe quiditativum*, & *eſſe diminutum* coincidant?

Si ſcire vis, An hoc Creaturarum Poſſibilium **Sare** (iſtud eſſe quiditativum) ſit illud, quod Scotus *Eſſe diminutum* appellitat, contra quod paſſim Philoſophi Recentiores inſurgunt, me uberiùs ſuo loco hanc Quæſtionem eſſe deciſurum polliceor. Interim dico [*] inter tenebras Veritatem Scoto, aut etiam Henrico adluxiſſe, ſed quia non habebant vocabula, quibus **Sare** à **Sere** (eſſe quiditativum ab eſſe exiſtentiali) ſecernerent, Grammaticorum indignationem incurriſſe. Quando enim Scotus docet Creaturas poſſibiles habere eſſe aliquod diminutum, non aſſerit illud eſſe diminutum **Sere** *exiſtere*, ſed facere aliquid, quod ſit minus, quàm *exiſtere*. Et hoc eſt verum: quoniam minus eſt **Sare**, quàm **Sere**; hoc eſt, minus eſt habere eſſe quiditativum, quàm habere eſſe exiſtentiale; in hoc enim etiam includitur eſſe quiditativum.

Scotus Veritatem cognovit, ſed terminorũ defectu illam explicare non potuit.

*] *Vide artic. 2. ſect. 8. hujus Diſſertationis.*

Exponitur Scoti Opinio.

Ad Quintam jam fuit nuper reſponſum cùm diximus, *Verum* (hoc eſt, *Cognoſcibile*) non eſſe paſſionem aut adtributum entis, quoddam prædicatum ſuperius, quod de ente, & Non-ente verificatur. Ergo in caſu, quo nulla res eſſet, (**Saret**) eſſet verum dicere, *Nulla res eſt*. Ergo (**Saret**) eſſet hæc Propoſitio. At hæc ipſa Propoſitio (**Sat**) eſt aliqua res. Ergo in caſu (**Saret**) eſſet aliqua res. Et redirent præcedentia argumenta.

CDXII.
An Veritas ſeu cognoſcibilitas, ſit adtributum entis?

Ad Sextam dico, bene ibi exponi (quale **Sere**) *qualem exiſtentiam* importent Propoſitiones, quæ eſſe æternæ Veritatis dicuntur; habent (**ſuum Sere**) *ſuum exiſtere*, vel negativè, vel conditionatè, vel hypotheticè, uſurpando nimirùm hæc adverbia in ſenſu à bis in Epiſtolâ, aut etiam alibi dilucidato. At omittitur ibi id quod præcipuè pertinet ad rem noſtram, videlicet, illas eaſdem Propoſitiones, quæ æternæ veritatis vocantur, (**Sare**) habere eſſe quiditativum, quod ab omni temporaneâ duratione præciditur.

De Æternæ Veritatis Propoſitionibus. Quale **ſere** habeant?

Quale etiam **ſare**?

Ut oſtenderetur, nullam repugnantiam aut contradictionem in illâ datâ Propoſitione, *Nulla res eſt*, involvi, proponebantur iſtæ duæ Propoſitiones.

Nulla res eſt.
Hæc Propoſitio, Nulla res eſt, *ſi exiſteret, eſſet res.*

An inter Abſolutam & conditionatam poſſit Contradictio inveniri?

& has non eſſe Contradictorias, aſſerebatur. Dicendum tamen eſt, ſecundùm Propoſitionem, non eſſe in genere (**Sendi**) *exiſtentiale*: ſed in genere (**Sandi**) *habendi eſſe quiditativum*, intelligendam eſſe. Tunc enim contradictio (nimirùm, mediata) verſabitur inter has duas Propoſitiones.

Nulla res (**Set**) *eſt* (*exiſtit.*)
Aliqua res [nempe, Propoſitio illa, *Nulla res* (**Set**) *eſt, exiſtit*] (**Sat**) *eſt* (*habet eſſe quiditativum.*)

Verùm inter **ſare**, et **non ſere**?

Et quia videtur falſum, aut ſaltem difficile inter **Nihil ſet**, & **Aliquid ſat** contradictionem inveniri, lineas ſubſequentes ſcribo.

Hæc particularis & affirmativa Propoſitio, quæ (**Sare**) *habere eſſe quiditativum* dicitur, infinitæ perfectionis non eſt, Ergo conſtando huic circumſtantiæ, iſtud Argumentum decurret.

Aliqua res finita [nempe iſta Propoſitio] **Sat** (*habet eſſe quiditativum.*
Omnis res finita, quæ **Sat** (*habet eſſe quiditativum*) *eſt producibilis.*
Omnis res producibilis, dari (**Sere**, *exiſtere*) *Cauſam Effectricem ſupponit.*
Ergo, ſi aliqua res **Sat** (*habet eſſe quiditativum*) *aliqua etiam* **Set** (*habet eſſe exiſtentiale.*)
At hæc Propoſitio, Aliqua res **Set** (exiſtit) *& illa, quæ ſub initium ponebatur; videlicet*, Nulla res **Set** (exiſtit) *ſunt Contradictoriæ.*
Ergo, ſi hæc Propoſitio Nulla res **Set** (exiſtit) *vera eſſet, darentur duæ Contradictoriæ ſimul veræ.*

Vbi datur aliquid producibile, dari neceſſariò debet aliquid, quod eam poſſit producere.

Quo modo ex **ſare** (*eſſe quiditativo*) ipſum **ſere** (*eſſe exiſtentiale*) neceſſariò inferatur?

reſpondeo, Contradictionem inveniri inter *eſſe*, & *Non-eſſe*. Verùm, quando ſic loquimur non ſumimus illud *eſſe* contractum, ut vel temporaneum, vel aliquod *eſſe* determinatum ſignificet; ſed abſtractum; videlicet, pro omni modo aut differentiâ eſſendi.

Contradictoriæ non dependent à tempore.

Hac doctrinâ præmiſsâ ſatisfit Argumento: quoniam tale illud eſt, ut ipſi Ariſtotelea reſpondere non poſſit, quoniam, ſi omne Verbum ſignificat cum tempore, & ſine verbo nulla ſit Propoſitio, ſine tempore eſſe contradictio non poterit.

Septimæ rationi, nec Ariſtoteles, nec Peripatetici poterunt reſpondere.

Ergo (pace Ariſtotelis) dicendum eſt, à tempore Contradictionem nullo modo pendere; reperitur enim etiam inter *Eſſe* & *Non-eſſe* juxta omnes eſſendi differentias, quas Dialectua Metaphyſica ediſſerit. Clariſſimè enim & certiſſimè datur.

In omni differentia eſſendi poterit Contradictio inveniri.

Inter Sare *&* Non Sare.
Inter Sere *&* Non Sere.
Inter Syre *&* Non Syre.
Inter Sore *&* Non Sore.
Inter Sure *&* Non Sure.

Quod ipſum demonſtrant Poſitiones ſequentes.

Homo Sat (eſt) *animal.*
Homo non Sat (non eſt) *animal.*
Petrus Set (eſt) exiſtit.
Petrus non Set (non eſt) non exiſtit.
Deus Syt (*eſt æternus*)
Deus non Syt (*non eſt æternus*)
Materia-prima Sot (ſubeſt Formæ.)
Materia-prima Non ſot (non ſubeſt Formæ.)
Objectum Divinæ viſionis Sut (*eſt in aliquâ differentiâ temporis.*)
Objectum Divinæ Viſionis Non Sut (*non eſt in aliqua differentia temporis,*

Hoc ipſum demonſtratur, exemplis.

Stat ergo doctrinam de Contradictoriis habere locum in omnibus differentiis eſſendi.

Ad Octavam dico, circumſtantiam loci, ut ut ad Materiale Contradictionum aliquando pertineat, non tamen pertinere ad formale. Et tunc ad materiale illam pertinere cenſetur, cùm expreſsè ponitur in Propoſi-

De circumſtantia Loci. An neceſſariò debeat conſiderari?

poſitionibus, ut, ſiquis dixerit, *Petrus Madriti vivit*, & *Petrus Madriti non vivit*, tunc enim expreſsè locus ponitur. Quoniam, ſi dixiſſet, *Petrus vivit*, & *Petrus non vivit*, exhibuiſſet duas Contradictorias, ab omni loci circumſtantiâ præciſas.

De Mentis actibus. an ſint qualitates, an modi?

NONA fortaſſis ratio cenſeri fortis poterit ab illis, qui aſſerunt, intentionales Mentis & Voluntatis actus, non eſſe res, ſed puros modos. At tunc dici deberet, illam Propoſitionem *Nulla res eſt*, æquivalere huic *Nihil eſt*, hoc eſt *Nullum ens eſt*. Quoniam ut Metaphyſici aſſeverant, & illo vocabulo Capitadictionum referente (nempe, REUBAU) ſignificatur, *Res, Ens, Verum, Bonum, Aliquid, Unum*; ſunt termini inter ſe convertibiles.

Quænam prædicata convertantur cum ente?

N O T A III.

Eadem Controverſia cum Symphronio doctiſſimo, & Eruditiſſimo Viro, promovetur.

CDXIII.

R. P. Symphronius qualis?

DIſceſſerat in Hiſpaniam Excellentiſſimus D. Oſſunæ Dux, & cum eo P. Mendus: & Ego interim carebam Viris Eruditis, & Doctis, quibuſcum poſſem de Subtilibus rebus diſſerere. Interim, quia an. MDCLXXX. Reverend. P. [*] Symphronius (vocetur ſic quouſque ſuum ipſe nomen evulgari permittat) ſuis Concionibus quadrageſimali tempore noſtram Cathedralem Eccleſiam honoravit, & Ego obſervavi in illo præter eloquentiſſimam dicendi copiam, felix, & excultum Ingenium, cognovi illum concernere illud commune Pronunciatum,

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

Et hanc ob rem incepi confidentet cum illo de Theologicis rebus diſſerere; &, ut præſentem Controverſiam abſolverem; illam repoſui, & literas ſequentes ſcripſi.

Φρονέω intelligo, & συμφρονέω ſimul intelligo. *Ergo* qui cointelligit, *aut* ſimul intelligit, *nominatur* Συμφρόνιος

E P I S T O L A V.

R. P. Symphronio, Theologo Eruditiſſimo,
D. Ioannes Caramuel S. P.

Eximie Domine Magiſter noſter.

QVOD felix fauſtumque ſit. Deo auſpice incipiat inter Nos Diſputatio, quæ tametſi initium ſumat à re tenui, & forſitan nova univerſis Doctoribus, ſe ſubriget, & CDXIV.

Quid requiratur, ut aliquid conſeatur impoſſibile?

Axem humero vertet ſtellis ardentibus aptum.

Reſcire igitur à Te tantùm deſidero, *Quid ſit Impoſſibile; & in quo à Poſſibili diſpeſcatur?*

Et quidem tametſi mihi tua ſufficiat autoritas, digneris tuam Reſponſionem verbis S. Thomæ firmare, & teſtimoniū Thomiſtarum fulcire. Vale.

Dabam in noſtro Muſæo ipſamet exaltatæ Crucis ſolemnitate ann. CIↃ IↃCLXXX.

R. P. SYMPHRONII, &c. RESPONSIO.

Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine, Delphicum mearum qualiumcumque theoriarum Oraculum.

CDXV.

AVineis ſapidiſſimis onuſtis racemis, Cyprioſque æmulantibus botros, ad Cænobium heri regreſſus me per humaniſſimas Dominationis Veſtræ Illuſtriſſimæ literas, amica hoſtilitate laceſſitum deprehendi. Vel ut veriùs dicam ad Viglevanenſis Triſmegiſti, ceu ad Platonicam Tripodem dulciter allectum perſenſi & Melliflui tui Bernardi conſtans novi effatum, monaſticam ſcilicet obedientiam impoſſibilia, chymica quadam

vi,

vi, ac nobili metamorphoſi poſſibilia reddere, tuis obſequens nutibus; pro modulo meo promptè reſpondeo & pronuntio.

Impoſſibile dicitur, quod implicat contradictionem.

Impoſſibile illud eſſe, cujus prædicata manifeſtam implicant contradictionem, ut alter Deus, huic æquivalet contradictioni Deus, & non Deus; Deus, ut ſupponitur, & non Deus, quia alteritas ipſa Deum deſtruit, quia ejus eſſentialem tollit ſingularitatem. Hanc quaſi definitionem delibo in terminis ex Angelico meo Præceptore *De potentia q.6. art.p.ad* 11. ubi habet hæc expreſſa verba, *impoſſibile ſecundum Logicum, & Mathematicum eſt tantùm implicans contradictionem*. Ego verò ſalva tanti Doctoris reverentia hoc impoſſibile nuncuparem ſecundum metaphyſicum, cujus proprium eſt conſiderare prædicata metaphyſica rerum, Logici verò ſecundas intentiones, adjunctas primis, vel etiam tertias, quartas, & ſucceſſivè, ut ait Sapientiſſimus Caramuel. Mathematici verò res, prout quantas.

Hæc doctrina expreſſe traditur à D. Thoma.

Confirmat S. Thomas hanc ſuam impoſsibilis deſcriptionem multis in locis, ſed præcipuè *p.p.qu.25.ar.3.in corpore, & ad 4. & qu.46.ibid.art.1. ad p. & in p.ſent.diſt. 42 art.3.in corp. & in 3.ſentent.diſt.p.qu.2.art.3.in corp. & in p.contr.gent.cap.82. & in Opuſc.3.cap.98.* quibus in textibus perpetuò habet hæc verba, *poſſibile, & impoſſibile abſolutè dicitur per convenientiam, vel repugnantiam terminorum*.

Hircocervus repugnat.

Et quia relativorum eadem eſt diſciplina, ſi impoſſibile eſt id, cujus prædicata implicant contradictionem, & cujus termini dicunt repugnantiam, ut Hircocervus poſſibile illud erit, cujus prædicata non implicant contradictionem, & cujus termini non dicunt repugnantiam & incompatibilitatem.

Quænam prædicata dicant, & non dicant contradictionem?

Si autem ultrò quæras, quænam ex his poſsit in univerſum præſcribi regula dignoſcendi quænam prædicata involvant contradictionem, quæ verò non. Et quinam termini dicant repugnantiam, qui verò non; ut indè colligi poſsit, quidnam in ſpecie ſit poſsibile, vel impoſsibile? *Aſſero*, & prædicata involvere contradictionem, ex quibus duplex, & adæquata reſultat eſſentia, ſpecie diſtincta, ut Hircocervus, vel quando prædicata illa ex conceptu metaphyſico, ſe invicem deſtruant ut alter Deus. Quando verò termini ita invicem cohærent, ut una ſimplex, & indiviſibilis eſſentia ex illis coaleſcat, vel termini ipſi juxtà ſeriem prædicamentalem unam integrent quiditatem, & ſpeciem, ut animal rationale, tunc poſsibilia ſunt. Hæc ad horum comprobationem Doctores Thomiſtas adduco, & quia neminem illis inficientem legi, & quia in hoc Cœnobio à bellorum inſano furore diruto paucisſimi ſuppetunt Codices. Deus Dominationem Veſtram Illuſtriſsimam in Ævum ſervet incolumen.

Dabam in Ampliſsimo meæ Cellulæ Nidulo die 18. Septembris 1680.

EPISTOLA VI.

CDXVI.

Eidem R. P. SYMPHRONIO Theologo Eruditiſsimo.
D. Ioannes Caramuel.

Eximie Domine Magiſter noſter;

*] *Bona interdum doctrina impertinentibus exemplis obſcurantur potiùs, quàm dilucidantur. Et ea, quæ de Proprio (quod ipſi Quartum Prædicabile eſt) diviſione Porphyrius ediſſerit, recognoſci deſidero. Quoniam doctrina quæ ibi traditur, bona eſt; & tamen illa Exempla, quæ adducuntur, rejiciuntur, ne inepta à Philoſophis.*

ADmitto à Te datam doctrinam, tametſi de Hircocervo, qui in exemplum proponitur, diſputare non velim. [*] Illam profectò admitto: tùm, quia Tua, tùm quia ab Angelico Doctore ſumpta, & rationi conſentiens. De Hircocervo autem diſputare non volo, quia non video, cur Hircus Cervuſque non poſſint convenire in unitate Suppoſiti, ſicut in Chriſto Deus, & Homo conveniunt. Et, ſi *Hircocervi* nomine, non jam Suppoſitum, ſuſtentans duas naturas Hircinam, Cervinamque intelligitur; ſed ſuppoſitum, in quo duæ diverſæ naturæ Hircina, & Cervina identificentur, in hac ego ipſa identificatione repugnantiam non video; qui enim Animalitatem, quæ in Leone v. gr. realiter à Rationalitate diſtinguitur cum Rationalitate in Homine identificavit, Hircinitatem cum Cervitate poterit identificare.

Et

Et qui *D.* Thomã aſſerente fecit, quòd Anima Rationalis, quæ eſt Spiritualis *ut quod*, ſit corporea *ut quo*, formaliterque gradum Corporis Subſtantialis conſtituat, cur non poterit facere quòd duæ naturæ corporeæ identificentur. Sanè animam Rationalem, eſſe Spiritualem *ut quod*, & corpoream *ut quo* aſſerit S. Thomas *in 4. diſt. 12. qu. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. 3. & 4.* nec non *lib. 4. contr. Gentes cap.* 81. ejuſque formalia verba *tom. 3 diſp. 2. qu. 6. §. 4. num. 64.* à Complutenſibus referuntur. Quod dico de Hircocervo, etiam de Monte ſine valle pronuncio; cum enim poſſibilem eſſe in Bicipite mea Matheſi perſuadeo. Ergo, quidquid de exemplis ſit, ad rem veniamus.

Hircocervus eſt poſſibilis.

Illud (ut ſcitè me doces) *eſt impoſſibile, ex quo duæ Contradictoria inferuntur.*

Atqui ex hac Propoſitione, Nulla Subſtantia *eſt, nec inferuntur, nec inferri poſſunt duæ Contradictoria.*

Ergo nullam eſse Subſtantiam, *non eſt impoſſibile.*

Probatur Minor. *Contradictio dicit duas propoſitiones: alteram afferentem, alteram negantem.*

At ex Negativa, qualis eſt iſta Nulla Subſtantia eſt, *affirmativa in legitima forma inferri nequit.*

Ergo neque ex Negativa ullæ Contradictoria inferri poſſunt:

Mons aureus eſt poſſibilis.

Mons etiam ſine valle eſt poſſibilis.

Vel qui de Minori dubitet, compleat hunc Syllogiſmum: & Minorem opportunam interſerat,

Difficultas, propter quam cætera adducuntur, proponitur.

Major. *Nulla Subſtantia eſt.*

Minor. * * * *

Conſequentia. *Ergo talis res eſt, & non eſt.*

Præterea, *ſi nullam Subſtantiam eſſe*, dicatur eſſe poſſibile, Bona Dialectica blaſphemat dicens.

Nullam Subſtantiam eſſe, eſt poſſibile.

At Deus eſt ſubſtantia.

Ergo Deum non eſſe, eſt poſſibile.

Atqui, qui poteſt non eſſe, non eſt Deus.

Ergo non datur Deus.

Conſequentia eſt legitima, & tamen impia. Minor eſt certa. Ergo Major eſt falſa. Ergo redit argumentum, & oſtendendum, quo modo ex hac Propoſitione *Nulla ſubſtantia eſt*, quæ negativa eſt, duæ Contradictoriæ inferantur.

Tuum erit, Eximie *Domine* Magiſter noſter, pro tui ingenii dexteritate controverſiam decidere.

Dat. 19. Septembr. 1680.

Ejuſdem R. P. SYMPHRONII RESPONSIO.

ILL.ME AC REV.ME DOMINE

Cujus ſapientiſſimum exoſculor Calamum, cujus dexteram, vel à Iove prømotam, vel ab Aquinate obſequor mutuatam.

Viglevanenſis ditio eſt venationi aptiſſima tellus; & licèt venatio Eccleſiaſticis ſit à Sacris Canonibus vetita, ego non canum ſtrepenti latratu, ſed tacita ſpeculationum turma, non ſclopis plumbeas evomentibus pilas, ditas capreis, cervis, leporibuſque pilulas, ſed metaphyſicas eructans ideas, non retium callidis contextis inſidiis, ſed argumentorum laqueis poſſibilem Hircocervum venari contendo. At optimè noſco Hircocervum cujuſdam Magnatis tutela munitum, non abſimiliter à Cæſaris Cerva circumire, ac ad pectus appenſa epigraphe, *non Cæſaris, ſed Caramuelis ſum, noli me tangere*: Quòd ſi in Hircocervum poſſibilem dialecticum laqueum injicere affectem, Caramuelis ſolerti fractus ingenio, Caramuel ipſe canet iò triumphe, *laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.*

N. B. Quæ ſunt in Epiſtola ſequenti dilucidanda uberiùs, hic inſinuantur, & notätur in margine.

Contendit P. Symphronius, Hircocervum impoſſibilem eſſe.

Hircocervi ergo poſſibilitatem evertere ſtudens, ſic diſputo. Dicis eſſe poſſibilem, quatenus poſſet Deus, per ſuam increatam ſubſiſtentiam terminare naturam Hirci & Cervi, quemadmodum de facto ſubſiſtentia Divina terminat naturam divinam & humanam: & hæc non eſt quæſtio noſtra, in ea enim hypotheſi, Deus eſſet

Ad hoc, ut Hircus ſit Cervus, & Cervus ſit Hircus, nõ requiritur Naturarum identifi-

catio; & ſi requireretur, admitti poſſet, quoniam eſt poſſibilis, ut poſtea videbimus.

ſet Hircus, & Hircus Deus, & Deus Cervus, & Cervus Deus, non tamen Hircus Cervus, nec Cervus Hircus, & hæc eſt quæſtio, an ſcilicet dabilis ſit natura una indiviſa in unico ſuppoſito, quæ ſalvis utriuſque naturæ prædicatis ſimul ſit Hircus & Cervus, quod in aſſumptione utriuſque naturæ per divinam ſubſiſtentiam non ſequitur. Et licèt in Chriſto, ex vi hypoſtaticæ unionis, verum ſit, quòd Deus homo, & homo eſt Deus, hoc eſt per communicationem idiomatum, non per identitatem, nec enim dicere poſſumus naturam divinam, eſſe naturam humanam, aut è contra quod requiritur in Hircocervo, quatenus verum ſit Hircus eſt Cervus, & Cervus Hircus, ita quòd formaliter conſtituentes Hircum, tranſcendant, & prædicentur formaliter, de formalitatibus conſtituentibus Cervum, & vice verſa: quod eſt confundere rerum eſſentias; rerum autem eſſentiæ, inquit Ariſtoteles, ſunt ſicuti numeri, quibus ſi quidpiam addas, vel demas, protinus evaneſcunt.

Numeri totales, quando tranſeunt ad majoris numeri compoſitionem ſiunt partiales.

Et licèt animalitas, quæ eſt in leone, non prout in leone, ſed præcisè accepta poſſit identificari cum rationalitate, quæ eſt in homine, hoc ideò eſt, quia ſunt duæ formalitates inadæquatæ, ex quibus unica & indiviſibilis integratur eſſentia, tanquam à formalitatibus una contrahibili, & altera contrahente, una determinabili & altera determinante, una per modum potentiæ, & altera per modum actus, quod non contingit in hircitate & cervitate, quæ ſunt duæ naturæ adæquatæ, & totales & invicem diſparatæ.

Omnia iſta retorqueri poſſunt ad Incarnationis Myſterium, quia ſicut Deus & Homo unus eſt Chriſtus; ſic in caſu Hircus & Cervus eſſent unus Hircocervus.

Et eadem reſponſio fertur de Anima rationali naturæ corporeæ comparata; ſunt etenim, ut loquitur Caietanus, ceu ſeminaturæ, & ſemieſſentiæ, ex quibus una per ſe & completa reſultat; ex Hircitate, autem ex Cervitate, non niſi unum ens per accidens reſultare poteſt; nomine autem Hircocervi unum ens per ſe intelligimus, quòd ſi medietatem Cervi, & medietatem Hirci ſecare liceret, tunc cum Poeta Italo dicerem. *Mezzo Cervo, mezzo Capra, e tutto beſtia*, ut de Satyro cecinit Eques Guarinus, nel Paſtor fido, *mezzo huomo, mezzo Capra, e tutta beſtia*.

Eques Guarinus in libro, qui Il Paſtor fido *inſcribitur*. Mezzo huomo, mezzo capra, e tutto beſtia.

Imperceptibilis utique eſt, ideò & impoſſibilis Mons ſine valle, eſt enim dicere implicantiam in adjecto, hoc eſt dicere montem, & non montem, montem, ut ſupponitur, & non montem; montis etenim nomine intelligimus eminentem quamdam terræ portionem, ſi autem vallem tollas, tota corruit eminentia.

Non implicare paulo poſt demonſtrabitur.

Sed ſcire vellem, in qua Figura vel Modo eſt iſte Syllogiſmus.

Ad ſubtiliſſimum ſyllogiſmum primum, reſpondeo negando majorem, prout ibi ritè negatur, & ad ejus probationem, nego utique majorem, apertam producendo contradictionem, *nullam ſubſtantiam eſſe eſt poſſibile*, *aliqua ſubſtantia neceſſariò eſt, ergo ſubſtantia eſt, & non eſt*; en affirmationem, & negationem ejuſdem de eodem, ſecundum idem, inter univerſalem negativam, & particularem affirmativam.

Sed quis erit ille qui utramque concedat Præmiſſam.

Ad Syllogiſmum verò ſecundum, & incompletum, in quo ſubticetur minor, ego illam appono, *aliqua ſubſtantia neceſſariò eſt*, & ſic optima infertur conſequentia, *ergo ſubſtantia eſt, & non eſt*, ſi ambæ concedantur præmiſsæ.

Negata aliqua Præmiſſa corruit Cõſequẽtia.

Ad tertium, & noviſſimum ſyllogiſmum, ſatisfacio dicendo, quòd ſi ambæ concedantur præmiſsæ, conſequentia eſt, & legitima, & impia & verè blaſphemat dialectica, ſed quia prompta negatur major, & reducitur ad impoſſibile præallegatæ contradictionis, ideò corruente majori corruit utique conſequentia *y la blaſphemia, el viento ſe la lleva*.

Iſtud argumẽtum eſt forte, ſed ex hac Propoſitione *Nulla Subſtantia eſt*, inferri hãc *Ergo nullum Ens eſt*, non video ſufficienter probari.

Immò audacter addo, quòd dum tu aſseris nullam ſubſtantiam eſse, eſse poſſibile, ſubſtantiæ ejuſdem neceſſitatem eſſendi adſtruit, ſi nullam ſubſtantiam eſse, eſt poſſibile, nullum utique ens eſse, erit poſſibile, ſi nullum ens eſse eſt poſſibile, nullum utique verum eſse, erit poſſibile, cùm verum ſit paſſio entis, at cùm nullum verum eſſe, eſse poſſibile dicit, vel verum dicit, vel falſum, ſi falſum ergo & nullam ſubſtantiam eſse, eſse poſſibile, eſt falſum, ſi verum, ergo dum verum deſtruit, verum adnuis.

Hujuſce rivuli ſtillicidium Dominatio Veſtra Illuſtriſsima ad mare ſuæ Sapientiæ derivare dignetur, & ſubobſcurum hujuſce meæ tenuiſſimæ lucis radiolum, tuæ præclariſſimæ intelligentiæ Soli admoveri permittat, dum ſacrarum veſtium exoſculor fimbriam, & æviternam auſpicor ſoſpitatem.

Dat. in Collegio noſtro S. Petri Martyris die 23. Septembris, 1680.

EPI-

EPISTOLA VII.

Eidem R. P. Symphronio.
D. IOANNES CARAMVEL S.P.

Eximie Domine Magiſter noſter:

ERuditiſſimas Literas Tuas, libentiſſimè legi; & quoniam Tua mihi perplacent Eruditio & Ingenium, omnia quæ à Te dicuntur aut ſcribuntur, placent. Sed, quia inter duos Diſſertatio inſtituitur, aliquid debeo contrà dicere, vel objicere: Nam ſi aſſentiter in omnibus, Diſſertatio ceſſaret; non enim Duo, ſed Vnus, & Ipſiſſimus judicaremur. Nuper Martialis (*) Angelicus ſuum his numeris monebat Nævium.

CDXVIII. Diſſertatio debet, inſtitui neceſſariò inter duos.

Tenentur Amici, aut non diſputare, aut ex condicto ſibi ipſis contradicere.

Parva qui laudat, reprehendit is Te;
Parva qui carpit, celebrat rotunda
Ore Te (Nævi) graviora namque
Dicere neſcis.

*] *Ioannes Ouvenus in Epigramm. ad Nævium.*

Ergo, ſiquidem in Subſtantia Controverſiæ convenimus, & in circumſtantiis & paucis & parvis differimus, me Te collaudaturum & celebraturum fore exiſtimo, cùm aliqua, quæ circa dialecticandi, aut fortè loquendi modum, inſinuavero; quæ ſunt fortaſſis bene dicta aut ſcripta, tametſi ego eadem antiquis, quibus afficior, præjudiciis inſiſtens, paulò aliter, dicerem, vel ſcriberem. Attende igitur: nam ſic incipio.

P. Symphronii Autor laudat, cùm in ejus Scriptis tantùmmodò leviſſimos nævos reprehendit.

Me doctrinam, à te traditam, libenter admittere, dixi; & de exemplis non eſſe ſolicitum: nullus enim ambigo, poſſe Deum Hircocervum, ut cætera omittam, producere. Interim, tametſi iſtam Quæſtionem poſſemus illæſa principali intermittere, quia tu ſtas ab impoſſibilitate Hircocervi, ut tibi morem geram, lineas ſubſequentes ſcribo.

Potuit Verbū Æternum Naturam irrationalem adſumere.

Poſſe profectò Deum Irrationalem Naturam hypoſtaticè adſumere, ſcitè affirmas: id enim aſſerit Doctor Angelicus *3. part. qu. 4.*, cujus ſententiam P. Gabriel à S. Vincentio *in 3. part. diſp. 4. dub. 1.* exponit & illuſtrat his verbis. [*Natura irrationalis quæcumque, completa: etiam inſenſibilis, eſt adſumptibilis à Perſona Divina.* Sic tenent omnes Scholaſtici *in 3. diſt. 1.* & Theologi *hoc in loco.*] Fatetur tamen Contrariam Sententiam eſſe Magni Alberti *in 3. diſt. 2. art. 2.* Henrici *quodl. 13. qu. 5.* Alexandri de Ales *3. part. qu. 2. membr. 7.* D. Bonaventuræ *in 3. diſt. 1.* Carthuſienſis *diſt. 2. quæſt. 2. art. 7.* Pici Mirandulani *in ſuo Apolog. in defenſ. tertia Propoſ.* &c.

Sanè in caſu, quo Verbum Æternum Hircinam & Cervinam adſumpſiſſet Naturas, admittis has Propoſitiones eſſe veras.

Quænam tunc verificarentur Propoſitiones propter communionem Idiomatum?

Deus eſt hircus.
Deus eſt cervus.
Hircus eſt Deus.
Cervus eſt Deus.

Et negas has

Hircus eſt cervus.
Cervus eſt hircus.

Quæ autem non?

At ego rationem non percipio negandi. Quoniam propter unicitatem Suppoſiti admitti neceſſariò debet Idiomatum communicatio. Aſſero igitur in Caſu, ſiquidem priores Propoſitiones admittuntur, poſteriores debere neceſſariò concedi: nam una & eadem ratio militat pro utriſque.

Profectò Subſtantiale Concretum, importat in recto Suppoſitum, quod dicitur *Habens*, & in obliquo Naturam, quæ habetur.

De Subſtantiæ Concreto. Quid in recto, & quid in obliquo dicat?

Vnde in Chriſto, quia Habens Divinitatem eſt Habens Humanitatem, eſt vera hæc Propoſitio, *Deus eſt Homo*.

Cur in Propoſitionibus de ſubjecto verificetur prædicatum?

Ergo, ſi Habens Naturam Divinam haberet Naturam Cervinam, eſſet verum dicere *Deus eſt Cervus*. Quod doctiſſimè admittis.

Ergo, ſi Habens Naturam Hircinam haberet etiam Cervinam, eſſet ſimiliter verum dicere, *Hircus eſt Cervus*. Quod tu negas. Sed cur?

Ad Propoſitionum veritatem, Rectorũ, non autem Obliquorum identificatio requiritur.

Quia, ut ſit vera Hæc Aſſertio, *Hircus eſt Cervus*, non ſufficit unitas ſuppoſiti ſed adhuc inter illas duas Naturas requiritur identificatio. Et ad hoc Ego duo reſpondeo: alterum, illam identificationem non requiri: alterum, ſi requireretur, illam eſſe poſſibilem.

Illam non requiri, demonſtro. Quoniam in Chriſto eſt verum dicere, *Deus eſt Homo* & *Homo eſt Deus*, & tamen Divinitas & Humanitas non identificantur.

An poſſibilis ſit Naturarum identificatio.

Illam eſſe poſſibilem. Quia ſicut Arithmeticus datos quoſcumque Numeros poteſt in Summam adgregare & colligere; hoc eſt, exhibere alium majorem (Numerum) qui priorum omnium Vnitates contineat: ſic poteſt Deus datis quibuſcumque Naturis, illarum perfectiones in Summam adgregare & colligere: hoc eſt, exhibere aliam Naturam, quæ priorum omnium (Naturarum) perfectiones contineat. Et fortè huc reſpiciebat Ariſtoteles, quando Species dixit ſicut Numeros eſſe: nam ſicut Numeri poſſunt conjungi & dividi, ſic & Species poſſunt incidi, & identificari.

An, & cur Species ſicut Numeros eſſe dicantur.

Pergis, & §. *Imperceptibilior*, hoc epitheto doctrinam meam de Monte ſine valle dignaris. Interim, quoniam in præcipuo Diſputationis puncto hujuſmodi præpedimur exemplis, oro, ut noſtram Bicipitem Matheſim legas, nam pag. 488. num. 544. Laminæ XIII. Fig. 1. explicationem, Demonſtrationemque, quam polliceor invenies. Interim, ut Tibi reddam tua, utar tuis verbis, & Montem ſine valle poſſibilem eſſe demonſtrabo. Sic enim aio.

Oſtenditur Montem ſine Valle eſſe poſſe.



Verba tua ſunt, *Montis nomine intelligimus eminentem quamdam terræ portionem; ſi autem vallem tollas, totam eminentiam (tollis)* Aſſentior: & illa, ut meam formem Demonſtrationem eſſe vera ſuppono. Et his poſitis ſic diſcurro, & progredior.

De Tellure: ſi figuram Tetrahedrã fuiſſet naƈta.

Globus Terræ circulo BDFB repræſentetur. Adponat ſuper illum Deus montes BFAB, & BDCB, & DFED. (Et tunc Terræ figura quæ in plano per Triangulum repræſentatur, in ſolido erit Tetrahedrica.) Tunc ſic.

Si inter Montẽ & Montem interſit vallis, nemo poterit ex unius Montis culmine ad alterius Montis culmen per lineam rectam ambulare.

Quotieſcumque ab unius Montis culmine ad alius Montis culmen per lineam rectam tranſitur, per vallem intermediam non tranſitur. Atqui, A eſt culmen Montis BFAB. & C eſt culmen Montis BDCB, &c. Et tamen ab A ad C per lineam rectam tranſitur. Ergo de culmine unius Montis ad alius Montis culmen, quin tranſeatur per vallem intermediam tranſitur. Nulla intermediat ergo vallis inter Montes A, & C.

CDXIX.

Quid ſit Impoſſibile?

HÆC de exemplis, non neceſſitatis, ſed eruditionis gratia ſint dicta. Sufficit enim pro Controverſia Principali ſcire, *Illud eſſe impoſſibile, ex quo duo Contradictoria neceſſariò inferuntur*. Ergo tandem aliquando ad Quæſtionem Principalem redeamus.

Primus meus Syllogiſmus erat.

Illud eſt impoſſibile ex quo duo Contradictoria inferuntur.

Sed ex hac Propoſitione, Nulla Subſtantia eſt, *nec inferuntur, nec inferri poſſunt duo Contradictoria.*

Ergo, Nullam eſſe Subſtantiam, *non eſt impoſſibile*.

Reſpondes (negando Majorem, prout ibi ritè negatur & ad ejus probationem nego utique Majorem, apertam producendo contradictionem) Et Ego non video, quomodo poſſit hæc tua Reſponſio dato Syllogiſmo applicari.

An ex illa data Propoſitione duæ Contradictoriæ inferantur?

Pergis; &, ut oſtendas ex hac Propoſitione, *Nulla Subſtantia eſt*, duo Contradictoria inferri neceſſariò debere, iſtum Syllogiſmum concionas.

Nullam Subſtantiam eſſe eſt poſſibile.

Aliquã Subſtantia neceſſariò eſt.

Ergo Subſtantia eſt & non eſt.

An tres datæ Propoſitiones ſyllogiſmum conſtituant?

Sic tu confidenter concludis: & ſubjungis ſtatim. *En Affirmationem & Negationem ejuſdem de eodem, ſecundum idem, inter Vniverſalem negativam, & Particularem affirmativam.*

Sed iſte, quem Syllogiſmum vocas, eſt Propoſitionum minimè cohærentium

adgre-

adgregatum. Vel, ſi te attentè conſiderata, in hoc verborum cumulo aſſerere audeas eſſe ullum artificium Dialecticum, mî dicere digneris, in qua Figura & Modo digeſtum & concionatum ſit.

Sanè in Majori, ſubjectum eſt, *Nullam Subſtantiam eſſe*. Copula eſt *Eſt*. Et prædicatum eſt *Poſſibile*. Minor illa, *Aliqua Subſtantia neceſſariò eſt*, æquipollet huic, *Aliqua Subſtantia, eſt neceſſaria*, in qua ſubjectum eſt *Aliqua ſubſtantia*, & prædicatum eſt *Neceſſaria*. Ergo ponis in Præmiſſis quatuor terminos, ergo in illis nec Medium, nec extremitates (majorem, & minorem poteris adſignare.

Nullius boni Syllogiſmi Præmiſſæ poſſunt habere quatuor terminos.

Tandem, Syllogiſmum, quem Ego complere neſcivi, tu comples, & his verbis concinnas,

Nulla ſubſtantia eſt.
Aliqua ſubſtantia neceſſariò eſt.
Ergo Subſtantia eſt & non eſt.

De ſubjecto & Prædicato harum Propoſitionum.

Et Ego, quia hac lege & ordine digeſtis terminis, Medium video ſubjici in utraque Præmiſſa, hunc Syllogiſmum ad Tertiam Ariſtotelcam Figuram ſpectare pronuncio. Et interrogo, Qua Medium facultate aut licentia, auſum ſit ingredi in Conſequentiam? Crimen eſt, quod Dialecticarum Tabularum Leges inhibent. Ergo ſume calamum & in tui Syllogiſmi Concluſione vocem *ſubſtantia* (hæc enim Medium erat) oblitera.

Non poteſt Medium Concluſionem intrare.

Pergo ulteriùs, & ad Prædicatum oculos converto, & interrogo, An in utraque Præmiſſa prædicatum ſit idem? Si aſſeris, tollis formam Dialecticam, Præmiſſæ enim cujuſcumque ſyllogiſmi debent conſtare tribus terminis. Si negas, tollis contradictionem, hæc enim poſtulat quòd unum & idem omninò prædicatum, quod affirmatur in altera, in altera poſitione negetur.

In Tertia Figura debent prædicata differre.

Tui Ratiocinii Conſequentiam relegis, & ais, *Optimè infertur (Conſequentia) ſi ambæ concedantur Præmiſſæ*. At inquam Ego, nec illæ Præmiſſæ ſimul admitti poſſunt: nec, ſi admitterentur, illa poſſet ex ipſis conſequentia deduci. Non poſſunt, aſſero, illæ Præmiſsæ admitti: nam repugnantiam & contradictionem involvunt, & non habet humanus Intellectus vires, ut ſimul aſſentiatur duabus Contradictoriis. Addo, quòd, ſi per impoſſibile talis aſſenſus in Intellectu præmitteretur, nullo modo illa Conſequentia inferri poſſet; nam iſte Syllogiſmus pertinet ad FERISON, ultimum Tertiæ Figuræ modum, & debet hac lege decurrere.

In Concluſione major debet de minori extremitate prædicari.

FE- *Nulla ſubſtantia eſt.*
RI- *Aliqua ſubſtantia eſt neceſſariò.*
SON. *Ergo aliquid quod neceſſariò eſt, non eſt.*

Et iſte ſyllogiſmus eſt exactiſſimè ſimilis huic,

FE- *Nullus homo eſt equus.*
RI- *Aliquis homo eſt albus,*
SON. *Ergo aliquod album non eſt equus.*

Hic igitur, ut vides, Conſequentia & Major ſibi non contradicunt: Ergo nec in altero (ſyllogiſmo) contradicebant.

Ex hac Logica ſequitur nullam in Mundo Propoſitionem veram eſſe: nulla enim eſt, ex qua iuxta hujus Novæ Logicæ Canones non poſſint Contradictoria neceſſariò deduci.

MONEO hic tamen Dialecticos, omnes ad unam poſſibiles Propoſitiones ad impoſſibilem pertinere materiam, quam remotam vulgus Academicum vocitat. Et hoc evidenter oſtendo.

Nam illa Propoſitio impoſſibilis & neceſſariò falſa, ex qua contradictio in bona conſequentia deducitur. (a)

At ex quacumque Propoſitione quæ pro Majori in tertia Figura adſumatur, ſi liceat ejus mediatam aut immediatam contradictoriam loco Minoris ponere, contradictio in bona conſequentia deducitur.

Ergo ex quacumque Propoſitione, quæ, &c. *ſi liceat. Eſt impoſſibilis & neceſſariò falſa,* &c.

Et hoc nullo meliùs probari modo poterit, quàm exempla opportuna ponendo. Subſequentia conſidera.

Deus eſt.
Deus non eſt.
Ergo aliquid, quod eſt, non eſt.
Ergo aliquid eſt, & non eſt.
Nullus Homo eſt Equus.
Aliquis Homo eſt hinnibilis.
Ergo aliquod hinnibile non eſt Equus.

a) *Contradictoria immediata ſunt hæc* Eſt, Non eſt.) eſt homo, Non eſt homo. (Eſt albus, Non eſt albus.) *&c. Prædicata autem illa, ex quibus contradictoria immediata inferantur, ut* (Eſt animal. Non eſt ſenſibile.) Eſt homo. Non eſt riſibilis. (Eſt equus. Non eſt hinnibilis. Mediata Contradictoria *dici ſolent*.

Atqui

Atqui omne hinnibile eſt equus.
Ergo dantur duæ contradictoriæ ſimul veræ.
Nullus lapis eſt animal.
Aliquis lapis eſt ſenſibilis.
Ergo aliquod ſenſibile non eſt animal.
Atqui omne ſenſibile eſt animal.
Dantur igitur duæ contradictoria ſimul vera.

[*] Severa Argumentandi Methodus. *Liber Autoris eſt. Prodiit primum Duaci: & in poſterioribus editionibus Metalogica adhæſit.*

Ergo, ſi hæc Tua Nova admittatur dialecticandi Methodus, ſicut probatur iſtas Probationes *Deus eſt*, *Nullus Homo eſt Equus*, & *Nullus lapis eſt Animal*; eſſe impoſſibiles & neceſſariò falſas (ut potè, ex quibus contradictoriæ deducuntur) ſimiliter omnes ad unam, (etiam illæ, quæ æternæ Veritatis dicuntur) tranſibunt in neceſſariò falſas. At hoc ſemper abſurdum, & interdum eſt impium. Fundamentum ergo, unde illud deducitur, eſt omninò damnandum. At oritur ex nova illa Dialectica, quæ duas contradictorias pro Præmiſſis adſumit. Ergo talis Dialectica proſcribi debet ab Scholis, in quibus Severa [*] *argumentandi Methodus* religioſè obſervatur.

Symphronius & Caramuel quoad ſubſtantiam conſentiunt.

Hæc omnia, Symphroni mi, non rem ipſam, ſed tantùm diſcurrendi normam, aut modum loquendi concernunt; nam in re & Concluſione convenimus, etſi in verbis videamur diſſentire, & differre. Eſt enim ille Diſcurſus, quem §. *Immò audacter addo* texis, acutiſſimus & oculatiſſimus, quem, quia per omnia meis Fundamentis conſonat, hic reſcribo.

De illatione duarum Contradictoriarum concinnata à P. Symphronio Demonſtratio.

Si nulla Subſtantia eſſet, nullum *Accidens*, & nullus Modus eſſet. Patet, quia Modus nullo modo ſine ſubjecto poteſt eſſe: & tametſi Accidentia ſine ſubſtantia miraculosè poſſint eſſe, ſtante hypotheſi nulla eſſet tunc Subſtantia, quæ patraret miracula.

Sanè ſi nulla Subſtantia, nullum Accidens, & nullus Modus eſſet, conſequenter, ſimiliter nullum ens eſſet.

Præterea, ſi nullum ens eſſet, eſſet in rebus aliquod Verum, videlicet, *Nullum ens eſſe*.

Non entis nullæ ſunt proprietates.

Denique, ſi nullum ens eſſet, nulla entis attributa darentur. Ergo nullum Verum, nullum Bonum, & nullum Unum Bonum daretur.

Relinqueretur ergo, *Dari aliquod Verum*, & *Dari ſimul nullum Verum*, quæ contradictionem manifeſtam important.

Vale doctiſſime & eruditiſſime Vir. Dabam in noſtro Muſæo ipſis Calendis Octobribus M.DC.LXXX.

CDXX.
Cur Quæſtio ſequens ſubjiciatur?

Quia in his duabus ultimis Literis, de Syllogiſmis, in quibus duæ Contradictoriæ Propoſitiones loco Præmiſſarum componerentur, diſſeruimus, & ſtatuimus tantùm, *Fore, ut ex præmiſſis Contradictoriis, duæ Contradictoria ſimul vera inferantur*, non ſumus ulteriùs progreſſi, id enim videbatur noſtro intento ſufficere. At modò liberius tempus nacti, pronunciamus ſincerè, erraviſſe cum ſuo Homero & Ovidio Pelaſgos & Romanos Poëtas, cùm θεομαχίαν (præceps & temerarium Gigantum adverſus Deos bellum) dilucidarunt: non enim illos armarunt opportunis fulminibus, neque Oſſæ ſuperponendo Pelion, ſcalas eis ut adſcenderent & invaderent Cælos, congruas ſubminiſtrarunt: ſed debuiſſent tantummodò præbere duo Contradictoria ſimul vera.

[*] Claudianus. Ecce Syracuſius tranſtulit arte Senex.

In Sicilià [*] profectò
Unicum punctum Faber Archimedes
Poſtulans extra faciem globoſa
Terra, Eam ſurſum removebo totam,
Vociferatur.

An & quo modo Archimedes tellurem elocaſſet?

Audiunt illum Gigantes, olim à Diis victi, & à Jove fulminibus ſub Ætnæ profundiſſimas cavernas truſi, de novis armis, & θεομαχία renovanda cogitant: quoniam, ut quidam Poëta Junior ſcribit.

Brôtes, & Steropes, & flammeus ora Pyragmon
[a]
Sunt auſi atroces has ululare minas.
Demur ſi nobis Contradictoria vera,
Nam bellum legiè nunc renovare libet.
Pellemus (quondam quod dextera noſtra nequivit)
Cœleſti Æthereos è Regione Deos.

a] *Fuit hic primus Verſus ex Mantuano deſumptus.*

Et, ut videatur, bene ululare Cyclopas; Diſcurſum ſubſequentem adjungo.

QUÆSTIO INCIDENS.

Quid mali in rerum naturâ aboriretur, Si per impoſſibile darentur, aut admitterentur, duo Contradictoria ſimul vera? aut, quod in idem recidit, Si daretur aliqua Propoſitio, quæ vera & falſa eſſet ſimul?

CDXXII.
Ioannis Helmontii Opinio

Joannes Helmontius, Medicus Bruxellenſis, hodie propter libellos eruditos, quos edidit, toto Orbe celeber, contendebat, *Poſſe Deum facere, quòd duæ Contradictoria ſint vera*. Scripſit de hoc argumento eruditum Syntagma, & in ſuo libro manuſcripto illud cæteris univerſis præpoſuit. Suadere conabar Viro Egregio, ut omnes probationes illas, erant enim ingenioſæ & curioſæ,

Duæ Contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul veræ.

per

per modum Objectionum proponeret: reſolveret cum verâ & communi ſententiâ, & tandem rationibus reſponderet oppoſitis. Neſcio, an præſtiterit; hoc enim unum video, Syntagma illud periiſſe, & neque correctum, neque incorrectum fuiſſe typis mandatum. Ergo quidquid dixerit aut ſomniavit Helmontius, *Non poſſe divinitus fieri, ut duæ Contradictoriæ ſimul verificentur*, certum eſt. Sed unde naſcitur hæc certitudo? Unde illa impoſſibilitas? Creaturarum imperfectioni illam acceuſet communis Scholaſticorum Opinio. Illam ego perfectioni Divinæ. Quia cùm Deus neceſſariò ſit, ita eſt ut non poſſit non eſſe: adeoque nec ſimul, nec ſucceſſivè eſſe, & non eſſe. At hinc naſcitur omnium Contradictoriorum terminorum incompoſſibilitas, ut ſuo loco perſuaſi.

Vnde hæc Impoſſibilitas deducatur?

Sed quid in Mundo mali accideret, ſi per impoſſibile eſſent duæ Contradictoriæ ſimul veræ? aut *Quid ſi per impoſſibile, una & eadem Propoſitio, vera & falſa eſſet ſimul?* Reſpondeo *Nullā in toto Mundo Veritatē manſurā.* Vel ſi dubites, da mihi has Propoſitiones, *Petrus currit*, & *Petrus non currit* (aut, ſi has nolis, alias quaſcunque Contradictorias) eſſe ſimul veras: & Ego tibi quidquid volueris demonſtrabo. Et, ut hoc perſpiciatur clariſſimè, da mihi aliquam abſurdiſſimam Propoſitionem, quam debeam evidenter probare. Ergo ſit hæc. *Circulus habet quatuor angulos*. Eſt evidenter falſa: at ex hypotheſi, me ſic argumentante, erit certa. Attende.

Quid eveniret ſi darentur duæ Contradictoriæ ſimul veræ?

Vel Petrus currit, vel Circulus habet quatuor angulos. At Petrus non currit. Ergo Circulus habet quatuor angulos.

Quid ſufficiat, ut Propoſitio Disjunctiva ſit vera?

Ut hanc Conſequentiam oſtendam infallibilem eſſe, utar communi & ab omnibus recepta Logicâ, & ſic diſcurram.

Hæc, inquam, Propoſitio, *Vel Petrus currit, vel circulus habet quatuor angulos*, eſt Disjunctiva. Ergo & vera. Patet, quoniam ut disjunctiva vera ſit, ſufficit alteram in illâ parte eſſe veram. Et in hac illa pars *Petrus currit* ex ſuppoſitione vera eſt.

Et quidem hanc ipſam, & non aliam eſſe naturam propoſitionis Disjunctivæ, aſſerunt univerſi Dialectici. Sufficiat Complutenſes adducere, qui in hoc eſt Schola *labii unius, & ſermonum eorundem*. Ipſi autem *in Inſtitution. ad Logic. libr. 3. c. 4.* ſic ſcribunt. [Disjunctiva eſt, *cujus principales uniuntur conjunctione disjunctivâ*, quales ſunt *aut*, *ſive*, & ſimiles: ut ſi dicas, *Vel Petrus loquitur, vel ſedet*. Hæc autem verificatur, ſi habeat unam partem veram: eſt autem falſa, ſi utraque ſit falſa, &c.] Conſonat Arriaga, qui *in Summul. diſp. 2. ſect. 3. num. 28. pag. 23. b.* ſic ſcribit. [Propoſitio Disjunctiva, ut vera ſit non requirit, veritatem utriuſque; quia non affirmatur utrumque copulativè, ſed ſufficit unius veritas; ut, ſi dico, *Petrus, vel Joannes legit*. propoſitio erit vera legente Petro, etſi Joannes non legat.] Sed cur te fatigabo, plures citando Autores in re tam clarâ. Ad noſtram ergo materiam, de quâ diſputabatur, redeundo, inſero clariſſimè ex dictis hanc Propoſitionem, *Vel Petrus currit, vel Circulus habet quatuor Angulos*, eſſe veram: nàm ejus prima pars, ut ſupponebatur, eſt vera.

Differt Disjunctiva à Copulativa. Nam ut Copulativa ſit vera, utraque pars debet eſſe vera: ut autem Disjunctiva ſit vera, ſufficit, ut pars alterutra ſit vera. Cæterùm ut Disjunctiva falſa ſit, debet utraque pars eſſe falſa. Ut autem Copulativa falſa ſit, ſufficit ut alterutra pars ſit falſa.

Pergo ulteriùs, & ſic inquam. In omni Propoſitione Disjunctivâ verâ, à negatione alterius partis ad affirmationem alterius valet Conſequentia; quia, cùm non poſſit habere utramque partem falſam [hæc enim, *Vel Petrus eſt lapis, vel arbor*, cujus utraque pars eſt falſa, non erit Disjunctiva vera.] poſito, quòd altera pars falſa ſit, altera neceſſariò erit vera. Ergo in hac Propoſitione Disjunctivâ verâ, *Vel Petrus currit, vel Circulus habet quatuor Angulos*, ſiquidem prima pars, *Petrus currit* eſt falſa; [eſt enim verum, ut præcipit Hypotheſis, dicere, *Petrus non currit*.] Ergo altera pars, videlicet, *Circulus habet quatuor angulos*, erit neceſſariò admittenda.

Et hac Logicâ inſtructi Cyclopes

Invidiâ & rabie oppreſſi, qui nulla morantur
Numina,

contra Deos, Jovemq; effulminant iſtud Dilemma.

Quanta eſſet, ſi per impoſſibile darentur, duarum Contradictoriarum Propoſitionū potentia?

Vel Petrus currit, vel nullus eſt Deus.
Sed falſum eſt dicere, quòd Petrus currit.
Ergo verum eſt dicere, quòd nullus eſt Deus.

Major eſt Disjunctiva & vera. Quoniam, ut Disjunctiva vera ſit, ſufficit, ut paulò antè dicebatur, & probabatur, alteram ejus partem eſſe veram. Et prior pars ex hypotheſi debet concedi.

Minor etiam eſt vera. Quoniam Hypotheſis illam ſupponit.

Conſequentia eſt legitima. Ergo etiam vera.

CONCLVSIO.

Stat igitur periturum totum omninò Mundum, nullamque in toto illo Veritatem manſuram, ſi per impoſſibile, vel duæ Contradictoriæ (quæcumque illæ ſint) eſſent, aut ſimul veræ, aut ſimul falſæ, vel una & eadem Propoſitio (quæcumque illa ſit) vera & falſa eſſet ſimul.

AR-

ARTICVLVS II.

De Scientiâ Dei, quæ à Theologis dicitur Simplex Intelligentia,

CDXXII. Plura poſſunt & ſolent, uno & eodem argumento probari.

EOdem argumento, ut ſcitiſſimè S. Auguſtinus pronunciat, *Deum eſſe, Deum Omnipotentem Mundialis Machinæ Creatorem eſſe, & Deum intelligentē eſſe*, demonſtratur. Quod, ut eſſe verum videas, pauca hæc ſubſcribo.

[*] *Nomen Sacer, & rem Deo dicatam, & rē magnam ſignificat.*

Eſſe in rebus hoc tantùm non immenſum Palatium; hoc Sacrum [*] Templum, quod ab ornatu Κόσμον Græcè, & à puritate Latinè *Mundum* dicimus, oculis proſpectamus. Illud ab aliquo fuiſſe factum evidenter inferimus. Et hunc, quem eſſe Mundi Autorem & Creatorem cognoſcimus, vocamus *Deum*. ERGO *à poſteriori per Demonſtrationem manifeſtam colligimus non poſſe negari, Dari Deum.*

Eſſe Deum à poſteriori demonſtratur.

Et circa iſtam Concluſionem duæ poſſunt excitari Quæſtiones, ALTERA, *Utrùm ſit certa?* ALTERA, *Utrùm de Fide ſit?*

Qualis ſit hæc Concluſio?

Circa Primam propugnat affirmativam partem, communis Veterum & Juniorum Theologorum conſenſus.

Eſt certiſſima.

An pertineat ad Fidem?

Circa Secundam apud Autores Claſſicos divortia Opinionum reperio: Ut enim aliquā Poſitio ſit hæretica, debet Veritatem negare, quam Sacra Scriptura definit, verbis manifeſtis, & claris, uſurpatis in ſignificatione communi, & nullo obtortis modo ad aliquam interpretationem privatam. Et hanc ob rem iſtam Propoſitionem, *Eſſe Deum, à poſteriori demonſtrari non poteſt*, nullus, quem viderim, *eſſe hæreticam* dixit: at non eſſe tolerandam Veteres pronunciarunt. Quoniam Doctor Angelicus *eſſe manifeſtè falſam* aſſerit *qu.10. de Verit.* & poſteà *libr. 1. contr. Gent. cap. 12.* illam *eſſe errorem* definit. Sed quia errores in Philoſophicos & Theologicos diſtribui debent, ut exponat, quo S. Thomas ſenſu accipi debeat, P. Valentia *diſp.1. qu.2. punct.* eſſe aſſeverat illam, *erroneam in Fide, ſi non apertam hæreſim*. Tantiſper autem mitiùs loquuntur Bañes & Molina, ille enim D. Thomam dilucidans, eam dicit *eſſe temerariam in Fide*; hic autem *qu. 2. art. 2.* eam putat *eſſe minùs tutam in Fide*. Cæterum apud Cacheranum *tom. 1. tract. 1. libr. 1. cap. 1. §. 2. pag. 40. a.* hæc lego [Lugus contrà *libr. 1. diſp. 14. cap. 2.* cum Gillio & Vaſquio aſſerit Sententiam illam nullâ Cenſurâ dignam: & vult adlata Scripturæ loca ſolùm probare quòd Deus poſſit aliquo modo ex creaturis cognoſci, &c.]

Quid requiritur, ut aliqua Propoſitio ſit de Fide?

Proponuntur diverſæ Theologorum Sententiæ.

Circa Tertium mihi ſufficit S. Auguſtini authoritas, tam enim ſunt conſentanea rationi ejus verba ut nullus niſi ἄλογος illa poſſit negare. Argumentum Sancti Doctoris eſt. *Omnia in numero, pondere & menſurâ fecit Deus. Ergo non ſolùm Conditoris Potentia, ſed & Sapientia in Mundi Creatione relucet.* Ejus verba ſunt hæc. *Sufficit, ut quiſquis noverit vel inconcuſsè credat, quod Deus hæc omnia* (in Sapientiâ) *fecerit. Non enim, opinor, aliquem eſſe, tam excordem, ut Deum, quæ non noverat, feciſſe arbitretur.* Ita ille *libr. 5. de Geneſ. ad liter. cap. 15.* Ergo ex creatione Mundi Deum eſſe Intelligentem Subſtantiam demoſtratur,

Dei Sapientia ex Mundi productione & gubernatione probatur.

SECTIO I.

De Divina Scientiâ Diviſione.

CDXXIII. Scientia Dei eſt ſimplex ſecundum ſe cōſiderata, eſt verò multiplex prout ad diverſa connotata & objecta refertur.

SUpponis, & bene, Divinam Scientiam realiter ſimpliciſſimam eſſe & quia eam obſervas, diverſis eam nominibus indigitari, diſcis eam in diverſas dividi, inquiriſq; *Unde hæc ipſa deſumatur diverſitas?*

Sunt, qui ex naturâ rei; ſunt qui ratione ratiocinatâ Scientias in Deo diſpeſcant: at, quia ipſi ab objectis ipſis fundamentum deſumunt, placuit Doctori Angelico inutiles evitare circuitus, & negatâ omni intrinſecâ, expreſſivam, quæ eſt extrinſeca admittere, & dependet à connotatorum varietate. Ita Angelicus Doctor *1. part. quaſt. 15. art. 2.* cujus formalia verba inferiùs *art. 3. ſect. 7.* ubi de Ideis diſſeremus reperies. Interim placet hîc producere Sancti Doctoris verba, quæ *qu. 3. de Verit. art. 3. ad 6.* leguntur. *Simplex Notitia dicitur ad excludendum admixtionem ejus, quod eſt extra genus notitiæ, ſicut eſt exiſtentia rerum, quam addit Scientia Viſionis, vel ordo voluntatis ad res ſcitas, quem addit Scientia approbationis.* Unde Dn. Auguſtinus Redingus, qui exactè veſtigiis Angelici Præceptoris inſiſtit, *in 1. part. qu. 5. art. 3. pag. 159. nu. 1.* ſic ſcribit. [Scientia Simplicis Intelligentię dicitur de Deo reſpectu eorum, quæ nec ſunt, nec erunt, nec fuerunt. Ita S. Thomas *1. part. qu. 14. art. 9.* &c.] Et ſimilia habent cæteri Recentiores; omnes enim in Deo plures admittunt Scientias, earumque pluralitatem & varietatem ab Objectis, ut vidiſti, deſumunt.

Ita nos docet S. Thomas.

Et communiter ejus diſcipuli.

Aliæ profectò circumferuntur Divinæ ſcientiæ diviſiones & ſubdiviſiones, ſed ſubſequens Categoria ob oculos proponit illas, quæ à Theologis debent neceſſariò reſciri.

Scientiarum, quę in Deo conſiderantur, diſpoſitio, & digeſtio.

Deus infinitâ ſuâ ſcientiâ intelligit, & cognoſcit
- *Seipſum*. Et hæc Scientia duplici capite dicitur Α'υτοσοφια. — A
- *Creaturas*
  - *Poſſibiles*
    - *Eſſentiabiles*, — B
    - *Exiſtentiabiles*. — C
  - *Exiſtentes*
    - *Abſolutè*: *Præteritas*, *Præſentes*, *Futuras* — D
    - *Condicionatè*
      - *poſt Decretum*. — E
      - *ante Decretum* — F

Multa quidem, cùm de Diviſo, tùm de ſingulis membris dividentibus impræſentiarùm poſſent dici; ſed quia tempus, & locus non permittit, ut diffundatur Oratio, minùs neceſſariis omiſſis, ſcitu digniora proponamus.

A

An Deum ſemetipſum cognoſcere benè demonſtret Ariſtoteles?

DEUM ſemetipſum cognoſcere, clariſſimè demonſtrat Ariſtoteles; cujus argumentum eſt hoc.

Quoniam Intellectus perfectiſſimus, qualis eſt Divinus, debet verſari circa objectum perfectiſſimum.

Sed nihil inter omnia intelligibilia, eſt Deo perfectius.

Ergo Intellectus Divinus habet pro objecto ipſummet Deum.

Ita *lib.12.Metaph.cap.9.* quod περί τῦ νου *De Mente*. Ubi, & quia hoc ibi Philoſophus nomine κατ' ἐξοχὴν Primam, & ſupremam intelligit, Interpres *De Mente Divinâ*, in titulo Capitis poſuit. Ibi præter alia Philoſophus

Verùm objectum Intellectionis Divinæ, ſit ipſamet Intellectio Divina?

Α'υτον αρα νοεῖ εἴπερ ἐςι τὸ κρατιςον, καὶ ἔςιν ἡ νοησις νοησεως *Se ipſam ergo* (Natura illa Divina) *intelligit, ſi eſt quidem quod optimum eſt: & eſt intellectio, & intellectionis intellectio*. Ergo aſſerente Ariſtotele intelligere Dei, eſt eſſe Dei: & Intellectio Divina eſt Eſſentia Divina: & prima in Deo Intellectio, eſt Intellectionis Divinæ intellectio.

Scientia Dei dupliciter eſt αυτοσοφία

Et hæc Divina Scientia ex duplici capite dicitur Α'υτοσοφια, quo à ſe ipſo habet Deus illam Scientiam, & per illam ſemetipſum cognoſcit, & intelligit. Et hoc nomen, & in hac ſignificatione legitur apud S.Diony. *de Divin.nomin.cap.5.§.5.*

De iſtâ Dei Sciẽtiâ plurima ſunt doctiſſimè, & ſolidiſſimè ſcripta à Novitiis Theologis, quæ hunc Librum non videntur concernere. Ergo ad omnes Creaturas oculos convertamus.

B, & C.

CDXXIV. Creaturarum per claſſes cōvenientes diviſio.

CReaturæ, ut in Categoriâ proponitur, vel ſunt Poſſibiles, vel Exiſtentes. Et Poſſibiles in Eſſentiabiles, & Exiſtentiabiles ſubdividuntur. Creaturæ enim non ſunt Entia à ſe, ſed à Deo. Unde, ſicut **Senteo** (*exiſtentes nunc*) & **Sunteo** (*exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis*) receperunt à Deo exiſtentiam, quam habent: nimirùm à Scientiâ Divinâ per Voluntatem adplicatâ: ſic Creaturæ Poſſibiles illam ipſam Poſſibilitatem, quam habent, emendicant à Deo: ideò enim ipſæ poſſunt fieri, quia datur in Deo Potentia, quæ eas poſſit facere.

Actus eſſendi eſt duplex: nimirùm, **ſare**, & **ſere** hoc eſt, eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale.

Actualitas eſſendi in Creaturis duplex eſt; altera in genere quiditativo, & altera in genere exiſtentiali. Collocantur in genere actualitatis quiditativę, omnia entia, quæ **Sant** (*quiditativum eſſe habent*). In genere autem actualitatis exiſtentialis conſtituuntur, omnia entia, quæ **Sent** (*exiſtentiale eſſe habent*).

Quid nobis explicent definitiones? Important **ſandi** actum, **ſendi** verò potentiā.

Porrò Eſſentiales rerum Definitiones naturas Definitorum explicant; non quas illa poſſunt habere, ſed quas actu habent: actu videlicet quiditativo, non verò actu exiſtentiali. Homo enim definitur *Animal rationale*, non quòd poſſit Animalitatem & Rationalitatem recipere, ſed quòd eas eſſentialiter habeat.

Verùm **ſans**. & **ſabile** differant inter ſe?

Ergo ne dicendum erit in Creaturis **Sans** & **Sabile** (hoc eſt, *Habens eſſe quiditativum & Potens habere eſſe quiditativum*) non diſtingui? Minimè. Quia, ſicut in ordine **ſendi** (habendi eſſe exiſtentiale) prius eſt Creaturam eſſe poſſibilem, quàm futuram (non reali, nec rationis ratiocinatæ, ſed rationis ratiocinantis prioritate) ſic ſimiliter in ordine **ſandi** (*habendi eſſe quiditativum*) prius eſt rem eſſe **ſabilem** (potentem recipere eſſe quiditativum) quàm rem eſſe **ſantem** (*habentem eſſe quiditativum*.)

Ergo ut rem meliùs intelligamus & exponamus, quinque inſtantia, ſeu quinque rationis ratiocinantis prioritates [*] conſideremus.

*] *Prioritates rationis ratiocinantis, quas vocant, non ſūt in Divino intellectu, ſed in humano tantummodò. Non enim intelligimus unum actum Divinum eſſe priorem alio: ſed priùs intelligimus unum, quā intelligamus alium.*

Primò ergo intelligo Deum ſuam naturā cognoſcentem. Et hac primâ intellectione nullam creaturam (hoc eſt, nullam **ſabilem**, aut **ſebilem**) clariùs (*nullam, quæ poſſit eſſe quiditativum; nullam quæ poſſit eſſe exiſtentiale recipere*) aut percipio, aut intelligo.

Secundò cogito Deum in Divinâ ſuâ eſſentiâ infinitas perfectiones creaturis communicabiles intelligentem. Ergo tunc cognoſco Deum potentem Creaturas **ſamere** (*potentem illis eſſentias, & quiditates impertiri*)

Digitized by Google

Creaturæ Sabiles.

Et, quia Relativâ cognitione ſunt ſimul, cognoſco hanc potentiam Intellectûs Divini ad Creaturas ſabiles (*quæ poſſunt quiditates habere*; hoc eſt, quæ in genere ſandi (habendi prædicata quiditativa) Poſſibiles) ut ad proprium Objectum terminari.

Creaturæ Santes.

Tertiò, intelligo Deum iſtos ſuæ Omnipotentiæ terminos in ſemetipſis cognoſcentem. Et tunc etiam creaturas actu ſantes (*actu eſſe exiſtentiali habentes prædicata quiditativa*) oculis intellectûs proſpecto.

Creaturæ Sebiles.

Quartò cogito poſſe Deum iſtis Creaturis Santibus (*habentibus eſſe quiditativum*) impertiri exiſtentiam. Et conſequenter cogito has ipſas Creaturas Santes (*habentes eſſe quiditativum*) poſſe recipere exiſtentiam, & dico eas eſſe, quæ vulgò nominantur *Poſſibiles*. Quoniam de poſſibilitate ad Sandum (*ad habendum prædicata eſſentialia*) nulla unquam fuit apud meos Præceptores ſuſpicio.

An Philoſophi aut Theologi quidpiam dixerint de Sabilibus formalitatibus?

Quintò ſuppono ex hac Creaturarum Santium indefinitâ [*] multitudine ſuæ liberæ Voluntatis Decreto elegiſſe Deum illas, quas voluit; & Divinum Intellectum (cui idem eſt, intelligere, ac facere) in tali, aut tali tempore exiſtentiâ affectas cognoviſſe; atque ideò illas ſuntes reddidiſſe (*exiſtentes in aliquâ differentia Temporis*.

*] Indefinita multitudo *illa eſt, quæ vulgò* infinita ſyncategorematicè *appellatur*.

De Scientia Viſionis.

Et his poſitis dico Intellectum Divinum: prout ſuntes, aut etiam Sentes Creaturas attingit, aut veriùs facit, nominari *Viſionem*: vocarique *Simplicem Intelligentiam*, prout ad Sabiles, Santes, & Sebiles, tanquam ad propria Objecta terminatur. Et quid vetaret, quæſò, ſiquidem Divinarum Scientiarum diſtinctionem ab objectis deſumimus, intelligentiam ſimplicem in tres differentes diſpeſcere (hoc eſt, in Primam, Secundam, Tertiamque) Ita ut *Prima* dicatur, quæ verſatur circa Creaturas Sabiles (*quæ habere eſſentiam & quiditatem poſſunt* (*ſecunda* circa Santes (*quæ eſſentiam & quiditatem habent*) & tandem *Tertia* circa Sebiles (*quæ quidem eſſentiam & quiditatem habent, intelliguntur que ut potentes habere exiſtentiam*.)

Simplex Intelligentia in tres Scientias differentes dividitur.

D

CDXXV. De Creaturis Suntibus.

Creaturæ abſolutè exiſtentes illæ ſunt, quæ Suntes nominantur in Dialecto Scholaſticâ: nempè, quæ in aliquâ Temporis differentiâ habent eſſe. Et Temporis differentiæ ſunt tres; non pauciores, nec plures; quoniam reſpectu hujus præſentis temporis, in quo iſtas lineas legis, ſunt multæ res, quæ tibi coëxiſtunt; multæ, quæ præterierunt, & jam non ſunt: & multæ etiam, quæ nondum ſunt, ſed poſteà erunt.

Præteritum & Futurum dicitur ex comparatione ad Tēpus Præſens.

Nec contra eſt Græcæ, Latinæ, aut etiam aliarum Linguarum Grammaticæ, quæ per Temporum numeroſam varietatem luxuriant, quia ἀόριστοι χρόνοι (*Tempora Indefinita*) ſunt à definitis abſtracta: & quæ *Imperfecta*, & *Plus-quam-perfecta* dicuntur, prodeunt ex aliorum Temporum compoſitione. Sed de hoc alibi uberiùs diſputavi.

Tempora Abſtracta & Cōpoſita a Criticis conſiderantur.

E, & F

De Propoſitionibus conditionatis. Quid ipſæ ſint?

Propoſitiones Conditionatæ illæ ſunt, quæ (ut ipſum nomen præſefert) conditioni innituntur. Quales ſunt, *Si heri ignis fuit accenſus in antro, calefactum & illuminatum illud fuit. Si, nunc Petrus currit, movetur. Si cras Soli ſubcurrat Luna, ille neceſſariò eclipſabitur.*

An, & quo modo Deus futura conditionata intelligat?

Deum cognoſcere Futura Conditionata, certum eſt. Sed quo illa modo? De neceſſariis non eſt, cur moveri debeat dubium, nam in ſuis Cauſis cognoſcuntur certiſſimè. Tantummodò ergo quæritur, *Quo Deus cognoſcat modo Conditionata Futura libera*? Totus Articulus Quartus reſpondebit accuratè, & exactè.

SECTIO II.

Quo modo Deus cognoſcat omnes Creaturas Poſſibiles?

CDXXVI. Quid in hac Quæſtione ſupponendum ſit, & quid examinandum?

QUI interrogat, Quo Petrus modo videat lapidem? ſupponit eſſe Petrum, qui videt: & lapidem qui videtur, & de modo, quo ille videt, & iſte videtur, excitat controverſiam. Ergo, qui ſcite vult, Quo Deus modo cognoſcat Creaturas poſſibiles, ſupponere neceſſariò debet eſſe Deum, qui cognoſcat, & eſſe Creaturas, quæ cognoſcantur, & non de ipsâmet cognitione, aut ejus extremis; ſed de modo dubitare tantummodò.

Hypotheſis eſt hæc, quæ ab omnibus debet admitti, & expreſsè traditur à P. Rhodeſio *in Peripatetica Philoſophia libr.*1. *diſp.*2. *qu.*1. *ſect.*2. ibi enim de Entibus rationis diſputans, ait. [Obſerva nullam eſſe cognitionem, cui non correſpondeat aliquod objectum: ſi enim cognoſco, certè aliquid cognoſco, quod dicitur objectum cognitionis. &c.] Et reponitur à P. Amico *tom.*1. *Theolog. diſput.*12. *ſect.*2. *pag.*140. dicente. [Suppono Deum cognoſcere creaturas ſecundùm eſſe participatum earum, quia cùm ſit agens liberum, debet diſtinctè præcognoſcere effectum, quem producit; ut enim poſſit effectum producere debet illum per voluntatem determinare: ut autem poſſit voluntas effectum producendū determinare, debet illum diſtinctè præcognoſcere, cùm nequeat in incognitum ferri. Cognoſcit igitur Deus diſtinctè omnes creaturas ſecundùm eſſe participatum earum, cùm nulla ſit, quam producere non poſſit] Hac doctrinâ præmiſsâ, pergit ulteriùs, & his verbis Regulum Controverſiæ proponit. [Eſt Difficultas, inquit, quomodò Deus cognoſcat creaturas poſſibiles. Ratio difficultatis; nec illæ ſunt in Deo ſecundùm eſſe proprium; nec in ſeipſis, cùm antequam producantur, nihil in ſeipſis ſint; repugnat autem Deum cognoſcere cognitione propriâ & intuitivâ, quod nullo modo eſt neque in ſe, neque in alio. Cognitio enim propria & intuitiva eſt, quam objectum per ſe ipſum immediatè terminat: non poteſt per ſe ipſum immediatè terminare, quando nullo modo eſt. Nec ſufficit, quòd objectum ſit poſſibile quia cognitio in actu, poſtulat objectum in actu;

Doctrina generalis.

Agens liberum debet ſcire, quid faciat?

An creaturæ poſſibiles nil actu ſint?

actu; quod ſolùm poteſt eſſe, actu non eſt: ergo non ſufficit ad cognitionem in actu, qualis eſt Divine.]

Prima ſeutentie aſſerit fuiſſe, & eſſe rerum eſſentias ab æterno; adèòque Intellectum Divinum eb æterno, & in æternum in ſe ipſis illas intuitivè cognoſcere. Hæc Opinio adtribuitur Henrico *quodl.*8. *qu.*1. *& 9. in fin.* & *quodl.*9.*qu.*1.§. *Et conſid.*& *quodl.*11. *quaſt.*13.*in fin.* Sed jem ſupra non eſſe Henrici hanc opinationem demonſtrevimus.

Hujus Reſolutionis, cujoſcumqoe illa ſit, fundamentum his verbis eb Amico proponitur. [Sicut per Voluntatem Dei imperantem res fiunt extra Deum io eſſe Exiſtentiæ, ita per iotellectum cognoſcentem ſe ipſum ut exemplar rerum omnium, res fiunt extra Deum in eſſe Eſſentiæ. At Deus eb æteroo ſe ipſum ut exemplar omoium rerum intellexit, & intelligit. Ergo res ab æterno habuerunt eſſe Eſſentiæ ex vi æteroæ cognitionis Divinæ. &c.] Moneo tamen hujus ſententiæ Autorem (quicumque ille ſit, qui hoc modo diſcurrit) videri in tenebris, & per cancellos Veritatem rimari: & in hoc laude dignum, quòd *eſſe Eſſentiæ* (nempe, **ſare**) ab *eſſe Exiſtentia* (hoc eſt, **ſere**) diſtinguat.

CDXXVII. Valentia inter **ſare**, & **ſere** (*inter Eſſe quiditativum*, & *Eſſe exiſtentiale*) diſtinctionem ignorat.

Ex diametro opponitur præcedenti Sententiæ Petris Valentiæ Reſolutio, qoi quoniã inter **ſare**, & **ſere** diſtinctionem neſciebat; illos, qui illam admitterent, clari erroris ſummâ animi confidentia condemnat. Audiri D. Auguſtinos Redingus poterit, qui *tom.* 1.*ſua Theolog.qu.*5.*art.*3.*controverſ.*1.*mon.*3.*pag.*159. ſic ſcribit. [Gregorius de Valentia *diſp.* 1.*de Scient.Dei.punct.*7. exiſtimavit implicare contradictionem, ut ea, quæ nonqnam fiunt à Deo, terminent objectivè Divioam cognitionem ſecondùm aliquod eſſe ſuum propriũ reale diſtinctum à ſuis cauſis. **Probatur.** Verum, quod eſt termions cognitionis, reciprocatur cum Ente. Ergo creaturæ poſſibiles terminant Divinam cognitionem ſecundùm eſſe, quod habent; At non habent aliud eſſe, niſi in ſuâ causâ, ex S. Thomâ *hic art.* 9. *&* 1.*contr. Gent. cap.* 66. Eſt autem ex terminis evidens, quòd eſſe in causâ non ſit Eſſe proprium & diſtinctom ab eſſe cauſæ. Ergo repugnat, creaturas poſſibiles terminare Divinam cognitionem, niſi ſecoodùm Eſſe eminentiale, qnod habent in Deo tanquam Causâ.] His præmiſſis pergit, & ſubjicit. [Oppoſitum, qood Valentia falsò arbitratus eſt, non poſſe cadere in mentem Viri docti, tradunt Scotus *in* 1.*diſt.*35.*nu.*10.*&* *diſt.*36.*nu.*6 *ac ſeqn.* Vaſquez 1.*p.diſp.*70.*cap.*2.*nu.*8. Nazarius *hic artic.*9.*contr.*2. Xantes Mariales *tom.*2. *contr.*41.*cap.*3.] Et hoc ipſum, quod in mentem Viri docti non poſſe cadere, ut vidiſti, Valentia eſſerit [*] hodie in mentem ferè omnium virorum doctorum cadit; multi enim illud Thomiſtæ aſſerunt, & extra Scholam D. Thomæ, plerique omnes Doctores. Audiri poterit P. Antonius Bernaldus de Quiros 1.*p.ar.tr.*4.*diſp.*44.*in principio pag.*314.*a.* [Pro contrariâ ſententia affirmaote in veritate creatâ inveniri ſufficientem cognoſcibilitatem, ratione cujus poſſit terminare immediatè ſcientiam Dei, citari poteſt univerſa Societatis Schola: etenim omnes ejus Autores id expreſsè fatentur in futuris creatis liberis; immò S. Thomas *in hac quaſt.*14.*art.*6. *&* 1.*& art.*13.*corp.& infrà quaſt.*57.*art.*3.*corp.& ad* 3.*Et* 2.2.*quaſt.*171.*art.*6.*ad* 2.*&* 1.*contr.Gent. cap.*66.*fin.& qu.*2.*de veris.art.*6.*&* 1.*ſent.diſt.*38. *qu.unic.ar.*5.*corp.* Si autem ſemel veritas creata exiſtens cognoſcitur in ſe ipsâ, etiam poterit poſſibilis.] Addamus uberioris doctrinæ gratiâ verba P. Roderici de Arriagâ, qui 1.*par.tr.de Scientiâ Dei.diſp.*19.*ſect.*4. ſic ſcribit. *Deum videre creaturas poſſibiles in ſe ipſis* [negant communiter Thomiſtæ, quos ſequitur P. Molina *hic diſp.*5.*art.*11.*membr.*2. Suarius *lib.* 3.*cap.*2. apud quos cæteri Autores videri poſſunt. *&c.* Secunda & vere Sententia, *Deo ejuſmodi Scientiam concedit*. Pro quâ ſtent omnes, qui Scientiam Creaturarum in Deo negant [& hi ſunt, qui negaot Deum cognoſcere Creaturas io ſe ipſo] ut P. Vaſqoez, Nominales, & alii, qui oeceſſum eſt, tribuant Deo Scientiem Creaturerum in ſe ipſis. Eamdem fusè defendit P. Herice *diſp.* 5. *cap.* 4. & multi alii Recentiores, qui utremque Scientiam Deo concedunt. &c.]

An *Eſſe*, quod habet effectus in ſua Cauſa antequam producatur, diſtinguatur realiter ab *Eſſe* Cauſæ?

*] *Vel hinc colligo, quanta ſit Ingeniorum, etiam apud Viros doctos, diverſitas; nam quod Valentia* eſſe falſum evidenter, *exiſtimat*, *Mihi*, *& aliis multis Theologis*, evidenter eſt verum.

Veritates creatæ cognoſcibiles ſunt.

An in ſe ipſis poſſibiles Creaturas cognoſcat, & intelligat Deus?

Vera Sententia.

CDXXVIII. Opiniones interdum falſæ, ad veras inveniendas conducunt.

VOlui Henrici, eut cujuſcumque illa ſit, Opinionem præmittere, ut in eâ, non jam Veritatem, eſt enim falſe, ſed neſcio, quæ fulgura adlucentis Veritaris Lector ingenioſus ſuſpiciat: ut hac luce (quali, quali) præveotus, meliùs, & perſpicaciùs Veritetem (quæ Mundi Scholaſtici eſt Sol) exorientem, & coruſcentem contempletur. Veram ergo Doctrinam Concluſionibus nonnullis perſtringamus. Et ſit

PRIMA.

Quid ſit Deus?

DEUS *eſt omnium perfectionum poſſibilium ſeu cogitabilium aggregatum*. Id enim eſt, quod nomine *Deus* intelligitur; errat enim Intellectus humanus, cui aliud, quèm id, hoc nomine repræſentatur. Et hanc ob rem *in definitionibus* S. Athanaſius *Deum eſſe* aſſerit *definitionem omnium definitionum*: *quoniam in ſua ipſe perfectione univerſas definitiones complectitur, & tamen ipſe, quia nullâ clauditur definitione, minimè definitur*.

Cur ipſe *Omnium Definitionum Definitio* dicatur?

Cõceptus Dei pure poſſibilis impoſſibilis eſt

Corollarium. *Ergo repugnat conceptus Dei merè poſſibilis*. Demonſtratur. Deus merè poſſibilis, ſi daretur, exiſtentiâ careret. Exiſtentie eſt perfectio. Ergo Deus poſſibilis ſi daretur, careret aliqua perfectione. Haberet ergo, & non haberet omnem perfectioné. Haberet omnem, quia heberet Eſſentiam Divinam, in cujus quiditetivo conceptu clauditur omnis perfectio. Et non haberet omoem; quoniam non haberet exiſtentiem, quæ eſt perfectio.

SECUNDA.

Creatæ perfectiones non ſunt Divinæ perfectionis particulæ.

PErfectiones Deus ſuis ſimillimas, ſaltem finito aut ſyncategorematicè infinito modo, poteſt reponere extra ſe, vel loquẽdo in Dialecto Scholaſticâ **poteſt ſamere, & ſemere**. Nota illud *ſuis ſimillimas*, non eoim intellectualitas quæ eſt io Angelo, aut Homine, eſt eadem numero, eut ſpecie, quæ in Deo, ſed illi ſimilis, oon univocè, ſed analogicè, ut D. Thomas

& ejus Diſcipuli univerſi teſtantur. Unde incriminandus eſt Poeta, qui dixit, *Animam hominis eſſe Divinæ particulam Auræ*; non enim illa eſt Eſſentiæ Divinæ particula, ſed quædã finita perfectio, Divinæ Eſſentiæ ſimilis, & à Divinâ Eſſentiâ participata. Nota etiam illud *ſaltem finito modo*; non enim impræſentiarùm in eam volo ingredi controverſiam, quæ

An poſſit Deus Infinitum producere?

inquirit, An Deus, nam infinitus eſt, poſſit Creaturam aliquam, in hoc, vel illo genere infinitam producere.

Et hæc Concluſio nullo alio meliori à nobis modo, quàm à poſteriori poterit demonſtrari. Quoniam, ſi *ab actu ad potentiam valet Conſequentia*, ut Theologi univerſi teſtantur; & perfectiones Divinas eſſe de facto creaturis communicatas propriis videmus oculis; poſſe illas Deus communicare, neſcire nullo modo poterimus, niſi ſponte cœcutire velimus.

Ab actu ad potentiam legitimè Argumentum decurrit.

Corollarium I. *Cognoſcit ergo per hanc ſimplicem Intelligentiam Deus ſe eminentialiter in infinita ſua eſſentia perfectione omnium Creaturarum perfectiones continere.*

Cognitio Dei eſt comprehenſiva.

Corollarium II. *Univerſas igitur Creaturas poſſibiles in ſua eſſentia Deus eminentiâ cognoſcit.* Patet utrùmque Corollarium; quia, cùm Intellectus Dei ſit infinitus, Dei eſſentiam & omnia quæ in ipsâ ſunt comprehendit; hoc eſt, omnibus cognoſcit, & intelligit modis, quibus cognoſcibilia ſunt. *Vide Corollarium I. quod proſtat poſt Concluſionem IV.*

Priùs in ſe ipſo cognoſcit Creaturas poſſibiles, quàm in ſe ipſis.

Tertia.

CDXXIX. Intellectus Divinus ſamit creaturas poſſibiles, *hoc eſt*, dat creaturis poſſibilibus illud eſſe eſſentiale, quod habent.

PER *Intellectum ſuum Deus, & per ſuam Simplicem Intelligentiam, dat Creaturis illud eſſe poſſibile, quod habent ipſa.* Vel clariùs in Dialectico Scholaſticâ. *Per intellectum ſuum Deus* Samit *Creaturas poſſibiles*: hoc eſt, *facit, quòd ſingula habeant ſuas determinatas eſſentias*. Hanc Adverſarii concluſionem interdum aſſerunt, nam quocumque vadere velint, in illam recidunt. Audi Dn. Auguſtinum Redingum, qui ſeveriſſimus Thomiſta eſt, & ad Angelici Doctoris mentem *tom.1. qu. 5. art. 6. controverſ. 2. num. 6. pag. 233. b.* ſic ſcribit *Idea Dei* (1) *formaliter conſiſtit in eſſentia Divina imitabilitate*; (2) *cui per ejuſdem eſſentia Divina intellectionem expreſſa per modum Objecti ſecundarii reſpondet paſſiva Creaturarum imitabilitas*, (3) *habens rationem Ideati, & attacti* (4) *tum quoad ſtatum poſſibilitatis per Scientiam ſimplicis Intelligentiæ*; (5) *tum quoad ſtatum exiſtentia actualis per Scientiam Viſionis*. Quinque, ut vides, hæc doctiſſimi Viri Reſolutio habet partes. Recognoſcamus ſingulas, & paulatim pergamus.

Dn. Redingi Reſolutio.

De Ideis Articulo ſequenti uberiùs diſputabitur, & ideo hic tantum neceſſaria inſinuantur.

De Idea Formali. Quid illa ſit?

In primâ aſſerit Ideam (nempe, Formalem) in Deo eſſe ipſammet eſſentiam Divinam, quà imitabilem. Ergo conſtituit Ideam per Relationem, & hoc cum D. Thomâ, quidquid contrà vociferetur Cajetanus. Si in formali Divinæ Ideæ conceptu datur Relatio, adſignandus eſt terminus hujus Relationis; nulla enim poteſt carere termino. Ergo, ſi Deus tales reſpectus aut relationes intelligit etiam terminos intelligere dicendus eſt. Præterea. Si eſſentia Divina intelligitur à Deo ut imitabilis, etiam intelligentur à Deo illa, quæ hanc ipſammet Divinam eſſentiam potetunt imitari. Sed quæ ſunt?

Id explicat Secunda Pars. Aſſerit enim Divinam Intellectionem duo habere Objecta primarium, ſecundariumque. Illud eſſe Divinam eſſentiam ut imitabilem; hoc autem, paſſivam Creaturarum imitabilitatem: hoc eſt, Creaturas, quæ habent paſſivam illam imitabilitatem. Sed cur paſſivam? Ne quis eas dicat hanc imitabilitatem habere à ſe. Sed, ſi non à ſe, à quo illam habent?

De Objecto Cognitionis Divinæ.

Satisfaciunt illa verba, quæ tertiâ parte ponuntur; videlicet, *Per modum Objecti Secundarii reſpondet paſſiva Creaturarum imitabilitas, habens rationem ideati & attacti*. Ergo eſſentia Divina ut imitabilis, eſt *Formalis Idea* opinione Redingi, Intellectus Divinus eſt ratio activa, quæ Samit. *poſſibiles Creaturas ideat*: & Creaturæ ut habentes, analogiam Divinæ eſſentiæ imitabilitatem & ſimilitudinem, ſunt Objectum Secundarium ejuſdem Intellectûs Divini: nempe Objectum ideatum & attactum. Objectum ſanè, non purè ſpeculabile, & ab Intellectu ſpeculante non dependens; ſed à Divino Intellectu Samptum (hoc eſt recipiens illud Sare) *illud eſſe poſſibile*, (Divinæ eſſentiæ analogicè ſimile) quod in ſe habet.

CDXXX. An creaturæ poſſibiles ſint à ſe?

An ideentur à Deo?

An Simplex Intelligentia in Deo, ſit Scientia purè Speculativa?

Quòd, ſi Intellectio (ut in quartâ & quintâ Reſolutionis parte D. Reding[9] ſtatuit) ad ſimplicis Intelligentiæ ſcientiã pertineat, illi Objecto ſecundario à ſe ideato & attacto dabit Sare (dabit, *habere eſſentiam*) ſi autem ad Scientiam Viſionis ſpectet, dabit Sere (dabit, *exiſtere*, ſeu *habere exiſtentiam*) quia eſſentiæ neceſſariæ ſunt; illas tamen exiſtere aut non exiſtere, earum eſt accidens.

Res poſſibiles ſunt quia illas ut poſſibiles concipit Deus: exiſtunt, quando illas concipit, ut exiſtentes.

Conſonat Dn. Redingus his, quæ *qu. 5. art. 3. controverſ. 1. pag. 160. a.* §. 5. dixerat: nimirùm, *Scientia Divina Simplicis Intelligentiæ, pro Objecto formali motivo habet eſſe eminentiale Creaturarum in Deo, quod formaliter eſt ipſa Eſſentia Divina, pro Objecto autem materiali* (& *formale*, & *materiale* hìc appellat, quod primarium & ſecundarium, aliàs, ut vidiſti, vocabat) *habet eſſe Creaturarum reale poſſibile*, (N. B.) *diſtinctum ab eſſentiâ Divinâ: objectivè exiſtens in Intellectu Divino: à quo* [*] *in æternitate, non phyſicè, ſed in ratione intelligibilis, atque adeò poſſibilis, repræſentativè emanat*. Et hanc eſſe non ſolùm Scoti, ſed etiam D. Thomæ ſententiam *num. 13.* luculenter oſtendit.

*] *Dicit ab æternitate*, quia non habet alia verba, quibus iſtud *Poſſibilium Creaturarum* Sare (eſſe quiditativum) *As Creatura Poſſibiles non durant tempore, & tamen habent eſſe, quod terminat intellectionem Divinam, cujus duratio eſt ipſa æternitas.*

In hoc ergo differt primarium à ſecundario Divinæ Intellectionis Objectum: quòd illud ſit prius Intellectione, hoc poſterius; illud ab Intellectione non dependeat, hoc autem ſuum eſſe ab intellectione recipiat, & ab illâ ideante & attingente ſit ideatum & attactum. De Objecto utroque (Primario, & Secundario) adeoque de eſſentiâ Divinâ & Creaturis, ſcitè *in libr. Definitionum* Athanaſius, οὐσία, inquit, ἀναίτιος, καὶ πάσης οὐσίας αἰτία ὑπερούσιος. *Deus, eſt eſſentia* [*] *cauſâ* (hoc eſt cauſam non habens) *& tamen omnis eſſentia* (poſſibilis, aut exiſtentis) *eſt cauſa ſupereſſentialis*.

De Objecto primario, & ſecundario.

*] *In Ioſephi Langi Florilegio, verb.* Deus, *legitur* ſine cauſa, *ſed legi debet* ſine cauſa.

OBJICIES contra hanc doctrinam Primò. Deus ab æterno non ſolùm intellexit Creaturas (in Sare) *in eſſe eſſentia*, ſed etiam (in Sere) *in eſſe exiſtentiæ, & cujuſcumque proprietatis*: nam eas cognovit ſecundum omne

eſſe,

Digitized by Google

CDXXXI.
An Eſſentiæ & Exiſtentiæ fuerint ab æterno.

eſſe, quod aptæ eſſent habere in ſe ipſis. Ergo, ſi cognoſcendo ab æterno eſſentias, dedit illis ut ab æterno **Sarent** (haberent eſſe quidditativum) cognoſcendo ab æterno exiſtentias, dedit illis, ut ab æterno **Serent** (haberent eſſe exiſtentiale; ſeu exiſterent.) Creaturæ ergo poſſibiles, non ſolùm debuerunt præcedere actum æternum Divinæ Cognitionis ſecundum eſſe eſſentiæ, ſed etiam exiſtentiæ & omnium proprietatum.

Exiſtentiæ etiã habent eſſentias.

Reſpondeo hoc argumentum ex Amico deſumptum, quod fortè contra Henricum, aut alios antiquos vim habet, non militare contra me; non enim dico, aut Creaturas poſſibiles eſſe aut fuiſſe ab æterno: ſed aſſero illas nec ullâ locari ubicatione, nec ullâ duratione durare. Et addo illas eſſe Divinâ intellectione poſteriores; nam ſunt ejuſdem cognitionis effectus. Sanè ſicut Creaturæ poſſibiles, ſic & exiſtentiæ poſſibiles proprias eſſentias habent, & **Samuntur** à Deo. At **Sami**, & **Semi** differunt inter ſe.

Aliud eſt ſatiſfacere difficultati, & aliud illam fugere.

Instabis, hac me viâ non ſatisfacere difficultati, ſed me ab illâ ſubducere; & ideò Objectionem præcedentem reformas, & ais. [Scientia Divina eſt cauſa rerum. Sed æquè eſſentias ac exiſtentias ab æterno cognovit intellectus Divinus. Ergo ſicut eſſentiæ fuerunt ab æterno poſſibiles, ſic & eædem fuerunt ab æterno exiſtentes. At hoc eſt falſum. Ergo.]

Sicut de Cauſa Efficiente creata, ſic de Divina, analogia opportuna ſervata, debemus philoſophari.

Reſpondeo, nos debere de Deo, ſicut de artifice ſapientiſſimo & potentiſſimo philoſophari. [Nec mireris, ſi operationes Divinas cum Architectonicis velim componere, quoniam ut Salmanticenſes *tom.1. tract.3 diſp. 4. dub. 2. §. 2. pag.* 328. *a.* notarunt. *Sap.* 8. de Divinâ Scientiâ dicitur. *Quis eorum, quæ ſunt magis, quàm illa, eſt Artifex?* Unde tempore paſchali modulamur in Hymno. *Naſcentis, qui Mundi Faber*, &c. Ergo, ſi ſic Sapientia & Eccleſia de Deo loquitur, licebit etiam mihi cum humanis Architectis componere.] Ergo Lapidem A in Vitruvii manibus conſideremus. Quòd poſſit frangi, decircinari, dedolari: quòd hanc vel illam figuram habere poſſit: quòd hic vel ibi poni queat: & ſexcenta alia, quæ intra poſſibilitatis terminos continentur, omnia habet independenter à liberâ actuali voluntate Vitruvii. [Et conſultò illud *actuali* poſui; quoniam à potentiali omnia dependent quia, ſi non eſſet in Vitruvio potentia libera, quæ illa omnia poſſet facere, non poſſent illa profectò fieri.] Quòd autem ille de facto Lapis, hic & nunc non frangatur, nec decircinetur, ſed dedoletur: quòd hanc habeat figuram, & non aliam; quòd ibi ponatur, & non alibi, & ſexcenta alia, quæ concernunt exiſtentiam & actum, à liberâ Vitruvii voluntate dependent. Ergo eodem modo philoſophemur de Deo. Antequam ejus actualis Volitio intelligatur, multi Mundi poſſibiles, multa in illis Sydera, poſſibilia, & in ſingulis multi motus poſſunt intelligi: [Et ipſi ut dicantur poſſibiles, præter ſua eſſentialia prædicata requirunt, quòd ſit in Deo Potentia, quæ illos poſſit producere. Et hæc Potentia eſt ipſemet Intellectus Divinus per Voluntatem liberam applicatus, & determinatus.] cæterùm, quòd ex innumerabilibus poſſibilibus iſte & non alius ſit electus & conditus, hæc in illo Sydera, & non alia: & ipſa hoc motu provecta, & non alio, ante Dei actualem Volitionem nec eſſe nec intelligi poteſt.

Quo Deus modo faciat, ut hæ res ſint poſſibiles, & illæ de facto exiſtentes?

Quo modo Scientia Dei, ſit Cauſa rerũ?

Ergo colligendo omnia, quæ ſparſim dicta, pronuncio Scientiam Dei eſſe Cauſam rerum, illaſque intelligendo, eaſdem **Samere**, & **Semere** (*eſſentias illis, necnon exiſtentias concedere.*) Et hoc ipſum exemplo aliquo dilucidemus. Quoniam, ſi v. gr. Petrum intelligit, Petrum **Samit**; & hoc ipſo illam Divinam intellectioné terminat eſſentia Petri, hoc eſt, Perſona habens humanitatem & Petreitatem, ab omni exiſtentiâ & temporis duratione præciſa. Etiam Deus, quam poteſt habere Petrus, exiſtentiam intelligit, illamque intelligendo **Samit** (hoc eſt, illi impertitur eſſentialia prædicata, quæ habet.) Sed ex vi harum duarum intellectionum Petrus non **Semitur** (non producitur, nec ſit exiſtens.) Poſteà [*] Deus Petri eſſentiam & Petri exiſtentiam ſuâ intellectione conjungit (hoc eſt, Petrum exiſtentem intelligit) & per hanc ipſam intellectionem nullâ aliâ operatione ſuperadditâ, Petrum **Semit** (*Petrum producit.*) Et hîc notandum eſt Divinas omnes Intellectiones, quæ Creaturarũ **Sare** (*eſſe quidditativum*) reſpiciunt, eſſe neceſſarias: liberas autẽ illas, quæ **Sare** cum **Sere** (*eſſentias cum exiſtentiis*) jungunt. Vide Richardum *in* 1. *diſt*. 35. *art*. 1. *qu*. 4. & Scotum *diſt*. 36. §. *Contra iſtam*.

Quo Creaturæ poſſibiles modo ſuam quidditatem & poſſibilitatem & Creaturæ exiſtentes ſuam exiſtentiam à Scientia Divina recipiant?

An Scientia Dei in Neceſſariam & Liberam dividatur?

CDXXXII.
De Mayronis Sententia.
An bene illam intelligat, & proponat Amicus?

Amicus *loc. cit.* ex Baſſes 1. *part. qu.* 15. *art.* 1 aſſerit opinione Mayronis *in* 1. *diſt*. 28. *qu*. 1. §. *Quartum* hanc eſſe impræſentiarùm Concluſionem ponendam. *Deum cognoſcere creaturas poſſibiles, nihil aliud eſt, quam eas ſibi fingere, aut proponere in eſſe objectivo: quod ex parte Dei dicit cognitionem exprimentem: ex parte autem objecti creaturas, non in eſſe reali ipſarum, ſed in eſſe rationis à Deo ficto, ſecundum quod eſſe objectivè terminant cognitionem Dei.*

Rationes, quæ contra Mayronium militant.

Diſplicet ſanè Amico hæc Mayronis Opinio. Et primò, quoniam *fingendi* verbum, ut ut in bonam partem poſſit trahi, niſi reſtringatur & exponatur, aut ſonat malè, aut habetur ſuſpectum. Unde res veras per fictiones cognoſcere, eſſet cognoſcendi modus valde imperfectus, & Deo prorſus indignus. Et secundò, quia quando Deus cognoſcit creaturas poſſibiles, id quod Divinam Mentem terminat, eſt ens reale, & non ens rationis. Et tertiò, quia hoc eſſe objectivum rationis non eſſet diſtinctum à cognitione Divinâ. At abſurdum eſt ens rationis in Divinâ cognitione admittere. Ergo.

Latinum *Fingere*, & Hiſpanicum *Fingir*, non coincidũt: nam illud eſt æquivocum, & in bonam & malam partem poteſt accipi: hoc autem non multùm diſtat à *Mentir*, & ſemper accipitur in malam partem.

Omnia hæc tria argumenta ſupponunt *fingendi* verbum à Mayrone eſſe idem quod Hiſpanicè *fingir*, quod ipſum in ſuo conceptu falſitatem includit. At, ut opinor, Mayro *fingere* pro *formare* ſuppoſuit: nam defectu verborũ, non ſcivit, quo modo illam actionem per quam Creaturæ poſſibiles ſuum eſſe poſſibile recipiunt à Deo, ſignificaret. Quoniam Intellectus Divinus poſſibiles creaturas non creat, non producit, non efficit, & tamen illas **Samit** (hoc eſt, dat illis illud eſſe poſſibile, quod ipſæ habent.) Et hunc influxum, cùm non ſciret aliter, per *fingendi* verbum ſignificavit. *Nam fingere* (*unde Figulus* & *Vas ficti-*

le

Digitized by Google

le oritur) eſt tali modo facere. Virgilius Æneid.8.

—— *Et corpora fingere linguâ.*

Ergo, ſi hoc ſenſu Mayro intelligi debere dicatur, eorum ſententia nihil aliud eſt Creaturas eſſe poſſibiles, quàm ipſas Sare: & nihil aliud eſt Intellectum Divinum eas poſſibiles reddere, quàm illas Samere. Nec dicendus eſt Mayro fuiſſe abuſus vocabulo: quoniam in ſuo Sancto Evangelio cap.24.28. D. Lucas ſcribit. Καὶ αὐτὸς προσεποιεῖτο πορρωτέρω πορεύεσθαι. *Et ipſe finxit longius ire.* Quem locum *homil.* 24. his verbis dilucidat S. Gregorius. *Se ire longius finxit. Fingere namque componere dicimus; unde & compoſitores luti figulos vocamus. Nihil ergo ſimplex Veritas per duplicitatem fecit; ſed talem ſe eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente.*

Locus Evangelii illuſtratur.

His poſitis reſpondeo ad argumenta, quæ contra Mayronem proponebantur, in eis falſum ſupponi: non enim *fingere* pro *falſum cogitare*, ſed pro Samere uſurpat impræſentiarum Mayro. Unde AD PRIMUM nego hunc intelligendi modum eſſe imperfectum; nam illud intelligere, quod ſuum objectum (Samit) *eſſentiat*, eſt perfectiſſimum & nobiliſſimum. AD SECUNDUM, dico, ens reale, & non ens rationis eſſe quod terminat cognitionem Divinam, quando Deus poſſibiles creaturas intelligit, illam enim Divinam intellectionem terminat (Sans) *ens habens eſſe quidditativum*, hoc autem ens eſt verum ens, & nullam fictionem involvit. AD TERTIUM, nego Majorem: nam (illud Sare) illud eſſe objectivum, quod habent Creaturæ poſſibiles eſt diſtinctum à cognitione Divina. [Et hic obiter noto videri P. Amicum exiſtimare ens rationis, quando cognoſcitur, non diſtingui à cognitione, quâ cognoſcitur: quod eſt rem obſcuram & difficilem manifeſtè falsâ probatione implicare. Nam ut P. Georgius de Rhodes in Philoſophiæ Peripateticæ *libr.1.qu.1.ſect.2. pag.16. b.* ſcitè ſcribit. [Nulla eſt cognitio, cui non correſpondeat aliquod objectum: ſi enim cognoſco, certè aliquid cognoſco, quod dicitur *Objectum cognitionis*. Unde, quando fit ens rationis, v.gr. cùm cogito chimæram, cognitioni huic correſpondet objectum aliquod reale, &c.] Quæ doctrina eſt meo judicio tam manifeſta & evidens, ut non ſciam, unde ab aliquo poſſit negari.

Quo ſenſu Mayro verbū *Fingere* accipiat?

An Ens rationis ab intellectione formali, qua dicitur cognoſci, diſtinguatur?

QUARTA.

CDXXXIII. Cur aſſerat Aureolos Creaturas poſſibiles non cognoſci à Deo in ſemetipſis?

Cognoſcit poſſibiles Creaturas Deus in ſemetipſis. Eſt expreſsè contra Aureolum, qui quoniam de diſtinctione inter Sare, & Sere, (inter eſſe quidditativum & eſſe exiſtentiale) nihil ſcivit: ne cogeretur dicere Creaturas poſſibiles aliquam ab æterno exiſtentiam habere, negavit illas in ſe ipſis habere aliquod reale eſſe, quod terminaret cognitionem Divinam. Unde *in 1. diſt.35. quæſt.2. art.2. §. Reſponſio ad ea*, ita ſtatuit. *Deus non cognoſcit Creaturas terminativè, quid ipſa terminent intuitum Divinum, neque in eſſe reali, neque intentionali, ſed in alio terminante, videlicet, Divinâ Eſſentiâ, ipſa dicuntur determinatè intelligi.* Similia ſcripſerat *art.1.* & in aliis etiam locis, in quibus negat Creaturas poſſibiles ſecundum ſuum eſſe formale terminare cognitionem Divinam.

Hanc Aureoli & aliorum, nec paucorum, nec ignobilium Scriptorum, ut vidiſti, Opinionem P. Sebaſtianus Izquierdus *tom.2. tract. 9. de Deo Uno diſp.25. qu.1. pag. 47. b. num.2.* hac Cenſurâ perſtringit. [Sententia Aureoli malè audit apud alios Theologos, qui unanimiter aſſeverant Creaturas verè ſecundum proprium *eſſe* terminare Dei cognitionem; quia aliud non eſt ſecundum proprium *eſſe* terminare, quàm per illam tangi, repræſentari, atque cognoſci ſecundum proprium *eſſe*. Quod ſalvâ Fide negari non poteſt.]

Qualis ſit Aureoli ſententia cōmuni Theologorum judicio?

Concluſionem hanc noſtram *num.* 4. P. Sebaſtianus amplectitur, & illam verbis iſtis dilucidat. [Deus Creaturas omnes, tam exiſtentes, quàm poſſibiles, cognoſcit in ipſiſmet per actum Scientiæ, ad quem ipſæ ſolæ movent, determinant-ve Intellectum Divinum eâ, quam in ſe habent, cognoſcibilitate, ſive veritate objectivâ: ipſæque proinde ſolæ ſunt objectum formale ſive motivum talis actûs.] Et citat pro hac ſententiâ Scotū *in 1. diſt.35. qu. unic.* Ochamum *ibid. qu.3.* Gregorium *diſt.36. qu.1.* Becanum *in 1. part. cap.10. quæſt.4. num.4.* Hericem *diſp.5. cap.4.* Albizium *diſp.5. de Scientiâ ſect. 2.* Sfortiam *libr. 1. num.38. & 39.* Raynaudum *in Theolog. Nat. diſt.8. qu.1. art.1.* Arriagam *diſp.19. ſect.4.* Gaſparem Hurtadum *diſp. 3. de Scientiâ diff.3.* Moncæum *diſp.2. ſelect. cap. 11.* Martinon *diſp.10. de Deo ſect.1.* Franciſcum de Lugo *libr.1. diſp. 28.* Ribas *diſp. 4. cap.3.* Ribadeneiram *diſp. 9. de Scientiâ cap. 1.* & alios Recentiores: Monetque ibidem P. Sebaſtianus hanc eamdem Opinionem à Suario *libr. 2. de Attrib. Divin. cap. 2.* Vaſquezio *in 1. part. diſp.60. cap.3.* Arrubale *diſp.29. cap.3.* Alarcone *tract.2. diſp.2. cap.3. & 5.* & aliis, aliter [*] philoſophantibus judicari probabilem. Eamdem nuper amplexus eſt D. Joſephus Caccheranus *in ſua Aſſertoria Theologia tom.1. cap. 2.* De objecto neceſſario Scientiæ Dei, *tract. 1. §.8. pag.259. b.* & citat pro ſe Hericem *in 1. par. diſp.5. cap.4.* Ribas *tract.4. diſp.4.* Martinonium *diſp.10. ſect.1.* Lugum *libr.1. diſp.28. cap.4. num. 25. ſect.4.* Bernaldum de Quiros *diſp.44. ſect.2.* Moncæum *in diſp ſelectis diſp.3. cap. 11. § Quod ergo.* Arriagam *diſp.19. ſect.4.* Et monet hanc eſſe Nominalium ſententiam, nec non Vaſquezii & aliorum, qui negant Deum in ſe ipſo intelligere creaturas poſſibiles.

Izquierdus amplectitur noſtram ſententiā

Authores pro noſtra Sententia.

[*] Sed cur ſunt Theologi qui aliter ſentiant, & ſubſcribant Aureolo? Quia cū ipſo neſciūt inter Sare, *&* Sere *diſtinguere.*

N. B. Creaturæ quâ tales non ſunt Deus, & prout non ſunt Deus, debent in Deo ut in cauſa, & in ſe ipſis, ut in effectu cognoſci.

Et hæc eadem Sententia, licèt aliter à nobis perſuaderi poſſit, impræſentiarum firmabitur impugnatione Opinionis Contrariæ, quæ ſolâ æquivocatione fulcitur; quia ejus Propugnatores ſic argumentantur. [Quod non eſt, inquiunt, non ſcitur: quia Non-entis nullæ ſunt proprietates. At Creaturæ purè poſſibiles, actu non ſunt. Ergo non cognoſcuntur actu. Ergo non habent attributa. Ergo nec Veritatem, nec Bonitatem, nec Unitatem.] Confirmatur. [Creaturæ purè poſſibiles non habent actu entitatem, ſed poſſunt habere. Ergo nec habent actu veritatem objectivam, quâ moveant actu Intellectum Dei ad ſui cognitionem, ſed poſſunt habere. Ergo non cognoſcuntur à Deo actualiter, ſed poſſunt cognoſci & movere, ſi exiſtant.]

CDXXXIV. Sententia noſtræ oppoſita inſiſtit puræ æquivocationi

An Creaturæ poſſibiles ſint? An in ſe ſint cognoſcibiles.

Sed totum id non urget; nam ab Izquierdo *cit. num.7.* manifeſtè diſſolvitur. Attentè no-

Eſſe quiditatiuum ab Eſſe exiſtentiali ſcitè Izquierdus diſtinguit.

notentur & legantur hæc verba. *Reſpondeo Creaturas purè poſſibiles non habere actu exiſtentiali entitatem, atque adeò nec veritatem exiſtentialem: habere tamen actu quiditativo entitatem, adeoque veritatem quiditativam, quâ movent actu Intellectum Dei ad ſui quiditativam cognitionem.* Quæ Izquierdi verba, ſi in dialectum Philoſophicam transferantur, poſſunt tranſire in hæc. *Reſpondeo Creaturas purè poſſibiles, non* ſere, *ſed* ſare*: adeoque non habere in exiſtentiali actu entitatem aut veritatem* ſentem, *ſed in actu quiditativo & eſſentiali entitatem & veritatem* ſantem, *quæ* ſamitur *ab Intellectione Divinâ, & ipſam terminat.*

Reponuntur verba Izquierdi in noſtram dialectam tráſlata.

His præmiſſis ad argumenta contra noſtrã Reſolutionem poſita breviter reſpondebo. Primum ergo Antecedens diſtinguo. *Quod non eſt, non ſcitur*: ſi illud *non eſt*, ſignificet, nec ſere, nec ſare, concedo; ſi tantùm ſit non ſere, nego; quoniam, quæ non ſunt (non ſent, *non exiſtunt*) ſi tamen ſant, (*habent eſſentiam*) cognoſcuntur. Et ad Probationem eodem modo reſpondeo. *Non-entis* (rei videlicet, quæ neque ſet, neque ſat: quæ nec habet exiſtentiam, nec eſſentiam) *nullas eſſe proprietates, attributa, aut paſſiones*, concedo: nego tamen, ſi *Non-entis* nomine intelligatur res quæ non ſet, ſed ſat: quæ tametſi non habeat exiſtentiam, habet eſſentiam, in actu videlicet quiditativo. Et veniendo ad Minorem, *At Creaturæ poſſibiles actu non ſunt*, diſtinguo illud *non ſunt*: nam ſi *eſſe* in Argumentatoris lexico ſit ſere, *exiſtere*, concedo, quòd illæ non ſunt: ſi autem *eſſe* ſit ſare, *habere eſſentias*, nego quòd illæ non ſunt. Et hinc nego omnes Conſequentias illatas.

Termini *Quod non eſt*, quod æquivocum eſt, tollitur æquivocatio.

Creaturæ poſſibiles in uno ſenſu ſunt, & in alio non ſũt.

CDXXXV.
Quid ſignificet *Entitas*?

Ad confirmationem ſimiliter reſpondeo bifariam poſſe ſumi *entitatis* vocabulum: nam vel ſignificat entitatem Sentem, (*habentem exiſtentiam*) vel Santem (*habentem eſſentiam*) Unde hæc Propoſitio, *Creaturæ purè poſſibiles non habent in actu exiſtentiali entitatem* ſentem (*exiſtentem*) *ſed poſſunt habere*; vera eſt, & à nobis admiſſa. Eſt autem falſa hæc, *Eadem Creaturæ non habent in actu quiditativo entitatem* ſantem (*dicentem ſua prædicata eſſentialia*) *ſed poſſunt habere*. Et eodem modo debet diſtingui Conſequens, quoniam Creaturæ poſſibiles, etſi non habeant actu exiſtentiali entitatem ſentem (exiſtentem) quia tamen habent entitatem ſantem (dicentem ſua intrinſeca, & eſſentialia prædicata) poſſunt actu cognoſci: quoniam vera & actualis exiſtentia in objecto, ut illud actu cognoſcatur & intelligatur, non requiritur.

In Objecto ut illud cognoſcatur & intelligatur, exiſtentia actualis nõ requiritur.

Et, ut meliùs, profundiùſque hanc noſtram Concluſionem intelligas, illam repono: & iterum dico, *Deus cognoſcit poſſibiles Creaturas in ſeipſis*. Patet: quia Divina cognitio eſt intuitiva, & intelligit res ut ſunt in ſe. Et Creaturæ illæ poſſibiles habent ſuum ſare (*eſſe quiditativum*) quod eſt verum & cognoſcibile. Aliàs enim dici deberet Deus creaturas illas in aliquo tertio, ac propterea imperfectè cognoſcere.

Reponitur noſtra Concluſio.

CDXXXVI.
An Poſſibilia intelligat Deus in ſe ipſo?

Corollarium I. *Ergo Quæſtio, quæ inquirit*, An in ſe ipſo Creaturas poſſibiles cognoſcat Deus? *non eſt de re; nam à vocum acceptione & interpretatione dependet.*

Primò enim, ſi ita dicatur Deus in ſe ipſo Poſſibilia cognoſcere, ut illa in ſeipſis cognoſcere negetur [puta, ſi dicatur, *Deus tantum in ſe ipſo poſſibilia cognoſcit.*] Erit Aſſertum falſum, & contrarium Quartæ Reſolutioni.

Reſolutio prima.

Secundò, ſi cognoſcere Creaturas in ſe ipſo, eſt cognoſcere eſſe in ſe ipſo perfectiones communicabiles Creaturis, dicendus potiùs eſſet Deus, illas ex ſe ipſo cognoſcere, ex eo enim, quòd Deus illas in ſe perfectiones præhabeat, ſequitur & infertur, illas Creaturis poſſe communicare. Sed quid ſunt iſtæ Creaturæ, quibus perfectiones ſuas Deus poteſt communicare? Entia imperfecta, & realiter à Deo diſtincta. Atqui talia entia, ſi formaliter ſumantur, non ſunt in Deo, ſed in ſe ipſis. Igitur formaliter ſumpta, non cognoſcuntur in Deo, ſed in ſe ipſis.

Reſolutio ſecunda.

Interim in ſe ipſo, & non in ſe ipſis cognoſci à Deo Creaturas poſſibiles aſſerebat Aureolus, & eis Thomiſtas adhærere teſtatur P. Amicus *tom.1. diſput.12. ſect.2. num.14. pag.*140. quo illam propugnent modo, utiliter videri poterit. Illi igitur (quicumque ſint) ſic diſcurrunt. [Qui videt perfectè cauſam, videt omnes effectus ab illâ producibiles; quia potentia & virtus Cauſæ habet connexionem & dicit habitudinem ad ſuos effectus. Ergo, quia Deus perfectè cognoſcit ſuam eſſentiam & ſuam Omnipotentiam, unde oriuntur Creaturæ univerſæ Poſſibiles, etiam in illâ cognoſcet eaſdem Creaturas Poſſibiles.]

Potiùs ex ſe ipſo, quàm in ſe ipſo cognoſcit Poſſibilia Deus.

Objectio contra præcedentem doctrinam

Sed nihil omninò hæc ratio probat. Quoniam Antecedens abſolutè concedo. Et Conſequens diſtinguo. Quoniam ſi illa verba *in illâ cognoſcit*, tacitè includant adverbium *tantùm*, & negent Deum in ſe ipſis cognoſcere Creaturas poſſibiles, negari debet. Si tacitè adverbium *tantùm* nõ includant, poterit ſubdiſtingui. Quoniam, ſi illud *in illâ* idem ſit ac *ex illâ*, & non incluſionem formalem, ſed meram illationem importet, Conſequens erit verum; falſum autem aliàs. Quoniam Creaturę poſſibiles formaliter important imperfectiones, quæ in Eſſentiâ Divinâ formaliter non includuntur. Et hoc confirmat ipſamet Antecedentis probatio, videlicet. *Quia potentia & virtus Cauſæ habet connexionem, & dicit habitudinem ad ſuos effectus*: Ergo, ut & hæc habitudo perfectè cognoſcatur, Cauſa in ſe ipſâ, & Effectus in ſe ipſis cognoſci neceſſariò debebunt. Quod probatur & confirmatur iterum. Objectum enim perfectæ intuitivæ & diſtinctæ cognitionis, eam debet terminare ſecundum eſſe formale, quod in ſe habet, non autem ſecundum eſſe eminentiale, quod habet in Cauſâ vel alibi.

Objectioni poſitæ reſpondetur.

Diſtinguitur, & ſubdiſtinguitur Conſequens.

Quid cognitio ut perfecta judicetur, requirat?

Et, ut hæc noſtra roboretur & confirmetur Concluſio, oppoſita poſitivè & directè impugnatur. Ergo ſic argumentor. [Vel Deus videt Creaturas, ſiſtendo tantùm in cognitione ſuæ eſſentiæ, vel ulteriùs tendendo ad ipſum eſſe creaturarum. Non primo modo; quia cùm in ſuâ eſſentiâ non ſint creaturæ formaliter, ſed tantùm eminenter, non poſſunt in eâ tantùm viſâ ipſæ formaliter videri ſecundùm eſſe proprium, nec terminare actũ videntis; non poteſt autem ſecundùm proprium eſſe terminare actum videntis, quod ſolùm videtur ſecundùm eminens eſſe alterius.

CDXXXVII.

Aureoli Sententia poſitivè impugnatur.

rius. Si ſecundo modo, jam redit difficultas quòd ſit illud eſſe creatum, ad quod protenditur cognitio *Dei*, cùm creatura poſſibilis nihil ſit in ſe; cognitio autem Dei, cùm terminatur ad creaturas poſſibiles, terminatur ad aliquod eſſe reale.] Et hæc difficultas tollitur negotio facili; nam illud eſſe creatum, ad quod protenditur cognitio Dei, eſt ipſum ſare Creaturarum, eſt illarum quiditas, & eſſentia ab omni exiſtentiâ diſtincta, illam enim ſamit (*illam eſſentiat*) immò etiam (*illam eſt*) intellectio Divina.

Quid ſit terminus cognitionis Divinæ?

NOTA.

De Molimiſtarum Sententiâ.

VIdes cognitionem Creaturarum in ſe ipſis Deo, à Molinâ negari, & tamen aſſerere, ſe fuiſſe Scientiæ Mediæ Inventorem. Et ex alio capite etiam vides Molniſtas (quo intelligere ſolemus nomine, qui ei adhærent & Scientiæ Mediæ Opinionem propugnant) ad Scientiam Divinam recurrere. Nam hujus Propoſitionis, *Si David maneat Zeila, tradetur*, Veritas eſt in ſe ipſâ ſcibilis, neſciri, ergo non poterit ab intellectu infinitè perfecto.

Vtrum Scientia Media, & Cognitio Creaturarum in Eſſentia Divina, ſint Poſitiones neceſſariò connexæ?

Interim hæc Reſolutio D. Joſepho Cacherano non placet. Quoniam *in Theologia Aſſertiva tr.1. cap.2.* §. 8. *pag.* 259. *b.* ſic ſcribit. *Ita tandem in univerſum omnes fere Auctores Scientiæ Mediæ, qui per cognitionem immediatam, poſſibilium, in ſe ipſis exiſtimant ſe jacere fundamentum cognitionis immediatæ futurorum conditionatorũ in ſe ipſis independenter à quolibet Dei decreto. Verùm cognitio immediata poſſibilium in ſe ipſis nec neceſſarium eſt, nec ſufficiens fundamentum ſcientiæ mediæ: non neceſſarium, quia Molina Scientiæ Mediæ propugnator acerrimus negat Deo cognitionem poſſibilium in ſe ipſis: Non ſufficiens, ut infrà conſtabit ex impugnatione Scientiæ Mediæ præſertim exponendis.* cap. 4. §. 2. & 5. &c.

Cacherani Reſponſio.

SECTIO III.

Præcedentem Doctrinam, quæ tota in ſandi, & ſendi (*eſſendi quidditativè, & eſſendi exiſtentialiter*) *diſtinctione fundatur, Angelici Doctoris, & Thomiſtarum eſſe, D. Auguſtini Redingi auctoritate confirmatur.*

CDXXXVIII FOrtè aliquis volet dicere me ad Sententiam propriam verba, & teſtimonia Divi Thomæ obtorquere, & ideò præſtare judico, in Thomiſtarum Commentariis, quàm in ſuis propriis libris quærere S. Thomam. Et quia inter Thomiſtas D. Auguſtinus Redingus à ſeveritate, & veracitate laudatur, ejus commentarium producam, in quo, velut in clariſſimo Speculo Mens Doctoris Angelici perfectiſſimè repræſentatur. Attende igitur, quoniam *in ſua Theologia tom. 1. qu. 5. art. 3. controv. 1. pag. 160. a. num. 5.* ſic ſcribit. [Scientia Divina Simplicis Intelligentiæ pro Objecto formali motivo habet eſſe eminentiale Creaturarum in Deo: quod formaliter eſt ipſa Eſſentia Divina, pro Objecto autem Materiali habet eſſe Creaturarum reale poſſibile, diſtinctum ab Eſſentiâ Divinâ, objectivè exiſtens in intellectu Divino, à quo in æternitate, non phyſicè, ſed in ratione intelligibilis, atque adeò poſſibilis, repræſentativè emanat.] Hæc eſt D. Thomæ Concluſio: at in illâ Scotus reperit difficultatem: qui enim dicit *Eſſe eminentiale Creaturarum* dicit Naturæ Divinæ eminentiam, & relationem ad Creaturas. At Relatio nequit cognoſci, niſi præcognoſcantur extrema. Cognoſci igitur debent Creaturæ, prius quàm illarum eſſe eminentiale cognoſcatur. Et hoc eſt argumentum, cui plurimum defert Scotus, quod tamen inferiùs *ſect. 8. ſubſect. 6. §. Alterum argumentum* reponitur & dilucidatur.

Audiendi ſunt Thomiſtæ, ut quænam ſint veræ Sententiæ D. Thomæ, diſcamus.

Eſſe eminentiale Creaturarum reperitur in Eſſentia Divina.

Contra hanc Concluſionem Scotus ſubtiliter argumentatur.

Pergit ulteriùs, & ſuam probat Concluſionem Redingus verbis Apoſtoli, qui in Epiſtolâ ad Romanos ſcribit, *Deum vocare ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.* Quem Textum hoc Scholio dilucidat. [Quia Eſſe Dei eſt ſuum intelligere, conſequens eſt, omnem modum Eſſendi creaturis proprium (ſami à Deo) *eſſe à Deo intelligibiliter*, uti conſtare poteſt ex diſcurſu S. Thomæ *cit. qu. 14. artic. 8.* Ergo creaturarum (ſare) *eſſe proprium*, ſive earum eſſentiæ in ſtatu etiam poſſibilitatis (ſamuntur) *participantur* per intellectionẽ Divinam. At hujus attingentia (non eſt ſecundum ſere, *eſſe exiſtentiale*) ſed ſecundum ſare (*eſſe quidditativum, & objectivum*) eſt enim intentionalis, ſecundum repræſentationem objecti. Conſequens igitur eſt, Deum creaturas poſſibiles eatenus vocare in æternitate quatenus per aſſenſum poſitivũ (illas ſamit) hoc eſt, in earum conceptibus objectivis repræſentat formalitatem Eſſendi, non quidem in actu exercito, ſed in actu dumtaxat ſignato. At creaturæ ex hoc ſunt poſſibiles, quòd in ipſarum ratione formali quiditativâ non exercitè [*] ſed ſignatè, ſeu repræſentativè involvatur. Probatur iſtud aſſumptum. Formalitas eſſendi eatenùs eſt ad extra determinabilis per Divinam Voluntatem, quatenùs repræſentatur per Divinam intellectionem. Eſt autem in tantum formalitas, ſeu modus aliquis eſſendi ad extra producibilis per Omnipotentiam Divinam, in quantùm eſt determinabilis à Divinâ voluntate. At formalitas quâ producibilis per Omnipotentiâ Divinam eo ipſo ſupponitur poſſibilis. Ergo formalitates Eſſendi extra Deum ex hoc ipſo ſunt poſſibiles, quòd per Divinam intellectionem in earum conceptibus objectivis involvatur Eſſe. Hoc autem Eſſe non tantùm (in genere Sendi: hoc eſt, eſſendi exercitè) ſed neque ſignatè (in genere Sandi) in ratione objecti, ſeu intelligibilis poteſt ſecundùm ſignum aliquod rationis; vel prioritatem naturæ eſſe antecedenter ad Naturam, ſeu intellectionem Divinam; oportet enim, omne creatum ſub quavis formalitate, atque adeò (etiam in genere Sandi) ſub ratione etiam intelligibilitatis eſſe dependens, & participatum à Deo. At prima omnium operatio in Deo eſt intellectio, hujus verò formaliter in ratione intellectionis, nõ eſt aliud officium niſi repræſentare. Ergo ex eo, quòd Divina Intellectio in Eſſentiis, & ſpeciebus creatis ſit repræſentativa formalitatis eſſendi, ſequitur, iſtam formalitatem (in genere ſendi, habendi eſſe exiſtentiale: adeoque)

Ad Roman. 4.

Eſſe Dei eſt intelligere Dei

[*] Cognoſcibile ergo hic Autor duos in Creaturis actum, alterum quiditativum, & alterum exiſtentialem, quorum priorem ſignatum, & exercitum poſteriorem appellat, illos Nos Actum ſandi, *&* Actum ſendi *nominamus.*

Vnde habeant Creaturæ poſſibiles, quòd producibiles ſint?

Creaturæ etiã poſſibiles ſunt poſteriores intellectione Divina.

A Deo habent, quòd poſſibiles ſint.

Et res impoſſibiles à Deo habent, quòd impoſſibiles ſint.

non phyſicè, & in actu exercito, ſed (in genere **Sandi**, habendi eſſe quiditativum: hoc eſt) *repræſentativè* in actu ſignato eſſe hoc ipſo in rebus creatis. At hoc eſſe in actu ſignato & repræſentativè (eſt **Sare**, non **Sere** quoniam) eſt Eſſe objectivum in Intellectu Divino. Ergo (iſtud **Sare**) *iſtud Eſſe objectivum* eſt poſſibilitas creaturarum ut ſic in ratione intelligibilis (**Sampta**) derivata, & participata ex Virtute Divini Intellectûs in ſuâ eſſentiâ tanquam objecto primario, & formali motivo omnes eſſentias, & ſpecies creatas per aſſenſum poſitivum cognoſcentis ſub ratione (**Sandi**) Eſſendi, atque ut ſic eas (**ſamentis**) ponentis in Eſſe objectivo, atq; intelligibili.]

Quo Deus modo Creaturis poſſibilibus impertiatur illud Eſſe poſſibile, quod habeant?

N O T A.

De duplici genere Creaturarum poſſibilium.

CDXXXIX. Duo Creaturarum poſſibilium ſunt genera.

PUtabam, me eſſe primum, qui animadvertiſſet duos eſſe in Creaturis poſſibilibus gradus poſſibilitatis; nam priùs intelliguntur poſſe **sare** (*poſſe habere prædicata eſſentialia*) & poſteà poſſe **sere** (*poſſe habere exiſtentiam*) at hæc Veritas etiam Redingo adluxit; inquit enim, [Sicuti Intellectus Divinus eſt virtualiter, & ratione noſtrâ prior omnipotentiâ, ita poſſibilitas Logica creaturarum ex hoc Divino intellectu derivata, poteſt abſolutè ſtare ſecundùm reſpectum ad Omnipotentiam ex Doctore tam Angelico *cit. art. 3. ad* 4. quàm Subtili *diſt. 36. num.* 14. Patet proindè; hæc duo Sacræ Theologiæ lumina in hoc puncto ita inter ſe concordare ut ex ipſorum mente dici poſſe videatur, Divinum intellectum *aſſentiendo*, ſeu attingendo in rebus creatis rationem Eſſendi, eſſe Logicè cauſam poſſibilitatis creaturarum; è contrà *diſſentiendo*, ſeu attingendo in negationibus, & Chimærâ *Non eſſe* habere rationem Cauſæ Logicæ, per quam à priori liceat inferre, quod negationes, & Chimæra ſint ad Eſſe improducibiles, atque adeò ſub ratione Eſſendi impoſſibiles.]

Deus priùs eſt Cauſa Poſſibilitatis; & poſteà eligendo quas vult, eſt etiam Exiſtentiæ Cauſa.

Ecce noſtram doctrinâ tradit hic eximius Theologus, illamq; honorat, dicendo D. Th. Scotumque, qui in multis differunt, in illâ concordare aſſerendâ. Defectu terminorum ſibi ipſe neceſſarios confinxit; quoniam **actum sandi** (actum eſſendi quiditativè) *actum ſignatum* nominavit. Et **actum sendi** (actum eſſendi exiſtentialiter) *actum exercitû* vocari voluit. Et poſteà, quia dantur duæ Poſſibilitates ad eſſendû; altera ad **sandum** (*ad habendum eſſe quiditativum*) & altera ad **sendum** (*ad habendum eſſe exiſtentiale*) priorem, quam Nos **sabilitatem** dicimus, ipſe *Poſſibilitatem Logicam*; & poſteriorem, quam **sebilitatem** Nos, ipſe nuncupat *Phyſicam Poſſibilitatem*.

Veritas adluxit Redingo.

Noſtram tuetur ſententiam

Diverſis autem illam proponit & exponit vocabulis.

S E C T I O IV.

Dn. Franciſci Amici Opinio in examen vocatur.

CDXL. Cur Veteres fuerint adlucinati?

VExavit Veteres Theologos, ut vidiſti argumentum commune, quod à multis propoſitum, quouſque adluxit Veritas, & inter **ſare**, & **ſere** (inter eſſe quiditativum, & Eſſe exiſtêtiale) differentiam exhibuit, nunquam potuit diſſolvi. Illud repono.

Quod nihil eſt non poteſt eſſe terminus alicujus Operationis poſitiva.

Quod nihil eſt non operatur.

Ergo, quod nihil eſt, non poteſt eſſe terminus intellectionis Divinæ. Hæc enim eſt quædam poſitiva operatio.

Sed Creaturæ merè poſſibiles, nihil omninò ſunt.

An Creaturæ poſſibiles ſint purè nihil?

Ergo non poſſunt eſſe terminus Cognitionis Divinæ.

At ipſa cognoſcuntur à Deo, cujus Sapientia eſt infinita.

Ergo non cognoſcuntur in ſe ipſis; ſed in alio.

An in ſe ipſis?

In quo autem alio?

Deum in ſuâ eſſentiâ cognoſcere Creaturas poſſibiles, communis erat Antiquorum Opinio; nam pauci ad Omnipotentiam, aut ad Voluntatem Divinam recurrerunt. At quia omnia, quæ in illis legebat, diſplicebant Amico, & tamen de **ſandi**, & **sendi** non habebat ſufficientem notitiam, novâ inivit viam, & hanc Concluſionem propugnandam propoſuit,

An in eſſentia Divina: An in Omnipotentia à Deo cognoſcantur?

P. Amici Reſolutio.

Omnes Poſſibiles Creaturas Deus in ſuâ ipsâ cognitione cognoſcit.

Et hæc eſt Opinio, quam tradit *tom. 1. loc. cit. num. 19. pag.* 141. [Et eam non jam certam, ſed veriorem eſſe docet, quoniam in re obſcurâ, & ſubtili non vult præjudicare probabilitati Oppoſitæ Reſolutionis.] Statuit ergo Amicus, *Deum cognoſcere Creaturas Poſſibiles in ſuâ cognitione, ut in ſpecie diſtinctè exprimente omnia ſecundum proprium eſſe ſingulorum, quod habet Divina cognitio, quâ proximè determinatur à propriâ eſſentiâ, non ut Causâ, ſed ut ſpecie intelligibili Creaturarum.*

Illam, non ut certam, ſed ut merè probabilem tradit.

Et quidem hæc Amici Sententia eo prorsùs modo impugnari poterit, quo præcedens quam ipſemet Amicus rejicit, & nos Corollario I. impugnavimus. Interim, quia illam dilucidare & perſuadere Amicus vult, illum audiamus,

Hæc Sententia argumentis, quibus præcedens, eſt obnoxia.

EXplico (nempe, meam Concluſionem.) ait: nam Divina cognitio exprimit creaturas, ut ratio *quâ*, vel ratio *in quâ* primo ſenſu aſſeritur à Vaſquez *d. 60. c. 3.* ſed non ſolvitur difficultas. Nam quæro, quid ſit illud quod ex parte poſſibilium terminat intuitum Dei? non creaturæ in eſſe naturali, quia non ſunt: non in aliquo eſſe reali objectivo diſtincto à Deo, ut impugnatum eſt. Igitur intelligenda eſt in ſecundo ſenſu, ut Divina cognitio ſit ratio etiam *in quâ* Deus diſtinctè videat creaturas: & hoc ideò immediatè, & proximè, quia cognitio Divina determinatur à propriâ eſſentiâ per ſe ipſam immediatiùs, primariò: à creaturis mediâ ſpecie earum,

CDXLI. An Divina intellectio, *quâ* an verò ratio *in quâ* exprimantur Creaturæ?

Digitized by Google

Do termino Cognitionis Divinæ.

N. B. Vide in quant. tas Amicus difficultates ſe præcrudat, ob terminorum τῦ Sare, & τῦ Sere *ignorantiam.*

earum, quæ Deo competit, ut cauſa eſt ipſatum: atque adeò mediatè ſecundariò, cum eſſentiali connexione ad objectum primariũ priùs ratione cognoſcendum, Quòd Deus creaturas immediatè cognoſcat in ſuâ notitiâ, ut in ſpecie, & Verbo diſtinctè exprimente omnia (ſumo *Verbum* non ut dicit reſpectũ ad dicentem, quo pacto notionaliter dicitur de Deo & competit ſoli filio: ſed ut dicit ſolam expreſſionem vitalem objecti, quo modo eſſentialiter prædicatur de Deo, & commune eſt omnibus Divinis Perſonis.) Probatur. Ut res perfectè cognoſcatur in verbo ſufficit, ut notitia cognoſcentis procedat ex perfectâ ſimilitudine rei cognoſcendæ: ſed notitia Dei procedit, noſtro modo intelligendi, ex perfectiſſimâ ſimilitudine omnium poſſibilium: igitur in eâ ut in verbo perfectè cognoſcuntur omnes creaturæ poſſibiles. Major patet primò tum in nobis reſpectu objectorum, quarum perfectas habemus ſimilitudines: nam in eorum notitiâ ut in verbo perfectè cognoſcimus res ipſas: tum in Angelis, in quibus, quia exiſtunt perfectæ ſimilitudines rerum, in earum notitiâ, tanquam in ſpecie expreſsâ, & verbo intelligibili perfectè res ipſas cognoſcunt. Secundò. Perfecta ſimilitudo objecti per omnia ſuccedit loco objecti: [*] ergo præcipuè in terminando actum cognoſcentis, nam hoc eſt præcipuum munus objecti: ſicut enim ſpecies impreſsa ſuccedit loco objecti in movendo potentiam ad cognitionem exprimendam: ita ſpecies expreſsa in terminando actum cognoſcentis. Minor eſt S. Thomæ 1. *par. qu.* 14. *art.* 5. *& contra Gent. cap.* 53. ubi docet, in Deo eſſe ſimilitudines omnium rerum, etſi in eo non ſint res ſecundùm eſſe naturale: quia ſimilitudo intelligibilis v.gr. ſubſtantiæ non oportet, ut præhabeat eſſe naturale objecti, & ſit ſubſtantia. Quia non debet præhabere objectum, niſi ſecundum illud eſſe, quod proportionatur potentiæ: hoc non eſt eſſe naturale, ſed intentionale objecti: Ergo licèt in Deo non ſint creaturæ [a] in eſſe naturali, ſunt in eſſe intelligibili. Confirmatur. Quod eſt perfectio in creaturis imperfectionem excludens, concedendum eſt Deo; at videre creaturas in verbo, à ſe producto perfectio eſt in creaturis, imperfectionem excludens, igitur tribuendum eſt Deo. Quòd cognoſcere objectum hoc modo, non ſit cognitionem terminari ad aliquod eſſe, quod objectum habeat extra cognoſcentem; ſed formaliter ſit terminari ad verbum mentis, ut eſt expreſſivum creaturarum intelligibiliter; probatur primò ex Patribus, qui non ſolùm docent, Deum in ſuo Verbo intelligere ſeipſum, & creaturas, ſed creaturas in ſuo Verbo non eſſe aliud ab ipſo Deo. Anſelmus *in Monol. cap.* 33. proponens Quæſtionem *Quâ ratione poſſit Deus ſuam eſſentiam & creaturas eodem verbo intelligere?* Reſpondet, *Quia, ipſa eſt ſumma ſapientia, & ratio, in qua ſunt omnia, quæ facta ſunt, quemadmodum opus quòd fit ſecundùm aliquam artem, non ſolùm quando fit, verùm & antequam fiat, & poſtquam diſſolvitur, ſemper eſt in ipsâ arte, non aliud, quam quod eſt ars:* & *cap.* 34 & 35. affirmat, omnem creatam ſubſtantiam in Verbo, & ſcientiam Creatoris eſſe ipſam *creatricem eſſentiam*;

Quo ſenſu accipiat nomen *Verbum*?

Quid requiratur, ut res aliqua perfectè cognoſcatur in Verbo?

Quo modo res cognoſcant Angeli?

[*] Hæc Propoſitio naſcitur ex præjudicio, quo præoccupatur, intelligibilem dari Speciem ſupponens.

An in Deo ſint omnium rerũ ſimilitudines?

a] Sed hæc omnia potiùs probat in ſua Dei eſſentia, quàm in ſua cognitione poſſibiles creaturas cognoſcere.

N. B. Eadem Scientia Practica, quæ conſiderat Palatium v.g. antequàm fiat, illud conſiderat, quando fit, quando eſt factum, & etiam poſtquam fuerit deſtructum.

quod explicat exemplo ſcientiæ noſtræ, in quâ res aliter ſunt, quàm in ſeipſis; in ſe quidem per ſuas eſſentias; in ſcientiâ per ſimilitudines. Ubi non ſolùm docet, creaturas in eſſe cauſativo & virtuali, ſed etiam in eſſe intelligibili eſſe ipſam [*] creatricem eſſentiam. Auguſtinus 6. *de Trin. cap. ult.* docet, Deum in ſuo Verbo ut in arte *plenâ omnium rationum viventium incommutabilium* noſcere omnia, quæ per ipſam fecit; & *lib.* 83. *quæſt. qu.* 46. Ideas creaturarum in Deo ea parte ipſorum objectorum definiens, ait, eſſe *rationes ſtabiles atque incommutabiles, non formatas, ac per hoc æternas, quæ in divinâ intelligentiâ continentur; quarum participatione fit quidquid fit*; ad quas Deus reſpicit, cùm aliquid extra ſe producit; *& quarum viſione anima beatiſſima fit.* Quæ prædicata nequeunt, niſi Deo competere: Primò, quia per Auguſtinum 5. *Confeſſ. cap.* 4. anima non beatur viſione creaturarum, ſed Dei; at hîc docet, animam beatiſſimam fieri viſione harum rationum: Ergo non [*b*] ſunt quid creatum, ſed increatum. Secundò docet *Sacrilegum eſſe opinari*, Deum extra ſe aliquid intuitum fuiſſe, cùm hunc mundum condidit: intuitus autem fuiſſet, ſi hæ rationis, ad inſtar quarum creaturas condidit, diſtinctæ forent ab ipſo Deo, cùm nihil creatum in Deo eſſe poſſit. Tertiò nihil fit participatione ſui; quidquid enim participatur, ab alio neceſſe eſt participari: at ſi hæ rationes, ad quas Deus, ad extra operando, reſpicit, eſſent ab ipſo diſtinctæ, aliæ profectò non eſſent, quàm creaturæ producendæ, proinde idem fieret participatione ſui. Idem docet *tract.* 5. *in Joann.* ubi affirmant, omnia, quæ facta ſunt, in Deo vitam eſſe: *Quid eſt*, inquit, *hoc? factum eſt terra; ſed ipſa terra, quæ facta eſt, non eſt vita; eſt autem in ipsâ ſapientia ſpiritualiter ratio quædam, quâ hæc facta eſt, vita eſt; Arca in opere non eſt vita; arca in arte vita eſt; quia vivit vitâ artificis, ubi ſunt iſta omnia, antequam proferantur. Terram vides, eſt in arte terra: Cœlum vides, eſt in arte cœlum; ſed foris opera ſunt, in arte vita ſunt.* Quid pro noſtrâ ſententiâ expreſſius, cùm nihil à Deo diſtinctum vivere poſſit vitâ Dei? Dionyſius *de Divin. Nomin. cap.* 5. Ideas Divinas appellat *exemplaria, & rationes effectrices rerum.*]

[*] Eſſentiam & non intellectionem dicit.

N. B. Non negatur Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſo: ſed deberet Amicus probare illas nõ cognoſcere in ſe ipſis.

Ideæ: aliæ formales ſunt; aliæ objectivæ.

b] Ideæ formales ſunt quid increatum.

An Deus extra ſe Cauſam exemplarem habuerit?

An participatione ſui aliquid poſſit fieri?

Omnia in Deo ſunt Vita.

CDXLII.

An inter Nihil & Rem exiſtentem ſit Mediũ?

Hæc omnia Amicus; & omnia ideò debuit adducere, quia inter Non Sans & Sens (*inter Purum Nihil, & Ens exiſtens*) nullum medium admittit. Probat Deum poſſibiles Creaturas in ſuâ Eſſentiâ cognoſcere, cùm illas cognoſcere in ſuâ Cognitione (id enim ipſe aſſeverat) deberet. Probat eas Deum in ſuâ Scientiâ cognoſcere, quod nemo negat, ſed deberet evincere, non illas in eſſentiâ ſuâ Deum, nec illas in ſe ipſis, ſed tantum in ſuâ cognitione intelligere. Illa tria argumenta, quæ ex Auguſtino deſumuntur, nec ſuadent, quod intendit Amicus, nec videntur ad rem.

Non probat Amicus, quod debebat.

Reſpondetur Argumentis ex S. Auguſtino deſumptis.

Erat Primum. Anima beatur Idearum viſione, at non beatur viſione creaturarum. Ergo Ideæ non ſunt Creaturæ. Ergo creaturas Deus in ſuâ intellectione cognoſcit.

Ideæ in Formales & Objectivas debent dividi.

Reſpondeo ſecundam minimè, ex Prima Conſequentiâ deduci: adeoque totum ſyllo-

giſ-

giſmum poſitum non eſſe ad rem. Interim, etſi neceſſarium non ſit, ſyllogiſmum expono, nempe diſtinguendo majorem. Beatur enim Anima viſione Ideatum formalium, non verò objectivarum. Et conceſsâ minori; diſtinguo Conſequens; Fateor Ideas formales non eſſe Creaturas; nego autem Ideas objectivas, non eſſe Creaturas.

An in Mundi Creatione De° Cauſam exemplarem habuerit?

Secundum aſſerebat Deum in creatione Mundi v. gr. nullum exemplar extra ſe reſpexiſſe. At hinc Deum Creaturas in ſuâ intellectione cognoſcere inferri, & probari non video. Interim Auguſtini verba (ad rem ſint, aut non ſint) ſunt veriſſima. Aliter enim Deus, & aliter Homines operantur in praxi. Quoniam Apelles Alexandrum in tabulâ penicillo expreſſurus, extra ſe habet exemplar: quoniam Alexandrum proſpectat, & illum proſpectando format in mente ſuâ Ideam formalem, cujus Objectum eſt Alexandri Pictura. At Deus hunc Mundum producturus non habuit extra ſe alium Mundum, quem contemplaretur, ut ad illius ſimilitudinem Mundum iſtum formaret.

Aliter Deus, & aliter humani operantur Artifices.

Proponitur Exemplum in quo meliùs analogia, quæ inter Deum & Homines in operando verſatur, cognoſcatur.

Et ſanè inter Deum & Apellem intercederet aliqua ſimilitudo, ſi Apelles diceretur ſemetipſum pinxiſſe. Tunc enim ſe in ſpeculo conſiderando illam ſui partem, quam vellet, coloribus in linteo, vel tabulâ exprimeret. Quoniam per analogiam, & ſimilitudinem poſſumus dicere, quòd Deus in ſuâ eſſentiâ infinitas, quas habet, perfectiones contemplans, eas cognoſcit, ut communicabiles, & ſic cognoſcendo, & intelligendo eas **ſamit** hoc eſt, dat ipſis illud eſſe quiditativum, & poſſibile, quod habent ipſæ.

Deus Creaturis poſſibilibus illud eſſe quidativũ, quod habent, impertitur.

Tertium argumentum poſtulat, ut exponamus breviter, quo modo Creatæ perfectiones ex Divinarum participatione fiant. Ergo attende. Deus eſt Subſtantia intellectualis infinita. Se ut Subſtantiam Infinitam intelligit; & nullas ſic ſe intelligendo poſſibiles Creaturas cognoſcit. Poſteà [a] ſuas infinitas perfectiones finitè (in pondere, numero, & menſurâ) eſſe communicabiles intuetur, & hac intuitione **ſamit** facit Creaturas poſſibiles; ipſæ enim *ſunt* termini, & objecta iſtius intuitionis Divinæ. Et poſteà [a] his Creaturis poſſibilibus **ſantibus** (*habentibus eſſe quidditativum*) ipſum **ſere** (*exiſtentiam*) communicans, illas creat, & producit. Ergo Ideæ Objectivæ (ſeu Creaturæ poſſibiles) fiunt ex participatione Perfectionis Divinæ: & Creaturæ Poſſibiles, additâ exiſtentiâ (addito **ſere**) tranſeunt in exiſtentes.

a] Illud poſteà importat rationis ratiocinantis poſterioritatem: non enim Deus unã rem priùs cognoſcit, quàm aliam; ſed à nobis priùs intelligitur cognoſcens unã rem, quàm intelligatur cognoſcêre aliam.

CDXLIII. De Objectivis Ideis.

Cætera, quæ ſequuntur, tametſi nullo modo probent Deum Creaturas in ſuâ propriâ cognitione, & non in ſe ipſis, intelligere: præſeferunt tamen doctrinam pulchram, & dignam ſcitu, & quæ licèt iterum ſit reditura, ubi præter Formales; eſſe Objectivas Ideas admittendas, oſtendetur, proderit, ſi hîc breviter dilucidetur.

Sanè Objectum, & Cognitio intentionaliter idemtificantur. Et tamen hac idemtificatione non obſtante, nec Cognitio, nec Objectum in eſſe naturali mutantur. Nam, cùm Faber cognoſcit Arcam, Cognitio Arcæ eſt intentionaliter Arca, & tamen realiter, & naturaliter, Cognitio eſt ſpiritualis, & Arca materialis. Stante igitur idemtificatione intentionali & diſtinctione naturali erunt veræ iſtæ duæ Propoſitiones *Arca eſt cognitio*, & *Arca non eſt cognitio*, & in primo ſenſu Arcæ convenient prædicata, quæ Cognitioni conveniunt: & in ſecundo non convenient.

De intentionali Cognitionis & Rei cognitæ idemtificatione.

Aliter in Fabri mente, & aliter extra mentem eſt Arca.

Similiter philoſophandum eſt de Creaturis reſpectu Cognitionis Divinæ. Nam Terra v. gr. & Divina Cognitio intentionaliter idemtificantur. Et tamen hac intentionali idemtificatione non obſtante, nec actus Divini Intellectûs, qui Terram cognoſcit, nec Terra, quæ cognoſcitur, in eſſe naturali mutatur. Stante igitur hac idemtificatione intentionali, & hac diſtinctione reali, ſeu naturali, erunt veræ hæ duæ Propoſitiones, *Terra eſt intellectio Divina*, *& Terra non eſt Intellectio Divina*. Et in primo ſenſu Terræ convenient prædicata Divina, & in ſecundo non convenient. Terra igitur in primo ſenſu erit in Deo, infinitam perfectionem includet, erit vita, & beare poterit Sanctorum Animas. In ſecundo autem illa, erit extra Deum, finitam perfectionem includet, non erit vita, nec beare poterit Sanctorum Animas.

Aliter in mente Divina, & aliter extra illam ſunt Creaturæ.

Doctrina de intentionali Cognitionis, & Objecti Idemtificatione, eſt in Scholâ Divi Thomæ communis, & ideò ſupponi debet, in ſuo loco probanda. Vide Complutenſes *in Curſus Philoſoph. tom.*4. *diſput.*17. *quæſt.*4. §. *unic. num.* 21. dicentes, *Potentiam cognoſcitivam fieri per idemtitatem ipſas ſpecies, & objecta in illis repræſentata; non quidem abſolutè, vel in eſſe naturali, ſed quodammodò, & ſecundum quid, ſive in eſſe intentionali*. Et citant Ariſtotelem, Divum Thomam, Cajetanum, Gonzalez, Bañes, Zumelium, Nazarium, & alios Angelici Præceptoris Diſcipulos.

Intentionalem Cognitionis & Rei cognitæ idemtificationem admittũt univerſi Thomiſtæ.

ARTICULUS III.

De Divinis Ideis; *An in ſe ipſo tantùm; an in ſe ipſis tantùm; an verò utroque modo cognoſcat, & intueatur Deus Creaturas Poſſibiles?*

CDXLIV. *Eſt in hac materia Fundamentale Protheorema,* Oportet ſicut de Ideis humanis philoſophicè, ſic de Divinis theologicè philoſophari.

UT eas dignè dilucident, univerſi Theologi ad Humanas recurrunt. Sicut enim Artifices (Pictores, Statuarii, Architecti) mente priùs Figuram aliquam imaginantur, & poſteà illam penicillo, celte, aut ſtylo in tabulâ, aut lapide imaginant: Sic, analogiam ſervando, priùs intelligemus, quòd Omnipotens Deus *Mundum mente gerit*; & poſteà, quòd eumdem creat, *ſimilemque ab imagine format.* Et conſultò illud *priùs intelligimus* poſui, ut moneam univerſos Lectores prioritates hujuſmodi non rationis ratiocinatæ, ſed rationis ratiocinantis eſſe: hoc eſt, non eſſe in Deo, ſed in actibus noſtris. Sanè in omni Controverſiâ nos juvat Analogia, & Proportio, & ideò, ſicut generaliter dicimus, *Oportet ſicut de rebus Philoſophicis philoſophicè, ſic de Theologicis theologicè philoſophari,* ſic nunc diſputando de Ideis poterimus, aut etiam debebimus dicere. *Oportet, ſicut de Ideis humanis humanitùs (modo rebus humanis congruo) ſic etiam de Ideis Divinis divinitùs (modo rebus Divinis congruo) philoſophari.* Et hanc eſſe veram philoſophandi methodum conſtat ex D. Thomâ, qui 1.*p.qu.*15.*art.*2. illam amplectitur, & ait. *Sicut Artifex, dum intelligit formam* (figuram) *Domûs in materiâ, dicitur intelligere Domum, dum tamen intelligit formam Domûs, ut à ſe ſpeculatam* (addo, dicitur intelligere Ideã.) [*Ita & Deus, dum intelligit Creaturas in ſuis propriis unaſquaſque temporibus, dicitur cognoſcere Creaturas: dum tamen intelligit Creaturas, ut à ſe intellectas, & cognitas, dicitur intelligere Ideas.*] Ideas igitur, & Homo, & Deus contempiantur; ſed ille humanitùs, iſte divinitùs. Humanitùs, ſeu more humano ille, quia non ſolùm per actum à ſuâ eſſentiâ diſtinctum, intelligit, ſed, & actum reflexum elicit; *ex eo, quòd intelligit ſe intelligere, dum intelligit Ideam, vel rationem Domûs: Deus autem non ſolum intelligit multas res per eſſentiam ſuam, ſed etiam intelligit ſe intelligere multa per eſſentiam ſuam. Sed hoc eſt intelligere plures rationes rerum, vel plures Ideas eſſe in intellectu ejus, ut eas intellectas.*

Prioritates, quæ in Divinis ponuntur, ſunt extrinſecæ, & rationis ratiocinantis.

Generale Theorema de Analogia.

Speciale Theorema.

Omnia illa, quæ à verbo Ita & *ponuntur, clauduntur que in parentheſi quadrata, quæ à Typothetis* graphetta *in Italia vocatur, ſũt Angelici Doctoris verba, quæ tametſi nõ leguntur in impreſſis Codicibus, ex ſenſu neceſſariò inferuntur.*

Vide, quæ in fine ſectionis Tertiæ, & quæ in Sexta per totam dicuntur.

Ergo ſiquidem de Ideis Divinis, ſicut de Humanis philoſophandum eſt, videamus quid de hoc nomine intelligant Artifices in Artibus Architectonicis. Apud ipſos profectò, Opus, quod mente gerit Artifex, vocatur ἰδέα [*] Audi Vitruvium, qui *lib.*1.*c.*2. ſic ſcribit. *Diſpoſitio autem eſt rerum apta collocatio, elegansque in compoſitionibus effectus Operis cum qualitate. Species Diſpoſitionis, quæ Græcè dicuntur ἰδέαι, hæ ſunt: Ichnographia, Orthographia, & Scenographia.* Et hoc nomen *Idea*, ſublatis imperfectionibus, ſicut, & alia multa, neceſſitas diſcurrendi, & loquendi ex Humanis ad Divina transmiſit.

[*] ἰδέα *eſt nomen trisſyllabũ, habet enim acutam & brevem penultimam.*

SECTIO I.

De Nominum Exemplar *&* Idéa *verâ ſignificatione & acceptione. Sint-ne Synonyma: an verò differant inter ſe?*

INcipio à nominum expoſitione: in hac enim Diſputatione, ſicut in aliis etiam multis, qui conſentiunt Auctores, ob diverſum uſum aut abuſum verborum, diſſentire videntur. CDXLV. De nominis ſignificatione.

Voces ἰδέα & *Exemplar*, coincidere, & ut Nominalium phraſi utar, eſſe duo nomina & unam rem Ambroſius Calepinus & Joannes Paſſeratius *verb. Idéa*, aſſeverant: inquiunt enim. [Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorum, quæ naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, & inviolabiles.] Et illis Dn. Auguſtinus Redingus conſonare videtur; *tomo* enim *primo qu.*5.*art.*6.*pag.*230.*b.* ait. [*Nomen porrò* ἰδέα *Græcum, ſignificat rei effectibilis exemplarem formam primam & originalem.*] Ergo, ſi ἰδέα forma exẽplaris eſt, *Idea & Exemplar* Redingi opinione coïncidunt. Et poſteà *pag.*232.*b.* ſic objicit. *Dices, Divum Dionyſium* libr. de Divin. Nomin. ca. 5. *& D. Thomam* ibid. lect. 3. *affirmare quòd Idea ſeu Exemplaria in Deo, ſint exiſtentium rationes ſubſtantifica, ſingulariter præexiſtentes,* &c. Et reſpondet. *Idea aſſerente Doctore Angelica* qu. 15. art. 3. in corp. *&* ad 2. *duo importat: nimirùm, rationem rerum factibilium repræſentativam, & Exemplar,* &c. Ergo, aut ab Ideâ non differt exemplar, aut in illius conceptu includitur, opinione Redingi.

An Idea differat ab Exemplari? *Ambroſius Calepinus. Joannes Paſſeratius. Auguſtinus Redingus.*

Has duas etiam voces æquipollentes eſſe judicat P. Franciſcus Macedus *tom.*1. *collat.*9. *diff.*2.*pag.*302. ſcribit enim. [Apparet hoc in eo, qui imaginem ab imagine viſâ deſumit, & eam ex tabulâ in tabulam exprimendo transfert; Nam hic tantùm rei imaginem ſibi proponit tanquam Ideam & Exemplar, & hanc ſolummodò intuetur, &c.] *Franciſcus à S. Auguſtino Macedus.*

Alii has voces diſtinguunt, Auguſtinus *libr.*70.*quaſt.* [*Ideas Latinè poſſumus, vel* Formas, *vel* Species *dicere, ut verbũ è verbo transferre videamur.*] Et benè loquitur, quia ſicut ἰδέα (vel εἰδέα, vel εἴδωλον) Græcè *S. Auguſtinus. Vocis etymologia.*

cè ab εἴδω, quod eſt, *video* deducitur, ſic Species, ab Spicio, quod antiquatum verbum eſt, & ſignificat *video*, ut conſtat ex ejus compoſitis *Conſpicio*, *Deſpicio*, *Perſpicio*, *Reſpicio*, *Suſpicio*, &c. quæ etiamnum ſunt in uſu. Et hoc eodem ſenſu vocem Species *libr. 3. cap. 2.* Vitruvius ſumpſit: nam ſcribit. *Hæ autem propter altitudinis intervallum ſcandentis oculi Speciem* (objectum & ideam viſionis) *fallunt*. Vide Gulielmum Philandrum in hunc Vitruvii caput: nec non Joannem Scapulam *in Lexico Græco, verb.* εἴδω.

CDXLVI. Verbum *Spicio* antiquatum. Quid ſignificet?

Etymologia vocis *Exemplar*.

Exemplar, cujus etymon quærunt & non inveniunt Critici, ſic Feſtus ab *Exemplo* diſtinguit: ut *Exemplum* idem ac παράδειγμα ſit, & *Exemplum*, quod πρωτότυπον. *Exemplum* illud eſſe ait quod ad imitandum aut fugiendum proponitur; nam in bonam, & malàm partem ſolet accipi: *Exemplar* ad cujus imitationem, aliam imaginem formamus. Plinius libr. 35. *Sunt, qui venerem Anadiomenem illo pictam exemplari putent*. Alii autem hanc ipſam differentiam non curant. Cicero *pro Murenâ* jubet voces eſſe ſynonymas; nam, cùm dixiſſet priùs, *domeſticum te exemplum habere ad imitandum*, ſubdit paulò poſt. *Adimitandum verò tam mihi propoſitum eſt exemplum illud, quàm tibi*. Et Ovidius liberiùs vocem accipit; quoniam Exempli nomine πρωτότυπον interdum, & interdū ἔκτυπον nobis ſignificat ſic ſcribit *ad Liviam*.

Exemplum Paradigma.

In bonam ne partem, an in malam ſumatur?

Cicero.

Ovidius.

Occidit exemplum juvenis venerabile morum.

Quo in loco morum exemplum vocat Druſum, cujus modeſtia erat cæteris Romanis exemplo. Et *libr. 5. Triſt. Eleg. 4.* agens de ſuis Carminibus, hos numeros cecinit, aut ſi malueris, luxit.

Druſus laudatus.

Exempla, ſunt, quæ ἐκτύπους Græci, & Caſtellani *Copias* nominant.

Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.

Vocat exempla, quæ Græcus ἐκτύπους, & *Copias* Caſtellanus appellat.

Feſtum, qui, ut vidimus, hæc nomina *Exemplum* & *Exemplar* coincidere non patiebatur, eximio rationum apparatu P. Franciſcus Amicus aſſentitur; ſed quia paulò aliter differentiam exponit, ejus verba ſubſcribo. Ipſe enim *tom. 1. Theolog. diſp. 13. num. 23. pag. 392. a.* ſic ſtatuit. [Totus hic Diſcurſus pendet ex diſcrimine inter *Ideam* & *Exemplar*, Idéa enim requirit univocam convenientiam in repræſentando cum Ideato; Exemplar ſolam analogiam, &c.] Et quidem ſe eſſe primum, qui hoc diſcrimen, quod inter *Exemplar* & *Ideam* intercedit, animadvertit, & expoſuit, *ibid. nu. 13.* teſtatur: inquit enim. [Nota (quod nemo, quem legi, advertit) EXEMPLAR eſt *primum directivum, in aliud non reducibile*: IDEA eſt *immediatum & proximum directivum, in aliud reducibile*; ut figura Cæſaris, quam Pictor intra ſe format de ipſius imagine in tabellâ delineandâ, eſt Idea; Cæſar, de quo imaginem intra ſe Artifex format, eſt Exemplar; hoc enim reſpectu Pictoris eſt primum directivum ad opus externum effigiandum: Figura verò intra ſe formata eſt directivum proximum, à quo immediatè dirigitur ad opus externum effigiandum. Ex quo ſequitur *ſecundum* diſcrimen, quòd opus productum immediatè & proximè non aſſimiletur Exemplari ſed Ideæ; nam hæc eſt, à quâ proximè & immediatè dirigitur Artifex; ſcilicet non proximè ab externo Exemplari, ſed à formâ intra ſe præconceptâ. *Tertium*. Exemplar poteſt eſſe [*] unum, Ideæ multæ; ex uno enim eodemque exemplari formari poſſunt multæ Ideæ. *Quartum*. De ratione exemplaris non eſt, ut univocè conveniat cum ideato; eſt ratione Ideæ, quæ debet proximè determinare Artificem ad conſimile opus producendum, & opus univocè continere; nec poteſt determinare, niſi per id, quod intentionaliter continet, cùm non ſit intellectus aptus determinari, ad externum opus dirigendum, niſi per objectum actu cognitum, & repræſentatum. Exemplar verò, quia non debet proximè ad opus producendum intellectum determinare, ſed tantùm remotè, non eſt neceſſe, ut cum opere producendo univocè conveniat.]

Franciſcus Amicus.

Ideam & *Exemplar* eſſe diverſa, perſuadere conatur.

Hujus differētiæ Primus Inventor, quis?

*] *Hæc Amici doctrina darè conſpicitur in Cæſare, quem multi Pictores imaginentur. Nā Cæſar* (*Exemplar*) *unum & idem eſt: at Ideæ, quas mente formant diverſi Pictores, erunt diverſæ; alia bona, alia mala, prout illi boni aut mali Artifices ſint. Et Pictura, ſi fortè non ſemper Cæſari* (*Exemplari*) *ſit ſimilis, ſemper Ideæ, à qua prodiit, aſſimilabitur*.

SECTIO II.

De Opinione Platonis. *An ejus Sententia fuerit qualem Ariſtoteles, an verò qualem Auguſtinus, & alii cum ipſo interpretantur?*

CDXLVII. Quid *Idearum* nomine intellexerit Plato?

TAmetſi, ante Platonem (ipſe enim nomen ἰδέα invenit) apud nullum legatur; non eſſe veriſſimile *libr. 83. quæſt. 46.* ait S. Auguſtinus rem ipſam hoc nomine ſignificatam nulli Philoſopho antiquiori innotuiſſe, & addit *Idearum* nomine apud Platonem ſignificari *quaſdam principales rerum creatarum & creandarum rationes, æternas, & incommutabiles, contentas in mente Divinâ*.

Legit hanc ipſam Idearum deſcriptionem Redingus, & *qu. 5. art. 6. contr. 1. pag. 231. num. 2.* ait. [Ex quo videtur evinci Sententia Hurtadi *diſp. 5. Metaph. ſect. 1. §. 2.* & aliorum apud Caramuelem *Metalogic. libr. 4. diſput. 8. in initio* affirmantium; Ariſtotelem Magiſtro ſuo impoſuiſſe, aſſerendo, Platonem ſtatuiſſe Ideas, quæ eſſent ſubſtantiæ à ſingularibus ſeparatæ, realiter, ac per ſe ſubſiſtentes. Verùm conſideranti ea, quæ Plato *tom. 3. in Timæo, & de Animâ Mundi*; item *in Parmenide junctis Serrani notis* tradit, patebit; Divinum illum Philoſophum diſtinxiſſe *Ideam primam & Secundam*, atque illius nomine intellexiſſe Dei architectricem mentem rerum omnium cauſam, ex quâ fluxerint Ideæ Secundæ, ſive ſpecies creatæ finitæ cum primâ Ideâ id habentes commune, ut ſint ūnum, quod tamen unū in ſpeciebus ſit à ſe ipſo, individua verò exiſtant ex ſecundis Ideis accipientibus à primâ Ideâ ceu Cauſâ primariâ omnē poteſtatem, vi cujus efficiant, ut res ſingulares ſubſiſtant. Quibus adeò diſcuſſis, ipſemet judica, Annon ea ſententiâ Platonis ſubſiſtat, tum quòd una Idea, nimirùm Prima ſit in mente Divinâ veluti D. Auguſtinus *cit. quæſt. 46. de Platone recenſuit*, tum quòd altera Idea, nempe ſecunda ex Mente Divinâ derivata ſit per ſe; exiſtens, ex quâ ſubſiſtat ſingulare, uti Ariſtoteles *libr. 3. Metaph. à text. 10.* & D. Thomas 1. *p. qu. 15. art. 1.* Idem *quæſt. 84. ar. 1. de eodem Philoſopho Divino retulit*.]

An Ideas Divinas Plato in Formales & Objectivas (quas *Primarias*, & *Secundarias* alii vocant) diſtinxerit?

SE-

SECTIO III.

De Divinis Ideis.

CDXLVIII. Deum habere omnium Creaturarũ Ideas, certum eſt.

NON quæram hîc, *An ſint Ideæ in Deo?* illas enim Veteres cognoverunt Philoſophi, & Eccleſiæ Patres ſcriptis eruditiſſimis dilucidarunt. Platonem fuiſſe primum illarum Inventorem *in Orator.* aſſerit Cicero: inquit enim, *Has rerum formas appellat ἰδέας ille, non intelligendi ſolum, ſed & dicendi graviſſimus Autor & Magiſter Plato: eaſque gigni negat, aitque ſemper eſſe, ac ratione, ac intelligentiâ contineri: cætera naſci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs eſſe uno & eodem ſtatu.* Et illa Platonis verba, *intelligentiâ contineri,* de intelligentiâ Divinâ *libr.83.quæſt.46.* Auguſtinus affirmat. *Sanè Artifex,* ut inquit D. Thomas à Redingo citatus, *accipit ab Ideâ formam, quam agit.* Ergo Deus, cùm ſit Intellectuale Agens ſciens & volens (adeoque ſecundum Ideas,

Quid illæ ſint?

quas habet) ſingulas creaturas producit. Ergo, quales vult producit. Scit igitur, quid vult producere. Habet ergo producendarum creaturarum Ideam. Sed in quo ipſa conſiſtit?

Prima Sententia.

An ipſæmet Creaturæ prout cognitæ nominẽtur Ideæ?

ASſeruerunt Antiquiores nonnulli *vocari* IDEAS *ipſaſmet Creaturas poſſibiles ſecundum illud eſſe quod habent in mente Divinâ objectivè; quod quidem eſt illud ipſiſſimum, quod habebunt, aut haberent, quando producentur, aut producerentur.* Ita Gabriel *qu.5. art.2. concl.4.* Ochamus *in 1.diſt.35.quæſt.5.* Durandus *diſt.36. qu.5.* & alii.

Hi Autores paſſim citantur, & non ſemper bene refelluntur: nam Adverſarii multa jubent ſupponi, quæ deberent probare.

Secunda.

CDIL. An Idea in Deo ſit ipſamet Eſſentia Divina?

EST ex diametro præcedenti contraria; aſſeritque *Divinam Eſſentiam habere rationem Ideæ.* Eam, univerſim ſumptam tuentur multi Autores, inter quos ſunt præcipui, S. Thomas *1.part.qu.15.art.* & *de Verit.qu.3.art.2.* Cajetanus, Bañez, & alii Angelici Doctoris diſcipuli *loc.cit.* S. Bonaventura *in 1.diſt.35.qu.1. & 2.* Henricus *quodlib.6.quæſt.2.* Alenſis *in par. qu.23.me.4.art.1.* Rubius *qu.2. art.1.* Richardus *diſt.36.art.2.qu.1. & 2.* Aureolus *diſt.36.p.2.ar.1.* Molina *diſp.2.concl.1.* Vaſquez *diſput.71. & 72.* Suarez *libr.3.de attrib.cap.5.* Hervæus *art.2. & 3.* Capreolus *art.1.concl.3. & ad argum.contr.2. & 3.concl.* Argentinas *art.1.* Gerardus *art.1.* Ægidius apud ipſum. Palatius *diſput.1. concluſ.4.* Marſilius *in Prolog.quæſt.1.art.1.* Ferrarienſis *1. contra gent. cap.54.* Et omnium horum Theologorum præcipua ratio ſumitur ex autoritate Auguſtini: nam *libr.83.qu.46.* aſſerit *Idearum viſione beari Animas.* At æterna Animarum beatitudo in Dei & non in creaturarum viſione conſiſtit. Ergo Ideæ in Deo ſunt ipſe Deus. Non ergo diſtinguuntur ab eſſentiâ Divinâ. Et *ibidem* docet S. Pater *Quidquid in Mundo fit, Idearum participatione fieri.* At nihil fieri poteſt participatione ſui ipſius. Non ergo Ideæ ſunt ipſæmet creaturæ in mente Dei repræſentatæ. Et tandem *tract.1. in Joann.* illa Evangeliſtæ verba dilucidans, *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt;* illum affirmat agere de Divinis Ideis; & addit, *Ideas in Deo vitâ ipſiuſmet Dei vivere,* quod non eſſet verum, ſi prima Sententia eſſet vera.

An in contemplatione Idearum æterna Beatitudo cõſiſtat?

An Idearum participatione omnia fiant?

An Ideæ Divinæ vivant, & qua illæ vita vivant?

Hanc ſecundam ſententiam (hoc eſt, *Divinam Eſſentiam habere rationem Ideæ*) univerſim tenere, dixi, omnes illos Theologos, quos citavi; quoniam in modo explicandi & tuendi ſuam Reſolutionem differunt inter ſe. Primò enim Aureolus eſſentiam Divinam, abſolutè ſumptam, ſub ratione Deitatis, antequam à nobis à Deo cognita intelligatur, eſſe Ideam aſſeverat: & probat: Quia Idea eſt illa perfectio Divina, quam creaturæ participant & imitantur. At non cognitionem, ſed ipſammet perfectionem creaturæ participant, & imitantur. Illa ergo perfectio, à cognitione præciſa, eſt quæ nominatur *Idea.* Secundò Angelicus Doctor, & ejus Diſcipuli communiter, quoniam nomen *Idea* ad Intellectum pertinere videtur, eſſentiam Divinam quatenus cognitã à Deo, & per Divinum Intellectũ communicabilem, *Ideam* appellari contendunt. Tertio, Bonaventura, Marſilius, Argentinas, Rubius, Vaſqueius, Suarius, & alii non multùm abeſſe à Thomiſtis, videntur, aſſerunt enim eſſentiam Divinam Ideam eſſe quatenus eſt ſpecies expreſſa earum creaturarum.

Hæc ſecunda Sententia in Modos dicendi differentes dividitur.

An Idea ſit Divina Eſſentia abſolutè ſumpta?

An prout eſt à Deo intellecta?

An quatenus eſt ſpecies expreſſa creaturarum?

Tartia.

ALII AUTHORES priores has duas ſententias ad concordiam reducunt, & à Dn. Auguſtino Redingo *tom 1.qu.5. art.6. controv.2.pag.233.* his formalibus verbis proponitur. *Idea Dei,* inquit, *formaliter conſiſtit in eſſentia Divina imitabilitate, cui per ejuſdem eſſentia Divinæ intellectionem* (paſſivam, ſcilicet) *expreſſæ, per modum objecti ſecundarii reſpondet paſſiva creaturarum imitabilitas, habens rationem Ideati & actualis, tum quoad ſtatum poſſibilitatis per ſcientiam Simplicis Intelligentiæ, tam quoad ſtatum exiſtentia actualis per Scientiam Viſionis.* Ponit ecce Redingus duas Ideas, Primariam ſecundariamque; & hanc cum Opinione Primâ, illamque cum Secundâ.

An Idea ſit duplex: Primaria, & Secundaria?

An debeant componi duæ ſententiæ, quæ videbantur oppoſitæ?

SECTIO IV.

Proponitur Vera Sententia.

CDL. An Idea ab Exemplari diſtinguatur?

PUto ceſſare omnem difficultatem, Theologoſque, etſi videantur inter ſe diſſentire, ad concordiam reduci, ſi inter Ideam & Exemplar (quod ipſum in initio monuimus) diſtinguamus. Interim non adquieſcis, ut video, ſed hanc ipſam diſtinctionem rejicis, & impugnas, & contra ſic argumentaris. [Malè dicitur Exemplar non eſſe id quod proximè imitamur, adeoque debere Exemplar ab Ideâ diſtingui: nam hæc diſtinctio obſcura eſt, & controverſiam gravem convertit in quæſtionem de nomine; contra

An fugiendæ ſint controverſiæ de vocib'?

quam

An falſæ ſint ſententiæ novæ?

quam ſufficeret dicere eſſe contra communem, eſſe novam, & ab initio Mundi uſque ad annum 1650. quo illam Amicus edidit, in Scholâ ignoratam.] Et Ego, ut tibi optimè ſatisfaciam, dabo ejuſdem Amici verba, qui *loc. cit. pag.* 194. *a. num.* 29. ſic ſcribit. [Videri non debet novum, ſed proprium Theologi, ad conciliandas Doctorum ſententias idoneam invenire diſtinctionem. Cùm igitur non levis ſit Controverſia, an Ideæ Divinæ conſiſtant in eſſentiâ Dei, an verò in ipſis creaturis Divinâ cognitione expreſſis, Autores optimè conciliari putavi adſignatâ diſtinctione inter Exemplar & ideam, &c.]

Recurrunt ad opportunam diſtinctionem Theologi, ut Autores ad cōcordiam reducant.

Nos ergo hanc retineamus diſtinctionem; atque Sententiam noſtram ad paucas lineas perſtringamus. Conſidera Concluſiones ſequentes. Et ſit

PRIMA.

Eſſentia Divina exemplaris, & Ideæ rationem habet.

E*ſſentia Divina antequā actu à Deo cognoſcatur, nō eſt idea, ſed exemplar remotū creaturarū, poſtquā autē à Deo cognoſcitur, eſt Exemplar creaturarum proximum.* [Eſt neceſſarium loqui ſic, ut Scholæ labium attemperemus: at monendus eſt Lector, adverbiis illis *antequā*, & *poſtquam* non intelligi aliquam formalem prioritatem, quæ ſit in Deo; ſed vel hypotheticam, quæ eſſet; vel rationis ratiocinantis, quæ eſt in noſtro Intellectu. Vide quæ *in noſtrâ Dialexi de Non-certitudine, artic.* 14. *Aſſert.* 10. pag. 243. dicuntur.] Hanc autem noſtram Reſolutionem, ſic expoſitam, docet expreſsè P. Franciſcus Amicus *tom.* 1. *diſp.* 13. *num.* 24. *pag.* 191. Probatur clarè. Illud enim eſt Exemplar remotum, quod poteſt eſſe proximum. Nam Alexander, antequam ab Apelle cognoſceretur, poterat pingi, quia poterat cognoſci; Ergo erat Exemplar remotum: & tunc demum incepit eſſe proximum, cùm ab Apelle viſus & cognitus poterat pingi. Ergo eodem modo de Eſſentiâ Divinâ philoſophandum eſt. Eſt Exemplar remotum antequam cognoſcatur à Deo: proximū, cùm cognoſcitur. Eſt Exemplar, & non Idea creaturæ, quia unitas & ſimilitudo inter Exemplar & Exemplatum eſt analoga: inter Ideam & Ideatum univoca: & Divina cum creaturis eſſentia non convenit univocè, ſed analogicè. Et hinc Aureolus cum Thomiſtis concordat, nam ipſe de exemplari remoto loquitur, & Thomiſtæ de proximo. Et hinc tollitur differentia, quæ erat inter Primam & Secundam Sententiam, nam illa loquitur de ipſâ ideâ, nomine *Idea* in rigore ſumpto: hæc autem *Ideæ* nomine intelligit ipſum Exemplar: & hoc Deum eſſe Prima Opinio non negat.

Exemplaris proximi & remoti differentia.

De analoga & Univoca ſimilitudine.

Conciliantur autores.

De tertio modo explicandi Opinionem Secundam, nihil dico, omnia enim quæ de ſpeciebus impreſſis & expreſſis Ariſtoteles docet, non capio, non intelligo; interim, quia Amicus intentionales ſpecies dari admittit, quid de illo tertio exponendi Secundam Opinionem Modo, ſentiat, ſubjungamus. *Eſſentia Divina*, ait, *non eſt Idea creaturarum, quatenus eſt intelligibilis ſpecies earum, ſed quatenus eſt ſpecies expreſſa, & actualis ſimilitudo earumdem.* Cum quibus verbis non bene videntur cohærere, quæ poſt pauca ſubjungit. *Ars & Sapientia eſt, quâ Artifex intelligit, non quod intelligit; Idea autem eſt, quod Artifex intelligit.* At nemo ſuam ſpeciem expreſſam, ſi datur hæc, intelligit. Ergo ſpecies expreſſa non habet rationem Ideæ. Et firmat hoc ipſum, quod *num.* 29. *pag.* 193. *a.* ſubjungit. *Ideæ talis notitia*, inquit, *nequit habere rationem Ideæ*, Idea *enim formaliter non conſiſtit in conceptu formali, ſed in objectivo.*

An admittendæ in Philoſophia ſint Intētionales Species?

Quænam ſit differentia inter Ideam & artem.

An Idea in cōceptu objectivo conſiſtat?

SECUNDA.

CDLI.

An differat à re factibili?

I*Dea Objectiva, prout à Formali diſtinguitur, eſt res ipſa factibilis à Deo intellecta.* Eſt expreſſa Boetii, qui *libr.* 3. *de Conſol.* ſic cecinit.

——— *Tu cuncta ſuperno*
Ducis ab exemplo, Pulchrum pulcherrimus ipſe
Mundum mente gerens, Similique ab imagine formans.

Boetius.

Quod nos *Exemplar* id *Exemplum* appellat. Ergo ſi ut primâ Concluſione dicebatur, Divina eſſentia Exemplar eſt, ſi ab Exemplari deduxit Mundum, deduxit ab Eſſentiâ Divinâ, Quod expreſsè teſtatur D. Thomas 1. *contr. gent. cap.* 54. inquit enim. *Nam quòd Planta participet rationem vitæ, habet à Divinâ Eſſentiâ, ut imitabili ſecundum perfectionem vitæ. Quòd Animal participet rationem cognitionis, habet ab eâdem ut imitabili ſecundum perfectionem cognitionis.* &c. Ideam autem Boetius expoſiturus ait, quòd Deus *Mundum mente gerit*, hoc eſt cognoſcit, & intelligit: & quòd illum (Mundum) *ſimili ab imagine formas.* Format enim, qualem intelligit. Mens autem non intellectionem ipſam, ſed rem intellectam intelligit.

Univerſæ creaturæ quidquid perfectionis habent, participant ab eſſentia Divina.

Explicatur Boetius.

TERTIA.

De Idea Objectiva & Formali.

S*Icut Conceptus in Objectivum & Formalem dividitur, poteſt æque jure Idea etiam diſtribui in Objectivam & Formalem.* Et hæc ipſa diſtinctio præcedentem Concluſionem dilucidat: & clariùs Autores, qui videntur diſſidêre, conciliat. Si enim velint Ideas ab Eſſentiâ Divinâ non diſtingui, dicendi ſunt agere de Formalibus, quæ re verâ non ſunt plures, ſed unica, & noſtrâ tantùm diſtinguuntur ratione. Si autem Ideas diſtinguant ab Eſſentiâ Divinâ, cenſendi ſunt agere de Objectivis, quæ verè & propriè *Ideæ* vocantur.

Hanc Tertiam noſtram Concluſionem Nicolaus Yſambertus, Sorbonicus Doctor amplectitur: quoniam *quæſt.* 15. *diſp. unic art.* 2. *propoſ.* 3. (referente Redingo) Ideæ in Formalem & Objectivam diſtinctione poſitâ, aſſerit, Eſſentiæ Dei, ut objicitur Divinæ cognitioni, quatenus eſt imitabilis à creaturis, convenire rationem Ideæ Objectivæ: at Divinæ Cognitioni terminatæ ad Eſſentiam Dei quà imitabilem, ut in ſe, tanquam objecto primario repræſentativam modi ſingulas creaturas producendi, competere rationem Ideæ formalis. Et addit hanc eſſe rationem conciliandi S. Thomam cum D. Bonaventurâ, quorum prior *præſ. quæſt.* 15. *art.* 3. & 1. *contr. gent. cap.* 54. nec non *de Verit. quæſt.* 3. *art.* 2. docet, Eſſentiam Divinam obtinere rationem Ideæ prout eſt imitabilis à creaturis: Poſterior autem *in* 1. *diſt.* 35. *art.* 1. aſſeritur docuiſſe,

Yſamberti ſententia.

Putat S. Thomam, & Bonaventuram diſſētire inter ſe: & ideò illos conatur ad cōcordiam reducere.

euiſſe, Eſſentiam Divinam, prout eſt formalis de creaturis conceptus, ad cujus imitationem Deus ad extra operatur, eſſe Ideam.

Redingi Opinio.

Sed & hæc noſtra Tertia Concluſio etiam à Redingo ipſo admittitur, quoniam *loc. cit. pag.* 235. *num.* 7. *b.* ſic ſcribit. [Reſpondetur illam (Yamberti) doctrinam, cum fundamento ibi deducto, minimè diſplicere, niſi quòd S. Bonaventuram & D. Thomam in præſenti puncto minimè diſcordantes, nitatur reducere in concordiam.]

An S. Thomas & S. Bonaventura idem omninò doceant?

Conciliantur Autores.

His tribus Concluſionibus poſitis, omnia ſunt expedita; nec poteſt in teſtimonio aliquo reperiri obſcuritas aut difficultas. In hujus Veritatis confirmationem aliqua proponamus.

Auguſtinus *ſerm.* 38. *de verbis Dom.* Verbum Divinum *Formam rerum omnium*, appellat *non formatam*, ſed *omnium formatorum*. Agit; inquam, de Cauſâ rerum Efficiente: hæc enim Verbum Divinum eſt, per quod omnia facta ſunt, & ſine quo factum eſt nihil. Hæc autem forma, quæ Verbum Divinum eſt, non eſt formata ad ſimilitudinem objecti (id enim de intellectione humanâ aſſerit Ariſtoteles) ſed format creaturas extra ſe ſecundum Ideam & Imaginem objectivam, quam mente gerit.

Idem S. Pater *tract.* 1. *in Joann.* docet *in ſapientiâ & arte Divinâ Ideas eſſe, & rationes omnium creaturarum antequam fiant, in ſapientiâ Dei eſſe; eaſque ibi vivere vitâ Dei.*

Nil probant hæc duo Teſtimonia contra noſtram doctrinam: reſpondeo enim illud prius intelligi poſſe de Ideâ Objectivâ, aut formali. At poſterius de Formali tantummodò: non enim Ideæ Objectivæ vitâ Dei vivere dicendæ ſunt, niſi fortè ſic intelligi debeat Auguſtinus, ut per *Ideas vivere*, intelligat *illas eſſe* (mihi **fare**) & *eſſe vitâ Dei*, hoc eſt, *frui exercitio eſſendi ab Eſſentiâ Dei participato.* Carebat enim D. Auguſtinus vocabulis, nec clariùs loqui potuit in re tam ſubtili & obſcurâ.

CDLII.
Quales Ideæ ſint Auguſtini ſententiâ?

Aliud adhuc ejuſdem Hipponenſis Pontificis teſtimonium addamus: *quæſtione illâ XLVI. Libri Quæſtionum LXXXIII. citati*, docet *Ideas eſſe, formas quaſdam principales, ſeu rationes rerum, ſtabiles, atque incommutabiles quæ ipſæ formatæ non ſunt, atque per hoc æternæ, & ſemper eodem modo ſe ſe habentes; quæ in Divinâ intelligentiâ continentur. Et cum ipſæ neque oriantur, neque intereant, ſecundum eas tamen formari dicitur omne, quod oriri, & interire poteſt: & quarum participatione fit, ut ſit quidquid eſt, quoquo modo eſt,* &c.

Ideæ ſunt formæ principales.

Et in his verbis nullam ego reperio difficultatem. *Ideæ ſunt formæ quædam principales.* Et quis de hoc dubitet? *Sunt ſtabiles, atque incommutabiles.* Id omnes fatentur, & aſſerunt. *Ipſæ autem formatæ* (hoc eſt, *factæ*) *non ſunt*; quoniam Intellectus, etiam humanus, dans *eſſe* objectivum alicui rei, non ideò rem illam producit: aliud enim eſt apud Vitruviũ *lib.* 1. *ſuæ Architecturæ cap.* 2. habere Templi, aut Palatii Ideam, & aliud illud aut hoc ædificare. Pergit S. Auguſtinus, & ait: *Sunt æternæ, & ſemper eodem modo ſe habentes.* Hæc Aſſertio intelligenda eſt negativè, quæ enim non ſunt (non **ſent**) nec æternaliter, nec ſemper ſunt: ſed quia non durant tempore, nec habuere principium, nec finem habituræ ſunt, ideò poſſunt dici ab æterno, ſed præcipuè, quia ab æterno non fuit inſtans aliquod cogitabile, in quo de Eſſentiis rerum à Deo cognitis potuerit eſſe vera hæc aſſertio, *Eſſentia Creaturarum* **non ſant**. Progreditur adhuc & ait Hipponenſis Epiſcopus. *In Divinâ intelligentiâ* (nempe, objectivè, & repræſentativè) *continentur.* Sic Prima, quam ſequimur, Sententia decidit & aſſerit. *Non oriuntur, neque intereunt.* Eſt certum. *Et tamen ſecundum eas formatur omne id, quod oriri & interire poteſt.* Nam ſicut Pictor, ſecundum ideam quam habet, imaginem delineat in tabulâ, ita & Deus ſecundum Ideam, quam habebat, viſibilem hunc Mundum produxit.

ſunt conſtantes.

Intellectus etiam human⁹, quãdo aliquid cogitat, dat eſſe objectivum rei cognitæ.

Quid ſit eſſe negativè ab æterno?

Ideæ nec oriuntur, nec excidunt.

Illa ultima verba, *Quarum participatione fit, ut ſit quidquid eſt, & quoquo modo eſt*, poſtulant ut moneam aliter Supremum Architectum Deum hoc Templum, quod *Mundum* vocamus, condidiſſe, & aliter Vitruvium Veronenſem Arcum ædificaſſe: Architectura enim Humana non dat Marmoribus, ex. gr. ut ſint (non enim ea producit lapides) ſed ut tali modo ſint: adeòque Ideæ Hominum Architectonicæ non ſunt de eſſentiâ lapidum, ſed de earum figurâ, ordine & diſpoſitione. Ideæ verò Divinæ quæ Mundum concernunt, non ſolùm ſunt de Corporum Cæleſtium figurâ, ordine, & diſpoſitione, ſed & de eorum ſubſtantiâ, eſſentiâ, & exiſtentiâ; & hanc ob rem harum Idearum participatione fit, ut omnia, quæ in Mundo ſint quod ſunt (habeant eſſentiam, & exiſtentiam) & ſint, quoquo modo ſunt (& habeant accidentia, quibus determinantur.)

An, & quo ipſæ modo participentur à Creaturis?

Inter Divinas, & Humanas Ideas differentia.

SECTIO V.

De Ideis Divinis, & Poſſibilibus Creaturis ad mentem S. Dionyſii.

CDLIII.
An S. Dionyſius bene fuerit in linguam Latinam tranſlatus?

NON fuit, ut paſſim percipio, Eximius Philoſophus & Theologus ille, cujus labore, & induſtriâ S. Dionyſius Areopagita hodie Latinè loquitur: & ideò occaſionem præbuit, ut Sanctiſſimus, & Illuminatiſſimus Doctor, pro ſententiis aliquandò citetur, quas nunquam habuit. In Quæſtione præſenti Deum aſſerit Creaturas in ſe ipſo, & in ſe ipſis cognoſcere: & ad ipſius mentem has Ego Concluſiones præſcribo. Et ſit

Quo modo Deus cognoſcat Creaturas?

PRIMA. *In Creaturâ tria* Eſſe *debent conſiderari: videlicet* Eſſe *Eſſentiæ*, Eſſe *Præexiſtentiæ*, & Eſſe *Exiſtentiæ*.

Quid Eſſe Eſſentiæ ſit?

Eſſe Eſſentiæ dicit omnia prædicata poſitiva, vi quorum ſunt in Deo eminenter univerſæ creaturæ; & hanc ob rem *Eſſe eminentiale* aliquando vocatur: quoniam eſſe formale, quod Creaturæ habent, negationem includit; eſt enim finitum; quoniam illa linea finitur, quæ non pergit ulteriùs.

Quid Finis ſit?

Eſſe Exiſtentiæ Creaturæ, formaliter ſumptæ eſt primum accidens: illamque extrà Deum, & cæteras Cauſas exiſtentem conſtituit. Audi Complutenſes *in Logic. diſp.* 9. *in principio* dicentes. [Accidens Logicum dividitur (lego, diſtinguitur) contra eſſentiam; & ſignificat, quidquid contingenter ſe habet, ſive ſit entitativè, Subſtantivè; ſive Accidens: quâ

Quid ſit Eſſe Exiſtentiæ?

An ſit Accidens?

quâ ratione dicimus aurum accedere vaſi; & Exiſtentiam Petro.] Et hoc *Exiſtentia eſſe* illud eſt, quod Mundus poſt creationem habet; quod & nos, & omnia, quæ nobiſcum exiſtunt, habemus, quod Latinè *Exiſtentia* vocatur.

De eſſe Eſſentiæ formali.

Inter eſſe Eſſentiæ eminentiale, & eſſe Exiſtentiæ, ſive Durationis externæ, *Eſſe Eſſentiæ formale*, quod habent Creaturæ in ſe ipſis, antequam producantur, & exiſtant à parte rei: & quia illud ante Exiſtentiam Creaturis Poſſibilibus convenit, ideò illud *Præexiſtentiam*, aut *Eſſe Præexiſtentiæ* S. Dionyſius nominat.

Quid Præexiſtentia ſit?

SACUNOA. *Omnia hæc tria Eſſe Creatura habent à Deo: nullum à ſe; nullum aliundè.*

Vnde Creaturæ habeant Eſſe?

Et primò, non à ſe, non aliundè, ſed à Deo (non per actionem aliquam neceſſariam, aut liberam, ſed ex neceſſariâ terminorum connexione) habent Creaturæ, quòd ſint eminenter in Deo. Et ut id demonſtretur, huc ingreditur illud generale Principium, *Nemo dat quod non habet*. Ergo, quia Deus omnes intelligibiles perfectiones in ſe continet, poteſt illas dare, & communicare. Ergo prius eſt contineri in Deo formaliter omnes perfectiones poſſibiles, & intelligibiles, quàm quòd in ipſo eminenter ſint omnes creaturæ poſſibiles. Quia ſi Deus illas perfectiones non haberet formaliter, non haberet, quas poſſet communicare: & hæ perfectiones Divinæ quà communicabiles, ſunt Creaturæ poſſibiles eminenter contentæ in Eſſentiâ Divinâ.

Cur Deus poteſt perfectiones communicare?

An in Deo ſint priùs perfectiones formaliter, quàm eminenter?

Et ſecundò, non à ſe, non aliundè, ſed à Deo (non per actionem aliquam liberam à Divinâ Voluntate efficienter, aut concomitanter proveniente, ſed per intellectionem neceſſariam) habent Creaturæ illud Eſſe formale, quod earum eſſentias conſtituit, & diſtinguit: terminat cognitionem Divinam: & *Præexiſtentia* à Dionyſio vocatur.

Quo modo emanent à Deo Creaturarum Eſſentiæ?

CDLIV.
Perfectionum diviſio.

VT omnia hæc cognoſcantur exactè, oportet ſcire Perfectiones in duas claſſes à Theologis univerſis diſtribui: aliæ enim ſunt *Simpliciter ſimplices*, & aliæ *Non ſimpliciter ſimplices*. Prioris generis ſunt, quæ in ſuo conceptu nullam imperfectionem includunt: & tales ſunt ex.gr. Intellectus, Voluntas, &c. Poſterioris verò, quæ in ſuo conceptu aliquã imperfectionem involvunt: & tales ſunt ex.gr. Diſcurſus, & Ratiocinatio. Et hac Perfectionum diſtinctione præmiſſâ dicendum eſt, Perfectiones ſimpliciter ſimplices eſſe in Deo formaliter: illas autem, quæ non ſunt ſimpliciter ſimplices, eſſe in Deo eminenter. Et quid eſt, *Eſſe eminenter*? Non eſſe formaliter cum ſuis imperfectionibus, ſed eſſe ſublatis imperfectionibus. Quam ob rem, cùm Diſcurſus ſit actus Intellectûs, per quem ex notis ad eorum, quæ ignorabantur, cognitionem venitur, in ſuo conceptu perfectionem & imperfectionem includit: intelligere enim perfectionem importat: diſcere autem, & in rerum cognitione proficere, ignorantiã (adeoque imperfectionem valde magnam) ſupponit. Diſcurſus non poteſt eſſe in Deo formaliter: bene autem eminenter, hoc eſt, ſublatis imperfectionibus.

Aliæ ſunt ſimpliciter ſimplices, & aliæ ſimpliciter ſimplices non ſunt.

Vtræ, & quo modo reperiãtur in Deo?

Quid ſit Eſſe eminenter?

Quid ſit Diſcurſus?

An ſimul perfectus & imperfectus ſit?

Ut hanc doctrinam accuratè dilucidé, duo

Caramuelis Leptotatos.

Noſtra hæc Doctrina exẽplis firmatur & dilucidatur.

exempla proponam; alterũ ex Arithmeticâ, alterum ex Metagrãmaticâ. Sit ergo primum.

POno ob oculos tuos Denarium Numerũ, & interrogas, *An minores eo Numeri, qui Digiti vocari ſolent, in Denario claudantur?* Sunt autem Numeri, qui ab Arithmeticis dicuntur *Digiti*, iſti nimirum [*] 2,3,4,5,6,7,8,9.

Digiti in Arithmetica, quid ſint?

*] *Omiſi Vnitatem, ne in illam Quæſtionẽ inducar, quã interrogas, An Vnitas Numerus ſit?*

Et Ego *claudi* dico, & *non claudi*. An-ne cõtradictoria involvo? Minimè. Quo ergo modo ſine contradictione claudi & nõ claudi in Denario hi minores Numeri dicendi ſunt? Exponam. In quocumque Numero conſiderare oportet, quid ille dicat pro materiali, & quid pro formali: quoniam, quicumque ille ſit, pro materiali dicit Unitates, quas habet; & pro formali carentiam illarum, quas non habet. Binarius igitur, ex. gr. pro materiali dicit duas Unitates, pro formali verò carentiam tertiæ, quartæ, &c. Dicimus ergo in Denario Binarium materialiter claudi, non formaliter: tota enim poſitiva materia, quæ eſt in Binario, etiam in Denario invenitur: Et addimus in Denario Binarium non includi formaliter: quia illæ Carentiæ & Negationes Unitatis tertiæ, quartæ, &c. quæ Binarium conſtituunt, & ab aliis ſecernunt Numeris, non reperiuntur in Denario.

De cujuſcumque Numeri materia & forma.

Quo modo claudatur in Denario Binarius?

Hinc ad Deum Analogia nos ducet: nam, ſi interroges, *An in Deo ſit Diſcurſus?* ſtatim dicam: *illum eſſe, & non eſſe*. Dicam eſſe eminenter: quia in ſuo conceptu Diſcurſus continet perfectionem & imperfectionem, & illa, ſine hujus conſortio, invenitur in Deo. Addam, Diſcurſum non eſſe in Deo formaliter, quia illa imperfectio, quæ in Diſcurſu invenitur formaliter, in Deo reperiri non poteſt.

De Diſcurſu. An in Deo ſit?

CDLV.
De vocis ROSA anagrammaticis transformationibus

TRanſeo ad aliud Exemplum, quod eſt Metagrammaticum, & pono ob oculos tuos vocem ROSA. Et quia poſſe ex illâ fieri diverſa Anagrammata ſcis: alia Tetragrammata, alia Trigrammata, alia Digrammata, & tandem alia Monogrammata, tibi ea exhiberi deſideras, & interrogas, *An, & quo illa modo in voce* ROSA *reperiantur*.

Reſpondeo primò viginti quatuor eſſe quatuor literarum coordinationes, ut vides in exemplo ſequenti.

Transformationes quadrilateræ.

ROSA	ORSA	SROA	AROS
ROAS	ORAS	SRAO	ARSO
RSOA	OSRA	SORA	AORS
RSAO	OSAR	SOAR	AOSR
RAOS	OARS	SARO	ASRO
RASO	OASR	SAOR	ASOR

Reſpondeo ſecundò, me nolle impræſentiarùm has inverſiones quadriliteras conſiderare; quia, cùm mihi certum & indubitatum ſit, Deum non poſſe aliquam rem infinitam producere; erit etiam certum non poſſe omnes ſuas perfectiones alicui Creaturæ communicare. Ergo proderit conſiderare, Quo modo ex dictione Tetragrammatâ ROSA, aliæ Trigrammatæ, & aliæ Digrammatæ, aut etiam Monogrammatæ deduci poſſint. Attende.

Non poteſt Deus Creaturam in aliquo genere ſimpliciter infinitam producere.

In voce ROSA ſunt quatuor perfectiones exempli gratiâ, quæ quatuor literis Capitalibus (nempe, R,O,S, & A.) ſignificantur: quarum negationes quatuor literis parvis Curſivis aut Italicis (nempe, *r,o,s,* & *a*) poſſunt re-

Non poteſt omnes ſuas perfectiones alicui creaturæ communicare.

præſentari, ergo ex diverſâ Capitaliū & Curſivarum combinatione variæ Dictiones reſultabunt.

Et primò Trigrammatæ; quæ ut conſpicis erunt viginti-quatuor.

Vocis ROSA trigrammatæ,

OSA*r*	RSA*o*	ROA*s*	ROS*a*
OAS*r*	RAS*o*	RAO*s*	RSO*a*
SOA*r*	SRA*o*	ORA*s*	ORS*a*
SAO*r*	SAR*o*	OAR*s*	OSR*a*
AOS*r*	ARS*o*	ARO*s*	SRO*a*
ASO*r*	ASR*o*	AOR*s*	SOR*a*

Et præter has nullæ ſunt dictiones trium literarum (entitates trium ex quatuor perfectionum) poſſibiles.

Secundò ex eodem fonte naſcuntur duodecim dictiones Digrammatæ. Et ſunt

Digrammatæ,

RO*ſa*	OR*ſa*	SR*oa*	AR*os*
RS*oa*	OS*ra*	SO*ra*	AO*rs*
RA*ſo*	OA*rs*	SA*ro*	AS*ro*

Et in ſingulis duas literas (perfectiones) poſitivas, & duas negativas reperies.

Tertiò ex eâdem origine quatuor oriuntur dictiones Monogrammatæ; nimirum

& Monogrammatæ Transformationes.

R*oſa* O*rſa* S*roa* A*ros*

Et his poſitis & bene perpenſis & conſideratis progredior.

Et reſpondeo tertiò, me in his triliteris, biliteris, & ſimplicibus characteribus, reperire purè Poſſibilium & exiſtentium Creaturarum imaginem; nam ſicut ex combinationibus poſſibilibus aliquas elegit, & in Idiomate Latino admiſit Nomenclator, & alias admittere noluit. [Elegit enim

De Creaturis purè Poſſibilibus & Exiſtentibus.

Ex triliteris ARS, ORA, ARO, ROS.
Ex biliteris OS, AS.
Ex ſimplicibus O, A.

Et cæteras eligere potuit, & noluit.] Sic etiam Omnipotens Deus, ex perfectionum innumerabilibus combinationibus, quas ſuâ ſimplici intelligentiâ intuetur, elegit, quas maluit; & hæ ſunt, quæ indeptæ fuerunt exiſtentiam; & Scientiâ Viſionis cognoſcuntur; & remanſerunt cæteræ in ſtatu meræ Poſſibilitatis.

De Objecto Simplicis Intelligentiæ, & Viſionis.

Addo, hinc etiam cognoſci Creaturarum Poſſibilium & Impoſſibilium diſcrimen. Nam, ſi ſunt illæ Combinationes & Transformationes poſſibiles, in quibus nulla Majuſcula litera reſcribitur charactere Curſivo, quod in omnibus Exemplis poſitis eſt obſervatum; quoniam, ut ſuppoſuimus, Curſivæ ſunt Majuſcularum negationes: unde ſi aliqua Majuſcula Curſivo charactere reſcribitur, una & eadem litera in illâ dictione ponitur & non ponitur, quod repugnat abſolutè loquendo. Sunt ergo impoſſibiles dictiones iſtæ Monogrammatæ

R*r* O*o* S*s* A*a*

Iſtæ etiam digrammatæ.

RO*r* SA*s* OS*o*
RO*o* SA*a* OS*s*

& aliæ ſimiles. Et prætereà etiam hæ Trigrammatæ.

OSA*o* OSA*s* OSA*a*

& quæcumque aliæ, in quibus aliqua litera ponatur bis; iterum charactere Majuſculo, & iterum charactere curſivo.

Et veniendo ad Philoſophicas Conſiderationes, aſſero quemcumque formalitatum in rebus finitis aggregatum eſſe poſſibile, modò in illo non contingat, unam & eamdem ſimul affirmari & negari. Ergo *Animal rationale* poſſibile eſt; nil enim, quod in Animali ſit, negat Rationalitas; & nil etiam, quod in rationali ſit, negat Animalitas. Ergo ex eodem capite *Animal inſenſibile* impoſſibile eſt; quia Inſenſibilitas negat Senſibilitatem, quæ clauditur in Animali.

Reſpondeo quartò (& hæc eſt Reſponſio, quæ directè Controverſiam concernit; & propter quam fuerunt adducta cætera) *omnes illas dictiones Trigrammatas, Digrammatas, & Monogrammatas, in dictione ROSA, ſimul includi*. Quoniam materialiter ſumptæ includuntur, & non includuntur formaliter.

CDLVI. Quo modo Transformationes in voce ROSA includantur.

Dico vocem ARS, in voce ROSA materialiter claudi; quia omnes literæ, quæ in ipſâ ſunt, etiam in voce ROSA reperiuntur: & addo eamdem vocem ARS, in voce ROSA non includi formaliter, quoniam in voce ARS, eſt negatio quartæ literæ, & litera O habet *non eſſe*, cùm tamen in voce ROSA, nec ſit negatio quartæ literæ, nec literæ O, reperiatur *non eſſe*.

De voce ARS. Quo modo claudatur in ROSA?

Et hinc etiam ad Deum nos Anagrammatica Analogia perducet. Conceptus *Vitæ humanæ* perfectionem includit. Quoniam quid perfectum eſt Vivere: at habuiſſe principium & eſſe obnoxium morti, & pati in duratione ſucceſſionem & alia, quæ comitantur & conſtituunt Humanam vitam, imperfectiones manifeſtas includunt. Unde Patriarcha Job *cap.14.a.1.* exclamat dicens, *Homo natus de muliere* (ecce Vitæ principium) *brevi vivens tempore* (ecce Mortis incurrendi neceſſitas) *repletur multis miſeriis* (ecce imperfectiones concomitantes) Dicimus ergo *Humanam Vitam* formaliter non eſſe in Deo, eſt enim Deus imperfectionis omnis incapax. At eamdem addimus eſſe in Deo eminenter, hoc eſt, ſublatis imperfectionibus: quibus ſublatis, jam illa Vita non erit finita, ſucceſſiva, & humana, ſed infinita, ſimultanea, & Divina.

De Vita Humana. Eſt perfecta & imperfecta ſimul.

An, & quo modo inveniatur in Deo?

Omnes profectò perfectionum poſſibiles Combinationes (& nota id bene) neque exiſtunt à parte rei (quoniam à Deo ut merè poſſibiles intelliguntur) neque formaliter ſunt in Eſſentiâ Divinâ (nam Unicitas, Binarius, Ternarius, & quicumque perfectionum numerus eſt finitus, & conſtituitur ulteriorū perfectionum carentiâ, quæ non repetitur formaliter in Eſſentiâ Divinâ.) Ergo hæc prædicata (& id etiam nota & attentè conſidera.)

Explicatur adhuc quomodo Creaturæ ſint in Deo.

Corpus carens vitâ ſenſu & ratione, ut Lapis.

Corpus, habens quidem vitam, non autem ſenſum, aut rationem, ut Arbos.

Corpus, habens vitam, & ſenſum, ſed ratione deſtitutum, ut Elephas.

Corpus habens vitam, ſenſum, & rationem, ut Homo.

Probatur Creaturas cognoſci à Deo in ſeipſis.

Non ſunt in Deo formaliter hæ perfectiones; quia, ut conſpicis tinctæ & maculatæ ſunt illis carentiis, adeoque imperfectionibus, quæ nō reperiuntur in Deo. Sunt ergo formaliter in ſemetipſis. Atqui ipſæ, ut formaliter ſunt, intel-

Vnde Poſſibiles Creaturæ receperint illud eſſe quidditativum, quod habeant.

intelliguntur à Deo. Ergo à Deo intelliguntur in ſe ipſis. Ergo in ſe ipſis habent aliquod *eſſe*. At hoc *eſſe*, quidquid illud ſit, & qualecumque illud ſit, non habent à ſe ipſis, non ab aliâ Cauſâ præter Deum. Ergo à Deo. Sed non à Deo per voluntatem, aut per Viſionis Scientiam concurrente: Ergo à Deo per neceſſarium Simplicis Intelligentiæ actum, ſeu intellectionem concurrente.

CDLVII. Τάξις Diſpoſitio. In Activam, & Paſſivam dividitur.

An S. Dionyſii doctrina dictata ſit à D. Paulo.

HÆC omnia nos docet S. Dionyſius Areopagita, D. Pauli Diſcipulus, quoniam *lib. de Divinis nominibus cap.* 7. §. 2. paſſivam hanc finitarum perfectionum in Creaturis poſſibilibus ordinem vocat τάξιν, diſpoſitionem. *Paſſivam* dico; nam & nos docet Deum eſſe *Activam Taxim*, nam paſſivam ordinat, & diſponit. Corderius *in Dionyſiano Onomaſtico. verb.* τάξις, hæc habet. *Dionyſius* de Divinis Nominibus cap. 4. §. 10. *Deum vocat* τάξιν, *quod res omnes* μετ' εὐταξίαν cum bono ordine *procreavit, ut notat ibidem S. Maximus. Quod fortè à S. Paulo, Doctore ſuo, didicit, qui graviter, ſapienterque monuit*, Quæ à Deo ſunt, ordinata eſſe. *In quo ſine dubio in Divinis rebus ordinem collocavit, quaſi earum, quæ à Deo ſunt propriè nota, ſit ordo.* Ergo, ſiquidem poſſibilium Creaturarum eſſentiæ propriè (ſecundum ſuas ultimas differentias) à Deo ſunt notæ: hæ ipſæ proprietates, & perfectiones, quæ cognoſcuntur, habent paſſivam τάξιν (*paſſivum ordinem*) illam, videlicet, quem Deus, qui eſt Activa τάξις, (activus Ordo) illas ſimpliciter cognoſcendo, & intelligendo communicavit. Et hæc Activa τάξις, eſt quæ in aliis locis ταξαρχία, *Principium omnis paſſivæ ordinationis*, ab eodem Dionyſio vocatur.

Vltimæ Creaturarum formalitates, quà imperfectiones ſunt, cognoſcuntur à Deo: & tamen formaliter nō ſunt in Deo.

Hæc eſt doctrina S. Dionyſii Areopagitæ, quam locis in diverſis inſinuat; & quia *libr. de Divinis nominib. cap.* 7. §. 2. clariùs, & dilucidiùs loquitur, ejus verba ſubſcribo.

ΩΣΤΕ ὁ θεῖος νοῦς πάντα συνέχει τῇ πάντων ἐξῃρημένῃ γνώσει, κατὰ τὴν πάντων αἰτίαν ἐν ἑαυτῷ τὴν πάντων εἴδησιν προειληφώς, πρὶν ἀγγέλους γενέσθαι, εἰδὼς καὶ παράγων ἀγγέλους, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ἔνδοθεν καὶ ἀπ' αὐτῆς, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς ἀρχῆς εἰδώς, καὶ εἰς οὐσίαν ἄγων. καὶ τοῦτο οἶμαι παραδιδόναι τὸν λόγιον, ὁπόταν φησίν, Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὄντων τὰ ὄντα μανθάνων, οἶδεν ὁ θεῖος νοῦς, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ κατ' αἰτίαν τὴν πάντων εἴδησιν, καὶ γνῶσιν, καὶ οὐσίαν προέχει, καὶ προσυνείληφεν, οὐ κατ' ἰδέαν ἑκάστοις ἐπιβάλλων, ἀλλὰ κατὰ μίαν τῆς αἰτίας περιοχὴν τὰ πάντα εἰδὼς καὶ συνέχων· ὥσπερ καὶ τὸ φῶς κατ' αἰτίαν ἐν ἑαυτῷ τὴν εἴδησιν τοῦ σκότους προείληφεν, οὐκ ἄλλοθεν εἰδὼς τὸ σκότος ἢ ἀπὸ τοῦ φωτός. Ἑαυτὴν οὖν ἡ θεία σοφία γινώσκουσα, γνώσεται πάντα, ἀΰλως τὰ ὑλικά, καὶ ἀμερίστως τὰ μεριστά, καὶ τὰ πολλὰ ἑνιαίως, αὐτῷ τῷ ἑνὶ τὰ πάντα καὶ γινώσκουσα καὶ παράγουσα: καὶ γὰρ εἰ κατὰ μίαν αἰτίαν ὁ θεὸς πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι μεταδίδωσι, κατὰ τὴν αὐτὴν ἑνικὴν αἰτίαν εἴσεται πάντα ὡς ἐξ ἑαυτοῦ ὄντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ προϋφεστηκότα, καὶ οὐκ ἐκ τῶν ὄντων λήψεται τὴν αὐτῶν γνῶσιν ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἑκάστοις τῆς αὐτῶν, καὶ ἄλλοις τῆς ἄλλων γνώσεως ἔσται χορηγός. Οὐκ ἄρα ὁ θεὸς ἰδίαν ἔχει τοῦ ἑαυτοῦ γνῶσιν. ἑτέραν δὲ τὴν κοινῇ τὰ ὄντα πάντα συλλαμβάνουσαν: αὐτὴ γὰρ ἑαυτὴν ἡ πάντων αἰτία γινώσκουσα, σχολῇ που τὰ ἀπ' αὐτῆς, καὶ ὧν ἐστιν αἰτία, ἀγνοήσει.

Eſt mirabilis S. Dionyſii ſtylus: nec enim ſcribit Oratoriè ut Demoſthenes, Poëticè ut Homerus, nec Philoſophicè, ut Ariſtoteles; ſed Theologicè ſine alius Scriptoris exemplo, ubi opus eſt, vel voces antiquas componens, vel novas inveniens aut componens.

ITaque Mens Divina comprehendit omnia cognitione quadam eminenti, quæ ſecundùm ipſammet omnium cauſam in ſe omnium cognitionem anticipat, priuſquàm Angeli fierent cognoſcens Angelos, eoſque creans, cæteraq; omnia intus & ab ipſo, ut ita dicam, exordio noſcens, & in rerum naturam proferens; idque arbitror ſcripturam ſignificare, cùm ait, *Qui cognovit omnia priuſquam fiant*. Non enim ex rebus ipſis res diſcens, novit eas divina mens, ſed ex ſeipſa & in ſeipſa ſecundùm cauſam omnium ſcientiam, & notionem; & eſſentiam præhabet, & ante comprehendit, non ſingulis ſecundùm cujuſque ſpeciem intendens, ſed ſecundùm unicam cauſæ complexionem cuncta ſciens & continens: ſicut & lux ſecundùm cauſam tenebrarum notionem anticipat, non aliundè quàm ex luce tenebras noſcens. Seipſam igitur divina ſapientia noſcens ſciet omnia, materialia ſine materia, & indiviſè diviſibilia, & unicè multa, ipſo uno omnia, & cognoſcens & producens; nam ſi ſecundùm unam cauſam Deus omnibus eſſe impertit, ſecundùm eandem unicam cauſam ſciet omnia tanquam ex ſe exiſtentia, & in ſeipſo ante præexiſtentia, & non ex rebus rerum accipiet notionem, ſed & ipſis ſingulis ipſarum aliiſque aliarum notitiam largietur. Non habet itaque Deus peculiarem ſcientiam ſui, aliam verò communem res omnes complectentem: ipſa enim omnium cauſa ſeipſam cognoſcens, nullo modo ea quæ ab ipſa, & quorum cauſa eſt, ignorabit.]

CDLVIII. De Dei Scientia. An ſit eminēs? An res cognoſcat, antequā ſint?

Daniel 13. 42.

Novas notitias non adquirit. An ſit una vel plures?

Quo modo res cognoſcat? De rerum exiſtentium Præexiſtentium & Poſſibilium notitia.

An S. Dionyſii verba exactè poſſint in Linguam Latinam transferri?

EST ſtylus Sanctiſſimi Viri ſublimis, & qui non ſemper habeat in Linguâ Latinâ voces, Græcis correſpondentes; & ideò in Theologorum gratiam, qui rem nudam reſcire potiùs volunt, quàm rimari Rhetoricorum Schematum coloribus obnubilatam, Verſionem hanc, à nobis de verbo ad verbum concinnatam adjungimus.

De Intellectu Divino.

De Divinis Ideis.

Illud eſſe quidditativum, & eſſẽtiale, quod habent Creaturę Poſſibiles, ipſis intellecto ſuo Deus communicavit.

Omnia Deus unica & ſimplici cognitione comprehẽdit.

Deus non cognoſcit creaturas, quia ſunt; ſed cognoſcendo dat illis, quòd ſint.

Cauſa, quæ ſe comprehẽdit, effectus, quos poteſt producere, ignorare non poteſt.

ITaque *Divinus* (Νȣ̃ς) Intellectus *omnia comprehendit* (τῇ) ipſa (*nempe, ſua*) *omnium eminenti* (γνώσει) intellectione (& cognitione), *ſecundum* (τὴν) ipſam *omnium cauſam in ſe ipſorum omnium* (εἴδησιν) Ideam *anticipans ante Angelos fieri* (εἰδώς) ideans, *&* παραγών derivans, & proferens *Angelos*, & *omnia ipſa alia intùs & ab ipſo* (*ut ita dicam*) *principio* (εἰδώς) ideans, *& ad* (ȣ̓σίαν) eſſentiam (ſtatum habendi eſſentiam) *perducens*. *Et id, arbitror, ſignificat* (ὁ λόγιον) Scriptura, *cùm ait*. *Qui* (εἰδώς) ideans (*eſt*) *ipſa omnia ante* (γενέσεως) productionem *eorumdem*. *Non enim ex ipſis* (ὄντων) entibus *ipſa* (ὄντα) entia *diſcens* (οἶδεν) Ideavit *Divinus* (Νȣ̃ς) Intellectus, *ſed ex ſe ipſo & in ſe ipſo, ſecundum cauſam ipſorum omnium* (εἴδησιν) ideam, *&* (γνῶσιν) intellectionem, *&* (ȣ̓σίαν) eſſentiam *coram ſe habet*, *& coram ſe comprehendit*. *Non ſecundum* (εἰδέαν) ideam *ſingulis* (ἐπιβάλλων) intendens, *ſed ſecundum* (περιοχὴν) complexionem *ipſa omnia* (εἰδώς) ideans *& continens*. *Sicut & ipſa* (φῶς) Lux, *ſecundum cauſam in ſe ipſa, ipſam* (εἴδησιν) ideam *tenebrarum* (προείληφεν) coram ſe apprehendit; *non aliundè* (εἰδώς) ideans *ipſas tenebras, quam ex ipſa luce*. *Se ipſam igitur* (ἡ θεία Σοφία) ipſa Divina Scientia *intelligens, intelliget omnia; immaterialiter ipſamet materialia, indiviſim ipſa diviſibilia, & multa unicè: eo ipſo uno ipſa omnia & intelligens & producens*. *Nam, ſi ſecundum unicam cauſam ipſe Deus omnibus ipſis* (*rebus*) *ipſum eſſe* (μεταδίδωσι) transfundit: *ſecundum eamdem unicam cauſam* (οἶσεται) ideabit *omnia tanquam ex ſe* (ὄντα) entia, *& in ſe ipſa* (προϋφεστηκότα) præexiſtentia, *& non ex ipſis entibus accipiet ipſorum intellectionem* (*ſeu cognitionem*) *ſed & ipſis ſingulis ipſorum, aliiſque aliorum intellectionem* (*& cognitionem*) *largietur*. *Non habet itaque Deus propriam* (*& peculiarem*) *intellectionem* (*& cognitionem*) *ſui, aliam verò* (*diverſam*) *& communem* (τὰ ὄντα) *ipſa entia omnia complectentem, eadem enim ſe ipſam ipſa omnium cauſa intelligens, & cognoſcens, nullo modo, qua ab ipſa, & quorum eſt cauſa ignorabit*.

Quo Lux modo, ſi intellectiva eſſet, cognoſceret tenebras?

Creaturas Corporeas, etſi multæ, diviſibiles, & materiales ſint, unico indiviſibili & incorporeo intuitu cognoſcit Deus.

CDLIX.

Vna & eadem Vox in diverſis Scholis habet ſignificationẽ differentem.

QUoniam interdum unum & idem verbũ aliter accipitur civiliter, in ſermone vulgari; aliter philoſophicè, immò etiam aliter Theologicè in diſputatione ſcholaſticâ, ut Lector propriis oculis videat, me debuiſſe ab Interprete Dionyſiano in aliquarum vocum verſione, & expoſitione diſcedere, ſcholia quæ ſequuntur, ſubſcribo.

De voce Νȣ̃ς. Quid ſignificet? An Deus ſit Mens?

ὁ Θεῖος Νȣ̃ς] A Poëtis, & Oratoribus redditur Latinè *Mens Divina*. Undè ſexto Æneid. Virgilius, Deum *Mentem* nominat, & ab hac Mente (nempe à Deo) aſſerit univerſa prodire. Ejus numeri ſunt.

Videtur Virgilius imbuerat eorum opinationi, qui docebant Deum eſſe animam & formã Mundi.

Principio Cælum, & Terras, campoſque liquentes
Lucentemque Globum Lunæ, Titaniaq; Aſtra,
Spiritus intus alit, totamque infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum, pecudumque genus, vitaque volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus.
Igneus eſt ollis vigor, & Cæleſtis Origo. &c.

Interim, tametſi ſine errore Deus *Divina Mens* vocari poſſit, & hoc ipſo nomine à Divo Thomâ, & aliis aliquandò vocetur, quia tamẽ in Scholis Theologicis non eſt ita in uſu hoc nomen [non enim *de Mente Divinâ* in ipſis, ſed *de Divino Intellectu* diſputatur] placuit in re Theologicâ uti Dictionario Theologico, & pro ὁ θεῖος νȣ̃ς non *Mens Divina* ſcribere, ſed *Intellectus Divinus*.

Latina Lingua quoniam caret Articulis, magno ſplendore caret.

Τῇ] Caret Articulo Lingua Latina, & ideò non omnia poteſt exprimere, quæ Græcus: ſed loco Articuli ὁ, ἡ, τὸ pro quo habet Hiſpanus *el, la, lo*, ut quo modo Dionyſius loquitur, meliùs intelligeretur, pronomine *ipſo, ipſa, ipſum*, Articuli loco impræſentiarùm uti placuit.

Vnde *Noſco*, & *Cognoſco* Latinus Nomenclator acceperit?

Γνώσει] Γινώσκω eſt *intelligo*, & pro eo paucis mutatis literis ſcribit Latinus *cognoſco*: unde γνῶσις, *intellectio, cognitio*.

Idolum. Idea. Ideare.

Εἴδησιν] Verbum εἴδω civiliter eſt *video*, dicitur de intellectu, & tunc eſt *idéo, are*; unde εἴδωλον, *Simulacrum viſibile; aut intelligibile*. Εἴδησις, & Εἰδέα, aut ἰδέα civiliter *Imago* philoſophicè *Idea ab imaginatione, aut intellectu conformata*.

Quid verbum παράγω ſignificet?

Παραγών] Juſſit Dionyſii Interpres, quòd παράγειν eſſet *creare*; at non fuit aſſecutus S. Dionyſii mentem; Deus enim *intus* (antequam illas ad extra producat) Angelicas v.gr. intelligentias non creat, ſi ſumatur vox in ſignificatione communi. Ergo quid hìc παράγειν ſit, breviter exponamus.

De verbo ἄγω. Quid παρά in compoſitione ſignificet?

Profectò verbum παράγω componitur ex παρά & ἄγω, eſt autem ἄγω *duco, derivo, profero*, & præpoſitio παρά in re deductâ, derivatâ, & prolatâ imperfectionem importat, ut videre eſt in voce παράδοξον, quæ à παρά, & δόξα tracta *ſententiam im-*

per-

Eſſe quidditativum, objectivum, & diminutum.

perfectam ſignificat. Deus igitur ἰδεῖ, καὶ παράγει τοὺς ἀγγέλους, ideat Angelos, hoc eſt, dat illis quoddam *eſſe imperfectum* (nempe, eſſe quidditativum, & inchoatum.) Et hoc *Eſſe objectivum*, quod antequam Creaturas ad extra producat, *intus* (in ſuo intellectu) objectivè communicat, eſt illud, quod ſcitè Scotus, & ejus cum illo Diſcipuli *Ens diminutum* in ſuis libris appellant.

Non *exiſtentiã* ſed *eſſentiam* nomen οὐσία ſignificat.

οὐσία] Eſſentiam hoc nomen, & non exiſtentiam ſignificat. Ergo aſſerente Dionyſio Angelos, & omnia alia intùs (hoc eſt, antequam ea creet, & producat extra) ideana (ideam illorum ſuo Divino intellectu formando) παράγει ad eſſentiam (ad ſtatum eſſentias habendi) perducit.

Nomen ὁ λόγιος abſolutè ſumptum *Sacram Scripturam* importat.

Τὸν λόγιον] Hoc nomen *Scripturam*, aut *ſcriptum* ſignificat: & per antonomaſiam, & excellentiam nomine *Sacra Pagina* ſignificatur.

An Prophetia Danielis extet apud Hebræos?

An Canonica ſit?

Verba ejus Græca à D. Dionyſio citantur.

Textus, qui citatur in Danielis Prophetiâ (cap. 13. 42.) reperitur. Hoc porrò Danielis caput, & ſequentia in Hebræo non exſtant, nec ideò debent ex Canone Sacrorum Librorum expungi, quoniam etſi Hebræus Textus non reperiatur, hæc Græca Verſio, quæ etiamnum exſtat, antiquiſſima eſt, & authentica eſt, ſiquidem ut Canonica à Dionyſio citatur, & verba formalia, quæ ab illo citantur, in hac ipsâ Græcâ interpretatione leguntur.

CDLX.

An neget Dionyſius Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſis?

Non enim ex ipſis.] Hinc occaſionem acceperunt nonnulli exiſtimandi Deum non cognoſcere in ſe ipſis creaturas poſſibiles. Sed illis ſcitè & doctè *tom. 2. tract. 9. diſp. 25. qu. 1. num. 11. pag. 49.* reſpondet P. Sebaſtianus Izquierdus dicens, Sanctum Patrem docere quidem Deum in ſe ipſo creaturas cognoſcere, ut Theologi univerſi fatentur; non autem negare eaſdem eum cognoſcere in ſemetipſis; ſed aſſerere ſolùm nihil à Creaturis Deum per ſpeciem ab eis acceptam didiciſſe; & ut id perſuadeat ex hoc ipſo Capite aliquas periodus exſcribit: & totam S. Dionyſii mentem ad Paraphraſim ſubſequentem reducit. [Cùm ait Dionyſius Deum cognoſcere ea, quæ ſunt, non rerum notitiâ, ſed ſui, illud *non rerum* non objectivè, ſed ſufficienter debet ſumi: quaſi dicat, Deum res omnes per notitiam, non ex rebus ipſis partam, ſed à ſe præhabitam cognoſcere. &c.] Et benè; quoniam ſic hunc eumdem Dionyſii locum explicat Zipariſſotus decad 8. eodemque ſenſu negat Deo duas ſcientias, alteram ſui, alteram Creaturarum; id eſt, alteram, quam à ſe habuerit, & alteram, quam receperit à Creaturis. Videantur Dionyſius Carthuſianus, Herice, & alii, qui hoc eodem modo intelligunt S. Dionyſium.

Non, quia ſunt Creaturæ cognoſcuntur à Deo, ſed quia cognoſcuntur prout cognoſcuntur, ita ſunt.

Quo Izquierdus, & Zipariſſotus modo S. Dionyſium intelligant & interpretantur?

De cognitione Practica & Speculativa. Quomodo differant inter ſe?

An ſimplicis Intelligentiæ Scientia in Deo ſit ſpeculativa?

Et quidem, ut clarè videas, oculatiſſimè S. Dionyſii mentem à Doctoribus iſtis proponi; proderit, ut in memoriam revocemus differentiam, quæ ſolet poni inter Practicũ, & Speculativum. Speculativæ enim omnes Scientiæ non faciunt ſuum objectum, ſed illud jam exiſtens reperiunt: quoniam non Theologia modò hujus generis eſt, ſed & Aſtronomia, Coſmographia, Phyſica, & aliæ Scientiæ: non enim ſuum illæ Objectum faciunt, ſed ejus quiditatem, & proprietatea diſcunt ſpeculando, & contemplando. At hoc in ſcientiâ Dei, quæ eſſentias rerum intelligit locum non habet, *Non enim ex ipſis entibus addiſcens entia ideavit* (*formavit ideas*) *Intellectus Divinus, ſed ex ſe ipſo, & ſecundum perfectiones, quæ ſunt in ſe ipſo* (*eſt enim cauſa ipſorum omnium*) *ideam, intellectionem, & cognitionem, nec non eſſentiam* προέχω καὶ προσυνείληφεν, *ante ſe* (*coram oculis ſuis*) *habet & tenet: & ante ſe* (*coram ſe*) *comprehendit.* [Sic enim præpoſitionem πρό in προέχω, ab ἔχω interpretatur Joannes Scapula.] Ergo Divina illa Intellectio, quæ *Simplex Intelligentia* dicitur, & poſſibiles creaturas attingit, Dionyſio teſte, non eſt purè Speculativa, non enim reperit objectum, quod contempletur & ſpeculetur: ſed eidem dat ipſum eſſe poſſibile, quod illud habet: ſed neque eſt purè Practica, quia non dat exiſtentiam objecto, non enim exiſtunt creaturæ poſſibiles. Ergo inveniendum eſt novum vocabulum, quo iſta intellectualis operatio, inter Speculationem, & Praxim media, ſignificetur. Ergo, donec tu nomen inveneris opportunius & melius, à nobis cum D. Dionyſio προπρακτική vocari poterit.

De præpoſitione πρό Quid in compoſitione ſignificet?

An Divinus Intellectus practicè Poſſibiles Creaturas attingat?

An dari debeat Medium inter Practicum & ſpeculativum?

Utitur poſteà verbo προειλήφω. Et, ſi προσυνειλήφω, eſt *coram me comprehendo*, προειλήφω, erit, *coram me apprehendo*.

προειλήφω. προσυνειλήφω.

CDLXI.

An Deus cognoſcat Negationes?

An Deus ſit purum Ens?

An Creaturæ conſtent Ente & Non ente?

Sicut & ipſa Lux.] Sanctus Doctor debet hîc nobis neceſſariò explicare, quo modo Deus negationes intelligat; quia cùm ipſe ſit purum ens, ſine admixtione ullius non entis, & Creaturæ univerſæ ex ente & Non-ente componantur (habent enim eſſentias perfectionis finitæ, & finis formaliter dicit Nonens) utitur exemplo Lucis, quod in textu eſt obſcurum, ſed à Pachymeræ expoſitione lucem accipit: hic enim Commentator ſic inquit. [Sicut enim ſiquis lucem hanc viſibilem mentis ac rationis compotem ſupponat; deinde rogemus ipſam, An tenebras cognoſcat? ipſa autem illas ſe noſſe, dicat etiam antequam tenebræ eſſent, noſſe, inquam, non per aliquam experientiam, quomodo enim Lux tenebras (per experientiam) ſciret; nam, ſi Lux ſit, non erunt tenebræ. Sed noſſe dicat tenebras in quantum Lux eſt; ideoque novit, quòd, ſi proprium lumen contraxerit, nemo videbit. Ita etiam Deus, per cauſam omnium in ſe cognitionem habet; non quòd experientiâ eam comparaverit (tunc enim Deus cognitione poſterior inveniretur,) aut in aliquo tempore non cognoverit. Nota autem tenebras eſſe effectum, qui ex defectu lucis exiſtit, quod eſt contra Manichæos, &c.] Interim, tu dic cum S. Dionyſio ex ſuo lumine Deum tenebras (negationes, & imperfectiones univerſas) cognoſcere: at illas (quod non negat Dionyſius) in ſe ipſis cognoſcere: illæ enim tametſi entitatem non habeant, habent veritatem, & ideò cognoſcibiles ſunt.

Quo modo Lux, ſi intellectu eſſet prædita, cognoſceret ipſaſmet tenebras?

An eodem modo Deus Negationes, & Imperfectiones cognoſcat?

An Negationes habeant Veritatem?

Quot modis intelligat Creaturas Deus?

Vbi illas indiviſim, & ubi diviſim cognoſcat?

προϋφεστηκότα] Tribus modis cognoſcit entia finita Deus: intelligit enim τὰ ὄντα: προϋφεστηκότα, & τὰ ὑφεστηκότα. hoc eſt, *Habentia eſſentiam*, *Habentia præexiſtentiam*, & tandem *Habentia exiſtentiam*. Cognoſcit indiviſim in ſe ipſo omnium entium poſſibilium eſſentias: in Deo enim omnea

ſunt

ſunt unica eſſentia, non enim diſtinguuntur ab eſſentiâ Divinâ. Cognoſcit diviſim in ſe ipſis omnium entium exiſtentium eſſentias: in ſe ipſis enim, quando ſunt extra cauſas & habent veram exiſtentiam, ſunt multa: & quia illa Deus cognoſcit & intelligit ut in ſe ipſis ſunt, illa intelligit & cognoſcit ut multa. Sed quia inter habere eſſentiam in Deo, & habere exiſtentiam in ſe ipſis, datur ſtatus medius in quo Dionyſius illa entia collocat, quæ προυφεςηκότα, *habentia præexiſtentiam* nominat: docet illa eſſe plura, & hanc ipſam præexiſtentiam non eſſe realem & phyſicam aliquam exiſtentiam, ſed quamdam actualitatum objectivam, non à poſſibilitate paſſivâ rerum, non aliunde, ſed ab ipsâ Divinâ Intellectione provenientem.

An inter eſſe, quod habent Creaturæ in Deo, & illud, quod habent, quãdo exiſtũt, detur aliquod medium?

Σοφία.] Hæc, ut omnes cognoſcant, quid S. Dionyſius in hac controverſiâ ſenſerit & docuerit, Lectori Ingenioſo ſufficiunt, & ideò pono punctum finale, quo diſcurſum concludo. Interim nam occaſionem præbet nomen Σοφία, hoc Scholion adjungo.

Divinum Verbum Σοφία.

Porrò Σοφία, æterni Verbi nomen eſt: Et hîc obiter nota, non bene accuſatum & incriminatum Petrum Abaylardum fuiſſe, quòd Paracleto Eccleſiam & Monaſterium dedicaverit: quaſi illicitum eſſet illam, aut illud uni Perſonæ dedicare: Et nota etiam, eumdem non habuiſſe, cur diceret ſe *Paracleti* nomine *Conſolatorem* intelligere, & omnes tres Divinas Perſonas eſſe Conſolatrices. Et ratio eſt, quia hodie multa in Europâ Templa *Verbo Æterno, Verbo Incarnato*, & *Spirituiſancto* conſecrantur, quia ubi una Perſona expreſsè ponitur, aliæ duæ ſubintelliguntur implicitè: & olim illud Templum magnificum Conſtantinopoli, quod profanatum hodie eſt ſuprema Meſchita, τῆ θεία Σοφία, hoc eſt, *Verbo Divino* conſecratum fuit ab Imperatore Conſtantino.

An, & cur Templa poſſint uni Divinæ Perſonæ conſecrari?

De Templo S. Sophiæ Conſtantinopolitano. Cui nuncupatum ſit?

SECTIO VI.

Iterùm de Divinis Ideis. *An illas in Conceptu Formali; an verò in Objectivo Sanctus Auguſtinus conſtituat?*

CDLXII.

Quis fuerit primus, qui de Ideis diſſeruit?

PLato (is enim primus fuit, qui de Ideis diſputavit, ut communis aſſeverat Opinio) non illas in conceptu formali, ſed in objectivo conſtituit. At Auguſtinus, quando Platonem corrigit, illum ita intelligi jubet, ut cæteris illæſis manentibus, eas tantùm in Mente Divinâ conſtituerit. Cenſuit ergo Auguſtinus Ideam in conceptu objectivo conſiſtere. Eſt fortis meo judicio iſta ratio: & quia non illam ego inveni, ſed à Patre Macedo didici, ejus verba ſubſcribo. Ipſe itaque *collat. 9. diff. 2. ſect. 3. pag. 303. b.* ſic ſcribit. [Plato poſuit Ideas in rebus objectis, non in conceptibus formalibus.] Et hoc ſuppoſito, ſubſumit. [Auguſtinus liberavit Platonem dicens, eum non poſuiſſe Ideas extra Deum, ſed in mente Divinâ.] Et inde concludit. [Ergo pater, Auguſtinum judicaſſe Ideas eſſe res objectas cum Platone; dum Ideas, quas Plato ponebat extra Deum ſecundum Ariſtotelem, qui Platonem ob id reprehendebat; ipſe Auguſtinus intra Deum collocavit: & bene Platonem intellexit, retentâ re Ideali, non extra Deum poſitâ, ſed intra Deum: retentâ re objectâ loco mutato.] Et, ut rem ipſam meliùs intelligamus, pergit, & Platonis ſententiam, & ab Auguſtino adhibitam reformationẽ, addit; & utramque verbis iſtis dilucidat. [Plato dicebat, rem eſſe Ideam à parte rei, juxta Ariſtotelem, extra Deum poſitam damnando Platonem. Auguſtinus admiſsâ Ideâ, negabat Platonem illam extra Deum collocaſſe, affirmando poſuiſſe illam in Deo, Platonem liberando. Ergo hi omnes tres (Plato, Ariſtoteles, & Auguſtinus) Ideas in conceptu objectivo, id eſt, in rebus objectis; non in conceptibus (formalibus) collocarunt.]

An conſiſtant in conceptu objectivo?

Excuſatur & ab errore Plato à S. Auguſtino ſubducitur. Sed quomodo?

An Plato, Ariſtoteles & Auguſtinus Ideas in re intellecta & non in intellectione, conſtituant?

Hic Diſcurſus, qui meâ ſententiâ ſatis videtur ſolidus, verbis ipſis S. Auguſtini confirmabitur. Quoniam Sanctus Pater illum Joannis Evangeliſtæ [nempe, *Quod factum eſt in ipſo vita erat.*] Locum expoſiturus, ſcitè aſſerit, hunc Textum intelligendum eſſe de Divinis Ideis. Et, quia non dicit Evangeliſta, *Intellectio illius, quod factum eſt, in ipſo vita erat*, ſed potiùs, *Illud ipſum, quod factum eſt, in ipſo vita erat.*, Ideas judicat, formaliter ſumptas non ad Formalem, ſed ad Objectivum pertinere Conceptum, & ſic ſcribit.

Locus Ioannis difficilis exponitur à S. Auguſtino.

Univerſa Creatura per ipſam facta eſt, major, minor, per ipsũ facta ſunt ſupera, infera, ſpiritalis, corporalis. Quod factum eſt in ipſo vita erat. Si ergo omnia in illo, & quod in illo facturus eſt, vita eſt, ergo & terra vita eſt, ergo & lignum vita eſt, ergo & lapis vita eſt. Et mox. *Pronuncia ſic, quod factum eſt, hic ſubdiſtingue, & infer, in illo vita eſt. Quid eſt hoc? facta eſt terra; ſed ipſa terra, quæ facta eſt, non eſt vita. Eſt autem in ipsâ Sapientia ſpiritaliter ratio quædam, quâ terra, quæ facta eſt, vita eſt. Ergo quod factum eſt in illo vita eſt.* Attende quâ ratione. *Faber facit arcam, primò in arte habet arcam: ſi enim in arte arcam non haberet, non eſſet unde fabricando illam proferret. Sed arca ſic eſt in arte, ut non ipſa arca ſit, quæ videtur oculis. In arte inviſibiliter eſt, in opere viſibiliter erit.* Nuſquam imago, nuſquam conceptus arcæ, ſed ſemper arca, id eſt, res objecta. Rurſum. *Attendite arcam in arte, & arcam in opere. Arca in opere non eſt vita. Arca in arte vita eſt.* Poſteà. *Terram vides. Eſt in arte Terra. Cœlum vides. Eſt in arte Cœlum. Solem & Lunam vides: Sunt & iſta in arte.*

CDLXIII.

Ecce Ingenia conſpirant: & exiſtimò, non uſurum fuiſſe aliis verbis Scotum, ſi hunc ipſum Evangelii Textum, ad propriam ſuam mentem exponeret. Eſt profectò pulcherrimus hic Auguſtini locus; illumque cum hac Notâ, & Animadverſione P. Macedus ad Lectores traſmittit. [Volo, ait, ut mihi debeant hunc Locum Scotiſtæ noſtri; utantur deinceps; & ſciant Scoti de Ideis Sententiam eſſe Auguſtini. Equidem non dubito Vaſquez, & Conimbricenſes, ſi hunc locum expendiſſent, non formidaturos rationem Ideæ in Divinis ponere in Conceptu Objectivo, quemadmodum ponuntur in Creatis; & nobiſcum penitùs eſſe ſenſuros, &c.]

An ſententiâ Auguſtini & Scoti coincidant.

Quid Conimbricenſes & Vaſquez ſi hũc locum vidiſſent, ſcripſiſſent?

Hanc Sententiam, quam eſſe Scoti univerſi fatentur, & ab Auguſtino tradi hîc demonſtravimus, multi Antiqui olim docuerunt, & multi

Producuntur Autores, qui Auguſtino & Scoto ſubſcribunt.

multi hodie Recentiores propugnant. Illam tenuit, ſi per Thomiſtas licet, Doctor Angelicus *de Verit. qu.* 3. *art.* 2. Illam etiam Ochamus *in* 1. *diſt.* 35. *qu. unic.* Durandus *ibid. qu.* 3. *artic.* 3. Gabriel *qu.* 50. Alcacenſis *qu.* 6. *ar.* 3. Bachonus *quodlib.* 2. *qu.* 2. Baſſolis *diſt.* 35. *qu.* 2. & alii: quibus ex modernis ſubſcribunt Arriaga *tract. de Scientiâ Dei diſp.* 23. *de Ideis ſect.* 4. *nu.* 22. Thomas del Bene *diſp.* 5. & alii. Quibus accenſere poterimus PP. Tellezium, & Granadum, de quibus Macedus ſic inquit. [Laudo P. Tellez, Virum acutum & eruditum, quòd cùm docuit *in* 2. *part. Phyſic.* Exemplar in conceptu formali conſiſtere; *diſput.* 8. *ſect.* 2. *num.* 6. *&* 7. poſteà tamen *nu.* 10. extendit ſuam doctrinam ad objectivum; non auſus illud excludere, adducto pro eâ ſententiâ Granado *tom.* 1. *in* 1. *part. ad qu.* 15. *tract.* 7. *diſp.* 2. *ſect.* 3.]

Doctrinæ conſequentia non patitur, ut Humanæ in objectivo conceptu Ideæ, & Divinæ in formali ponantur.

Qui Ideas Humanas in Conceptu objectivo collocarunt, & in Formali Divinas [quibus Vaſquez *in* 1. *part. diſp.* 72. *cap.* 2. Conimbricenſes *in Phyſic. libr.* 7. *qu.* 3. *art.* 2. & alii Viri docti ſubſcribunt.] inconſequentiæ argui poſſunt: niſi ideò excuſari debeat, quòd in Phyſicis, ubi non erat, cur Cenſuras Theologorum timerent, ſunt rationem ſequuti: at venientes ad Deum, non fuiſſe auſos recedere ab opinione Thomiſtarum, quam videbant eſſe in Scholis univerſis communem. Ideas enim Divinas in formali Intellectione conſiſtere tenet, ut Thomiſtæ aſſerunt, Doctor Angelicus 1. *part. qu.* 15. Cajetanus, Bañez, Nazarius, Joannes à S. Thomâ, & alii *ibid.* Valentia *diſp.* 1. *quæſt.* 14. *punct.* 2. Suarius *in* 1. *part. tract.* 1. *libr.* 3. *cap.* 5. & *in Metaph. diſput.* 25. *ſect.* 1. Tellez 2. *part. Phyſic. diſput.* 8. *ſect.* 2. & alii plurimi.

SECTIO VII.

De Ideis ad mentem D. Thomæ. *An ipſa in relatione ad Creaturas conſiſtant?*

CDLXIV.

Utrum ne Scotus, an Cajetanus bene Sanctum Thomã intelligat?

Mirum tibi videbitur, ſi in Quæſtione de D. Thomæ mente inter Scoti & Cajetani Expoſitiones motâ, dicturi neceſſariò ſimus bene ab Scoto Angelicum Doctorem intelligi, malèque eundem à Cajetano (aliàs Viro doctiſſimo) interpretari, & explicari. Scotum ergo loco primo auſcultemus.

Scoti Expoſitio præmittitur.

Ipſe igitur (apud Macedum *differ.* 9. *collat.* 2. *ſect.* 1. *pag.* 295. *b.*) Divinas Ideas expoſiturus *qu. unic.* §. *Ponuntur num.* 3. ſic ſcribit. [*Ponuntur igitur relationes eſſe æternæ in Deo ad alia à ſe cognita ſimplici intelligentiâ, & quòd iſtæ relationes ſint in eſſentiâ, ut eſt ratio cognoſcendi, propter hoc quod nihil eſt ratio cognoſcendi plura, niſi, ut illa ratio appropriatur aliquo modo illis pluribus objectis cognitis; quod etiam confirmatur per hoc, quòd cognitio fit per ſimile; ergo oportet rationem cognoſcendi habere aliquam rationem propriam ſimilitudinis ad ipſum objectum cognitum; per iſtam igitur determinationem & iſtam aſſimilationem rationis cognoſcendi ad objectum ponuntur relationes æternæ, tanquam rationes determinantes eſſentiam, ut ratio intelligendi, & quibus ipſa eſſentia ſit diſtinctè ſimilis objectis cognitis.* Nomine autem *relationum* intelligit Scotus Ideas. Sic enim ibi §. *Tertia opinio num.* 4. poſtquam meminit opinionis Henrici, & illam diſtinxit ab opinione S. Thomæ, *Tertia*, inquit, *opinio ponit Ideas, ſive relationes tales.* Quare perinde eſt apud Scotum *Idea & relatio*; eoque incipit refelli Cajetanus. Præterea ponit eas in ſententiâ Auctorum iſtorum, non reales, ſed rationis. Ut enim infra §. *contra Concluſionem num.* 5. ait. *Concordant iſtæ opiniones ſcilicet, quòd iſtæ relationes rationis ſunt neceſſariò ponendæ in Deo diſtinctæ ſecundum rationem, ad hoc, ut intelligantur Creaturæ diſtinctæ in Deo in ratione objectorum.*]

An Ideæ in Relatione ad Creaturas cõſiſtant?

Utrùm nomina *Idea*, & *Relatio* ſint apud Scotum ſynonyma?

Ergo Creaturæ poſſibiles ſunt Objectũ Cognitionis Divinæ.

In omni Relatione *eſſe in* & *eſſe ad* debet conſiderari. Ergo ſi in perfectionibus Divinis, quæ poſſunt extrinſecùs communicari, admittantur Relationes hujuſmodi, ipſæ Divinis perfectionibus inerunt ſecundum *eſſe in*, & ſecundum *eſſe ad* terminabuntur ad Creaturas poſſibiles.

De Relationũ *Eſſe in*, & *Eſſe ad*.

In hos Scoti locos incidit Cajetanus: aëremque in illis exiſtimat verberari inutiliter: non enim eſt, ut inquit, D. Thomæ Sententia, quam illi adtribuit Scotus, qui fruſtrà argutatur & ratiocinatur; eſt enim ſupervacanea omnis impugnatio, ubi nulla eſt Poſitio. Hac itaque Cajetanus apprehenſione præventus *in* 1. *part. qu.* 14. *art.* 5. *&* 7. *in reſp. ad* 3. ſic ſcribit. *Patet, quòd apud D. Thomam ad hoc ut Deus in eſſentiâ intellectâ intelligat omnia ſecundùm proprias rationes, ſufficit eminens perfectio Divinæ Eſſentiæ, quæ omnes & ſingulas perfectiones omnium ipſam diverſimodè imitantium objicit & amplius nec exigi poni ad hoc aliquas relationes, ut in ſecundâ opinione recitatâ à Scoto in* 35. *d.* 1. *dicitur. Propterea rationes, quas contra illas relationes Scotus facit, non ſunt contra S. Thomam in hac materiâ.*

S. Thomam malè ab Scoto exponi Cajetanus affirmat.

An teſte D. Thoma Creaturas poſſibiles Deus in eminẽtia propriæ perfectionis ſeu eſſentiæ cognoſcat?

Ecce jam eſt controverſia propoſita. In Judicio Contradictorio Scotus Reus, & Cajetanus Actor comparent, & de mente & labio Angelici Doctoris diſſeritur. Et quid præſtare debent Judices, ut puram & puram Veritatem addiſcant. Audire D. Thomam: ipſe enim, quid ſentiat aut non ſentiat, exponet. Ergo eum audiunto.

CDLXV.

Controverſia inſtituitur.

Sanctus Doctor 1. *part. quæſt.* 15. *art.* 2. aſſerit, hanc eſſe in hac materiâ Propoſitionem, & Maximam Fundamentalem: videlicet, *Sicut de Ideis Humanis humanitùs & philoſophicè, ſic de Divinis divinitùs & theologicè (hoc eſt, proportione ſervatâ) eſt ſtatuendum.* Cùm autem Ideæ apud Artifices ſint relativæ, non erunt non relativæ in Deo. Ejus verba ſubjicio. *Sicut Artifex*, inquit, *dum intelligit formam Domûs in materiâ, dicitur intelligere Domum: dum tamen intelligit formam Domûs, ut à ſe ſpeculatam* [*] *ex eo quòd intelligit ſe intelligere, dum intelligit Ideam, vel rationem Domûs. Deus autem non ſolum intelligit multas res per eſſentiam ſuam, ſed etiam intelligit ſe intelligere multa per eſſentiam ſuam. Sed hoc eſt, intelligere plures rationes rerum, vel plures Ideas eſſe in Intellectu ejus, ut intellectas.* At hæc Idearum pluralitas, non provenit ab eſſentiâ Divinâ, quæ unica & ſimpliciſſima Quiditas eſt, Ergo provenit ex Relatione ad Creaturas.

Inter Deũ & Creaturas debet Analogia ſervari.

*] *Sic habent omnes impreſſi libri, ſed in textu intelligitur in eo loco, ubi ſignum* [*] *ponitur excidiſſe tres vel quatuor lineas, cui hujus Articuli initio, ante Sectionem I. demonſtrabatur.*

Præterea *artic.* 1. *ibid.* interroganti. *An in Deo ſint Ideæ?* reſpondet, dicens, *Quòd neceſſe eſt ponere in mente Divinâ Ideas, vel ut ſit exemplar ejus, cujus dicitur forma, vel ut ſit principium cognitionis ipſius ſecundum quod forma cognoſci-*

Digitized by Google

*] Formæ cognoſcibilium non ſunt formaliter in cognoſcente. Ergo objectivè. Dantur igitur Relationes inter illas, & intellectum cognoſcentem.

gnoſcibilium [*] *dicuntur eſſe in cognoſcente: & quantum ad utrumque eſt neceſſe ponere Ideas.* Et ibid. ad 2. *Licèt Deus per eſſentiam ſuam ſe & alia cognoſcat, tamen eſſentia ſua eſt principium operativum aliorum, non autem ſui ipſius, adeò habet rationem Ideæ ſecundum quod ad alia comparatur, non autem ſecundum quod comparatur ad ipſum Deum.* At voces *forma cognoſcibilium*, & *comparari ad alia*, relationem important. Ideæ ergo Divinæ quà tales per Relationem conſtituuntur.

Idem ſunt Comparari, & Referri.

Dicit prætereà *artic. 2. in corp.* S. Thomas. *Plures Ideæ ſunt in mente Divinâ, ut intellectæ ab ipſo.* Sed unde plures? *Unaquæque enim Creatura habet propriam ſpeciem, ſecundum quod aliquo modo participat Divinæ eſſentiæ ſimilitudinem. Sic igitur in quantum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam, ut ſic imitabilem à tali creaturâ, cognoſcit eam ut propriam rationem & Ideam hujus Creaturæ. Et ſic patet, quòd Deus intelligat plures rationes proprias plurium rerum, quæ ſunt plures Ideæ.* Ergo tota teſte D. Thomâ, Idearum Divinarum pluralitas & diſtinctiò ſumitur à Creaturis. Ergo Ideæ conſtituuntur, & diſtinguuntur per Relationem ad Creaturas.

Ex pluralitate Idearum colligitur Relationum pluralitas

Concluſio.

In Repræſentatione datur id quod repræſentat, & quod repræſentatur: nec non repræſentationis relatio.

Sibi conſonat aliis in locis Sanctus Doctor quoniam *quæſt. 14. art. 11. in fin. corp.* ſic ſcribit. *Cùm enim ſciat Deus alia à ſe per eſſentiam ſuam, in quantum eſt ſimilitudo eorum.* Ergo, ſiquidem ſimilitudo eſt Relatio, dicendus eſt D. Thomas aſſerere, quod intelligat Creaturas Deus per eſſentiam ſuam in quantum ipſa dicit Relationem ſimilitudinis ad Creaturas. Dixerat *art. 5. ejuſdem qu. in corp.* eidem Reſolutioni inſiſtens, *Neceſſe eſt, ut omnia in Deo ſint ſecundum modum intelligibilem.* At modus intelligibilis eſt modus repræſentativus: Ergo D. Thomâ aſſerente, neceſſe eſt, ut omnes Creaturæ ſint in Deo ſecundum modum repræſentativum. Ergo ſecundum modum relativum.

N. B.

a) *Legis & relegis illa Angelici Doctoris verba*, Non in ipſis, ſed in ſe ipſo *& contemnas. Ergo nequivis expoſitè S. Thomas creaturas Poſſibiles* (Ideæ nominentur, aut nõ) *cognoſci in ſe ipſis. Illas igitur, ut aſſerit Angelicus Doctor, intelligit & cognoſcit Deus in ſe ipſo. Ergo nihil ſunt diſtinctum ab Eſſentia Divina; ſi enim ab ea diſtinguerentur, cognoſcerentur in ſe ipſis.*

Er ſimilia repetit, quoties Diſputatio ipſa, aut Objectiones poſitæ in contrarium requirunt. Dicit in fin. corp. *Deus alia à ſe videt, non in ipſis* [a] *ſed in ſe ipſo, in quantum in eſſentiâ ſuâ continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo.* Vox autem *Similitudo*, ut dicebam, eſt omnium judicio relativa. Et reſpondens ad ſecundum ſubjungit. *In quantum Deus continet ſpecies eorum.* Et hîc nomen *Species* importat idem, ac *Similitudo*. Audiri adhuc poterit rurſus, nam *art. 6. ad 3.* ſic inſit. *Divina Eſſentia eſt aliquid excedens omnes Creaturas. Unde poteſt accipi ut propria ratio uniuſcujuſque, ſecundum quod diverſimodè eſt participabilis, & imitabilis à diverſis Creaturis.* Atqui Eſſentia Divina non poteſt intelligi ut participabilis, & imitabilis à Creaturis, quin cum Relatione ad illas concipiatur. Ergo formalis Ideæ ratio in quâdam Relatione conſiſtit.

Reſpondeo, uno hic λεπτοτάτῳ *indigere lectore; & ea talem eſſe ſupponens, poſtulo, ut in Alſtedii Encyclopædia tom. 1. Theſaurum Hebraicarum Radicum recognoſcas, & videas, quo apud illum Virum Eruditi modo Nomen Dei* יהוה, *IEOVA, interpretentur. Quæ enim illo hi vocabulo eſſentiatorem, & exiſtentiatorem* (ſamentem, & ſementem) *volunt ſignificari. Debemus ergo admittere duas Poſſibilitates; atq; adeò duo genera Creaturarum Poſſibilium: alia enim ſunt* ſabiles, *& alia* ſebiles (aliæ potentes quidirates & eſſentias habere, aliæ verò potentes exiſtentias recipere) *Sanè Creatura* ſantes (quiditatem habentes) *illud eſſe quiditativum quod habent, à Divina intellectione illum terminando recipiunt. Adeoque antequam illum terminent, non ſunt* ſantes, *ſed* ſabiles, (non ſunt habentes quiditatem, ſed eam potentes habere) *adeoque non poſſunt cognoſci in ſe ipſis. Cæterùm, quando à nobis intelliguntur* ſamptae (eſſentiatæ) *quando etiam* ſantes (jam jam quiditatem habentes) *non quia extra Deum* ſant (habent eſſe quiditativum) *debent à Deo cognoſci ut ſunt in ſe. Ergo in ſe ipſis.*

Et dignentur Theologi bene intelligere hanc doctrinã; quoniam, ſi ſemel admittatur, nulla erit, in hac Difficultate, Opinionum diſcretio,

Tametſi hi loci viderentur ſufficere, ut perſuaſum ſit erudito Theologo benè ab Scoto D. Thomam exponi: ne fortè dicat aliquis Cajetani Diſcipulus, ſe in D. Thomæ verbis nomen *Relationis* non legere, ſed tantùm in meis Commentariis, addam adhuc paucas ex illo lineas, quæ amoveant omnem difficultatem. *Art. 2.* ſic inquit. *Ad tertium dicendum, quòd hujuſmodi reſpectus, quibus multiplicantur Ideæ, non cauſantur à rebus, ſed ab Intellectu Divino comparante eſſentiam ſuam ad res.* Et poſt pauca. *Ad quartum dicendum, quòd reſpectus multiplicantes Ideas, non ſunt in rebus creatis, ſed in Deo; non autem ſunt reales reſpectus, ſicut illi, quibus diſtinguuntur Perſonæ, ſed reſpectus intellecti à Deo.*

Stat ergo Ideas Divinas S. Thomam per Relationes conſtituere, & diſtinguere: benè eumdem ab Scoto explicari, & intelligi: malè autem à Cajetano, qui Scotum immeritò rejicit & impugnat.

Sed quia magna eſt vis Veritatis, Scoto, quem impugnarat, de D. Thomæ mente teſtanti tandem Cajetanus ſubſcribit: quoniam ſic habet. *Non eſt imaginandum, quòd prius intelligatur eſſentia ut imitabilis, & deindi ſequatur reſpectus Idealis; ſed quòd ipſa Intellectio Eſſentiæ ut imitabilis, eſt conſtitutio* [N.B.] *Reſpectûs Idealis. Ex hoc autem habes, quod Reſpectus Ideales non ſunt neceſſarii ad hoc ut intelligat Creaturas, ut quidam interpretari videntur.* Et hæc verba relegens P. Macedus, & perpendens, ſic inſit, [Itaque Cajetanus non inficiatur illos Reſpectus Ideales, ſed ait illos non eſſe rationes cognoſcendi Creaturas. Conſtat enim, quòd perfectio Intellectionis Divinæ non mendicat à reſpectibus rationis, ſed ponuntur neceſſarii, ut neceſſariò conſtituti ex perfectione Intellectionis Divinæ, &c.]

Et in fine Commentarii Cajetanus eodem Angelicum Doctorem modo intelligit & exponit, quo Scotus: ſcribit enim. *Autor dicit, quòd, quia Deus perfectiſſimè intelligit eſſentiam ſuam, ideò intelligit eam ut tot modis imitabilem. Hoc enim eſt conſtitui plures* [N.B.] *reſpectus Ideales, intelligique plures Ideas, ut aliorum rationes ſunt, & intelligere Creaturas diſtinctè in Eſſentiâ Divinâ ſibi objectâ.* Et ubi hæc ſcripſerat, ſe relegit, & ſibi ipſi complacens, pergit, & ait. *Hæc ſi bene contemplatus fueris, Objectiones aliorum deridebis, quas non adduxi, quia non contra ſenſum expoſitum S. Thomæ militant.* Scotum innuit (ait Macedus) cujus antè argumenta prætermiſerat. At Ego aliter puto: exiſtimo enim diverſis Cajetanum temporibus, illa quæ ſub initium & illa quæ ſub finem hujus Commentarii leguntur, ſcripſiſſe. Et olim exiſtimaſſe, quòd Scotus in S. Thomæ expoſitione fuiſſet allucinatus, & ideò contra illum ſcripſiſſe. Poſteà verò, re meliùs perpensâ & examinatâ, cenſuiſſe, quòd D. Thomas bene ab Scoto intelligatur, & exponatur: & ideò Scoti Interpretationem feciſſe ſuam, & illi inſiſtendo omnes quorumcumq; Objectiones, & Contradictiones irridere & contemnere.

Et hoc, quo Scotus modo priùs, & poſteà eidem ſubſcribens D. Thomam Cajetanus intelligit, eumdem Thomiſtæ intelligunt, & interpretantur. Quoniam Dn. Redingus, qui ejus in ſuis Scriptis mentem nobis repræſentat exactè, in Ideis relationes admittit; quoniam *ſua Theol. tom. 1. qu. 5. art. 6. contr. 2. pag. 233. b. num. 6.* iſtam Concluſionem nomine Thomiſtarum proponit. *Thomiſtæ*, inquit, *ex Doctore ſuo Angelico, Ideam conſtituunt in Eſſentiâ Divinâ, quà cognitâ, non abſolutè in ſe, ſed comparativè ad Creaturas; ſecundum ſui ab ipſis imitabilitatem;* & producit P. Joannem de Sancto Thomâ *art. 2. num. 2.* Gonetium *tom. 2.*

diſput.

Thomiſtarum Opinio.

diſput.8.artic.1.poſt notab.5.concl.3. & alios. Et mox Sententiam ſuam ediſſerens, ait. *Idea Dei formaliter conſiſtit in eſſentia Divina imitabilitate, cui per ejuſdem Eſſentiæ Divinæ intellectionem, expreſſa per modum objecti ſecundarii, reſpondet paſſiva Creaturarum imitabilitas habens rationem [*] ideati, & adæquati: tum quoad ſtatum poſſibilitatis per ſcientiam Simplicis Intelligentiæ, tum quoad ſtatum Exiſtentiæ actualis per Scientiam Viſionis.* Et poſteà *num.18.pag.536.* & infert ex ſuâ doctrinâ, Ideas in Deo, non realiter, ſed ratione dumtaxat ratiocinatâ cum fundamento in re plurificari, ita quidem ut reſpectus rationis, ſecundum quos multiplicantur Ideæ Divinæ, fundamentaliter ab Intellectu Divino, formaliter autem ab Intellectu dumtaxat creato cauſentur.

**] Conſiderat illam vocem Idearum, ut ſuâs Ideam in Activam & Paſſivam, ſive quod idem eſt, in Formalem & Objectivam diſtribui.*

Ecce Ideæ per relationes explicantur.

Ideam ab Ideato (hoc eſt, Ideam formalem ab Objectivâ) Redingus, ut vidiſti, ad mentem Angelici Præceptoris diſtinguit; ſubſcribens Nicolao Yſamberto Collegæ & Doctori Sorbonico, qui *in 1.part. qu.15. diſp.unic. ar.2.propoſ.3.* Ideæ in formalem & objectivam diſtinctione poſitâ, aſſerit; Eſſentiæ Dei ut objicitur Divinæ cognitioni, quatenus eſt imitabilis à creaturis, convenire rationem Ideæ objectivæ: at Divinæ cognitioni terminatæ ad Eſſentiam Dei quà imitabilem, ut in ſe tanquam objecto primario repræſentativam Modi ſingulas creaturas producendi, competere rationem Ideæ formalis. Ratio eſt conciliandi S. Thomam cum Divo Bonaventurâ, quorum prior *qu.15.art.3. & 1.contra gent.cap.54 nec non de verit.quæſt.3.art.5.* docet; eſſentiam divinam obtinere rationem Ideæ, prout eſt imitabilis à creaturis: Poſterior autem *in 1.diſt.35.art.1.* aſſeritur docuiſſe, eſſentiam Divinam, prout eſt formalis de creaturis conceptus, ad cujus imitationem Deus ad extra operatur, eſſe Ideam.

An Yſamberti interpretatio D. Thomam cum D. Bonaventura conciliet,

NOTA I.

Ut certiùs profundiùſque intelligatur. Angelici Præceptoris Sententia, ad longum ejus verba adducuntur.

CDLXVII. Dantur plures Ideæ in Intellectu Divino.

HAnc, & non aliam, eſſe D. Thomæ Doctrinam clariſſimè conſtare poterit, ex his, quæ Sanctus Doctor, *1.part.qu.15. artic.2.* ſcribit. Inquit enim. [Reſpondeo dicendum *quòd neceſſe eſt ponere plures Ideas*. Ad cujus evidentiam conſiderandum eſt; quòd in quolibet effectu illud quod eſt ultimus finis, propriè eſt intentum à principali agente, ſicut ordo exercitûs à duce. Illud autem, quod eſt optimum in rebus exiſtens, eſt bonum [*a*] ordinis univerſi, ut patet per Philoſophum *in 12.Metaph.* Ordo igitur univerſi eſt propriè à Deo intentus, & non per accidens proveniens ſecundum ſucceſſionem agentium, prout quidam dixerunt, quòd Deus creavit primum creatum tantùm, quod creatum creavit ſecundum creatum, & ſic inde, quouſque producta eſt tanta rerum multitudo, ſecundum quam opinionem Deus non haberet niſi ideam primi creati. Sed ſi ipſe ordo univerſi eſt per ſe creatus ab eo, & intentus ab ipſo, neceſſe eſt, quòd habeat ideam ordinis univerſi. Ratio autem alicujus [*b*] totius haberi non poteſt, niſi habeantur propriæ rationes eorum, ex quibus totum conſtituitur. Sicut ædificator ſpeciem domûs concipere non poſſet, niſi apud ipſum eſſet propria ratio cujuslibet partium ejus. Sic igitur oportet, quòd in mente Divinâ ſint propriæ rationes omnium rerum. Unde dicit Auguſtinus *in libr. 83.* [c] quòd *ſingula propriis rationibus à Deo creata ſunt*. Unde ſequitur, quòd in mente Divinâ ſint plures ideæ. Hoc autem quomodo Divinæ ſimplicitati non repugnet, facile eſt videre, ſi quis conſideret ideam operati eſſe in mente operantis, ſicut quod intelligitur, non autem ſicut ſpecies, quâ intelligitur, quæ eſt forma faciens intellectum in actu. Forma enim domûs in mente ædificatoris eſt aliquid ab eo intellectum, ad cujus ſimilitudinem domum in materiâ format. Non eſt autem contra ſimplicitatem divini intellectûs, quòd multa intelligat, ſed contra ſimplicitatem ejus eſſet, ſi per plures ſpecies ejus intellectus formaretur. Unde plures ideæ ſunt in mente Divinâ ut intellectæ ab ipſo. Quod hoc modo poteſt videri, Ipſe enim eſſentiam ſuam perfectè cognoſcit, unde cognoſcit eam ſecundum omnem modum, quo cognoſcibilis eſt. Poteſt autem cognoſci non ſolùm ſecundum quod in ſe eſt, ſed ſecundum quod eſt participabilis ſecundum aliquem modum ſimilitudinis à creaturis. Unaquæque autem creatura habet propriam ſpeciem ſecundum quod aliquo modo participat divinæ eſſentiæ ſimilitudinem. Sic igitur in quantum Deus cognoſcit ſuam eſſentiam ut ſic imitabilem à tali creaturâ, cognoſcit eam, ut propriam rationem & ideam hujus creaturæ. Et ſimiliter de aliis. Et ſic patet, quòd Deus intelligit plures rationes propriè plurium rerum, quæ ſunt plures ideæ, &c.] Hæc omnia D. Thomas. Et ex iis conſtat

a] Ordo, ſine Relatione nequit intelligi. Ergo, ſi per Ordines diſtinguuntur Ideæ, per Relationes diſtinguuntur.

An tantùm Primam Creaturâ creaverit Deus Prima Secundam, & ſic ulteriùs?

b] Totum, & Pars *ſunt nomina correlativa.*

c] *Creatura poſſibiles habent proprias rationes. Ergo diſtinguuntur à Deo.*

Rem dilucidat exemplo ab Architectûra deſumpto.

Προθεώρημα Architectonicū.

Sicut de uno Artifice humanitùs, ſic de rerum Creatore divinitùs eſt philoſophandum. *Vide Pandectas noſtri ſyſtem. 3. pag.22.*

Primò, *Eſſe in Deo plures & diverſas Ideas*. Id enim in principio expreſsè Sanctus Doctor teſtatur.

Dantur plures Ideæ.

Secundò, *Hanc ipſam Idearum pluralitatem, non ſumi ab Intellectione Divinâ, quæ unica & ſimplex eſt, ſed ab ipſis Creaturis, quæ ſunt plures*.

Vnde illarum deſumatur pluralitas?

Tertiò. *Dari Ideas Formales, & objectivas. Formales per Relationes ad Objectivas Ideas, ſeu ad Creaturas diſtingui*.

An in Relatione conſiſtat?

Hoc ultimum Dictum confirmant illa omnia, quæ de Ordine, de Toto & Partibus, &c. ab Angelico Præceptore dicuntur. Conſonant etiam illa, quæ de Divinæ eſſentiæ participabilitate ſubjunguntur: Deus enim ſiquidem ſecundum ſe, & poſteà ut participabilem ſuam eſſentiam intelligit, priùs illam ut abſolutam, & poſteà ut relatam intelligit. Et quia non priori, ſed poſteriori modo ſumpta, nominatur *Idea*, ſtat ad D. Thomæ mentem Ideas per relationes diſtingui & ſecerni inter ſe.

Negante & aſſerente Cajetano, & aſſerente Scoto, ut paulò antè vidimus D. Thomas aſſertivè reſpondet.

CDLXVIII. De Ideis Objectivis.

Secundum Dictum, quod Ideas Formales, & etiam Objectivas admittit; quoad poſteriorem partem à nonnullis Thomiſtis Antiquis negabatur; non enim iis adluxerat **Santium & Sentium** (*habentium eſſe quidditativum, & habentium eſſe exiſtentiale*) Creaturarum diſtinctio; nec ſatis attentè legerant D.Thomam.

Cur fuerint ab Antiquis negatæ?

Sanè, ne alios locos adducam, admittendas eſſe Objectivas Ideas, nos docet Sanctus

In intellectione Divina, præciſa ab objecto creato, nec datur totius nec partium ratio; nec partium ordo.

Doctor in Contextu citato. Et præcipuè illa verba, *Ordo Univerſi*, &c. *Ratio totius haberi non poteſt*, &c. non Intellectionem Divinam, ſed ejus Objectum concernunt. In hoc enim ratio totius & partium, & ordo inter eas reperitur. Sed cur per illationes procedimus, cùm poſſimus verba expreſſa exhibere? Et certè, ſi permitteretur alicui Theologo Franciſcano, quod quibus vellet, verbis, Scoti opinionem proponeret, non poſſet alia ſcribere, quæ eſſent iſtis clariora. *Sequitur, quòd in Mente Divinâ ſint plures Ideæ* [d] *Hoc autem, quomodo Divinæ Simplicitati non repugnet, facile eſt videre, ſiquis conſideret Ideam Operati eſſe in mente Operantis, ſicut quod* [e] *intelligitur, non autem ſicut ſpecies* [f] *quâ intelligitur*, &c. Dixerat paulò antè, *Oportet, quod in Mente Divinâ ſint propria rationes omnium rerum*. Et id ipſum expreſſo Hipponenſis Pontificis teſtimonio firmaverat. At propriæ Creaturarum rationes non ſunt in Divino Intellectu formaliter, Ergo ſunt objectivè.

d] Et ſic ſtatuebat Dictum I.

e] Et ſic Dictum II.

f] An ne formales Ideæ debeant admitti?

Idea Artificis eſt objectiva.

Addit S. Thomas, *Forma* (hoc eſt *Idea*) *domûs, in mente Ædificatoris, eſt aliquid ab eo intellectum*. Ergo eſt aliquid, quod ex parte intellectûs ſe tenet.

Cum pluralitate Idearum Divinæ Intellectionis conciliatur Vnicitas.

Et paulò poſt, ut Idearum pluralitatem cum eſſentiæ Divinæ unicitate & ſimplicitate componat, ſubjungit: *Non eſt contra ſimplicitatem Divini Intellectûs, quòd multa intelligat: ſed contra ſimplicitatem ejus eſſet, ſi per plures* [g] *ſpecies* (aut cognitiones) *ejus Intellectus formaretur. Unde plures Ideæ ſunt in mente Divinâ ut intellecta ab ipſo*. Ergo Idearum pluralitas ſe tenet ex parte iſtius objecti intellectûs Divini.

An ipſæmet rationes rerum ſint quæ vocantur *Ideæ*?

Et denique claudit adductum paragraphum dicens, *Et ſic patet, quòd Deus intelligit plures rationes propriè plurium rerum, quæ ſunt plures Ideæ*. Ideæ ergo ſunt rationes intellectæ à Deo. Ergo ſe tenent ex parte Objecti terminantis cognitionem Divinam.

NOTA II.

Utrùm coincidant D. Thomæ, & Scoti Sententiæ?

CDLXIX. Quid ſenſerint Thomiſtæ Antiqui?

CDLXIX. VEteres Thomiſtæ, quia non innotuerat ipſis illa digniſſima ſcitu diſtinctio, quæ inter Sare, & Sere (*inter eſſe quidditativum, & eſſe exiſtentiale*) verſatur, quia à Fide Orthodoxâ didicerant, nullam Creaturam Sere (*habere exiſtentiam*) ab æterno; Deú Creaturas Poſſibiles cognoſcere in ſe ipſis; & conſequenter dari Ideas Objectivas negarunt.

Duo eſſe genera eſſendi (nimirùm Sare, & Sere) Scotus ſubobſcurè cognovit.

Scoto inter tenebras adluxit Veritas, & poni debere duplex *eſſe* ingenii ſui ſubtilitate percepit. Et quod hodie *eſſe exiſtentiale* docti appellant, & nos dicimus Sere, ipſe *eſſe actuale* vocavit: Et quod docti hodie *eſſe quidditativum* nuncupant, & nos Sare appellamus, novo ipſe vocabulo *eſſe diminutum*, aut etiam *eſſe ſecundum quid* vocari voluit. Et hoc *eſſe* reſpiciens Ideas Objectivas admiſit, quæ Divinam Intellectionem terminarent.

Veterum Scotiſtarum Opinio.

Scotiſtæ Antiquiores, ut ſe ex diametro Thomiſtis opponerent, quia iſti admiſſis Formalibus negabant Objectivas Ideas, ipſi Objectivis admiſſis negarunt abſolutè Formales. Non inquam negarunt, dari in Deo Idearum Objectivarum cognitionem, ſed dixerunt, non illam ſed res per ipſam cognitas *Ideas* nominari debere.

An dici poſſit, quòd S. Thomas negaverit Ideas Formales?

Et ſi quis vellet contentioſè procedere, aſſerere & defendere poſſet hanc Scotú doctrinam à D. Thomâ didiciſſe, ipſe enim in paragrapho adducto (vide literas F, & G) videtur hanc Opinionem tradere. Multum enim ſignificare videntur illa verba. *Conſideret (nimirùm Lector) Ideam Operati eſſe in mente Operantis ſicut quod intelligitur, non autem ſicut ſpecies, quâ intelligitur, &c.* In quorum verborum priore parte Ideas Objectivas admittit; & poſteriore Formales negare videtur: Et paulò poſt iterum Objectivas admittit, & videtur Formales negare, inquit enim. *Non eſt contra ſimplicitatem Divini Intellectûs, quòd multa intelligat* [Ecce Ideas Objectivas admittit.] *Sed contra ſimplicitatem ejus eſſet, ſi per plures ſpecies* [*] (aut Ideas formales) *ejus Intellectus formaretur. Unde plures Ideæ ſunt in mente Divinâ*, &c. [Ecce ſunt plures Ideæ, & tamen earum pluralitas non in intellectione Divinâ, ſed in Objecto reperitur. Igitur Sanctus Thomas non admittit Ideas Formales.

*] *Loquitur S. Thomas dari Species Intentionales ſupponens cum Ariſtotele, & ſententia communi.*

Proponitur vera Doctrina.

His tamen non obſtantibus ſequentes Concluſiones defendendas adſumo. Et erit

PRIMA. *Divus Thomas dari in Deo Ideas Formales & Objectivas aſſerit*. Conſtat ex iis, quæ Notâ I. ſunt dicta.

SECUNDA. *Scotus ita admittit Objectivas Ideas, ut Formales, nec excludat, nec neget*. Conſtat ex iis, quæ Sect. ſequenti diſſeruntur.

An D. Thomas & Scotus conveniant?

Corollarium. *Ergo Angelicus Præceptor, & Doctor Subtilis conſentiunt*. Patet: quia uterque Ideas Objectivas, & Formales admittit.

Satisfit Argumentis.

Et ſupereſt, ut reſpondeamus Argumentis, quæ videbantur perſuadere Ideas Formales à S. Thomâ aliquando negari.

Paragrapho, *Et ſiquis vellet*, duæ proponebantur, & urgebantur authoritates Præceptoris Angelici, quæ expoſitione, & dilucidatione indigent; ne Sanctus Doctor, Ideas Formales negaviſſe dicatur.

Quid ſint & quo modo differant Objectiva & Formalis Idea?

Ad priorem dico Sanctum Doctorem, cùm illa verba ſcripſit, egiſſe de Ideâ Objectivâ, Quoniam *Idea Objectiva, eſt quæ intelligitur, non autem ſpecies (aut quaſi ſpecies) quâ intelligitur*. Si enim egiſſet ibi de Formali, dixiſſet. *Idea Formalis, non eſt, quæ intelligitur, ſed ſpecies (aut quaſi ſpecies) quâ intelligitur*. Non ergo Ideas Formales D. Thomas negavit.

Ideæ Objectivæ ſunt multæ

Illa autem altera Sancti Doctoris authoritas, quæ verbis illis, *Non eſt contra ſimplicitatem*, &c. continebatur, non ſuadet non eſſe in Deo Ideam Formalem, ſed ſolùm docet Ideas Objectivas eſſe plures & inter ſe realiter diſtinctas [Idea enim Objectiva Hominis eſt *Animal rationale*: & Idea Objectiva Leonis eſt *Animal rugibile*. Et iſtæ duæ Ideæ, ſeu Quidditates realiter diſtinguuntur.] Formalem verò eſſe realiter & intrinſecè unicam. Hæc autem realis & intrinſeca Unicitas, non tollit, quòd ſint in Deo Ideæ Formales, expreſſivè: hoc eſt, extrinſecè, penes diverſa connotata.

Quo ſenſu ſint & non ſint plures Ideæ Formales?

SE-

SECTIO VIII.

Rurſus adhuc de Divinis Ideis. *Exponitur Scoti Opinio. An ipſa probabilis ſit? Utrùm Angelico Præceptori conſentiat? Utrùm intelligatur ab iis, qui eam inurunt ſeveriori Cenſurâ?*

CDLXX.
Cur aliquando Illuſtriū Scriptorum Sententiæ à Viris magnis & doctis condemnentur?

HAbent ſemper ſuos Adverſarios Viri Illuſtres, & quia inter Scholaſticos Scotus eminet, Scotomaſtigæ non deſunt, qui in illum ſcribant, Nec enim Pii, Orthodoxi & Eruditi Viri, ob temerarias & præcipites vociferationes & clamores Invidiæ poſſunt à Prudentiâ damnari: quoniam ut canebar Horatius,

Pro captu Lectoris habent ſua fata Libelli.

Quæ enim ab Autore his vel illis Opinionum Fundamentis prævento ſunt ſcripta, nunquam placere illi Lectori poterunt, qui contrariis Fundamentis inſiſtat.

SUBSECTIO I.

Argumenta contra Scotum texuntur.

Contra Scotū objicitur.

INterim Titius, quia Contrariæ Opinioni ſubſcribit, quia vult ſincerus videri, & nullo præjudicio laborare aut induci, his argumentis reſponderi deſiderat, & ſic inquit.

An Ideas Auguſtinus in formali intellectione conſtituat?

PRIMÒ. Scoti Reſolutio eſt contra communem Ideæ Divinæ ab Auguſtino traditam definitionem. Stare ergo non debet. Probatur Antecedens: quoniam illam ponit Auguſtinus in conceptu formali, Scotus verò in objectivo, Sanctus enim Pater ſic inquit. *Idea eſt ratio æterna in mente Divinâ, ſecundum quam aliquid eſt formabile ad extra, ſecundum propriam rationem ejus.*

An Ideæ fuerint ab æterno?

SECUNDÒ. Ab æterno, & ante Mundi creationem fuerunt Ideæ. At nihil prorſus fuit ab æterno præter Deum. Non ergo res cognitæ, ſed rerum intellectiones ſunt, quæ vocantur *Ideæ*. Illas igitur abſtulit Scotus.

An Ideæ non res intellectæ, ſed ipſæ intellectiones ſint?

TERTIÒ. Ideæ ſunt formæ rerum intellectuales, & ſpecies repræſentantes, & exprimentes eas; hoc eſt, exemplaria, & rationes rerum faciendarum. Ergo ſiquidem Ideas Scotus hoc ſenſu acceptas excluſit à mente Divinâ, illas cenſendus eſt penitus ſuſtuliſſe.

Omnia Sapiētia humana eſt participatio Intellectionis Divinæ.

QUARTÒ. *In Ideis*, ait S. Auguſtinus, *tanta vis conſtituitur, ut niſi eis intellectis homo ſapiens eſſe non poſſit.* At ſine Dei cognitione vana eſt ſapientia humana. Ergo in Deo intelligente, & non in Creaturis intellectis eſt conſtituenda ratio Divinæ Ideæ.

An in Idearum cognitione Angelorum & Animarum conſiſtat beatitudo?

QUINTÒ. *Idearum ratione & cognitione* (ait idem S. Doctor) *Anima Humana fit beatiſſima.* At beare Animam nequit creaturarum cognitio. Ergo Divinæ Ideæ in Intelligente Deo, & non in creaturis intellectis conſiſtit. Et hæc duo ultima Aſſerta *in libr. 83. quaſt. 46.* leguntur.

An Autores Scoti doctrinā condemnent?

SEXTÒ adhuc inſtas ab autoritate Theologorum argumentum deſumens. Quoniam Cajetanus, Bañes, & alii Scoti Opinionem condemnant. Et, ut id clarè oſtendas, producis Bañes, qui *in 1. part. qu. 14. art. 6. pag. 202.* ſic ſcribit.

CDLXXI.
Quomodo Scotum Cajetanus intelligat?
Quo modo Bañes?

[Scotus *in 1. diſt. 35. & 36.* dicit, Deum cognoſcere creaturas, & in ſe ipſo, & in ipſiſmet creaturis, Dominus Cajetanus hic exponit ſententiam Scoti exemplo adhibito. Quemadmodum, inquit, ſi quis videret Petrum in ſe ipſo, & ſimul intueretur Petrum in ſpeculo, quod eſſet poſitum juxta illum: ita ſimiliter Deus intuetur creaturas in ſe ipſis, & in ſuâ eſſentiâ tanquam in ſpeculo. Cæterùm ego [1] non reperio in Scoto, quòd Deus cognoſcat creaturas in ſuâ eſſentiâ, ſed tantùm in ſe ipſis. Exponit Scotus ſuam ſententiam hoc modo [2] Fingit enim duo inſtantia originis in cognitione divinâ. In primo cognoſcit Deus ſuam eſſentiam abſque ordine ad creaturas. Et hæc cognitio, inquit, non eſt omninò perfecta, quia non extenditur ad creaturas. In ſecundo [3] inſtanti producit Deus creaturas ab æterno in quodam eſſe intelligibili, quod eſſe neque eſt purè ens reale, neque purum ens rationis, ſed medium inter utrumque: creaturas autem ſic productas cognoſcit Deus in eodem inſtanti ſecundo, & ita cognoſcit illas in ſemetipſis. [4] Hæc opinio Scoti eſt chimærica, & parum Fidei conſentanea. Et primò quòd non conſentiat Fidei, probatur. Nam ex illâ ſequeretur, quòd creaturæ ab æterno eſſent creatæ, Conſequens eſt hæreticum, Ergo. Probatur Sequela, Creaturæ productæ à Deo in eſſe intelligibili, ab Scoto confictо, habent eſſe participatum ab æterno, Ergo habent eſſe creatum à Deo. Probatur conſequentia. Nam omne illud, quod eſt ens participatum extra Deum, eſt creatum ab ipſo Deo. Et confirmatur. Creaturæ in illo eſſe intelligibili ſunt in ſe ipſis, ſed non ſunt creator, ergo ſunt creaturæ. Et confirmatur præthereà. Nam in concilio Senonenſi damnatus fuit [5] error Petri Abaylardi aſſerentis, aliquam rem eſſe extra Deum, quæ neque erat creator, neque creatura. In quo errore videtur verſari opinio Scoti. Præterea arguitur [6] ſecundò. Abſurdiſſimum dictum eſt, quòd divina ſcientia perficiatur ex cognitione creaturarum in ſe ipſis, ſed hoc inconveniens apertè conceditur à ſententiâ Scoti, Ergo. Et confirmatur. Cognitio, quam habet Deus in primo inſtanti originis confictо ab Scoto, eſt cognitio comprehenſiva divinæ eſſentiæ, Ergo per [7] illam cognitionem cognoſcit Deus omnem creaturam poſſibilem in ipsâmet divinâ eſſentiâ, & ex conſequenti merum commentum eſt fingere ſecundū inſtans, in quo creaturæ in ſemetipſis cognoſcantur. Conſequentia eſt evidens. Quia cognitio comprehenſiva divinæ eſſentiæ extendit ſe ad omnem effectum poſſibilem divinæ virtutis, ut conſtat ex dictis *ſupra qu. 12. art. 8.* Antecedens verò probatur. Cognitio, quam ponit Scotus in ſecundo inſtanti, non eſt cognitio divinæ eſſentiæ, ſed creaturarum in ſe ipſis, Ergo, ſi cognitio, quam Deus habet in primo inſtanti, non eſt comprehenſiva divinæ eſſentiæ, Deus nullam habet cognitionem comprehenſivam ſuæ eſſentiæ, quod eſt abſurdum dictu, &c.]

An ponat duas cognitiones in Deo?

Verùm inter Ens reale, & rationis detur Medium?

Nullas Creaturas eſſe ab æterno de Fide eſt.

Senonenſe Concilium.

An dari poſſit Subſtantia, quæ nec Creator, nec Creatura ſit?

An prima Dei cognitio ſit comprehenſiva, & debeat intelligere univerſas creaturas?

SUBSECTIO II.

Ante Reſolutionem.

CDLXXII. An nimis ſevere Cajetanus & Bañes Scoti Opinionem impugnent?

CAjetanus, Vir aliàs optimo ingenio præditus, & poſt eum Bañes, aut etiam alii, non videntur Subtilis Doctoris percallere ſententiam. Non eam intelligunt, qui vel eam aliquâ notâ inurunt, aut exiſtimant differre à communi, à D. Thomâ traditâ, & in Scholis Theologorum receptâ. Et hanc ob rem antequam argumentis propoſitis à Bañeſio reſpondeamus, videamus, quid Pater Gabriel Vaſquez de illâ ſentiat, & an illâ aliquâ perſtringat ſeveriori Cenſurâ.

Illam ut probabilem P. Gabriel Vaſquez propugnat.

P. itaque Vaſquez *in 1. p. diſp. 71. cap. 2. num. 5* ſic ſcribit. *Recentiores*, inquit, *Thomiſtæ non ſolùm dicunt Ideam eſſe ipſam Divinam eſſentiã, verùm etiam expreſſè affirmãt eſſe non poſſe creaturas ipſas objectivè exiſtentes in mente Divinâ, ut Scotus aſſeruit, prædictamque Scoti opinionem temeritatis inſimulant, quòd communi conſenſui Sanctorum Patrum & Doctorum ſine ratione adverſetur. Immeritò tamen tum ſeverè de illâ judicant, tum quòd non pauci Scholaſtici, quos præcedenti capite recenſuimus, eam fuerint ſecuti, nec multa Sanctorum teſtimonia contra ipſam poſſint allegari, ut in hoc capite videbimus, tum etiam quòd non ſine fundamento probabili hanc ſententiam prædicti Autores tradiderint: nec enim tot illæ rationes adductæ probabilitate ſuâ & robore carent, ut ſequenti diſputatione patebit.* Et ſubjungit poſt hæc verba Macedus. [Quod ſi Vaſquez hoc judicavit, antequam hæc noſtra Commentaria videret, exiſtimo his inſpectis multò meliùs de Scoti Sententiâ exiſtimaturum.]

Non eſſe contra Sanctos Patres eam aſſeſit:

negatque illam probabili fundamento carere.

SUBSECTIO III.

Sententia Scoti proponitur, & explicatur.

CDLXXIII. N. B. *A multis ita Scotiſtis exponitur, ut tribuebat Bañes, ſi illorum expoſitio admittatur*

OPinio Præceptoris Subtilis, *eo ſenſu, quo à ſuo Autore traditur, & à nobis accipitur & impræſentiarùm explicatur, vera eſt. Eademque ipſa olim à S. Dionyſio, & Auguſtino tradita, ab Angelico Doctore ſuſcepta; & eſt hodie in Eccleſiâ communis.*

Ubi de alicujus Autoris mente dubium ſit, Pietas & Urbanitas poſtulant, ut in ejus favorem ejus ſcripta intelligamus.

Conſultò illa verba interpoſui; videlicet, *eo ſenſu, quo à ſuo Autore traditur*, ſæpè enim malè intelligitur, & malè exponitur; & in ſenſum diſſentaneum obtorta, nec Scoti eſt, nec à nobis laudatur.

Obſcurè Scotus loquitur terminorum defectu.

Sanè Scotus, terminorum defectu, ſubobſcurè eſt loquutus, & à nonnullis importuno præjudicio præventis expoſitus, non ſemper congruam interpretationem præfefert. Sed quia D. Redingus, quem jam pluries citavi illum oculatiſſimè legit, aſſeruitque *pag. 232.* eum Angelico Præceptori aſſentiri, ejus opinionem proponam verbis ipſis, quibus eadiſſerit illam Redingus.

Verùm D. Thomæ cõſentiat.

[Scotus (ait) *in 1. diſt. 35. num. 12.* exiſtimat *Creaturas quoad eſſe objectivum, ſive ſecundum rationem intellecti, & ſic non quoad Eſſe ſimpliciter, ſed quoad Diminutum* [a] *ſeu intelligibile Eſſe, in æternitate* [*] *productum, habere in Intellectu Divino rationem idealem*. Probatur. Idea deſcribi poteſt ex S. Auguſtino, quòd ſit *ratio æterna in Mente Divinâ, ſecundum quam aliquid eſt formabile extra, ut ſecundum propriã rationem ejus*. At ſicut Arca in mente Artificis poteſt dici ratio reſpectu arcæ in materiâ eſtque propria ratio, ſecundum quam arca in materiâ formatur: ſic lapis à Deo intellectus eſt factibilis extra, eſtque ratio propria ſui quâ phyſicè producti; hanc autem lapidis quà à Deo intellecti rationem oportet hoc ipſo æternam eſſe [*] quòd habeat eſſe objectivum, & intelligibile in Mente Divinâ, in quâ nihil poteſt non eſſe incommutabile, ac æternum. Ergo lapidi quatenus cognito à Deo, & ut ſic ſecundum Diminutum, ſeu intelligibile Eſſe exiſtenti in Divino intellectu convenit ratio idealis.]

*] *Dicit in æternitate* Sanit *Creaturas poſſibiles. Nec autem Æternitas Divinam intellectionem efficit: non verò Creaturas poſſibiles, nullo enim iſta durant tempore.*

a] *Scotus eſſe diminutum appellat, quod jã multi eſſe quidditativum, & Nos dicimus* Sare.

Quid Idea ſit?

Et hanc ſententiam ſic expoſitam nihil habere quod diſplicere poſſit *ubi ſupra num. 12. pag. 235. a.* teſtatur dicens [Ex mente ejuſdem Subtilis Doctoris *in 1. diſt. 36. num. 10.* quidditatem creatam ex hoc eſſe poſſibilem, & ad extrà factibilem, quòd habeat eſſe intelligibile in Mente Divinâ. Ergo primam rationem rei ad extra factibilis eſſe formam illam per quam eſt ab Intellectu Divino intelligibilis. At ſecundum eumdem Doctorem non eſſentias creatas per ſe primò intelligibiles ab Intellectu Dei, ſed per Eſſentiæ Divinæ Intelligibilitatem tanquam objectum motivũ, ac ſpecificativum. Ergo poſſibilitatem quidditatum creatarum ex mente Scoti reduci debere in priorem formam intelligibilem, vi cujus quà intellectæ ſint ab Intellectu Divino formabiles creatæ eſſentiæ. Non has igitur, quà objectivè exiſtentes in Mente Divinâ, ſed ipſam Eſſentiæ Dei intelligibilitatem quà Divinæ Creaturarum Intellectionis ſpecificativam, & ut ſic rerum ad extrà factibilium in Eſſe intelligibili formativam habere in Deo rationem primæ Ideæ.]

CDLXXIV. *Vel hinc laudandus eſt à ſubtilitate ingenii Scotus, quòd* eſſe Quidditativum *ab* eſſe exiſtentiali *diſtinxerit; & quia non reperit in Vocabulario Latino, jã recepta vocabula, hoc poſuerit* eſſe abſolutum *& illud primũ* eſſe diminutũ *appellavit*.

Sic Scotum D. Redingus intelligit: & aſſerit eum ſic intellectum, & expoſitum D. Bonaventuræ conſonare, & Angelico Præceptori ſubſcribere. Et id, adeò certum eſſe exiſtimat, ut *loc. cit. pag. 235. b. nu. 17.* tam unam eamdemque eſſe horum trium Illuſtriſſimorum Scriptorum Sententiam, ut ejuſdem judicio ſine neceſſitate Yſambertus laboret, ut eos ad concordiam reducat. Ejus verba ſunt hæc. [Reſpondetur illam Doctrinam (quæ nimirum Ideam in Formalem & Objectivam dividit) cum fundamento ibi adducto, haud diſplicere, niſi quòd S. Bonaventuram, & D. Thomam, in præſenti puncto minimè diſcordantes, nitatur reducere in concordiam. Nam ex D. Bonaventurâ ſuperiùs adducto patet, formalitatem Ideæ Divinæ per ipſum ſtatui in primâ veritate, quatenus eſt ratio cognoſcendi & aſſimilandi creaturas. At iſtã rationem eſſe Divinæ Eſſentiæ intelligibilitatem ex ſe actualiſſimam, atque adeò in ſuo eminentiali creaturarum Eſſe non tantùm objectivè, ſed ſub ratione formalis actualis expreſſionis repræſentativam rerum ad extra faciendarum, conſtat ex deductis. In hac verò Divinæ Eſſentiæ Intelligibilitate creatas quidditates in Eſſe intelligibili proportionato Divino Intellectui conſtituente, ac per ſe ipſam actuatâ, quatenùs Eſſe non tantùm Eminentialis Divini, ſed etiam formalis creaturarum proprii, formaliter actualiter eſt expreſſiva, ſecundum mentem D. Thomæ con-

Quàm certum ſit Scotum D. Thomæ & D. Bonaventuræ ſubſcribere.

An in probatione rei certæ ſe Yſambertus fatiget?

Idea in Formalem & Objectivam diſtribuitur.

Creaturæ poſſibiles Sant, ſunt objectum cognitionis Divinæ.

Digitized by Google

An in ſolo loquendi modo Thomiſtæ & Scotiſtæ differant inter ſe?

conſiſtere Ideam Divinam colligitur ex dictis *in probat. ad Concluſionem*, poteſtque firmari argumentis per Joannem à S. Thomâ *praſ. diſp. 2. à num. 25.* adductis. Conſequens proindè eſt, Divos Bonaventuram, & Thomã Aquinatem non re, ſed modò tantùm loquẽdi differre inter ſe.]

SUBSECTIO IV.

Ut certiùs innoteſcat Sententia Præceptoris Subtilis, verba ipſius formalia producuntur.

CDLXXV.

Iſta inſtantia ſunt rationis ratiocinantis, non verò rationis ratiocinatæ, non enim ſe tenent ex parte Dei, ita ut ipſe à nobis intelligatur unam vel intelligere priùs, aliam poſteriùs; ſed quòd nos priùs intelligamus Deum cognoſcentem unã rem, & poſtea intelligamus Deum cognoſcentem aliam.

HÆC de Scoti Opinione Redingus, quẽ benè judicaſſe percipiet, qui velit ipſũ Scotum legere, nam *in 1. diſt. 35. qu. unic.* §. *Hoc poteſt*, quatuor rationis ratiocinantis (N.B.) & non rationis ratiocinatæ inſtantia conſiderari jubet, ut actus Scientiæ Divinæ (quam appellitant *Simplicem intelligentiam*) explicet: & his verbis propriam mentem dilucidat, *Deus*, inquit, IN PRIMO *inſtanti intelligit eſſentiam ſub ratione merè abſolutâ*: IN SECUNDO [*inſtanti producit lapidem in eſſe intelligibili, & intelligit lapidem*; [a] *ita quòd ibi eſt relatio in lapide intellecto ad intellectionem Divinam: ſed nulla adhuc in intellectione Divinâ ad lapidem, ſed intellectio Divina terminat relationem lapidis* [b] *intellecti ad ipſam*: IN TERTIO *inſtanti fortè Intellectus Divinus poteſt comparare ſuam intellectionem ad quodcunque intelligibile, ad quod nos poſſumus comparare; & tunc comparando ſe ad lapidem intellectum, poteſt* [c] *cauſare in ſe relationem rationis*; *Et* IN QUARTO *inſtanti poteſt quaſi reflectè ſuper iſtam relationem cauſatam in tertio inſtanti, & tunc illa relatio rationis cognita erit; ſic igitur non eſt relatio rationis neceſſaria ad intelligendum lapidem, tanquam prior lapide ut objectum, immò ipſa ut eſt cauſata eſt poſterior, quia in tertio inſtanti, & adhuc poſterior erit ipſa ut cognita, quia in quarto inſtanti. Et iſta via videtur tenere iſtam propoſitionem, quæ videtur probabilis, quòd relatio non naturaliter cognoſcitur, niſi cognito termino: ſed nec intellectus comparat ad aliquid, niſi naturaliter priùs cognito termino, quam propoſitionem non poteſt alia via tenere: quia oportet, quòd dicat, quòd illâ relatione, quâ comparat iſtam intellectionem, comparet eſſentiam ad aliquid non priùs cognitum naturaliter: iſta poſitio de relationibus aliorum à Deo ut intellectorum ad ipſum intellectum Divinum, ut abſolutum, conſimiliter confirmatur, & intelligitur ſicut illa ſupr. diſt. 30 creaturarum relatarum ad Deum.*

Hoc Argumentum repenitus urgetur, Subſect. 5. & poſteà Subſect. 7. diluitur.

CDLXXVI.

Quo modo à Deo ſuum eſſe quiditativum poſſibiles creaturæ recipiant?

a] *Producit lapidem in eſſe intelligibili, & intelligit lapidem.*] Deus intelligẽdo poſſibiles Creaturas illas ſamit; hoc eſt, dat illis eſſe illud quiditativum, quod habent.

b] *Intellectio Divina terminat relationem lapidis.*]

c] *Et tunc comparando ſe ad lapidem intellectum, poteſt (Deus) cauſare in ſe relationem rationis.*

De relatione illarũ ad Deũ, & Dei ad illas.

Ecce in ſecundo inſtanti ponit Scotus in lapide relationem ad Deum; & in tertio Dei relationem ad lapidem.

De Relationibus quæ in Actione & Paſſione fundantur.

Ut id intelligas, notare oportet Relationes, quæ in Actione, & Paſſione fundantur aliter à Veteribus Peripateticis, & aliter à multis Philoſophis Novitiis exponi. Erat opinio Veterum Relationes hujuſmodi diſtingui ab Actione, & Paſſione. Et quis ſtando huic ſententiæ debet dici, Regem Philippum genuiſſe Alexandrum Macedonem. Et ſtatim poſt Generationem reſultaſſe Filiationem, nempe, Relationem Alexandri ad Philippum: & immediatè poſt reſultare Paternitatem, quæ eſt Philippi ad Alexandrum Correlatio.

Quales ſint Antiquorum judicio?

Scotus huic inſiſtens doctrinæ, intellectionem, quæ actio intentionalis quædam eſt, non eſſe Relationem ſupponens, Deum aſſerit intelligere lapidem, & in inſtanti ſecundo reſultare in termino Relationem intellecti, quæ ſecundum *eſſe in* ſit in lapide cognito, & ſecundum *eſſe ad* terminetur ad Intellectum cognoſcentem. Et poſteà in tertio inſtanti Correlationem reſultare: nimirùm Relationem Intellectûs ad lapidem. Et hæc doctrina eſt bona, inſiſtit enim fundamentis, quæ etiam D. Thomas admittit. Sed quia Recentiores paulò aliter philoſophantur, paragraphum ſequentem ſubſcribo. Attende.

Doctrina Antiquorum innitens Creaturarum poſſibilium ad Deum & Dei ad illas bene Scotus exponit.

Relationes, quæ dicuntur in Actione, & Paſſione fundari non diſtinguuntur ab ipſâmet Actione, & Paſſione: quam ob rem, dum durat Actio, & Paſſio ſunt Reales, & poſteà ſunt Morales tantummodò. Sic in Philippo quando Alexandrum genuit, Actio ipſa generativa fuit Paternitas, quæ fuit realis quãdiu exſtitit, & poſtquam deſiit realiter eſſe, fuit Moralis Paternitas, hoc eſt Paternitas realis moraliter perſeverans. Poſitâ Generatione activâ in Patre, paſſiva reſultavit in Filio: & hæc eſt quæ vocatur *Filiatio* exiſtens realiter, quamdiu Generatio activa permanet, & poſteà perſeverans moraliter.

Quo eadem Relationes modo à Recẽtioribus intelligantur?

Et Scotus, ſi huic doctrinæ inſtitiſſet, dixiſſet Divinam illam Intellectionem, quâ Deus cognoſcit lapidem, eſſe relationem quamdam intentionalem, quæ ſecundum *eſſe in* eſt in Mente Divinâ, & ſecundum *eſſe ad* terminatur ad lapidem. Et quia in ſecundo inſtanti lapidis ad Intellectum Divinum Relationem ponebat: non progrederetur ulteriùs, non enim erat cur in inſtanti tertio alia Relatio reſultaret, quæ eſſet in Deo, & reſpiceret lapidem.

Quid Scotus debuiſſet dicere, ſi huic Secundæ Opinioni ſubſcriberet?

Et hic modus explicandi Relationes, quæ fundari in Actione, & Paſſione dicuntur, eſt hodie apud Doctos plauſibilis, diſſolvitque expeditiſſimè graviſſimas difficultates.

Qualis ſit hæc ſecunda ſententia?

SUBSECTIO V.

Parva illa, quæ eſt inter D. Thomam, & Scotum differentia, explicatur.

CDLXXVII.

Rationis ratiocinantis, & non rationis ratiocinatæ ſunt hæc inſtantia.

INeo Quæſtionem, quæ oculatiſſimam attentionem requirit; multi enim legunt utrumque, & tamen plerique omnes videntur potiùs eos interlegere, quàm illos intelligere.

Porrò omiſsâ cognitione reflexâ, quam ut paulò antè videbamus in quarto rationis [a] inſtanti, cum Magiſtro ſuo Scotiſtæ conſtituunt, tria ſunt inſtantia neceſsariò adſignanda, ut Divinarum Intellectionum innoteſcat [b] ſucceſſio. Conſidera lineas ſequentes. Cognoſcit Deus, ut aſſerit

b] *Succeſſio, quæ in illis concipitur eſt quoad nos, non quoad ſe.*

D.Tho-

	D. Thomas [c]	& Scotus. [d]
In primo instanti.	Naturam ſuam abſolutam.	*Naturā ſuam abſolutam.*
In ſecundo.	Naturam ſuam ut communicabilem	*Creaturas poſſibiles.*
In tertio.	Creaturas poſſibiles.	*Naturam ſuā cum poſſibilibus Creaturis comparatam.*

c] *Vide Art. 2. ſect. 1. concl. 3.*

d] *Vide Art. 1. ſect. 8. §. Hec de Scoti.*

In quo D. Thomas, & Scotus differant, & conveniant.

In primi inſtantis intellectione D. Thomas & Scotus conveniunt: & in aliis duobus differunt; nam Creaturas poſſibiles, quas intelligi in tertio inſtanti aſſerit D. Thomas, Scotus in ſecundo conſtituit.

De Divina poſſibilium Creaturarum Intellectione.

Contra Scoti Sententiam Argumentum conformatur difficile. Quoniam illa ſecunda Divinæ Mentis Intellectio, quæ Poſſibiles Creaturas attingit; vel eſt practica, vel ſpeculativa. Neutrum poteſt dici. Non datur igitur talis cognitio.

Sit ne practica, an ſpeculativa?

Quoniam, ſi dicatur, eſſe Practica, præcedere debet Idea, ad cujus inſtar in ſuâ operatione intellectus procedat. Ergo philoſophandum eſt cum S. Thomâ, apud quem Deus ſuam Eſſentiam, ut abſolutam in primo inſtanti intelligit: in ſecundo ut communicabilem: hoc eſt, ut Ideam, ad cujus ſimilitudinem poſſint conformari Creaturæ: in tertio, ut jam ſecundum ſtare (*ſecundum eſſe quidditativum*) Creaturis poſſibilibus communicatam. Et tunc Deus dicitur omnia poſſibilia intelligere.

Cognitio practica ad ſuum effectum faciendum cum Cauſa Efficiente concurrit.

Si autem eſſe ſpeculativa dicatur, non faciet, ſed inveniet ſuum Objectum. Illud igitur erit à ſe. Ergo ſingulæ Creaturæ poſſibiles, erunt ſinguli Dii, quod eſt abſurdum.

Cognitio ſpeculativa ſuum objectum, reperit.

Contra Doctoris Angelici Reſolutionē acutiſſimè & ſubtiliſſimè argumentatur Scotus. Quoniam repugnat ut in ſecundo Divina Eſſentia inſtanti, antequam cognoſcantur Creaturæ ut communicabilis intelligatur. Et probat, aut demonſtrat, ſi velis. Communicabilitas enim eſt Relatio, at intelligi nequit Relatio, quin præintelligantur extrema. [Quoniam, ut ſcitè §. *Hæc de Scoti opinione* pronunciabat Scotus „*Nec Intellectus comparat ad aliquid, niſi naturaliter prius cognita termino.*] Non ergo intelligi poterit Divina Eſſentia ut Creaturis poſſibilibus communicabilis, quin ipſæmet Creaturæ poſſibiles præintelligantur. Probatur Minor, quoniam Relationes ſpecificantur à ſuis terminis, atque ideò cognoſci exactè nequeunt, niſi illarum termini præintelligantur. Et id teſtatur D. Thomas, 1.2. *qu.* 54. *art.* 4. dicens *Omnia, quæ dicuntur ſecundum ordinem ad aliquid, diſtinguuntur ſecundum diſtinctionē eorum, ad quæ dicuntur.* Et Præceptori Angelico Complutenſes *in Logic. diſp.* 14. *qu.* 7. §. 1. *nu.* 42. Didacus à Jeſu. *diſp.* 14. *p.* 2. *qu.* 1. Suarius *diſp.* 47. *Metaph. ſect.* 17. Sanchez *lib.* 5. *qu.* 28. Maſius *de Relat. qu.* 3. *qu.* 6. & alii Recentiores ſubſcribunt.

Verùm Relatio cognoſci poſſit, quin utrumque Extremum cognoſcatur?

An Relationes à Terminis ſpecificentur?

Pars Affirmativa ab authoritate.

Et à ratione perſuadetur.

Et eadem Minor à ratione firmatur. Quoniam *Pars Superior, Inferior; Dextera, Siniſtra,* &c. *Homo Senior, Junior, Doctior, Fortior,* &c. *Imperator, Rex, Prorex, Gubernator,* &c. *Pontifex, Patriarcha, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Parochus, Abbas,* &c. ſunt nomina relativa, & important habitudines, quas nemo intelligat, niſi præcognoſcat terminos, quos reſpiciunt.

Subsectio VI.

Propria Mens explicatur.

CDLXXVIII Hæ duæ præcedentes Sententiæ; tam parùm differunt, ut coincidere cenſeri poſſint. Sunt probabiliſſimæ: nec ſufficiunt argumenta in contrarium objecta, ut improbabilia cenſeantur. Ego tamen putarem tantillam iſtam differentiam auferri poſſe, ſi ad conſiderationem Hypotheticam, quæ *in noſtrâ* Dial. XI de Non-certitudine *art.* 14. *aſſert.* 10. *pag.* 242. *a.* proponitur, & dilucidatur.

An poſſint præcedentes Sententiæ ad concordiam reduci?

De diſtinctione hypothetica.

Hoc in Dialexeos loco, qui poterit utiliter legi, duas Figuras conſidero. Triangulum, Circulum. Sunt realiter diſtinctæ; nec, ſi ſuperponatur altera alteri, altera alteram exæquare, & tegere perfectè poterit. Et hoc quia ſunt duæ Figuræ finitæ. Et quid, quæſò, ſi eſſent infinitâ magnitudine præditæ? Coinciderent: quoniam tunc in alterutrâ, centrum eſſet ubique, & nullibi circumferentia. Tunc Circulus & Triangulus realiter non diſtinguerentur: at diſtinguerentur hypotheticè; quoniam poſſemus dicere, *Non diſtinguuntur de facto realiter, quæ in infinitum extenduntur. Cæterùm diſtinguuntur hypotheticè, quoniam ex hypotheſi, quòd eſſent finitæ, realiter diſtinguerentur.*

An Circulus & Triangulus, ſi ſint infiniti, coincidant?

Hinc rejectâ diſtinctione rationis ratiocinatæ [*] & diſtinctione ex naturâ rei, ſi enim Deo attribuerentur, imperfectionem illi adfingerent, dari in Deo hypotheticas diſtinctiones concedo. Unde, quia cum S. Thomâ Intellectum & Voluntatem in Homine, qui Subſtantia finita eſt, realiter diſtingui ſuppono: & in Deo, qui Subſtantia infinita eſt, ab Orthodoxâ Fide doceor, realiter non diſtingui, ad ſenſum Hypotheticum veniens, iſtam Concluſionem ediſſero.

*] *Diſtinctio rationis ratiocinata poneret imperfectionem, ſi daretur in Deo.*

Intellectus, & Voluntas in Deo diſtinguuntur hypotheticè; & in Homine hypothetice identificantur.

Quo modo in Deo Intellectus & Voluntas inter ſe diſtinguantur?

Quod eſt dicere. *Intellectus, Voluntaſque in Deo, quia infinitus eſt, identificantur: cæterùm ſi infinitus Deus eſſet, realiter diſtinguerentur inter ſe. Et in Homine, quoniam finitus eſt, diſtinguuntur realiter: veriùm enim verò, ſi Homo infinitus eſſet, identificarentur inter ſe.*

An, & cur diſtingui hypotheticè dicendi ſunt?

Hac doctrinâ præmiſsâ Intellectionem Dei (ſeu ſimplicem Intelligentiam) contemplemur: illiuſque operationes cum D. Thomâ & Scoto, ad tria inſtantia rationis ratiocinantis reducamus. Ergo attende.

Deus habet enim infinitum Intellectum, Intelligit Eſſentiam ſuam omnibus modis, quibus illa cognoſcibilis eſt.

Quomodo Eſſentiam ſuam cognoſcat Deus?

Ergo in inſtanti primo *cognoſcit eam ſimpliciter ut eſt in ſe, nempe, prout eſt quædam infinita ſubſtantia, in quâ perfectiones categorematicè innumerabiles identificantur.* Et in hoc D. Thomæ & Scoto conſentio.

In inſtanti autem altero, *cognoſcit* [*] *ſuam Eſſentiam Deus hypotheticè: nempe, prout eſſet, ſi*

*] *Deus continet eminenter omnium Creaturarum perfectiones. Ergo*

eſſet *poſ.*

poſſet quis dicere, Deum in primo inſtanti ſuâ eſſentiam intelligere, prout abſolutè infinitam perfectionem importat; & in ſecundo eamdem prout eminenter omnes continet perfectiones Creaturarum poſſibilium,

eſſe quædam finita ſubſtantia; tunc enim in ea perfectiones ſyncategorematicè innumerabiles realiter diſtinguerentur. Et in hac Angelico Præceptori Aſſertione, & Doctori Subtili ſubſcribo. Deus enim ſuam Eſſentiam hypotheticè intelligens, intelligit eam ut communicabilem, & in ordine ad creaturas poſſibiles. Et hoc D. Thomæ ſubſcribens. Et prætereà cognoſcens, qualis ſua Eſſentia eſſet, ſi ſimpliciter infinita non eſſet, cognoſcit indefinitas perfectiones (hoc eſt, ſyncategorematicè infinitas) realiter diſtinctas inter ſe. Et hæ ſunt poſſibiles Creaturæ, quas in ſecundo inſtanti à Deo cognoſci, aſſerebat Scotus.

In ſe ipſo, & in ſe ipſis Creaturas poſſibiles cognoſcat Deus

Denique in tertio inſtanti illas innumerabiles perfectiones, quas in Divinâ ſuâ Eſſentiâ, illam hypotheticè cognoſcendo, intellexerat, *in ſe ipſis cognoſcit*. Et hoc affirmo Divo Thomæ ſubſcribens: dicebat enim tertio in inſtanti à Deo poſſibiles creaturas intelligi. Et hoc etiam Scoto conſentiendo aſſevero, Creaturæ enim ſunt Divinæ quædam ſimilitudines & participationes eſſentiæ, quæ dicunt relationem ad Naturam Divinam, ergo quando hujuſmodi ſimilitudines, & participationes cognoſcit Deus, ſuam eſſentiam cum Creaturis poſſibilibus, Creaturaſque poſſibiles cum ſuâ eſſentiâ comparat, & componit.

Creaturæ ſunt Divinæ Eſſentiæ imagines & ſimilitudines.

Concluſio.

Stat ergo, admiſſo ſemel hypothetico ſenſu, D. Thomæ & Scoti ſententias nullo prorſus modo diſtingui.

SUBSECTIO VII.

Diluuntur Objectiones, quæ Subſectione Quintâ ponebantur.

CDLXXIX.

Non ſemper, quæ doctè ſunt dicta, placent univerſis Doctoribus?

QUIA ſolet diſplicere Thomiſtis inſtantium à Scoto aſſertorum diſpoſitio, & digeſtio; & quia Scotiſtis non placent, quæ de iiſdem inſtantibus ab Angelico Præceptore dicuntur, illa fuerunt conformata argumenta, quæ Subſect. V. ponuntur. Quæ videlicet, facili negotio diſſolventur, ſi conſtemus præcedenti doctrinæ.

Aliud eſt cognoſcere, *qualis eſſet Divina Eſſentia, ſi infinita non eſſet*, & aliud *quales de facto Creaturæ poſſibiles ſint*

Objectioni, quæ §. *Contra Scoti ſententiam, ponebatur*, reſpondeo, illam ſimplicis intelligentiæ cognitionem, quæ in ſecundo inſtanti cognoſcit quid & qualis eſſet Divina Eſſentia [*] ſi non eſſet ſimpliciter infinita, cognoſcere Creaturas poſſibiles in Eſſentiâ Divina, adeòque eſſe purè ſpeculativam; illam autem quæ in tertio inſtanti cognoſcit eas ut comparabiles ad Eſſentiam Divinam; quia non cognoſcit Eſſentiam Divinam qualis eſſet; ſed Creaturas poſſibiles quales ſane: eſſe in ſuo genere Practicam. Et conſultò dixerim in ſuo genere, non enim eſt *Effectrix* in genere ſemendi; *(in genere Cauſa Efficientis; hoc eſt, in genere dandi exiſtentiam)* ſed in genere ſamendi (*in genere Cauſa quaſi Efficientis: hoc eſt, in genere communicandi eſſentiam*) Et cum magnâ advertentiâ illud *quaſi* interpoſui, ne quis ſamere, & ſemere (*dare quiditatem, & dare exiſtentiam*) confundat. Et fortè alicui videri poſſet ſuperflua hæc circumſpectio; Quoniam, ſi omnes ferè Theologi admittunt Entia rationis & dicunt Hominem illis intelligendo, illa facere, quia illis dat eſſe objectivum, cui repugnat exiſtere, debebunt à fortiori dicere, Deum Creaturas poſſibiles intelligendo, (ſamere) facere entia objectiva, illis eſſe quiditativum objectivè impertiendo: eſſe nimirùm objectivum, cui (ſere) *exiſtere* nullo modo repugnet.

Ad Cauſam Efficientem ſemere: & ad quaſi efficientem ſamere pertinet.

Si Entibus rationis Homo dat ſaire illud eſſe objectivum, quod habent; qua negari poterit conſequentia doctrinæ, *Entibus poſſibilibus dare Deum illud* ſare, *illud eſſe objectivum, quod habent*

An cognoſci Relatio poſſit, quando extrema ignorantur?

Alterum Argumentum, quod ab Scoto adverſus D. Thomæ Reſolutionem eexitur, & à nobis §. *Contra Doctoris* ponebatur, etiam ſummâ claritate diſſolvitur. Nam illa major, *Communicabilitas eſt relatio*, eſt abſolutè concedenda: & diſtinguenda illa minor. *Intelligi nequit Relatio, quin præintelligantur Extrema.* Quoniam, ut imperfectè cognoſcatur Relatio, ſufficit terminum confusè & imperfectè intelligi: & tunc tantùm perfectè eſt cognoſcendus Terminus, quando Relatio, perfectè & expreſsè intelligitur.

Nihil Deus imperfectè cognoſcit.

Dices hanc ſolutionem præjudicare perfectioni Divinæ: Deus enim nihil confusè, & imperfectè intelligit.

In Antichriſto ex. gr. Deus nō poteſt eſſentiā ſine futuritione intelligere. Sed neque priùs cognoſcere poteſt eſſentiam, & poſteà futuritionem.

Reſpondeo, hanc tuam Objectionem æquè contra ſcientiæ ſimplicis intelligentiæ, & ſcientiæ Viſionis, quas vocant, diſtinctionem, & differentiam militare; quoniam, ſi ſtat tua Objectio, neganda eſt ſcientia ſimplicis intelligentiæ, nam attingit Antichriſtum (ſantem) poſſibilem ab omni futuritione præciſum: & in illum ſuntem (in ſuo exiſtentem tempore) Deus per ſcientiam viſionis intelligit.

Præciſiones, & prioritates, ita admitti in Deo debent, ut non Divinam intellectionem, ſed tantùm humanam afficiant.

Ad iſtam meam inſtantiam dices, aliud eſſe, *Deum Antichriſti eſſentiam cognoſcere à futuritione præciſam*, & aliud à toto Cælo diverſum, *Deum, Antichriſtum* ſantem, & ſuntem (habentem quiditatem, & in ſuo tempore, quod nobis eſt futurum, exiſtentiam) *nos autem intelligere, & conſiderare Intellectionem illam Divinam, prout reſpicit, & terminatur ad* ſare (ad eſſe quiditativum) *Antichriſti, ab ejus* ſure (futuritione, *aut* exiſtentiâ in illâ differentia temporis) *præſcindentes*. Ecce *præſcindere*, hoc eſt, *unum ſine altero cognoſcere*, quod imperfectionem manifeſtam importat non Divinam (quæ eſt perfecta infinitè) ſed Humanam intellectionem afficit.

Præcedens applicatur doctrina.

Et eodem prorſus modo de illis tribus inſtantibus, à D. Thomâ propoſitis, philoſophandum eſt.

N. B.

Deus non præſcindit, quando poſſibiles Creaturas intelligit, ſed Nos in illâ Divinâ Intellectione formaliter differentes rationes ratiocinantes diſtinctè diſtinguimus

Non dicit S. Thomas, *quòd Deus in primo inſtanti cognoſcat ſuam Eſſentiam, quin cognoſcat creaturas poſſibiles*, eſſet enim imperfecta hæc cognitio. Sed dicit, *uno ſimpliciſſimo Deum actu, & ſuam eſſentiam, & poſſibiles Creaturas cognoſcere: Nos verò in illo primo inſtanti concipere Divinam illam Intellectionem, prout ad Divinam Eſſentiam terminatur, præſcindentes (hoc eſt, non concipientes illam) prout terminatur ad Creaturas poſſibiles.* Et hunc concipiendi modum, fatemur imperfectum eſſe: nullum autem eſſe inconveniens, ſi Humana Cognitio imperfecta dicatur.

Non Deus, ſed homo in Creatura rationem univerſalem à particulari præſcindit.

Prætereà, *Deus cognoſcit ſuam Eſſentiam eſſe Creaturis talibus communicabilem*, non autem in hoc actu priùs cognoſcit Creaturas ut ſic, & poſteà tales Creaturas; repugnat enim, ut Deus præſcindat, hoc eſt, intelligat unum, alio non intellecto. At Nos, quia Univerſalia à ſingularibus mente diſpeſcimus, & priùs illa, quàm iſta cognoſcimus, *in ſecundo inſtanti Divinam illam cognoſcimus intellectionem, prout terminatur ad Creaturas ut ſic, & in tertio*

prout

prout terminatám ad Creaturas poſſibiles in particulari.

Et hæc eſt Angelici Præceptoris Sententia, cui ſic expoſitæ, non officiunt Argumenta ab Scoto formata.

Subsectio VIII.

Enervantur Argumenta, quæ Subſect. I. proponebantur.

CDLXXX. Idea in Objectivam, & Formalem dividitur.

AD PRIMUM reſpondeo negando Antecedens. Ad Probationem dico, Ideam eſſe duplicem, Formalem, Objectivamque: prioremque in Divino Intellectu; poſteriorem conſiſtere in Objecto Intellectûs Divini. Et hanc eſſe S. Auguſtini mentem, conſtat ex iis, quæ *Sect. 6.* dicuntur. Nec oppoſitum docet, aut innuit Sanctus Pater in verbis hîc ab Argumentatore productis, quin immò auderem dicere eiſdem Scoti ſententiam proponi; nam, quando Apelles eſt in tabulâ repræſentaturus Alexandrum, Idea, ad cujus ſimilitudinem eſt imaginem in tabulâ delineaturus, non eſt intellectio Pictoris, ſed illud quod conſiderat Pictor. Ergo ſiquidem de Deo per analogiam philoſophari oportet, dicemus *Ideam Divinam eſſe; rationem æternam,* (exiſtentem objectivè) *in mente Divinâ, ſecundum quam* (ad inſtar cujus) *aliquid eſt formabile ad extra,* &c. Ergo, ſi de Creaturis **Sabilibus** (*potentibus habere eſſentiam*) diſputetur, ratio objectiva ad cujus ſimilitudinem ſunt **(Samendae)** *exprimendæ,* eſt ipſamet eſſentia Divina. Cæterùm, ſi agatur de Creaturis **Sebilibus** (*potentibus habere exiſtentiam*) tunc Idea, ad cujus ſimilitudinem ſunt res **Semendae** (*producendæ & creandæ*) erit ipſamet Creatura poſſibilis exiſtens in mente Divinâ objectivè: quæ, ſi rem bene intelligamus, & præpediri non queamus terminorum abuſu, *æterna* dici poterit: vel negativè, non enim exiſtit in tempore; vel extrinſecè & terminativè, quia terminat cognitionem æternam.

An Idea nomine, abſolutè prolato, debeat objectiva potiùs, quàm formalis intelligi?

N.B. *Quoties in cognitione Divina, quæ circa Creaturas verſatur æternitatis repetitur vocabulum illud ipſam cognitionem Divinam, & non objectum, quod poſſibiles Creaturas continet, debet aſſicere.*

AD SECUNDUM reſpondeo illud *ab æterno* in poſitivum, & negativum, diſtinguendo. Dicitur enim res fuiſſe ab æterno poſitivè, quando in genere exiſtendi eſt, & non habuit ſuæ exiſtentiæ initium. Dicitur autem res fuiſſe ab æterno negativè, quando non eſt in genere exiſtendi, ſed in alio diverſo: quando videlicet, non **set**, ſed **Sat**. Et quia **Sare** (*habere quiditatem*) non decurrit per tempora, non potuit habere **Sandi** initium.

Quid ſit fuiſſe poſitivè, aut fuiſſe negativè ab æterno?

Eſſentiæ, quæ tantùm **ſant** non ſunt in tempore.

Hinc ad Argumentum Majorem congruo ſenſu concedo: Nam rerum **Sabilium** *potentium habere quiditatem* (tam formalis, quàm objectivæ) Ideæ, fuerunt ab æterno poſitivè: & rerum **Sebilium**, *potentium habere exiſtentiam* Ideæ formales fuerunt ab æterno poſitivè: & objectivæ fuerunt ab æterno negativè. Et ulteriùs progrediens, nego Minorem: quia illud *Nihil* eſt ſyncategorema univerſale, & tamen rerum **Sebilium** (*habentium potentiam ad exiſtendum*) Ideæ objectivæ fuerunt negativè ab æterno.

N.B. *Duo ſunt genera Creaturarum poſſibilium; alia enim ſunt, quæ poſſunt* **ſare** (*habere eſſentiam*) *& alia ſunt, quæ* **ſant** (*habent eſſentiam*) *& tamen poſſunt* **ſere** (*exiſtentiam habere.*)

AD TERTIUM dico, debere haberi præ oculis diſtinctionem Ideæ in Formalem, & Objectivam, alioſque Autores, quando admittunt Ideas Formales, non negare Objectivas: Scotumque, quando admittit Objectivas non negare Formales.

AD QUARTUM dico loqui Auguſtinum de Ideis Formalibus: & , ſi velis eum de Objectivis interpretari, illum aſſero loqui de illis, quæ ad res **Samendas**, non verò de illis, quæ ad res **Semendas**, ordinantur, Ideis.

De mente Sancti *Auguſtini.*

AD QUINTUM eodem modo reſpondeo, quia Anima beatur intelligendo Deum, non enim Creaturarum intellectio beatificat. Unde, quia in genere **Sandi**, aut **Samendi** tam formalis, quàm objectiva eſt Deus (hæc enim eſt, eſſentia Divina: & illa Divina ejuſdem eſſentiæ cognitio) intuitiva utriuſque Ideæ Viſio, Animas Sanctorum beatas reddet. Cæterùm in genere **Sendi**, aut **Semendi**, quia Idea formalis eſt Deus (videlicet, Intellectio Divina) Idea autem objectiva ſunt Creaturæ **Santes** (ad earum enim inſtar fiunt res **Sentes**, (hoc eſt, *exiſtentiam habentes*) Ideæ Formalis, non autem Objectivæ viſio, ſufficiet ad Animam beatificandam.

An, & quæ Ideæ Divinæ Animas beent?

An, & quando Idea objectiva ſit Deus?

AD SEXTUM dico non legiſſe, aut ſaltem non intellexiſſe Scotum, qui contra eum vociferantur. Rejicio opinionem eorum, qui dicunt Deum Creaturas poſſibiles, in ſe ipſo & non in ſe ipſis cognoſcere: & damnarem Scotum, ſi, ut vult Bañes, Creaturas Deum dixiſſet in ſe ipſis, non verò in ſe ipſo cognoſcere: at quia, ut Cajetanus, Redingus, & alii Doctores ſcitè monent, utrumque Creaturas poſſibiles cognoſcendi modum Deo Scotus concedit, dicendum eſt adluxiſſe veritatem Scoto.

CDLXXXI. Deus in ſeipſo & in ſe ipſis poſſibiles Creaturas intelligit

Sed, quia Bañes in ſuâ Argumentatione diffunditur, & multa congerit, quæ Arithmeticis notis diſtinximus & adnotavimus, proderit ſingula recognoſcere, & Scholiis convenientibus dilucidare.

Ad num. 1.] Cajetanus (cui conſonat Dn. Auguſtinus Redingus, cujus verba *ſubſect. 4. §. Et hæc Sententiam,* ad longum producta reperies) aſſeruerat Scotum docere Deum Creaturas poſſibiles, in ſe ipſo, & in ſe ipſis intelligere: Quibus conſonat P. Franciſcus Amicus *tom. 1. pag. 142. nu. 30.* dicens *Docet enim (Scotus) intuitum Dei primò fuiſſe terminatum ad ſuam Eſſentiam, ut ad Objectum primarium; ſecundò ad Creaturas in ſe ipſo expreſſas, & in eſſe intelligibili* **(Samptas)** *productas, ut ad objectum ſecundarium.* Addi & poterit Dn. Joſephus Cacheranus *Theologia Aſſertiva tom. 1. tract. 1. cap. 2. De Objecto neceſſario Scientia Dei §. 8. pag. 260. a.* Ibi enim ait *Scotus obſcuriùs loquitur, ut videre eſt in locis ſupra citatis in 1. aſſert. §. 6. Ideò ab aliquibus citatur pro cognitione poſſibilium in Deo* [*] *ab aliis pro cognitione poſſibilium in ſe ipſis. Crediderim re ipſâ utrumque cognitionis modum Deo conceſſiſſe: adeoque ſtare pro nobis, non contra nos.* Ergo, ſi iſti Doctores, & alii, quos adducere poſſem, qui Scotum procul dubio legerunt, & intellexerunt, Deum, ejuſdem ſententiâ in ſe ipſis cognoſcere poſſibiles Creaturas, immeritò ut incriminetur Scotum, clamat Bañes, *Ego non reperio in Scoto, quòd Deus cognoſcat Creaturas in ſuâ Eſſentiâ, ſed tantùm in ſe ipſis.* At nimis feſtinus, inquam Ego Scotum legerat, ſiquidem

[*] Iſti Autores directè opponuntur Bañeſio, aſſerunt enim Deū in ſe ipſo, & non in ſe ipſis intelligere Creaturas poſſibiles.

An admittat Scotus Deum cognoſcere poſſibiles Creaturas in ſe ipſo

Digitized by Google

dem hæc ſcribit. Poſſem diverſos locos ab Scoto deſumere, ſed quia Subſect.IV. textum ejus produxi, aliqua ex illo verba exſcribam. Agens de inſtanti tertio dicit. *Intellectus Divinus poteſt comparare ſuam Intellectionem ad quodcumque intelligibile.* Et poſt pauca. *Oportet, quòd dicas, quòd illâ relatione, quâ comparas iſtam Intellectionem, compares eſſentiam ad aliquid* (videlicet, ad ens poſſibile.) Ergo, ſi, teſte Scoto, ſuam eſſentiam Deus comparat cũ Creaturis poſſibilibus, hoc eſt, Prototypum cum Ectypis & Imaginibus perfectiones participabiles cum participatis componit: Et alterutras cognoſcit in alterutris.

An doceat ſuã comparare eſſentiam cum Creaturis,

Ad num.2.] *Fingis* (Scotus) *duo inſtantia, &c.* Et quare, quæſo, illud *fingis*? Sanè poſtulare videretur Urbanitas ut *deſignas* diceretur, non *fingis*. Nec in hoc carpendus eſt Scotus; non enim eſt ſingularis: quoniam plura omnes Theologi inſtantia; & plures prioritates ponunt ut explicent Scientias Divinas.

Scotus ut Divinam Intellectionem explicet, quatuor ponit inſtantia

Dixerat valde feſtinum fuiſſe Bañeſium, quando legit Scotum: & hoc hìc demonſtratur, Scotus enim quatuor inſtantia ponit, non duo. Relege ejus verba, quæ Subſect.IV. leguntur.

An feſtinanter intellegat Scotum Bañes?

Addit Bañes. *Et hæc cognitio inquit* (nempe, Scotus) *non eſt omninò perfecta.* Et Scotus, ſi hoc dicit, agit de rationis ratiocinantis perfectione, quæ eſt in hominis mente. Sicut enim, cùm agendo de rationis ratiocinantis prioritate dicimus, *Scientia ſimplicis intelligentiæ, eſt prior Scientiâ viſionis;* verbis iſtis non volumus ſignificare, reverà alteram alterâ eſſe priorem: quia tunc Deus Intellectum imperfectum haberet: neque ſignificare volumus, nos concipere alteram priorem, & alteram poſteriorem eſſe: tunc enim Intellectum Divinum ut imperfectum conciperemus: ſed tantummodo volumus ſignificare, nos priùs uno actu Scientiam Simplicis Intelligentiæ in Deo concipere, & poſteà alio actu concipere Scientiam Viſionis: ita ut prioritas, & poſterioritas, nec non imperfectio, quæ illas concomitatur, non afficiat intellectum Divinum, ſed noſtrum. Sic ſimiliter, quando quis dixerit, *Eſſe ſecundum rationem ratiocinantem imperfectam aliquam cognitionem Divinam,* non vult dicere, illam eſſe reverà imperfectam, nec cognoſci à nobis ut imperfectam, ſed à nobis illam imperfectè cognoſci.

Quæ ſit rationis ratiocinantis perfectio?

Prioritas, vel eſt realis, vel rationis ratiocinatæ, vel rationis ratiocinantis,

Similiter in tria membra debet Imperfectio, & Perfectio diſtribui,

CDLXXXII.
Caret terminis Lingua Latina, ut exponat Scholaſticas Difficultates.

Ad num.3.] Poſteà apud eumdem Dominicum Bañes Scotus, circumloquendo (non enim ſubminiſtravit illi Latinus Nomenclator ſufficientia vocabula) explicat, *Quid, & quale ſit, & unde proveniat, eſſe quidditativum,* Santium, *ſeu poſſibilium Creaturarum?* inquit enim *In ſecundo inſtanti producit Deus Creaturas ab æterno, in quodam eſſe intelligibili, quod eſſe, neque eſt purè ens reale, neque purum ens rationis, ſed medium inter utrumque.* Conſidera illam vocem *medium,* & vide oculatiſſimè Scotum inter purum nihil (quod ipſe vocat ens rationis; ejus enim ſententiâ ens rationis fit, cùm cognoſcitur) & ens exiſtens (quod ipſe *ens purè reale* nominat) dari medium, videlicet Sano (*ens habens eſſe quidditativum.*) quod medium ipſe, ut ab extremis diſtinguatur, *Ens diminutum* plurimis in locis appellitat.

An inter Nihil & Ens exiſtẽs detur Mediũ?

Sed unde iſtæ Creaturæ Santeo, habent hoc eſſe diminutum, ſive quidditativũ? An-ne à ſe? Minimè: non enim ipſæ ſunt Deus, & ſolus Deus eſt ens à ſe. Unde ergo? Ab ipſomet Intellectu Divino. Hoc enim important illa verba, *Producit Deus creaturas in quodam eſſe intelligibili.* Quoniam illas intelligendo Deus, eaodem ſamit (*dat illis illud eſſe diminutum objectivum, & quidditativum quod habent.*) Nec cauſeris, cùm verbum *producit* legas: nam etiam dicunt hodie Philoſophi, *quòd homo facit entia rationis,* & ibi verbum *facit* congruâ ſignificatione debet accipi; ita ut non ſit, *facit ut exiſtat realiter,* ſed ſit, *facit ut exiſtat objectivè tantummodò.* Ergo eodem ſenſu intelligi impræſentiarũm debet verbum illud *producit.*

Vtrùm Creaturæ poſſibiles ſint Entia à ſe?

De verbis *producit,* & *facit.*

Quid importet illud *facit* in hac Propoſitione, *Homo facit entia rationis?*

Illud *ab æterno,* quod hìc legitur, ſæpe reperitur in libris, & non ſemper intelligitur bene. Sanè, hæc Propoſitio, *Deus cognoſcit ab æterno Petrum hodie exiſtentem,* reddit hunc ſenſum: *Cognoſcit Petrum Deus, ſuâ nempe cognitione, quæ ſecundum eſſe in eſt in Deo æternaliter; & ſecundum* eſſe ad *ad Petrum, hodiernumque diem terminatur.* Ergo ſimiliter hæc Propoſitio exponi debet, videlicet, *Deus ab æterno cognoſcit Creaturas poſſibiles;* nam æquivalet huic, *Cognoſcit Deus Creaturas, nempe cognitione, quæ ſecundum eſſe in, eſt æternaliter in Divino Intellectu; & ſecundum* eſſe ad, *ad Creaturas & nullum tempus terminatur,* non enim exiſtunt, aut durant tempore poſſibiles Creaturæ. Et idem dicendum erit de eâdem Propoſitione, ſi loco τοῦ *cognoſcit,* ponatur, Samit, aut ut loquitur Scotus *producit.* Nam ſicut *Cognitio,* ſic etiam Sampcio, & *Productio,* aut *quaſi Productio,* ſecundum *eſſe in* eſt æternaliter in Divino Intellectu, & ſecundum *eſſe ad* terminatur ad Creaturas poſſibiles, quæ ſunt nunquam, & nuſquam, quia nullo ipſæ durant tempore, & in nullo loco ubicantur.

An Creaturæ poſſibiles fuerint ab æterno poſſibiles?

Creaturæ poſſibiles non ſũt in tempore.

Quomodo Creaturæ poſſibiles æternaliter procedãt à Deo?

Tametſi ad explicandã Creaturarum poſſibilium æternitatem Modus iſte videretur ſufficere, volo alios duos uberioris doctrinæ gratiâ ſuperaddere. Dico igitur, Scholaſticos poſſe & debere, *ſicut de Propoſitionibus neceſſarijs, quæ eſſe æternæ Veritatis dicuntur, ſic de Creaturis poſſibilibus philoſophari.* Sanè iſta Propoſitio continet veritatem æternam, non quidem poſitivè & abſolutè, ſed negativè & hypotheticè, ſeu conditionatè. Non poſitivè & abſolutè, quia cùm non fuerint ab æterno homines, non fuerunt ab æterno Intellectus [*] humani, in quibus eæ æternarent. At fuerunt negativè ab æterno, quia ab æterno nullum eſt adſignabile inſtans in quo fuiſſet falſa hæc Propoſitio, *Homo eſt animal rationale.* Et fuerunt ab æterno hypotheticè & conditionatè, quoniam ſi ab æterno fuiſſet tempus in toto illo, & ſingulis ejus momentis fuiſſet verum dicere, *Homo eſt animal rationale.*

CDLXXXIII.
De Neceſſariis Propoſitionibus.

Cur eſſe æternæ veritatis dicantur?

*] *Multi dicũt ideò verum Veritatem eſſe æternam, quia ſunt ab æterno in mente Divina, at hos non ſuffſcit, nam hæc Propoſitio, Petrus currit, ab æterno eſt in mente Divina, & tamen æternæ veritatis nõ eſt.*

Ergo ſiquidem eodem modo debemus de Creaturarum poſſibilium Æternitate ſtatuere, dicturi ſumus PRIMÒ, *Illas poſitivè & abſolutè non fuiſſe ab æterno poſſibiles.* quia, cùm nullam exiſtentiam nec durationem habeant, non poſſunt duraviſſe ab æterno. SECUNDÒ, *illas negativè fuiſſe ab æterno poſſibiles.* Quia in totâ æternitate nullum eſt adſignabile inſtans, in quo illæ impoſſibiles eſſent. & TERTIÒ, *Illas ab æterno conditionatè & hypotheticè fuiſſe*

Creaturarum poſſibilitas, nõ poſitivè, & abſolutè, ſed hypotheticè & conditionatè, eſt ab æterno.

poſſibiles: Quoniam, ſi ab æterno fuiſſet tempus, in toto illo, & in quocumque illius momento fuiſſet verû dicere illas eſſe poſſibiles.

An injuſtæ ſint Cenſuræ, quas contra Scotum Bañeſius fulminat?

Ad num. 4.] Dico ſ abortum facere omnes illas Cenſuras, non à doctrinâ Scoti, ſed à mente Bañeſii; qui differentiam, quæ inter ſare & ſere (*Eſſe quidditativum*, & *Eſſe exiſtentiale*) verſatur, neſciebar. Negamus enim ex Opinione Scoti ſequi Creatures exiſtiſſe ab æterno. Illæ enim non ſent (*non exiſtunt*) & illud ſare (*eſſe quidditativum*) quod habent, non habent, ab æterno; quoniam ut pluries diximus ſunt nuſquam & nunquam; hoc eſt, nullum habent locum aut tempus.

Differt toto cælo ab Scotica Abaylardi doctrina.

Ad num. 5.] Pronuncio illam Abaylardi opinationem in Concilio Senonenſi demnatam, non eſſe ad rem; nam aſſerente Scoto Creaturæ poſſibiles non ſunt quid medium inter Deum & Creaturas, ſed ſunt abſolutè Creaturæ: non exiſtunt ab Æterno, qui ut mox dicebamus non exiſtunt, & carent omni tempore:

Vide quæ diximus ad num. 2. 6. *Addit.*

Ad num. 6.] Aſſero me jam oſtendiſſe, quid ſit eſſe perfectum, & imperfectum ſecundum rem, ſecundum rationem ratiocinatam, & ſecundum rationem ratiocinantem. Scientia enim Divina non redditur in ſe per cognitionem Creaturarum perfectior; ſed quando intelligitur etiam Creaturas attingere, cognoſcitur à nobis perfectiùs. Ita ut perfectionis incrementum non Dei ſcientiam, ſed noſtram cognitionem afficiet.

Aliud eſt *unâ Dei intellectionem eſſe perfectiorem alia: &* aliud *unâ Dei intellectionem à nobis perfectiùs cognoſci, quàm aliam*.

Ad num. 7.] Ea, quæ hîc Bañeſius comminiſcitur ſ contra Præceptorem Subtilem, contra ſemetipſum & contra univerſos Theologos militant, ipſe enim, & cum eo omnes cæteri tres Scientias admittunt in Deo: nempe, Ἀ'υτοσοφίαν, Scientiam, quâ Deus ſuam Eſſentiam comprehendit. *Simplicem Intelligentiam*, Scientiam, quâ cognoſcit Deus omnes Creaturas poſſibiles: hoc eſt, ſantes, habentes eſſe quiditativum, & *Viſionem*, Scientiam, quâ cognoſcit Deus Creaturas ſuntes exiſtentes in aliquâ differentia temporis, Quibus Molina & PP. Jeſuitæ cum ipſo addunt Scientiam, quam vocent *Mediam*, quæ inter Simplicem Intelligentiam, & Scientiem Viſionis collocatur; & hac volunt Deum cognoſcere futura conditionata libera. Ergo quidquid ſit de Futuris liberis conditionatis, quorum Nos cognitionem ad Scientiem Viſionis, D. Thomæ ſubſcribentes, reducimus, tria ut minimum inſtantia [*] adſignanda ſunt in Intellectione Divinâ. Primum, in quo Deus ſuam Eſſentiam cognoſcit. Secundum, in quo cognoſcit Creaturas poſſibiles. Tertium, in quo cognoſcit Futuras. &c. Unde ſic argumentor.

Bañes doctrinam communem, & receptam impugnat.

Quænam Scientiæ ab omnibus ponantur in Deo?

An, & à quibus Scientia Media addatur?

*] Hæc inſtantia, ut pluries jam monui, ſunt rationis ratiocinantis.

Hæc doctrina de harum trium Divinarum Scientiarum diſtinctione aſſeritur à D. Thomâ, & in Theologiâ admittitur ab univerſis. At illam tollit Bañes, in argumento contra Scotum, Elumbe ergo eſt hoc Bañeſii argumentum. Probatur Minor: Quia illa Scientia, quâ in primo inſtanti Deus ſuam eſſentiam cognoſcit, eſt comprehenſiva. Ergo cognoſcit omnia, quæ in eâ cognoſcibilia ſunt. Ergo cognoſcit in eâ Creaturas univerſas poſſibiles; ac propterea, fruſtrà additur Scientia ſimplicis Intelligentiæ. Ergo cognoſcit in eâ Creaturas univerſas abſolutè futuras; ac propterea fruſtrà additur Scientia Viſionis: Ergo cognoſcit in eâ operationes liberas ſub aliquâ conditione futuras: ac propterea fruſtrà ſcientiam Mediam Jeſuitæ Divinæ Viſioni præponunt: & fruſtrà Thomiſtæ addunt Scientiam Conditionatam, eamque ad Scientiam Viſionis reducunt.

CDLXXXIV. Clamat Bañes malè ab Scoto poni in ſecundo inſtanti Deum intelligere Creaturas poſſibiles, illas enim intelligit in primo inſtanti: ejus enim cognitio eſt comprehenſivâ.

At, ſi hæc ratio ſubſiſteret, obliterari deberent omnia, quæ à Thomiſtis, & aliis Theologis, de Scientiis Divinis dicuntur.

Dicendum eſt igitur Primò, totam Durationem Divinam eſſe unicum ſimpliciſſimum inſtans: unicum *nunc*: quod vocatur *Æternitas*. Et in eâ nullam eſſe ſucceſſionem aut varietatem temporum aut momentorum, ut enim ſcitè inquit Boetius, *Æternitas eſt, interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio*. Conſidera attentè illud *ſimul*.

Quid ſit æternitas?

Dicendum eſt Secundò, eſſe comprehenſivam & infinitè perfectam cognitionem Divinam; adeoque Deum in unico propriæ durationis inſtanti ſuam eſſentiam, Creaturas poſſibiles, & Creaturas futuras cognoſcere: aliàs enim non eſſet comprehenſiva ſua cognitio. Hæc autem omnia nunquam negat Scotus.

Intellectio Dei eſt comprehenſiva. Simplici intuitu univerſa cognoſcit.

Dicendum eſt Tertiò, quando unum Relativum ſimul plures terminos reſpicit, poſſe ſucceſſivè illud conſiderare; ita ut prius illud conſiderem prout reſpicit terminum A, poſteà, prout reſpicit terminum B, poſteà, prout reſpicit terminum C. Et addo, hanc, quæ aſt in meis conſiderationibus ſucceſſionem, non præjudicere ſimultati, quam illud in reſpiciendo plures terminos ſervet. Quod evidenter percipitur in Quadrato ABCDA. in quo ſint quatuor lineæ, quæ ſimul ſunt æquales: & ſunt ſimiliter quatuor anguli recti, qui etiam ſimul ſunt æquales inter ſe. Et tamen non auferetur aut immiuuetur hæc ſimultas, ſi priùs Geometra de lineis, quàm de angulis diſputet: vel, ſi priùs de lineâ AB, quàm de lineâ CD, &c. aut priùs de angulo ABC, quàm de angulo ADC. orationem inſtituat.

Quæ neceſſariò ſunt ſimul, ſucceſſivè poſſunt ab hominibus dilucidari.



In Quadrato omnes lineæ & anguli ſunt ſimul, & tamen poſſunt ſucceſſivè explicari.

Hinc ad Scientiam Divinam. Pluraſimmò innumerabilia, ſimul ipſâ cognoſcit. Cæterùm Mens humana, quia eſt imperfecta & limitata, in eâ dilucidandâ ſucceſſivè procedit. At hæc actuum humanorum ſucceſſio non præjudicat ſimultati Cognitionis Divinæ. Deus ſimul cognoſcit ſuam eſſentiam, & in eâ univerſas Creaturas, Poſſibiles, Exiſtentes &c: Abſolutas, Conditionatas; Neceſſarias & Liberas, Verùm enim verò, ſine ullo iſtius ſimultatis præjudicio Theologus priùs conſiderat Intellectum Divinum ut cognoſcentem ſuam eſſentiam; & poſteà ut cognoſcentem poſſibiles Creaturas: & poſteà ut videntem futuras. Unde cùm hæc doctrina, ſit Thomiſtis æquè ac Scotiſtis communis, non mirari non poſſum, illâ abuſum fuiſſe Bañeſium, ut Subtilem Præceptorem invaderet.

Deus ſimul infinita cognoſcit.

Nos in comparatione Scientiæ Divinæ cũ diverſis objectis non niſi ſucceſſivè procedimus.

SUBSECTIO IX.

Utrùm P. Franciſcus Amicus benè probet ſe Scoti propugnare Sententiam?

CDLXXXV. Reponitur Amici Opinio.

DOcuerat (ut vidimus paulò antè, nempe, *art.* 2: *ſect.* 4.) Creaturas poſſibiles nihil prorſus eſſe in ſe ipſis, & ideò non poſſe à Deo in ſeipſis cognoſci, ſed tamen à ſuâ à Deo intellectione intelligi: quæ cùm ſit omnium Creaturarum poſſibilium perfectiſſima imago,

Digitized by Google

De Objectivis Ideis.

An, & cur illæ ab Amico negentur?

Vtrùm Ideæ ſint ab æterno?

An Amicus diſtinctionem, quæ inter Sere, & Sare, reperitur, cognoſcat?

go, omnes exactè repræſentat. Ita ipſe *tom.1. pag.141.num.19.* Et conſequentiæ filum tenens, progreditur & *pag.142.num.30.* negat omnia, quæ de Ideis Objectivis dicuntur, & ſolùm admittit Formales. Movetur, *Quia Ideæ Divinæ ſunt ab æterno. At nihil diſtinctum à Deo eſt ab æterno. Ergo Idea Divina non ſunt quid diſtinctum à Deo. At eſſent quid diſtinctum à Deo, ſi ipſæ res poſſibiles, prout terminant cognitionem Divinam vocarentur* IDEÆ. *Ergo Divina Idea conſiſtunt in intellectione formali.* Et ſic diſcurrit, Vir aliàs ingenioſus & doctus, quia diſtinctionem & differentiam, quæ inter Sare & Sere (*inter eſſe quidditativum, & eſſe exiſtentiale*) reperitur, non noverat.

Vtrùm ſuam Amicus Opinionem hauſerit ab Scoto?

Et, ne dicatur habere ſingularem Sententiam, illam conatur grandium Nominum umbrâ & authoritate munire; & ideò ut eam tueatur, duo illa fulgidiſſima Univerſitatum Lumina (videlicet Angelicum, & Subtilem Doctores) ſibi aſſerit aperire viam, prælucere & præcurrere.

Ejus verba formalia ſunt. [Hanc Sententiam (ait) procul dubio docuit Scotus *in 2. diſt.35. §. Poteſt dici, & d.36.* cùm docuit, creaturas ab æterno fuiſſe quaſi cauſatas ab intellectu divino [*] in eſſe intelligibili, ad quas, ut ad objectum ſecundarium intuitus Dei terminatur. Docet enim intuitum Dei primò fuiſſe terminatum ad ſuam eſſentiam, ut ad objectum primarium: ſecundò ad creaturas in ſe ipſo expreſſas, & in eſſe intelligibili productas, ut ad objectum ſecundarium.] Ego autem ſincerè fateor, hanc eſſe aſſertam ab Scoto, & à ſuis Diſcipulis admiſſam & defenſam doctrinam. At illam bene intelligi, & exponi ab Amico, diffiteor; ut enim Subtilem Doctorem Amicus (neſcio, an amicè) ad ſuas partes obtorqueat, hoc Scholium ſubjungit. [Hoc *Eſſe creaturarum* in eſſe intelligibili cõparatum ad Deum, eſt ipſe Deus ut ſpecies expreſſa & intentionalis ſimilitudo creaturarum; comparatum verò ad creaturas dicitur à Scoto [*] *eſſe diminutum creaturarum*, quia non eſt eſſe naturale earum, ſed tantùm ſimilitudo intentionalis ipſarum] Et in utroque Vir (aliàs eruditus) decipitur. Nam *Eſſe creaturarum* in eſſe intelligibili, non eſt Deus; ſed eſt quid diſtinctum à Deo: nam eſt τὸ Creaturarum Sare (*eſſe quidditativum*) eſſe nimirùm objectivum, quod terminat cognitionem Divinam. Illud igitur Creaturarum eſſe objectivum, & intelligibile (hoc eſt, illud Sare, *Eſſe quidditativum*) non eſt Deus, ſed quædam quidditas, realiter à Deo, & à ſuâ Divinâ cognitione diſtincta. Quoniam in ſpecie loquendo, hæc Hominis prædicata eſſentialia (videlicet, *Animal rationale*) quæ verè Sare (*habent eſſe quidditativum*) non ſunt Deus, ſed realiter diſtinguuntur à Deo; & ſunt quædam poſſibiles formalitates, quæ ſe tenent ex parte objecti, & terminant cognitionem Divinam. SED NEQUE illud eſſe objectivum (illud nimirùm Sare) quando illud cum Creaturis exiſtentibus comparat, bene intelligit, & exponit Amicus: nam illud eſſe objectivum (illud Sare) quod habet Antichriſtus in mente Divina, non eſt intentionale, ſed reale; nam illa Antichriſti eſſentia, quæ à Deo intelligitur, eſt illa ipſiſſima quæ ſuo tempore in Antichriſto exiſtet: & certum eſt

[*] *Nota illud ab æterno: nam de Deo, non autem de Ideis verificatur. Deus enim æternaliter eſt; Idea autem objectiva in nullo ſunt loco vel tẽpore.*

[*] Sare, *eſt illud* eſſe, *quod Scotus* diminutum *appellat.*

Eſſe objectivũ Creaturarum (hoc eſt ipſarum Sare) diſtinguitur realiter à Deo.

Illud Creaturarum eſſe quidditativũ, quod terminat cognitionem Divinam, eſſe quoddam reale, & nõ intentionale, aut imaginarium eſt.

Antichriſtum, cùm exiſtat, realem & naturalem, non autem intentionalem & imaginariam, quidditatem, eſſentiamque eſſe habiturum. Et Scotus quando ipſum Sare (*ipſum eſſe quidditativum*) juſſit *diminutum* vocari, hoc noluit ſignificare nomine, illud imaginarium eſſe, ſed eſſe incompletum in genere eſſendi, quoniam exiſtentiam non habet, quæ eſt in hoc genere ultimum complementum. Conſono Complutenſibus, qui *in lib.1. Phyſic.diſp. 3.q.4.§.1.num 20.* expreſsè dicunt, *Exiſtentia Compoſiti, eſt ultimum ejus complementum intra lineam Subſtantiæ.*

In eſſendi genere, eſt ultimum complementum exiſtentia.

Ut Scoti, quem à ſe vult ſtare, opinionem dilucidet, proponens exemplum Imaginis, quod Scotus adducit, & ejus Interpretes diverſimodè intelligunt. [Explicat (Amico teſte, Scotus) exemplo imaginis artificialis, quæ comparata ad imaginem, eſt imago ut ſimilitudo eſt imaginati; comparata ad imaginatum, non eſt naturale eſſe ipſius, ſed ſimilitudo dumtaxat artificialis; ita illum explicat Faventinus *in 1.diſt.35. à num. 15.*] Mihi autem, ut reſpondeam, ſuccurrunt. DICO ENIM PRIMÒ, Exempla ſimilitudini inſerviendo, & ſimilia debere eſſe in aliquibus tantùm ſimilia; quoniam, ſi in omnibus eſſent ſimilia, non eſſent jam ſimilia, ſed idem. Unde, quia poteſt contingere, ut unum & idem exemplum duo adducant, & tamen bene, & alter malè. Quoniam ſiquis [A] & [a] ad probandam ſimilitudinem ſignificationis & prolationis, in exemplum adduceret, bene adduceret: ſi autem, figuræ ſimilitudinem probare vellet, malè adduceret. Quoniam iſti duo characteres etſi figurâ differant, non differunt pronunciatione. Et hanc ob rem, non ſufficit Scotum, & Faventinum eodem exemplo uti, niſi probetur eaſdem in ipſo circumſtantias urgere. DICO SECUNDÒ, eſſe difficillimum exempla reperire opportuna. Quoniam ipſe Porphyrius *in ſua Iſagoges cap. de Proprio* doctrinam certiſſimam tradit; & tamen (ut alibi advertiſſe me memini) illam exemplis importunis dilucidat. Unde nemini videri mirum poterit, ſi doctrina tradita ab Scoto ſit bona, & exemplum non cenſeatur appoſitum. DICO TERTIÒ, quia, ſicut *Idearum* nomen, ſic & diſputatio *de Ideis*, provenit à Platonis Scholâ, eſſe conſentaneum rationi dilucidare Controverſiam præſentem exemplo à Platonicis Ideis deſumpto. Ergo attende. Homo ſecundum ſua prædicata eſſentialia (hoc eſt, prout Sat) conſideratus eſt Idea: & poteſt bifariam comparari & intelligi; nempe, cum à Deo participat perfectiones, quas habet: & cum Petro, Joanne & Franciſco, &c. quibus illas communicat. Conſideratus primo modo eſt ἔκτυπος & ſimilitudo illius perfectionis Divinæ, quæ ſibi communicatur. Et modo altero conſideratus eſt Idea, ſeu eſſentia ſpecifica quæ in Individuis, additâ ſingularitate, & exiſtentiâ, multiplicatur, & repetitur; & ad Sere (*eſſe exiſtentiale*) reducitur.

An Amicus Scoto conſonet?

Quænam ſit differentia inter Identitatem, & ſimilitudinem?

Idem exemplum poteſt ab altero bene & ab altero malè produci.

Arduum eſt exempla congruentia invenire.

De exemplis à Porphyrio productis.

Sicut ad Particularia Vniverſale, ſic Idea objectiva ad res exiſtentes comparatur.

SUBSECTIO X.

An idem P. Franciſcus Amicus perſuadeat, illam quam tuetur, eſſe S. Thomæ Sententiam?

CDLXXXVI. Non amplectitur D. Thomæ doctrinam.

RESpondeo negativè; ipſe enim aliter intelligit & exponit Præceptorem Angelicum, quàm ejus olim Veteres intellexere Diſcipuli, & hodie Recentiores intelligunt. Creaturas Deum poſſibiles in ſuâ ipſius cognitione cognoſcere, Amicus aſſerit; & hoc eſt rem intellectam cum intellectione confundere. At id negant utriq; (Veteres, & Novitii Thomiſtæ) illi enim docent à Deo Creaturas in ſuæ eſſentiæ eminentiâ intelligi; negantque illas in ſe ipſis cognoſci, ne eaſdem dicant exſtitiſſe ab æterno. Iſti hanc nô morantur Sequelam; nam inter Sare, & Sere (*Eſſe quidditativum*, & *Eſſe exiſtentiale*) diſcrimen manifeſtum inveniunt; & ideò cum D. Thomâ admittunt, à Deo in ſe ipſo Creaturas & etiam in ſe ipſis intelligi.

Thomiſtarum Opinio.

Sare differt à Sere.

Audiamus ergo Amicum, videamuſque, quo probet modo Deum Creaturas poſſibiles in ſuâ cognitione intelligere; adeoque illam earumdem eſſe Objectivam & Formalem Ideam. Ejus verba ſunt hæc.

Probat ſuam ſententiam Amicus.

Sententiam, quam impugno, ait, [colligo ex S. Thomâ 1. *part. q.* 14. *art.* 5. aſſerente, Deum cognoſcere [a] alia à ſe, non in ipſis, ſed in ſe ipſo, *in quantum ſua eſſentia continet ſimilitudinem aliorum ab ipſo*. Quòd verò intelligat ſimilitudinem etiam *in quâ*, conſtat ex 1. *contr. gent. cap.* 53. ubi docet, Deum per unam [b] intentionem intellectam, quę eſt ipſius Verbum intelligere ſe ipſum & creaturas: porrò de ratione verbi, ut *ibid.* & Ferrar. explicat, eſt, ut ſit immediatus terminus intellectionis, in eoque, ut in ratione *in quâ*, proximè cognoſcatur objectum, quod propterea *intellectionem intellectam*; & 1. *part. quæſt.* 18. *art.* 4. docet, idem eſſe in Deo *intelligere*, & *quod intelligitur*: unde colligit, omnia in Deo intellecta eſſe vitam Dei; *unde, cùm omnia, quæ facta ſunt à Deo, ſint in ipſo, ut intellecta, ſequitur, quòd omnia ſunt* [c] *in ipſo vita Divina*: & *ad* 1. docet, res eſſe in Deo ſecundùm proprias rationes, ſicut in cognoſcente, & [e] ut ſic non ſunt aliud ab eſſentiâ divinâ. Et *qu.* 4. *de verit. art.* 8. ait, ſimilitudinem intellectam in Deo eſſe vitam, ſcilicet verbum ut exprimens objectū. *Item ſimilitudo creaturæ in Deo*, *eſt* [d] *quodammodò ipſa creatura per modum illum, quo dicitur, quòd anima eſt quodammodò omnia*. Unde concludit, quòd *ſimilitudo creaturæ in verbo*, *eſt creatura vita & productiva*, *& motiva creaturæ in propria natura exiſtentis*. Et *qu.* 2. *de verit. art.* 3. *ad* 3. docet, domum in arte non diſtingui ab arte, & idem eſſe *ferri in ſimilitudinem rei* & *in rem*. Ex quo colligit [e] idem eſſe, Deum ferri in creaturas, & in ſeipſum continentem ſpecies creaturarum [f] Quòd ſi quando docet, creaturas eſſe quid diſtinctum à Deo cognoſcente, [g] intellige, in eſſe naturali. Eamdem ſententiam docet Ferrar. citat. ubi cum S. Thomâ affirmat Deum creaturas videre in ſuo verbo; explicans autem naturam Verbi in univerſum docet, eſſe id, in quo immediatè & proximè videtur objectum, quod *idolum* appellat, in quo res ad extra inſpicitur, & per quod res ad extra ſit actu præſens intellectui in eſſe objectivo; quod eſſe objectivum, ait, [h] non competere rei ad extra, ſed intra potentiam exiſtenti. Eadem colligitur ex Cajetano *q.* 15. *art.* 1. §. *quoad* 1. ubi impugnans opinionem Scoti ait, eſſe objectivum [i] creaturarum in divinâ mente non eſſe aliud, quàm ipſum eſſe Dei: *eſſe objectivum rerum reſpectu intellectûs divini, non eſt eſſe relativum*, *ſed abſolutum* [k] *realiſſimum*, *ſcilicet eſſe Dei*; & *qu.* 34. *art.* 3. §. *Ad imag.* docet, Verbum divinum non diſtingui ab iis, à quibus procedit ut cognitis: docet autem *ibid.* etiam Verbum procedere ex cognitione poſſibilium. Lege S. Thomam 4. *contr. Gent. cap.* 13.]

a] *Creaturas in ſe ipſis, non primariò, ſed ſecundariò Deus intelligit.*

b] *Diximus Deum Creaturas poſſibiles primò in ſua eſſentia directè; & ſecundò in ſe ipſis, etiam directè: & tertiò in ſua cognitione per actum reflexum cognoſcere. Auctores Amici Opinionem non probant: ipſi enim Deum illas in ſua tantùm cognitione intelligere, aſſerit.*

c] *Omnia in Deo ſunt vita. Nam omnia ſunt eminenter in Eſſentia Divina, & hoc eſt Vita. Et omnia, quia intelliguntur, intentionaliter identificantur Intellectioni Divinæ, qui eſt Vita.*

d] *Ecce clariſſimè agit de identificatione intentionali.*

e] *His verbis explicat Sanctus Doctor, quo Deus modo feratur in creaturas primariò.*

f] *Ecce fatetur D. Thomas aſſerente Deum Creaturas cognoſcere in ſe ipſis. At replicat S. Thomam, quando ſic loquitur, agere de eſſe naturali. Concedo. Deus enim illas, quando in ſe ipſis eas cognoſcit, ſingularum quidditatem (hoc eſt, eſſe naturale) cognoſcit.*

g] *Dicit, quòd eſſe objectivum non competit rei ad extra exiſtenti; hoc eſt,* ſenel; *ſed ad intra exiſtentis hoc eſt,* ſanel.

i] *Agit de eſſe eminentiali & primariò.*

k] *Repugnat (quod pace Cajetani dictum ſit) perfectiones aliquas in Deo, communicabiles Creaturis, ſine abdicatione ad ipſas Creaturas, intelligi.*

Adlucinatus eſt, ut clariſſimè vidiſti, Amic⁹ in Scoti, lectione, quia diſtinctionem, quæ inter ſare, & ſere (*Eſſe Eſſentiale*, & *Eſſe Exiſtentiale*) verſatur, abſolutè neſcivit. Et nunc in Angelici Doctoris intelligentiâ, cùm ob eamdem cauſam, tum quia ignoravit Intellectionem, & Rem intellectam in ſententiâ Ariſtotelis (quam Thomiſtæ, & non alii propugnâr) intentionaliter identificari. Hanc Intellectûs, ſpeciei [a] & Objecti identificationem nos docet Ariſtoteles 7. *Metaph.* dicens. *Ab Arte verò fiunt, quorum ſpecies in animâ eſt. Speciem autem dico, quidquid erat eſſe cujuslibet.* Quæ verba D. Thomas *quodl.* 8. *art.* 4. hoc Scholio dilucidat. *Species intelligibilis eſt ſimilitudo ipſius Eſſentiæ rei. Et eſt quodammodo ipſa quidditas, & natura rei ſecundum eſſe intelligibile, non ſecundum eſſe naturale, prout eſt rebus.* Ubi, ut vides Sanctus Doctor, quia nondum ſuo tempore erat in Scholâ receptū adverbium *intentionaliter*, dixit, *quodammodò* ut idem prorſus ſignificaret. Et eamdem ſententiam reponit 1. *p. qu.* 12. *art.* 2. & *quæſt.* 14. *art.* 1. Sequuntur ſuum Magiſtrum Thomiſtæ: Complutenſes *lib.* 3. *de Anim. diſput.* 17. *qu.* 3. §. *unic. nu.* 18. Salmanticenſes *de Viſione Dei diſp.* 2. *dub.* 5. & *de Scientiâ Dei diſp.* 4. *dub.* 1. Gonzalez in 1. *p. qu.* 14. *art.* 1. Ledeſma *de perfectione Dei quæſt.* 8. *cap.* 4. *in explicat. primæ rationis pro concl.* & alii Cajetano, Bañeſio, Zumelio, Ripæ, Nazario, & aliis adhærentes. Et conciliat huic Opinioni autoritatem Durandus *in* 4. *diſt.* 49. *qu.* 1. licèt enim in plurimis Doctori contradicat Angelico, in hac Aſſertione conſentit.

CDLXXXVII. Unde Amici adlucinatio provenit? De identificatione intentionali.

His præmiſſis agendo de eſſe reali, Dico primò, Deum, D. Thomâ aſſerente in ſe ipſo primariò creaturas intelligere: & ſecundariò in ſe ipſis. Et addo Amicum hoc poſtetius fateri, ut patet ex his, quæ *lit. f.* ipſe ſcripſit. Et ſubjungo actu reflexo [*] Deum creaturas in ſuâ ipsâ cognitione intelligere.

An Intellectus, Species impreſſa, Intellectio, & Objectum intentionaliter identificentur? S. Thomæ ævo non erant termini, quibus eſſe intentionale ſignificaretur.

Et agendo de identificatione intentionali, *Dico ſecundò*, intellectum Divinum, Intellectionem, quæ Creaturas cognoſcit, & Creaturas, quæ ab ipsâ cognoſcuntur intentionaliter identificari; adeòque ſi loquamur hoc ſenſu, dicendus eſt Deus cognoſcere Creaturas, quando ſuam intellectionem cognoſcit, & ſuam cognoſcere Eſſentiam, quando cognoſcit creaturas. Sed hæc ipſa non confirmant Opinionem Amici, ipſe enim intellectionis & Rei intellectę identificationem negat intentionalem.

N. B. *Omnes dicunt Species eſſe qualitates, at Rhodeſius illas jubet eſſe ſubſtantias.*

Ideæ Divinæ ſecundum ſuū eſſe reale conſiderantur.

Sus-

a) *Reſponſionem rationis ratiocinantis, non verò rationis ratiocinatæ, poſſumus in actibus Divinis admittere.*

Conſiderantur eadem ſecundum ſuum eſſe intentionale.

SUBSECTIO XI.

Utrùm efficacia ſint Argumenta, quæ contra Noſtram (hoc eſt, D.Thomæ, & Scoti) ſententiam, ex Capreolo ſumuntur?

CDL XXXVIII.

NOTO ante Reſponſionem obſervaſſe acutiſſimè Scotum *in 1.diſt.35. qu. unic. §.Hoc poteſt.* [a] Relationem (univerſim loquendo) non poſſe cognoſci & intelligi quin extrema (fundamentum & terminus) præcognoſcantur.

Præſciri extrema debent, antequam cognoſcatur Relatio.

2) *Habes verba Scoti formaliter hac ipſa Sectione, Subſect.4.*

Et ex hac generali doctrinâ inferri debet, Cognitionem (nam entitas eſt relativa) ſine termino, nec eſſe, nec intelligi poſſe. Ita P. Georgius de Rhodes *in Philoſophia Peripatetica libr.1.diſp.2.ſect.2. pag.16.b.* inquit enim. *Obſerva, nullam eſſe cognitionem, cui non correſpondeat aliquod objectum: ſi enim cognoſco, certè aliquid cognoſco, quod dicitur objectum cognitionis.*

Cognitio alicujus rei debet eſſe cognitio.

His præmiſſis facilè erit examinare, quid Capreolus ſenſerit: & an benè ſuam ſententiam probaverit?

Quam velit eſſe Amicus D. Thomæ ſententiam?

Aſſeruiſſe eum *Creaturas poſſibiles à Deo in ſuâ intellectione cognoſci, & hanc & non Eſſentiã participabilem, nec Eſſentias participatas eſſe ideas, de quibus agimus impræſentiarum*, teſtatur Franciſcus Amicus *tom. 1. pag. 142. citatâ* Et probat id Amicus

Primò. Quia Capreolus *in 1.diſt.35.quæſt.2. ad argumentum contr.2. concl. ad 1.* hæc habet. *Ex quo patet, quòd* eſſe, *quod habet creatura intellecta à Deo in Deo, eſt Divinum eſſe; illud enim eſſe non eſt, niſi eſſe Verbi, vel ſimilitudinis creaturæ*: ſimilitudo creaturæ in Creatore ex Sancto Thomâ *quæſt.4.de veris.ar.8.* eſt eſſe Creatoris.

Quid opinetur Capreolus?

At hoc argumento non probatur Capreolum habuiſſe Opinionem, quam ei Franciſcus Amicus adſcribit, nam hæc verba cohærent noſtræ ſententiæ, quæ eſt Divo Thomæ, Scoto, & Philoſophis Novitiis communis. Quoniam ſuum Sare (*eſſe quidditativum*) quod Creaturæ poſſibiles habent, à Deo in ſe ipſo, & in ſe ipſis intelligitur. Intellectum in Deo, eſt illud eſſe eminentiale, & participabile, quod eſt Divinum: & dicit ſimilitudinem ad Creaturas. Similitudo autem, cùm ſit relatio, ſine termino cognoſci nequit. Cognoſcit ergo Deus Creaturas etiam in ſe ipſis. Et tunc illud eſſe, quod in ſe ipſis intellectæ illæ habent, non eſt Divinum, ſed realiter à Divino diſtinctum.

Suum Sare. ſeu ſuum eſſe quidditativum, Creaturæ receperunt à Deo.

Similitudo ſine termino nequit intelligi.

Secundò. Quia *ad 2.* ſic ait. *Cùm dico Creatura habet eſſe intellectum, vel proſpectum, vel intuitum à Deo, non ex hoc pono, creaturam habere aliud eſſe objectivum diſtinctam ab eſſe divino, ſed dico eſſe Divina eſſentia cum reſpectu ad rem, cujus eſt ſimilitudo*: qui reſpectus ex Cajetano *1.p. qu.34. art.3. §.circa*, non eſt realis, ſed rationis. &c.

An creaturas intelligat Deus tantùm in ſe ipſo?

Et hæc profectò verba adduci fortè poſſet ab Antiquis Thomiſtis, quorum ſententiâ cùm in ſe ipſo, & non in ſe ipſis creaturas intelligeret, Idea objectiva (ſeu Idea cognita) Creaturarum, erat ipſamet eſſentia Divina; non autem pro Amici opinione, illa enim non agunt de reflexâ cognitione cognitionis Divinæ,

Capreolus contradictoria involvit.

Verùm enim verò hæc eadem verba continent duas partes ſibi contradicentes; & quia prior, quæ affirmativa eſt, admitti debet, probo poſteriorem, quæ negativa eſt debere neceſſariò negari. *Non ex eo pono*, ait, *Creaturam habere aliud eſſe diſtinctum ab eſſe Divino*. Et contra ego, *Capreolus*, ajo, *ponis Creaturam habere aliud eſſe diſtinctum ab eſſe Divino*. Et hoc probo clariſſimè. Quia illud eſſe, quod Capreolus ponit, eſt eſſe Divinæ Eſſentiæ cum reſpectu, & ſimilitudine ad Creaturas poſſibiles. Sed reſpectus, & ſimilitudo ſunt relationes, quæ ſine termino cognoſci nequeunt. Ergo cùm cognoſcitur illud eſſe Divinum, in quo Creaturæ cognoſcuntur, etiam creaturæ cognoſci debent in ſe ipſis.

CDLXXXIX.

Relatio non poteſt cognoſci ſine termino.

Nec juvat cum Cajetano dicere illud reſpectum non eſſe realem, ſed rationis. Quia id quod Cajetanus dicit, nec eſt verum, nec ad rem. Non eſt profectò verum, quia ſimilitudo rationis eſt ſimilitudo ficta, & quam habent perfectiones participatæ, quæ in Creaturis, & perfectiones participabiles, quæ in Deo, vera & realis eſt, & non ficta ſimilitudo. Non eſt ad rem: ſicut Relatio realis, ſic & Relatio rationis, talis eſt naturæ, & ingenii, ut ſine termino cognoſci non poſſit. Ergo ſi Deus cognoſcit ſuam eſſentiam, cum relatione ad Creaturas, ſive realis, ſive rationis ſit iſta Relatio, cognoſcit (vel, ut Scotus vult, præcognoſcit) creaturas in ſe ipſis.

Et hoc eſt dicendum, ſive de reali, ſive de rationis Relatione diſputetur.

Tertiò, Quia reſpondens Objectioni poſitæ loco tertio, docet Divinam Eſſentiam eſſe in Deo ſpeculum naturale; quatenùs eſt ſpecies, ſimilitudo, & imago rerum, in quâ res ipſæ cernuntur.

An Eſſentia Divina ſit ſpeculum?

Et poſteà affirmat, rationes illas (hoc eſt, illas Ideas) ad quas Deus operando reſpicit, non eſſe creaturas, ſed Divinam Eſſentiam, licèt in illis intueatur creaturas. Unde ad 3. negat, illas eſſe objecta ſecundaria Divinæ intuitionis, ſed primaria, in quibus tamen relucent creaturæ, quæ ſunt objecta ſecundaria. &c.

An Creaturæ poſſibiles habeant rationẽ Ideæ Objectivæ?

Hæc omnia adduxerat Amicus ex Capreolo: & quia ſimilia reperit in Aureolo, *in 1.diſt. 35.p.2.art.1.* his ejus opinionem verbis proponit, dilucidatque. [Docet, inquit, id quod immediatè terminat intuitum Dei, cùm creaturas cognoſcit, non eſſe creaturas ſecundùm ſe, ſed Deitatem eminenter & æquipollenter, diſtinctè tamen, & dearticulatè continentem omnes creaturas, nempe in eſſe intelligibili. Quod expreſſiùs declarat *art.2. ad 4. inſtan.* exemplo imaginis ſpecularis: ſicut qui videt propriam imaginem rei, dicitur videre rem, in propriâ imagine expreſſam, quia res relucet in ſuâ imagine ſecundùm proprium eſſe quod habet in ſe: ita Deus videndo creaturas in ſuâ cognitione, quæ reſpectu Divini intellectûs eſt vitalis, & eminentialis imago creaturarum, videt eas ſecundũ eſſe proprium, ſecundùm quod in Divinâ cognitione relucent, ut imaginata in imagine.]

An ſint ſecundarium objectum Divinæ Intellectionis?

An Aureolus & Capreolus conſentiant?

Videntur Capreolus & Aureolus benè cognoviſſe, quo Imago, aut Speculum modo repræſentet ſuos terminos. His enim exemplis illis utuntur: & hæc exempla clariſſimè exponunt, quo Deus modo Creaturas in ſe ipſo

XD.

Quo imago picta modo ſuũ objectum repræſentet.

Digitized by Google

Quo modo Speculum?

ipſo videat, & quo illas modo in ſe ipſis intueatur.

Sunt Imago, & Speculum aptiſſima exempla, ut dilucident Ideas Divinas.

Sanè ob oculos tuos Apelles proponit Alexandri, ignoti & abſentis, imaginem. Corporeis oculis pictam tabulam vides; Alexandrum in ſe ipſo non vides: at vides illum in imagine. Hæc enim eſt ipſi ſimillima, & illum repræſentat, ut Aureolus loquitur, æquipollenter.

N. B.

Ut omnia, quæ hic dicuntur, intelligas, eſt neceſſarium, ea, quæ in Catoptrica definiuntur, conſulere. Eſt autem Catoptrica, quæ lineas, quæ ab Speculo ad Oculos, & Objecta, directè, & reflexè perveniunt, angulos, & longitudines accuratè metitur. Illam in ſui Mathematici Curſus lib. 20. P. Gaſpar Schottus dilucidat. Et per radios rectos res pervenire ad Imaginem aſſerit. Et cap. 1. deſin. 14. ſic inquit, Imago dicitur forma illius objecti, quod vel intra, vel extra ſpeculum apparet. *Et quidem per radios reflexos, non illorum imagines, ſed objecta ipſa in Speculis videri aſſerunt Phyſici: & inter illos P. Georgius Rhodeſius* in Philoſophia Peripateticæ lib. 2. diſp. 17. ſec. 1. pag. 449 b. *id ſupponens ut certum, ut ille ut dari Species intentionales probet, argumentum deducit, inquit: nam.* Videmus in Speculis res à tergo poſitas & nos ipſos. Hoc autem fieri nõ poteſt, niſi à corporibus aliquæ ſpecies continuò profluant, quæ ab ſpeculo redeant ad Oculum. Ergo manifeſtum eſt dari ſpecies.

Verùm enim verò, cùm intueris ſpeculum, & vides in illo Petri imaginem, & imagines rerum, quæ apud illum ſunt; nempe, muri, portæ, feneſtræ. &c. tunc per radios rectos in ſpeculo, non Petrum, non murum, non portam, non feneſtram, ſed illorum imagines, expreſſas exactè proſpectas; non autem Petrum, murum, portam, feneſtram, &c. quos illæ repræſentant imagines. Sed in eodem inſtanti per radios fractos, nec Petri, nec muri, nec portæ, nec feneſtræ, nec cæterorũ imagines, aut figuras intueris, ſed ipſummet Petrum in ſeipſo; ipſamque murum, & ipſaſmet portam, feneſtram, &c. in ſemetipſis intueris.

Hac igitur doctrinâ præmiſsâ, dicendum eſt, Capreolum, Aureolum, & quoſcumque alios Theologos ſcitiſſimè ut modum quo Deus Creaturas poſſibiles in ſe ipſo & in ſe ipſis cognoſcit, explicent, & illuſtrent, Picturam & Speculum in exemplum proponere. Nam, ſi Eſsentia Divina Picturæ, & non ſpeculo eſset ſimilis, Creaturas poſſibiles in ſe ipſo, & non in ſe ipſis intelligeret Deus. Cæterùm, quia Divina Eſſentia eſt ſimillima ſpeculo, intuetur in ſe ipſo Deus perfectiones ſuas communicabiles, quæ ſunt quædam Creaturarum perfectiſſimæ imagines, & ſimilitudines: & videt in ſe ipſis ipſaſmet Creaturas poſſibiles, quarum ſingulæ dicunt, importantque finitam aliquam perfectionem ab Infinitæ Dei Eſsentiæ infinitis perfectionibus participatam.

ARTICVLVS IV.

De Scientiâ Dei, quam paſsìm Viſionis appellitant.

XDI. Quæſtio proponitur.

QUæritur in Controverſiæ limine, *An ſuam eſſentiam Deus: an alia à ſe: & quanam alia, per Scientiam Viſionis intelligat?*

Ab acceptione, & ſignificatione terminorum, nec non à variâ Scientiæ Divinæ diviſione & diſtributione Reſolutio dependet; & ideò aliqua de Nominis ſignificatione præmittemus, & poſteà rem ipſam examinabimus, & dilucidabimus.

Quænam ſit prima diviſio Divinæ Scientiæ?

SECTIO I.

Quænam in Deo Scientia Viſionis *nomine ſignificetur?*

TAmetſi parùm inter ſe differant Scriptores, non omninò conveniunt.

Cacherani ſententia.

Quoniam Dn. Joſephus Cacheranus, *in ſua Aſſertivæ Theologia to. 1. tract. 1. c. 6. §. 1. n. 5. pag. 305. b.* quia Scientiam Divinã univerſìm ſumptam in Intuitivã & abſtractivã immediatè diviſerat, ſuã, ipſius eſſentiam Deum intuitivè, videre aſſeverat. Ejus verba ſunt hæc. *Scientia Viſionis ſe extendit ad illud omne, quod exiſtit pro aliquâ differentiâ temporis. Et, quia Deus maximè eſt exiſtens, nec ſolùm pro aliquâ, ſed pro omni (immò ante omnem, & poſt omnem temporis differentiam) Scientiâ Viſionis Deus maximè fertur in ſe ipſum.*

An ne Viſionis Scientia attingat Eſſentiam Divinam?

Differentia, quæ contrahit Genus, non debet poſteà cõtrahere ſubalternam Cõſpeciem.

At quia hæc à Cacherano inſtituta Diviſio videtur procedere importunè & incongruè, nam illa Scientia, quam *Abſtractivam* nominat, eſt de objecto creato, & altera, quam *Intuitivam* dicit eſt de objecto ab Increati, & Creati differentiis præciſo. Et hanc ob rem Nos, qui in eam quæ Deum, & eam quæ Creaturas reſpicit, Scientiam Dei immediatè diviſimus; & eam, quæ Creaturas intelligit, in Simplicem Intelligentiam & Viſionem ſubdiviſimus, excludere Deum à Viſionis objecto, neceſſariò debuimus.

SECTIO II.

De Nomine.

XDII. Cur *Viſio* vocetur hæc Scientia?

SED cur *Viſio* appellatur hæc Scientia? Cacheranus. *Denominatur* Scientia Viſionis *à viſione corporeâ, cui ſolùm convenit attingere ea, quæ ſunt exiſtentia, & phyſicè præſentia videnti.* Unde hæc eſt inter Potentiam Viſivam, & Intellectivam differentia apud homines, quòd præſentia, quæ ob oculos noſtros exiſtunt, intuitivè videamus: futura autem & præterita, quia corporeis oculis intueri non poſſumus, illa intellectu abſtractivè intelligimus. At hæc Temporum differentia non habet locum in Scientiâ Viſionis Divinâ: non enim reſpectu Dei ſunt futura aut præterita; quæ enim reſpectu noſtri fuerunt, aut erunt, reſpectu Dei huic *nunc* Æternitatis ſunt præſentia, & ideò à Deo videri, & intelligi intuitivè dicuntur.

Præſentia per oculos intuitivè videmus, Præterita & Futura per Intellectum abſtractivè cognoſcimus.

Et hæc de nomine dixiſſe ſufficiat: ad rem veniamus.

SE-

SECTIO III.

Quàm certum ſit, dari in Deo hujuſcemodi Scientiam?

XDIII. Concluſio Aſſertiva eſt de Fide.

ESse in Deo Scientiam, quam vocamus *Viſionem*: Scientiam ſcilicet, quæ ad exiſtentes Creaturas terminatur, de Fide eſt. Eccleſiaſticus *cap.* 23. id expreſsè definit; ſcribit enim. *Sunt oculi Domini ſuper Solem multò plus lucidiores, ita ut non tantum corda hominum, intueantur in abſconditas partes*: ſed & (ut pſalm. 138. dicitur) *intelligant cogitationes noſtras de longè, & omnes vias noſtras prævideant*. Quam veritatem *Epiſt.* 2. *cap.* 1. reponit S. Petrus dicens. *Habemus firmiorem propheticum ſermonem*.

Ne negaret hominibus liberũ arbitrium, negavit Deo præſcientiam Cicero.

Et, ne negarẽt Deo præſcientiam, libertatem hominib° Lutherus, & Calvinus negarunt.

De hujus Divinæ Scientiæ, & liberi Arbitrii libertate diſputabatur Romæ Julii Cæſaris tempore, & Marcus Tullius Cicero, quia ſe deficiebat Ingenium, ut poſſet hæc duo conciliare & componere, Divinæ Scientiæ præjudicare maluit, quàm viliùs de humanâ libertate ſentire. Negavit ergo Deo Præſcientiam ne hominibus libertatem negaret. Quam Auguſtinus *libr.* 5. *de Civit. cap.* 9. opinationem recognoſcens, ſanctiſſimè & ſciriſſimè exclamat. *Ut homines Cicero faceret liberos, fecit ſacrilegos*.

Homines eſſe liberos in ſuis operationibus, de Fide eſt.

In eâdem procellâ, ſed aliter, Martinus Lutherus, & Joannes Calvinus paſſi fuerunt naufragium. Quoniam, cum Cicerone tenent, Præſcientiam Dei, & Libertatem voluntatis humanæ nõ poſſe conciliari & componi. Et ideò, ne ſacrilegii à Pontifice Hipponenſi appellentur, fuerunt aliter impii, humanæ voluntati Libertatem negantes.

Et abortum fecit uterque error, à ſuorum Autorum ignorantiâ. Qui enim neſciat Infallibilitatem à Neceſſitate diſtinguere, nunquam cum libertate humanâ Divina Decreta conciliabit.

Argumentum, quo convictus fuit Cicero.

Sanè hoc erat Marci Tullii Argumentum.

Præſcientia Divina certitudo (ſi hujuſmodi Præſcientia datur) imponit rebus neceſſitatem.

At homines ſunt liberi, & in operationibus ſuis, nullam neceſſitatem ſubeunt.

Ergo Deus actuum, quos homines liberè eliciunt, Præſcientiam certam & ſecuram non habet.

Et eidem fundamento inſiſtentes Lutherus, Calvinus, & noſtri temporis Novatores ſic arguunt.

Argumentum, cui Lutherus, & Calvinus dant manus.

Præſcientia Divina certitudo (ſi hujuſmodi Præſcientia datur) imponit rebus neceſſitatem.

At omnium actuum humanorum Deus habet certam & ſecuram Præſcientiam.

Omnes igitur actus humani ab hac ipsâ Divinâ Præſcientiâ ſunt prædeterminati, & neceſſitati:

Falſa ergo & impoſſibilia ſunt, quæ à Theologis de humanorum actuum libertate commemorantur.

Ejuſdem Argumenti Solutio.

Et negando Majorem ad utrumque Argumentum reſpondeo: non enim neceſſitatem, ſed infallibilitatem humanis actibus imponit Præſcientia Divina. Sola autem Neceſſitas, & non Infallibilitas opponitur Libertati.

SECTIO IV.

De Scientia Viſionis Objecto.

XDIV. Carent Theologi terminis, ut hanc Controverſiam decidant.

CUM inquiritur, *Quodnam ſit objectum creatum hujus Scientiæ Viſionis*. Plerique omnes eodem modo ſentiunt, & bene: & omnes eodem modo loquuntur, & malè. Quoniam terminorum defectu, quæ bene concipiunt, nequeunt congruè explicare.

De Scientia futurorum.

Profectò hæc Propoſitio, *Scientia Viſionis intelligit futura tantummodò*; eſt falſa. Et, ſi dicas, fuiſſe veram ante creationem Mundi; quia, ſi in inſtanti A, quod fuiſſet v. gr. mille annis ante creationem Mundi, hæc fuiſſet prolata Propoſitio, fuiſſet vera: quoniam reſpectu illius inſtantis A, eſſent univerſa futura. At id rotundè nego. Quoniam, ſtante hypotheſi, nõn omnia eſſent futura, quia illa Propoſitio, ut ſupponitur, tunc eſſet præſens, & à Deo per Viſionis Scientiam cognoſceretur. Ergo Deus per Scientiam Viſionis cognoſcit futura, ſed non illa tantummodò: ſed & præterita, & præſentia.

An adſignari poſſit inſtans reſpectu cujus omnes creaturæ eſſent futuræ?

Nunc, nec Præterita, neque futura exiſtunt.

Id ſciunt Autores (non enim in eis errat aut adlucinatur Intellectus) & ut pronuncient per iſtam Scientiam Deum, præterita, præſentia, & futura cognoſcere, dicunt, *Deum cognoſcere Creaturas, quæ exiſtunt in aliquâ differentiâ temporis*. At quia tantummodò Præſentia exiſtunt, has Propoſitiones, *Præterita exiſtunt, Futura exiſtunt*, Priſcianus, cui Critici adhærent, non tolerant.

An, cur fuerit neceſſarium Verbo Subſtantivo, ἀόριστον, tempus indeterminatum, & indefinitum addere?

Hanc ob rem coacti ſumus ἀόριστον (*tempus indeterminatum & indefinitum*) addere Verbo Subſtantivo: Tempus videlicet genericũ, abſtractumque à Præterito, Præſenti, & Futuro. Et hoc eſt, quod in quintâ eſſendi differentiâ *ſuperius num.* . . conſtituimus, & ſonare juſſimus, **Sum, ſus, ſut, ſumus, ſutis, ſunt**.

Ergo loquendo Metaphyſicè, & verba opportuna ex noſtrâ Novâ Dialecto ſumendo, dicendum eſt, Scientiæ Divinæ Viſionis Objectum *continere Creaturas, quæ* **Sunt** *in aliquâ differentiâ temporis*.

An, & in quo *ſunt*, & **Sunt** diſtinguantur.

Et, ne forte putes hanc Concluſionem eſſe eamdem, ac illam, quæ in omnibus legitur libris: advocato inter *Sunt*, & **Sunt**, magnũ eſſe diſcrimen. Quoniam *ſunt* pertinet ad linguam communem, & ſonat idem ac *exiſtunt*, &, de Præteritis & futuris nequit verificari. Verùm enimverò **Sunt** ad Dialectum Metaphyſicam pertinet, & ſignificat habere exiſtentiam in aliquo tempore indeterminato; quod ſit à Præterito, Præſenti, & Futuro, præciſum.

Reſolutio.

Stat igitur Scientiæ Viſionis eſſe objectum, *Creaturas, quæ* **Sunt**: aut aliter, & clariùs, *Creaturas* **Suntes**.

SE-

SECTIO V.

Vtra Scientia perfectior, clarior & explicatior ſit.

XDV. Vtrùm iſtæ duæ Divinæ Scientiæ differant claritate?

APUD D. Cacheranum *in ſua Aſſertiva Theologia tom.1.lib.5.cap.6 nu.5.§.Scientia pag.305.b.* hæc lego. [Non differt Simplex Intelligentia à Viſione in eo, quòd iſta ſit clarior, evidentior, & in lineâ Intellectionis perfectior, ſed in eo præcisè, quòd ſupponat ex parte objecti exiſtentiam, ſimplex intelligentia, non item: ut magis explicat Joannes à S. Thomâ *in 1.p. qu.14. diſp.18. art.1.n.10.& 11.&c.*]

Perfectio in realem & Rationis dividitur; & hæc in Rationis ratiocinatæ, & Rationis ratiocinantis ſubdividitur,

Interim ante Reſolutionem adnoto, Perfectionem trifariam poſſe conſiderari, videlicet, penès rem, penès rationem ratiocinatã & penès rationem ratiocinantis. Eſt una res perfectior alterâ ſecundum rem, quando ab omni mentis apprehenſione, & operatione præſcindendo, perfectione aliam ſuperat. Et tale eſt Aurum reſpectu aliorum metallorum, reverâ enim eſt univerſis nobilius. Et eſt una res perfectior alterâ ſecundum rationem ratiocinatam, quando ab hominibus judicatur perfectior. Et ſic olim apud Romanos Argentum erat nobilius Auro, hac enim illi apprehenſione præoccupabantur. Et eſt denique una res perfectior alterâ ſecundum rationem ratiocinantis, quando exceſſus ſe tenet ex parte noſtri intellectûs: hoc eſt, quando una res perfectiùs cognoſcitur, quàm altera. Et ſic in Geometriâ, & realiter, & ſecundum rationem ratiocinatam Circulus eſt perfectior Triangulo: ſed tamen ſecundum rationem ratiocinantis eſt Triangulus perfectior Circulo, nam perfectiùs cognoſcitur: ſcimus enim in Triangulo præcisè, quæ ſit Diametri ad Circumferentiam proportio, & quanta futura ſit Area quadrata, quæ ejus Aream exæquet: &c. quæ tamen in Circulo abſolutè ignoramus.

Membra dividentia explicantur,

Vnde, & quo Triangulus ſenſu Circulo ſit præſtantior?

Hac doctrinâ præmiſsâ, ſequentes Concluſiones conſidera. Et erit

XDVI. De Simplicis Intelligentiæ, & Viſionis Scientiis, realiter conſideratis.

PRIMA: *Hæ duæ in Deo Scientiæ, realiter loquendo, æquè perfectæ, æquè claræ, & explicitæ ſunt.* Et hanc ob rem, qui de Perſonis Sanctiſsimæ Trinitatis dixit, *Et in hac Trinitate, nihil prius, aut poſterius; nihil majus, aut minus; ſed totæ tres Perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales*, dixiſſet, ſi de Scientiis his Divinis diſſereret, *Et in his duabus Scientiis, non enim realiter diſtinguuntur, neutra prior, aut poſterior; neutra major, aut minor: ſed in perfectione, claritate, & explicitate, ipſæ ſibi ſunt coæternæ, & coæquales.*

De iiſdem Scientiis ſecundũ rationem ratiocinatam perpenſis.

SECUNDA. *Iſtæ duæ Divinæ Scientiæ, ſecundum rationem ratiocinatam conſideratæ, æquè etiam perfectæ, æquè claræ, & explicitæ ſunt.* Et probatur: quia non videtur illas S. Thomas ratione ratiocinatâ diſtinguere, & ſublatâ hac diſtinctione non tribuet diverſa prædicata ratio ratiocinata. Præterea, contra ea, quæ ratione ratiocinatâ Deo attribuuntur, ſemper militat hoc Argumentum: *Si hæc charta haberet nigredinem, eſſet nigra. At Petrus concipit eam habere nigredinem. Ergo Petrus concipit eam eſſe nigram.* Cui per omnia eſt iſtud ſimillimum, *Si in Deo unus actus eſſet perfectior altero, Deus non eſſet infinitè perfectus. Sed qui concipit Scientiam Viſionis eſſe perfectiorẽ Scientiâ ſimplicis Intelligentiæ, concipit in Deo unum actum eſſe perfectiorem altero. Ergo & ipſe concipit Deum non eſſe infinitè perfectum.*

Rationis ratiocinatæ imperfectiones Deo adſcenſeri non poſſunt.

De iiſdem Scientiis recognitis ſecundum rationem ratiocinantem.

TERTIA. *Hæ duæ Scientiæ ſecundum rationem ratiocinantis conſideratæ, non ſunt æquè perfectæ, nec æquè claræ, nec æquè explicitæ.* Aliter: *Eadem Divina Intellectio, ſimplex intelligentia, & viſio dicitur. Vocatur autem priori nomine, quando minùs perfectè, minùs clarè, & minùs explicitè concipitur. Et poſteriori deſignatur vocabulo, quando à nobis perfectiùs, clariùs, & explicatiùs intelligitur.* Ergo tota hæc varietas, & inæqualitas, ſe tenet ex parte Intellectûs humani, non verò ex parte Intellectûs Divini.

Differunt claritate iſtæ Scientiæ, non quòd una ſit clarior quàm altera; ſed quòd una à nobis clariùs cognoſcatur, quàm altera.

Et certè, ſi oculos aperire velimus, totam hanc diverſitatem, quæ inter has duas Divinas Scientias ponitur; ſe tenere ex noſtræ Mentis parte, indubium eſt: non enim in Deo eſt una Intellectio, quæ eſſentias ab Exiſtentiis præciſas attingat; & altera, quæ ad Eſſentias exiſtentiis affectas terminetur. Sed una, & eadem intellectio utraſque (Eſſentias, & Exiſtentias) percipit. Sed differentia reperitur in nobis, qui fatemur Divinam Intellectionem Eſſentiam Petri, & ejus Exiſtentiam attingere, & poſteà illam dupliciter conſideramus. Vel enim illam conſideramus ut Eſſentiam Petri, & Exiſtentiam Petri attingentem; & tunc illam dici *Viſionem* volumus: Vel Nos ab exiſtentiâ præſcindentes, conſideramus illam ut terminatam ad Eſſentiam, & tunc ipſam *Intelligentiam Simplicem* Nos appellamus.

N. B. Non dicimus Deum per Scientiam Simplicis Intelligentiæ eſſentias cognoſcere ſine exiſtentiis; ſed à nobis intelligi cognoſcere eſſentias, & à nobis non intelligi cognoſcere exiſtentias.

SECTIO VI.

Vtra plures Creaturas cognoſcat; Viſio, an Simplex Intelligentia?

XDVII. Creaturæ poſſibiles plures ſunt, quàm Creaturæ **Sentes** *(exiſtentes in aliqua differentia temporis.)*

VIderètur expedita Reſponſio. Quoniam poſset quis dicere, plures à Deo per Simplicem Intelligentiam, & pauciores Creaturas per Viſionem cognoſci. Et poſset id probare ſic. Per Viſionem intelligit Creaturas Deus, **ſentes** *exiſtentes*, quas de facto creavit: per ſimplicem intelligentiã Creaturas **ſebiles**, *poſſibiles, exiſtentiabiles*, quas poteſt producere. At iſtæ plures illis ſunt. Ergo per ſimplicem intelligentiam plures Creaturas Deus, & pauciores per Viſionem cognoſcit. Probatur Minor. Creavit enim univerſa Deus, *in pondere, numero, & menſurâ*. At omnia creata Corpora, habent finitum pondus, & Creabilia infinitum. Iſte productus Mundus habet determinatum magnitudinis terminum, & alii producibiles Mundi non habent magnitudinis terminum determinatum. Et denique, *qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat*, ſcit Creaturas univerſas productas determinato numero contineri, & tamen creabiles, & producibiles nullo numero includi, ſed eſſe prorſus innumerabiles.

Omnes Creaturæ **Sentes** *(exiſtentes)* ſunt finitæ.

Stellæ habent numerum determinatum.

Confirmatur. Omnes Creaturæ **ſentes** *(exiſtentes)* **ſunt** *(habent eſſentiam)* non autem

con-

Creaturæ **Santes** & **Sentes** inter ſe comparantur.

contrà: non enim omnes Creaturæ **ſantes** (*habentes eſſe quidditativũ*) ſunt **ſentes** (*habentes eſſe exiſtentiale.*) Ergo plures ſunt Creaturæ **ſantes**, & pauciores sũt Creaturæ **ſentes**. At illæ Simplicem Intelligentiam, & Viſionem hæ terminant. Ergo plures Creaturas Intelligentia Simplex, & Viſio pauciores attingit.

His tamen non obſtantibus, quæ primo intuitu irrefragabilia viderentur, ſit noſtra

Conclusio. *Eaſdem Creaturas (nullâ demptâ, vel additâ) quas Simplex Intelligentia, Viſio Divina attingit.* Demonſtratur. Primò enim Ego [*] præſcindens à Decreto, conſidero Divinam Intellectionem ad Eſſentias rerum terminari. Et tunc Divinam illam Intellectionem *Simplicem Intelligentiam* nomino, & intellectas illas Eſſentias appello *Creaturas poſſibiles*. Poſteà conſidero Decretum, per quod Deus his Creaturis poſſibilibus exiſtentiam impertitur, eamque cæteris denegat. Hinc progredior ulteriùs, & Creaturas **ſuntes**, & **Non ſuntes** (*habentes, & Non-habentes exiſtentiam*) cum **ſantibus** (habentibus eſſentiã) hoc eſt Poſſibilibus comparo. Et quoniam poſt Decretum nulla eſt Creatura **ſans** (poſſibilis) quæ non ſit **ſuns** vel **non ſuns**: concludo, quòd Creaturæ **ſuntes**, & **non-ſuntes** ſimul ſumptæ, & Creaturæ **ſantes** ſunt eædem. Stat ergo eaſdem omninò Creaturas per utramque Scientiam attingi: nam per Simplicem Intelligentiam attinguntur **ſantes** (*poſſibiles*) per Viſionem verò non ſolùm **ſuntes** (*exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis*) *ſed etiam* **non-ſuntes** (*exſtituras in nullâ differentiâ temporis*) Quia ſicut Creaturæ **ſuntes**, ſuũ **ſure** poſt decretum participant: ſic Creaturæ **non-ſuntes** (& iſtæ ſunt, quæ dicuntur *purè poſſibiles*) ſuum **non-ſure** à decreto recipiunt.

*] Deus non præſcindit eſſentias ab exiſtentiis; ſed homo in intellectione Divina, quæ utraſque attingit, unam ab altero terminum, aut objectum præſcindit.

Objectum Simplicis Intelligentiæ ſunt Creaturæ **Santes**: & objectum Viſionis ſunt **Suntes**, & **non Suntes** ſimul.

Non ergo plures Creaturæ à Simplici Intelligentiâ quàm à Viſione attinguntur.

Creaturæ **Santes**, non ſunt plures quàm **Suntes**, & **non Suntes** ſimul ſumptæ.

Nec urgent Rationes in contrarium adductæ: illæ enim demonſtrativè probant, Creaturas Poſſibiles eſſe plures Futuris: at non probant eas eſſe plures Futuris, & Non-futuris ſimul ſumptis. Hæ enim (Futuræ, & Non-futuræ) ſimul ſumptæ objectum Divinæ Viſionis conſtituunt.

SECTIO VII.

An-ne Præſcientia ſit Attributum Characteriſticum Divinitatis?

An-ne ille, qui Exod. 3. d. *apparuit Moyſi & ad Pharaonem legavit, ſe eſſe Deum evidenter probaverit?*

XDVIII. Deus, in hoc *nunc* æternitatis eſt præſens univerſis temporibus. Et hanc ob rem [N. B.] omnia tempora (Præterita, Præſentia, & Futura) non *ſunt*, ſed **ſunt** præſentia Deo, & huic *nunc* æternitatis.

DEO (centies dixi; & adhuc me multi legunt, & mecum loquuntur, & hanc Veritatem Fundamentalem non intelligunt) nihil futurum eſt. Ergo, quandò Deus dicitur noſſe futura, agitur de iis, quæ reſpectu noſtri ſunt futura, non verò de aliquibus, quæ futura ſint reſpectu Dei. Quoniam Antichriſto, qui nobis eſt futurus, Deus **ſyt** (*eſt præſens in hoc* nunc *æternitatis*) & ipſe tametſi hoc *nunc* temporis non ſit præſens Deo, quia in hoc *nunc* temporis **non ſet** (*nõ eſt, & non exiſtit*) tamen in ſuo *tunc* [N. B.] in ſuo tempore **ſut** (*eſt præſens*) Deo, **ſynti** (*exiſtenti in hoc* nunc *æternitatis.*)

Ergo, quia ſolus Deus eſt præſens & intuetur futura, *futura præſcire, & præcognoſcere*, eſt propriiſſimus & ſingulariſſimus Divini Intellectûs character. Eſt ergo bona Conſequentia. *Datur Prophetia. Ergo datur Deus.* Et hoc Argumento *lib. 2. contra Marcionem* utitur Tertullianus, pronunciat enim Numinis Supremi exiſtentiam, tot habere teſtes, tot probationem, & tot demonſtrationes, quot Prophetas. Et hanc Veritatem, ut manifeſtam, & indubitatam ſupponens, exclamat Propheta Iſaias, *Adnunciate, quæ ventura ſunt & dicemus, quòd Dii eſtis Vos.* Et apud eumdem Prophetam ait ipſemet Deus, *Ventura interrogate me.*

Iſaia 42.

Iſaia 45.

Hinc lux, ut intelligatur quidam Sacræ Scripturæ locus, quem apud nullum Interpretem legi benè explicatum. Quia, cùm pauci Criticâ (ſeu Grammaticâ Speculativâ) delectentur; pauci, (& ſanè perpauci) ſunt, qui in Sacræ Scripturæ Textibus rigorem Contextûs percipiant, & illum proponere, & exponere valeant. De hoc argumento *in noſtri Pandecta Philoſophici libr. 2. diſſert. 1. ſect. 5. ſubſect. 9. num. 264. pag. 82. b.* accuratè diſſerui: ſed quia occaſio & tempus poſtulant, ut eadem impræſentiarùm reponatur doctrina, illam (pauculis verbis uberioris, & clarioris doctrinæ gratiâ interjectis) repono.

Locus Sacræ Scripturæ difficilis dilucidatur.

Magni Theologi interdum ignorant Grammaticam Speculativam.

Indicativi Futurum vices nonnunquam Imperativi gerere certum eſt: attamen indubium etiam eſt, hunc Canonem generalẽ non eſſe, & graviſſimas in Theologiâ Quæſtiones ab Imperativi, & Futuri diſcretione pendere. Poſſem profectò in hujus Aſſerti approbationem producere locus non paucos, ſed qui diffundi nequeo, unicum propono ſolummodò. Dabo unum locum tantùm (*Exod. 3. d.*) in quo ſi Critica in ſubſidium vocetur, qui Moyſi loquitur, *ſe eſſe verum Deum* evidenter perſuadeat. Illum propono. Dixit Dominus ad Moyſem. *Clamor filiorum Iſraël venit ad Me, vidique afflictionem eorum, quia ab Ægyptiis opprimuntur. Sed veni: mittam te ad Pharaonem, ut educas Populum meum* (*Filios Iſraël*) *de Ægypto*. Et ad hæc ille verba tenuitatis & inſufficientiæ propriæ conſcius, obſtupuit; dixitque; *Quis ſum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſraël de Ægypto.* Quoniam, ſi perſonas componam Pauper, humilis, & vilis homuncio Ego ſum: Pharao verò Monarcha ditiſſimus, & potentiſſimus. Et, ſi conſiderem rem ipſam, opus mihi impoſſibile injungitur, quod poſtularet Regias & privati hominis vires excedit. Et tunc ad Moyſem Deus. Nihil eſt impoſſibile homini, quem fulſit Aſſiſtentia Divina. Ego ſum Deus. *Ego ero tecum.* Et, ne ſubdubitare velis, utrùm ego ſim Deus? *hoc habebis ſignum, quòd* (Ego Deus) *miſerim te.* Sed quod quæsò ſignum, ut eo poſito, exceſſe debeat omnis falſitatis, aut erroris ſuſpicio. Illud exhibet Dominus dicens. *Cum eduxeris Populum meum de Ægypto, coletis Deum ſuper Montem iſtum.*

Futurum Indicativi interdum pro Imperativo uſurpatur.

Hic graviſſima Difficultas oritur, & diſſolvitur.

ID. Recenſetur Hiſtoria.

Et hoc ne eſt illud ſignum, quo qui loque-

Google

batur, ſe eſſe Deum erit demonſtraturus? Verba hæc profectò legit Lucianus quidam, & genio indulgens ſuo murmurat, & ſic inquit. [Si Deus eſt, qui loquitur, non poterit in Dialecticæ legibus allucinari. At eum deficit harum legum notitia. Non ergo eſt Deus]. Perſuadetur Aſſumptio. [Quoniam erat Propoſitio probanda, *Ego ſum verus Deus* Signum, aut medium, quo illa probatur, eſt, *Colite Deum (ſacrificate Deo) ſuper hoc monte*. At etiam Dæmon ſub Beli (Baal) aut cujuſcumque alius falſi Numinis nomine poſſet ſimilia verba dicere, & hoc ipſum præceptū Moyſi imponere. Hoc ergo ſigno ſe eſſe Deum, qui loquitur, non demonſtravit.] Et hanc objectionem Lucianus hoc exemplo confirmat. [Legat Thebarum Regulus ad Archontem Macedonum Philoſyrium Interceſſorem belli, & pacis. Se eſſe, quem dicit, debet probare Philoſyrius, & ait Archonti, [Non confero ego literas, quas credentiales vocant, ſed ſine illarum ope demonſtrabo me eſſe Principis Thebani Legatum. Fac ergo, quod tibi præcipio his verbis. *Sede in ſolio*.] An-ne his illis verbis qualitatem ſui muneris ſufficienter probavit? Minimè, minimè. Ergo, qui loquebatur Moyſi, hoc vel illud jubendo, per verba, quæ à Falſo dici poterant, ſe eſſe verum Deum non demonſtravit.]

Cujuſdam Luciani Argumentum proponitur.

In Deum nulla ignorantia poteſt cadere.

Belus Babylonia Rex erat, qui ſub Baal nomine ab Iſraelitis colebatur.

Quicumque Legatus literas debet producere, quib⁹ ſe eſſe, qualem dicit, perſuadeat.

Qualis Lucianus fuerit?

Reſpondeo autem Lucianum olim fuiſſe Numinum contemptorem, ſed tamen ingenioſum, & eruditum fuiſſe, & ſolere à Criticæ cognitione penitiori laudari. Sed addo nihilominus, eum, qui impræſentiarùm, ſub ejus nomine contra Sacras Literas argumentatur, allucinari æquivocatione Grammaticâ, non enim illa Domini verba, *Cùm eduxeritis populum meum de Ægypto, coletis Deum*, (ſacrificabitis Deo) *ſuper monte iſto*, habent vim Imperativi; ſed formâ & virtute ad Indicativum ſpectant.

Pendet Reſolutio Theologica à deciſione controverſiæ Grammaticæ. An verba Dei ad Indicativum, an verò ad Imperativū pertineant?

Sanè nihil omninò probarent, ſi ad Imperativum pertinerent; meritò enim irrideretur, qui tibi diceret, *Ego ſum Dei Propheta (aut Regis N. Legatus) & ut tenearis credere, pronuncio hoc verbum*, Sede, *&c.* Ergo ſi eſſent Imperativi, Lucianus efficaciter argumentaretur. At ſunt Indicativi, & hanc ob rem allucinatur, & exorbitat.

Solus Deus futura contingentia cognoſcit.

Solus Deus poteſt illa prædicere.

Illis profectò verbis in Indicativo relictis, illius, qui loquebatur Moyſi, Divinitatem demonſtrari, perſuadebo clariſſimè. Ergo attende. [Solus Deus (ut ex D. Thomâ 2. 2. *qu.17. art.3.* Caſſiodorus, & alii Doctores ſcitè aſſerunt) poteſt Contingentia Futura immobili veritate prædicere, ait enim Iſaias 41. 23. *Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quòd Dii eſtis vos.* Illius igitur, qui alloquebatur Moyſè verba ad hanc paraphraſim debent reduci. [Soli Deo verò futuri hominum actus præſentes ſunt. Solus eos præſcit verus Deus. Et ſolus verus Deus poteſt illos prædicere. Ergo, ſi tibi, vel unum actum liberum, qui futurus ſit, revelavero, me eſſe verum Deum manifeſtè perſuaſero. At dico (auſculta) te eſſe hominem liberum, indifferentiâ arbitrii præditum. Poteris igitur educere, vel non educere de Ægypto populum. Poteris hac, vel illac tranſire. Poteris hic aram erigere, vel non erigere; & in erectâ ſacrificare vel non ſacrificare. Et tamen tibi, quæ liberè facturus es, ineffabili veritate prædico. *Educes* (N.B.) *populum meum de Ægypto: eundemque hàc (per hunc montem) deduces. Ipſum hic ſiſtes; hic aram eriges; hic Deo ſacrificabis.*] Stat igitur eum, qui Moyſi loquebatur, ſe eſſe Deum clariſſimè, & certiſſimè demonſtraviſſe.

N. B.
Hinc patet cur hoc in loco dicat Deus, Ego ſum ERO? *Sanè non dixit,* Ego ſum FUI: *quia homines ſcire poſſunt præterita, & ſe in præterito tempore eſſe mentiri: at non poſſunt dicere eſſe in futurò; quia, cùm futura omnino neſciant, ſi hoc dixerint, mendacii ſtatim convincentur.*

SECTIO VIII.

Caſtigatur aliquorum Theologorum calamus, qui in aliquibus circumſtantiis à noſtrâ doctrinâ diſſentiunt.

D.

Quæ in mediocriter docto ſunt tolerabilia, in Viro Magno non poſſunt tolerari.

LEves nœvos objicere, laudare ſit; quia cùm nemo careat imperfectionibus, ille feliciſſimus cenſendus eſt, qui præpeditur paucis. Accedit, quòd leves negligentiæ, quæ in mediocris Ingenii Scriptoribus debent tolerari, & neſciri, non debent ingenioſis & magnis ſine reprehenſione permitti, quos enim ſuſpicimus & veneramur, ſine examine imitari ſolemus, ſupponentes, illos nunquam erraſſe. Honoris ergo gratiâ aliquos Scriptores producam, quorum Sententiæ fortaſſis aliorum opinione erunt bonæ, at mihi diſplicent, quoniã in nonnullis meas apprehenſiones & reſolutiones nõ exæquant. [Et his recenſendis nullum ſervabo ordinem, ſed illos priùs referam, qui priùs occurrent.]

Inferiores Majorum ducuntur, & interdū ſeducuntur exemplis.

P. Joannes de el Alamo.

Quo modo Scientiæ Divinæ inter ſe diſtinguantur?

QUia tametſi de Scientiarum numero & diviſione, quæ hucuſque dicta viderentur ſufficere, quia nos nec realem, nec ex naturâ rei, nec rationis ratiocinatæ inter ipſas diſtinctionem admittimus, ſed omnem differentiam ad externa connotata rejicimus, & ad rationem ratiocinatam revocamus, primo loco ponemus Sententiam P. Joannis de el Alamo, qui ut videatur loqui & ſentire cum Doctore ſubtili *in 1. diſtinct. 35. contr. 4.* inter alia ſic ſcribit.

Deum habere Intellectum, manifeſtâ demonſtratur ratione; At illa non eſt, quam Thomiſtæ ex immaterialitate deſumunt; ſed quæ in Infinitate fundatur, Omnis enim perfectio reperitur in Deo; &, quia intelligere eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, in Deo reperitur formaliter. Vide Magiſtrum *in 1. diſtinct.* 35. & S. Thomam 1. *part. quæſt.* 14. *artic.* 1.

Verùm Deus ſit intellectivus?

Concluſio affirmativa perſuadetur.

Primarium Scientiæ Divinæ Objectum eſt Natura Divina: & Secundarium omnia, quæ à Deo realiter diſtinguuntur includit. Ergo fundamento ab objecto deſumpto, Scientia Dei in Primariam & Secundariam debet dividi: ita, ut ſint in Deo duæ Scientiæ ex rei naturâ diſtinctæ, quarum priori, ſe ipſum cognoſcat Deus; poſteriori autem alia à ſe contempletur.

De Scientiæ Divinæ objecto primario & ſecundario.

Hæc Secundaria Scientia in Simplicem Intelligentiam & Viſionem dividitur: quæ ſimiliter ex naturâ rei inter ſe diſtinguuntur. Per priorem neceſſariò, & ab omni decreto Voluntatis Divinæ præſcindendo, cognoſcit & intelligit Deus illud eſſe quidditativum,

Verumne Scientiæ Divinæ ex natura rei inter ſe diſtinguantur?

quod

Digitized by Google

Non-entia, & Impoſſibilia Deus cognoſcit.

quod habent entium, Nonentium, Rerum Poſſibilium & Impoſſibilium Veritates. Per poſteriorem accedente decreto Voluntatis Divinæ, quæ eſt Creaturarum univerſarum Cauſa; entium, Non-entium; rerum Bonarum, & Malarum; Poſſibilium & Impoſſibilium Veritates cognoſcit.

P. Alami proponuntur Aſſerta.

Tria, ut video, aſſerit Alamus; Primum, *Deum eſſe Intellectivum non bene per immaterialitatem probari*. Secundum, *Scientias Divinas ex naturâ rei diſtingui & diſcerni inter ſe*. Tertium. *Cauſam rerum eſſe Voluntatem Divinã*. Et Ego, ex his tribus ejus Aſſertis, nulli aſſentior.

DI.

Verùm ſit bona Conſequentia, *Deus eſt immaterialis. Ergo eſt intellectivus?*

NON Primo; quia Dictum Alami laborat æquivocatione: non enim bene intelligit conceptum Immaterialitatis. Et hanc ob rem, cùm Scotiſtæ, ubi Thomiſtas impugnare conantur, tum etiam ipſimet aliquando Thomiſtæ, æquivocatione præpediuntur.

Negat Arriaga.

P. Rodericus Arriaga *tom.*1.*in* 1.*part.diſput.* 15.*ſect.*1.*ſubſect.*1. *&* 2. tuetur Sententiam Alami [Quia immaterialitas conſiſtit in negatione materiæ, ſeu quantitatis. Hec autem negatio æqualis eſt in Deo & in Angelis. Ergo major vis cognoſcitiva Dei non provenit ex Majori immaterialitate. Confirmatur. Quoniam ex contrario forma Cæli non magis eſt materialis, quàm anima vermis: cùm tamen hæc, non verò illa ſit cognoſcitiva, &c.]

De Materialitate, Senſibilitate, & Intellectualitate, ſeu Spiritualitate. Quid ipſę ſint?

Hæc ratio, propoſita ab Arriagâ, non urget: nam pura Materialitas opponitur puræ Intentionalitati, quæ dicitur Spiritualitas, ſeu Intellectualitas; inter quas interjacet Senſibilitas, quæ eſt quædam impura & imperfecta Intentionalitas. Materialitas igitur conſiſtit formaliter in negativo: nam pura Materialitas eſt puræ & impuræ Intentionalitatis; hoc eſt; Intellectualitatis & Senſibilitatis, negatio.

Dn. Redingus affirmat.

Quam ob rem iſta Thomiſtarum Concluſio, [*Hæc Conſequentia*, Deus eſt ſummè immaterialis, Ergo eſt ſummè cognoſcitivus, *omninò tenet*.] quam nos docent communiter Thomiſtæ, & in ſpecie Dn. Auguſtinus Redingus *tom.*1.*in* 1.*part.qu.*5.*art.*1.*pag.*143. *b num.*7. æquipollet huic [*Hæc Conſequentia*. Deus eſt ſummè Intellectualis, & Spiritualis, Ergo eſt ſummè intellectivus *eſt bona*.] Et eſt tam bona; ut, ſi Cenſuræ debeat ſubjici, dici identica poterit, quin nævus (ſiquis eſt) contra veritatem non militat.

An hæc ipſa Conſequentia ſit identica?

Reponitur Argumentum Arriagæ.

Progrediamur ulteriùs; ſupponenteſque voces *Pura Immaterialitas*, & *Pura Intentionalitas*, nec non *Spiritualitas*, eſſe ſynonymas & æquivalentes, Argumentum Arriagæ reſcribamus. Ergo dicamus ſic. [Immaterialitas formaliter conſiſtit in Intentionalitate. Hæc autem æqualis eſt in Deo, & in Angelis. Ergo major vis cognitiva [*] Dei, non provenit ex majori Intentionalitate: Confirmatur. Quoniam è contrario forma Cæli non magis eſt materialis (non intentionalis) quàm Anima vermis: cùm tamen hæc, non verò illa ſit cognitiva, &c.]

] Cùm verbi Cognoſco ſupinum ſit cognitum, & non cognoſcitum. debet eſſe Verbale potentiale Cognitivus, *& non* Cognoſcitivus.

In Brutis, Hominibus, Angelis, & in Deo Intentionalitas eſt inæqualis.

Argumento autem, verbis iſtis repoſito, reſpondeo concedendo Majorem, & Minorem negando, quia major eſt Intentionalitas in Homine, quàm in Bruto: in Angelo, quàm in Homine. Et, quia in Deo eſt infinita Intentionalitas, & in Angelis eſt tantùm finita, infinities erit major Intentionalitas Divina, quàm Angelica. Et ad Confirmationem nego formam Cæli & vermis Animam eſſe æquè materiales; hoc eſt, æquè non-intentionales; quia Cæli forma nullam habet intentionalitatem, & ideò eſſe dicitur purè materialis. Anima verò vermis habet intentionalitatem imperfectam, quæ non attingit perfectionem ſpiritualitatis, & ideò ne eſt purè materialis, nec purè intentionalis, ſed quid medium, quod dici poterit mixtum & imperfectè Intentionale.

Clarior & expeditior videtur hæc Reſponſio, quàm illæ quæ in libris leguntur, quæ etſi in Subſtantiâ non diſſentiant à noſtrâ, videntur primo adſpectu difficiles, quoniam verbis diſſentaneis formantur. Audiri itaque Redingus poterit, qui *loc.cit.* ſic infit. [Ad Arriagæ oppoſitum reſpondetur, Immaterialitatem non tam conſiſtere in negatione quantitatis ſeu materiæ, quàm in purificatione à potentialitate, ſeu elevatione ſupra materiam, cujuſmodi purificatio ſeu elevatio *formaliter* importet rationem poſitivam ſpecialis cujuſdam actualitatis. Etſi verò nulla ex creatis ſubſtantiis habeat omnimodam in eſſendo actualitatem; ſpirituales tamen, cùm ex eſſe dumtaxat & naturâ, non verò ex materiâ & formâ ſint compoſitæ, magis depuratas eſſe à potentialitate, imò in ratione naturæ eſſe actus, ſeu formas ſimplices, tametſi in ratione exiſtentis, ſeu Subſiſtentis dicant aliquam compoſitionem, atque adeò potentialitatem. Quocirca ſine fundamento chimæricè ſupponi ab Arriagâ, quòd Deus, & Angeli ſint in æquali gradu Immaterialitatis.]

DII.

De Divinarum Scientiarum diſtinctione.

NON aſſentior Secundo, Quia in Deo omnia ſunt idem, ubi non obviat notionalis, & perſonalis Relationis oppoſitio. Ergo inter Scientias, ſiquidem illas hujuſmodi non diſpeſcit Relatio, nulla debet eſſe diſtinctio intrinſeca, quæ ſe teneat ex parte Dei: bene autem extrinſeca, quæ ſe teneat ex parte Intellectûs humani, & à connotatis deſumatur. Ergo Scientiæ iſtæ Divinæ, non diſtinguuntur realiter inter ſe, Ergo nec ex naturâ rei, Ergo neque per rationem ratiocinatam, quoniam illæ duæ priores ponunt, & hæc tertia cogitat imperfectionem in Deo.

An, & quando in Deo omnes formalitates identificentur inter ſe?

Scientiæ Divinæ, habent plura nomina, & pluros terminos ſeu connotata; ſed ſunt una ſimpliciſſima res?

Ergo iſtæ Scientiæ per rationem ratiocinantem hoc eſt, per rationem humanam, illas ad diverſos terminos comparantem diſtinguuntur: eadem enim Intellectio Divina, prout Divinam attingit eſſentiam, dicitur Αὐτοσοφία, prout Creaturas Santes & Sebiles (habentes actu eſſe quidicativum, & eſſe exiſtentiale in potentiâ) *Simplex Intelligentia* nominatur; & prout Creaturas Sentes, & Suntes (exiſtentes in aliquâ temporis differentiâ) intuetur, *Viſionis* nomine indigitatur.

Autores qui de Dei Simplicitate ſpecialiter diſputant.

Vide quæ D. Thomas 1.*part.qu.*3. *per totam.* D. Bonaventura *in* 1. *diſt.*8.*par.*2. *qu.*2. Scotus *eâd. diſt.*8.*qu.*2.*nu.*2. Albertus Magnus *in* 1.*part. Summ.tract.*4.*qu.*20. *membr.*3. §. *in contrar.* nec non Redingus *tom.*1.*in* 1.*part.qu.*3.*art.*1. *controverſ.* 1. *pag.* 73. & alii Veteres, & Recentiores

res Theologi diſſerunt *de Simplicitate Divinâ*.

DIII. *Intellectus & non Voluntas in Deo res omnes ad extra efficienter producit.*

ET denique non aſſentior Tertio; non enim in Deo Voluntas, ſed Intellectus per Voluntatem applicatus, eſt Cauſa rerum. Nam ſicut quando ego has lineas ſcribo, ſunt tres Virtutes, quæ ad iſtam Scriptionem concurrunt. Voluntas, quæ imperat; Intellectus, qui dirigit; & manus, quæ exſequitur, ab ipſomet Intellectu directæ. Et tunc hæ tres virtutes realiter inter ſe diſtinguuntur. Sic quando unum mentalem Syllogiſmum conformo: datur Voluntas, quæ imperat; Intellectus, qui dirigit; & Intellectus, qui à ſe ipſo directus, exſequitur rem imperatam. Et tunc Cauſa Dirigens & Effectrix eſt eadem; videlicet, ipſemet Intellectus. Et aliquid ſimile habemus in Intellectu Divino. Quoniam in Deo Omnipotentia (Virtus Creativa & Productiva) eſt Intellectus: illum Divina Voluntas applicat & determinat: & ipſe ſecundum Ideas rerum, quas præhabet, Eſſentias poſſibiles, ut exiſtentes cognoſcendo, producit.

Intellectus in Deo eſt Omnipotentia.

Ita ſtatuunt Ariſtoteles, D. Thomas, & alii.

Ita Ariſtoteles 12. *Metap. cap.* 2. qui *libr.* 3. *de Anim. text.* 4. Anaxagoram citat, Philoſopho ſubſcribit S. Thomas 1. *part. qu.* 14. *art.* 17. *& in* 1. *diſt.* 38. *qu.* 1. Et 1. *contra Gentes cap.* 62. & *qu.* 2. *de Verit. art.* 14. quem ſui ſequuntur Diſcipuli, ut Salmanticenſes *in* 1. *part. tract.* 2. *diſp.* 5. *dub.* 3. §. 2. Alvarez *de Auxiliis libr.* 2. *diſput.* 17. & alii Viri docti teſtantur. Conſentiunt Vaſquez *in* 1. *part. diſput.* 102. *cap.* 3. Didacus Ruiz *de provident. diſp.* 3. *ſect.* 9. *num.* 2. *art.* 1. Et probatur hæc Veritas Sacræ Paginæ teſtimoniis clariſſimis. Proverb. 3. *Dominus Sapientiâ fundavit Terram.* Pſalm. 103. *Omnia in Sapientiâ feciſti.* Pſalm. 135. *Qui fecit Cœlos in intellectu.* In quibus litera ſervilis ב, *Beth*, quæ Præpoſitionis vim habet, & à Vulgato dicitur eſſe *in*, ab aliis interpretatur *per*.

An ipſa Dei Voluntas ſit Cauſa rerum productiva?

CONTRA hanc noſtram & communem Sententiam, Voluntatem Divinam eſſe rerum **Sentium**, & **Suntium** Effectricem Cauſam; hoc eſt Omnipotentiam, aſſerit Alamus, Henrico, aut etiam, ſi volueris, Scoto, & multis Antiquis & Novitiis ſubſcribens: ſuamque Sententiam Sacræ Scripturæ teſtimoniis, & verbis Patrum Antiquorum confirmat. Quoniam Pſalm. 121. cecinit Rex Propheta, *Omnia, quæcumque voluit Dominus, fecit in Cœlo, & in terrâ*. Et ad Epheſ. 1. *Operatur omnia ſecundum conſilium Voluntatis ſuæ.* Et his textibus Alami definiri Sententiam conſtat ex S. Leone Papâ, qui *ſerm.* 2. *de Nativit.* ſic infit. *Deus cujus Natura Bonitas, cujus Voluntas, Potentia, &c.* Et conſonat S. Auguſtino, qui *libri Meditat. cap.* 29. ait. *Cujus Voluntas opus, cujus velle poſſe eſt.* Et ſimilia apud alios Patres leguntur.

Vtrùm Sacra Scriptura, & Patres faveant Aſſerenti Sententiæ?

An unum & idem in Deo ſit Natura & Bonitas?

Placet addere pauca verba ex D. Thomâ, ut meliùs hæc ſententia Alami intelligatur. Nam *qu.* 2. de *Verit. art.* 8. Sanctus Doctor ſic ſcribit. *Accomodatius dicitur, quod Deus intueatur Poſſibilia in ſuâ Bonitate, quæ eſt finis omnium, quæ ab eo fiunt, ſecundum ſcilicet, quod intueatur multos alios modos eſſe communicationis propriæ Bonitatis, quàm ſit communicata rebus exiſtentibus; quia omnes res creatæ, ejus Bonitatem exæquare non poſſunt, quantumcumque de eâ participare videantur.* Ergo Deus cùm Creaturas producit, illis perfectiones quas in ſuâ Naturâ ſeu Bonitate præhabet, per Voluntatem tanquam per Potentiam Efficientem communicat.

DIV. *Vtrùm in Deo admitti & adſignari debeat, Virtus, & Potentia aliqua Productiva, & Exſequutiva ab Intellectu, & Voluntate diſtincta?*

REJICIUNT præcedentes Sententias aliqui Recentiores, aſſerendo, dari in Deo Potentiam Virtutemque Exſecutricem, quæ à Voluntate applicata, & ab Intellectu directa effectus exteriores producat. Ita Dn. Cacheranus *tom.* 1. *ſuæ Theologiæ Aſſertivæ tract.* 1. *cap.* 5. §. 1. *pag.* 203. *à num.* 4.

Et ſanè Intellectum Divinum non eſſe rerũ Cauſam, ſed Cauſam, quæ eſt à ſe ipſo formaliter diſtinctam dirigere, à Durando *in* 1. *diſt.* 38. *qu.* 1. Suarezio *diſp.* 30. *Metaph. ſect.* 17 *num.* 47. Lugo *in* 1. *part. diſp.* 24. *cap.* 2. *num.* 11. Arriagâ *diſput.* 4. *ſect.* 1. *num.* 7. Bernaldo de Quiros *quæſt.* 14. *artic.* 8. *num.* 69. Aversâ *quæſt.* 25. *ſect.* 3. aſſeritur.

An Intellectus concurrat dirigendo, Voluntas applicando, & Virtus exſequutiva operando.

Et poſteà Voluntatem Divinam non eſſe Cauſam rerum, ſed ſolummodò Potentiam Exſequutricem applicare, aſſeverat; & putat hanc eſſe Sententiam D. Thomæ 1. *part. qu.* 25. *artic.* 4. dicentis. *Potentia non ponitur in Deo ut aliquid differens à Scientiâ, & Voluntate, ſed ſolùm ſecundum rationem, in quantum ſcilicet potentia importat rationem Principii exſequentis id, quod Voluntas imperat, & ad quod Scientia dirigit.* Et ſimilia habet Sanctus Doctor *quæſt.* 19. *artic.* 4. *ad* 2. dixerat, *Quia Eſſentia Dei eſt ejus intelligere, & velle. Ex hoc ipſo quòd per eſſentiam ſuam agit, ſequitur quòd agat per modum Intellectûs, & voluntatis.* Ergo S. Thomâ aſſerente non formaliter, ſed realiter loquendo, Deus dicitur per Intellectum & Voluntatem agere.

Quid ſentiat S. Thomas?

Reponuntur præcedentes Sententiæ.

ECCE, Quærenti, *Per quamne formalitatem aut perfectionem Divinã Deus ad extra operetur, & creaturas univerſas producat?* ſunt tres Sententiæ. Prima aſſerit Cauſam rerum eſſe Intellectum Divinum. Secunda hoc munus adtribuit Voluntati. Tertia deſignat Potentiam tertiam ab Intellectu, & Voluntate diſtinctam.

Vera eligitur & aliarum Argumenta enervantur.

Prima eſt vera, & à nobis propugnanda Sententia. Dicimus enim, ſicut in nobis Intellectus, quando conformat Syllogiſmum mentalem, à Voluntate applicatus, dirigit, dirigitur, & producit: ſic in Deo, Intellectio Divina à Divinâ Voluntate applicata, eſt dirigens, eſt directa, eſt producens. Argumenta & teſtimonia, quæ pro Secundâ Opinione ab Scriptoribus adducuntur, ſolùm probant in rerum Creatione Voluntatem concurrere; quod nos qui ab illâ applicari Intellectum aſſerimus nullo modo negamus. Tertia Sententia, quæ Potentiam Productricem ab Intellectu & Voluntate in Deo ſecernit, admitti poteſt, & autoritate Angelici Doctoris fulciri, ſi in Intellectione Divinâ per rationem ratiocinantem ſecundùm diverſa connotata duas formalitates diſtinguamus; nam ſicut Maronianus Paſtor, qui dixit

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos?

duas in ſui inimici oculis functiones poſuit; videre ſcilicet & faſcinare: ſic nos in Intellectione Divinâ etiam duas ponimus; nimirùm Creaturas & videre, & producere.

P.

P. Franciſcus Amicus,

DV.

Vtrùm Creaturæ poſſibiles in ſe ipſis, & ut diſtinctæ à Deo, nihil ſint?

EST Autor celeber, quem ab eruditione & ingenio univerſi laudamus. Hic autem *tom.1. diſp.12.pag.139.a*, de Divinâ Scientiâ orationem inſtituens, ſic ſcribit. [Eſt duplex: ſui, & aliorum à ſe. Hæc (quæ eſt aliorum à ſe) dividitur in Scientiam Simplicis Intelligentiæ, Viſionis, & Conditionatam ſeu Mediam. Prima verſatur circa Poſſibilia, quorum totum fundamentum cognoſcendi eſt increata intelligentia Dei, nullum ſupponens reale fundamentum in rebus. Secunda verſatur circa res futuras, quæ aliquando extituræ ſunt extra ſuas cauſas; & dicitur *Viſionis*, metaphorâ ſumptâ à Viſione corporeâ; quòd ſicut hæc Objectum ſupponit extra ſe, illudq; repræſentat, ut eſt in ſe, ita hæc Scientia in Deo Objectum ſupponit extra Deum, illudque repræſentat ut eſt in ſe. Tertia verſatur circa futura conditionalia, à quibus denominatur *Conditionalis*, ſcilicet, quæ nunquam habitura ſunt exiſtentiam; haberent autem, ſi certa conditio, in ordine ad quam dicuntur *Conditionata*, poneretur.] Quæ verba, quia feſtino calamo exarata videntur, debent attentè relegi; & ubi neceſſarium ſit, corrigi, aut explicari. Ergo attende.

Vtrùm Viſio ſuum objectū ſupponat?

De Scientia Dei Conditionata,

Prima (Dei Scientia: nimirùm Simplex[*] Intelligentia) ait Amicus, *verſatur circa Poſſibilia*. Eſt verum: ſed his illa verbis nec definitur, nec ſufficienter exponitur; nam & verſatur circa veritates rerum impoſſibilium: & prætereà, verſatur circa rerum exiſtentium eſſentias, hæ enim ab Intelligentiâ ſimplici conſiderantur.

*] *Noſtio tur* Scientia Simplicis Intelligentiæ *dicatur à Theologis, ſū brevius & melius* Simplex Intelligentia *dici poſſit.*

Addit. *Quorum totum fundamentum cognoſcendi eſt increata Intelligentia Dei, nullum ſupponens reale fundamentum in rebus.*

Et tamen, ut rem ipſam exprimeret, & mentem ſuam nobis manifeſtaret (nam tandem, ut inferiùs videbitur, Scoti opinioni aſſentitur) ſic debuiſſet hanc periodum ſcribere, [Quorum (Poſſibilium & Impoſſibilium) totum non cognoſcendi ſolùm, ſed etiam eſſendi (Sandi, & Saindi) fundamentū, nempe fundamētū ex quo Poſſibilia habent, quòd ſint poſſibilia, & Impoſſibilia habent quòd ſint impoſſibilia) eſt increata Intellectio Dei: illud n. eſſe objectivū, quod in ſe ipſis habent Poſſibilia & Impoſſibilia, à Divinâ Intellectione procedit. Res ergo poſſibiles & impoſſibiles ante Dei Intellectionem nullū ſupponunt reale, immò nec objectivum, fundamentum in rebus.]

Poſſibilia & Impoſſibilia diſtinguuntur à Deo: & ſicut illa à Deo habent, quòd poſſibilia ſint, ſic & hæc à Deo habent quòd ſint impoſſibilia nullum non eſſe, diſtinctum à Deo excogitari poteſt, quod non pēdeat à Deo.

DVI.

Subjungit. *Secunda* (Viſio *) *verſatur circa res futuras*. Et malè loquitur: nam res illæ futuræ, quæ à Deo per hanc Scientiam videntur, vel dicuntur futuræ quoad Deum, vel quoad nos: At neutrum poteſt dici. Ergo non bene Viſio Dei ab Amico deſcribitur, aut definitur. Et quidem illæ non ſunt futuræ quoad Deum; quoniam omnia præſentia ſunt Divinæ Æternitati, cui nihil futurum aut præteritum eſt. Sed neque omnes res, quæ hac Scientiâ Divinâ videntur, ſunt futuræ quoad nos; nam etiam univerſæ præſentes, & præteritæ ad objectum Divinæ Viſionis ſpectant.

*] *Meliùs & breviùs* Viſio, *quàm* Scientia Viſionis *vocatur*.

Reſpectu Dei nulla ſunt futura.

Omnia, quæ nobis ſunt præterita, præſentia, & futura Deus per ſciētiam Viſionis attingit.

Progreditur; &, ut exponat, cur hæc Scientia Divina à Theologis vocetur *Viſio*, aſſerit & bene nomen metaphoricè ſumi: & ut explicet occaſionem Metaphoræ, ait, *Quòd ſicut hac* (viſio corporea) *objectum ſupponit extra ſe, illudque repræſentat ut eſt in ſe; ita hac Scientia in Deo, objectum ſupponit extra Deum, illudque repræſentat ut eſt in ſe*. Et quid, ſiquis dicere velit, Scientiam Dei eſſe Cauſam rerum: & Simplicem Intelligentiam dare rebus poſſibilibus ſuum eſſe poſſibile & quiditativum; & Viſionem rebus exiſtentibus ſuum eſſe exiſtentiale & actuale. Tunc Viſio Divina eſſet Practica, & ſuum illa objectum non ſupponeret. Thomiſtæ contra hanc Amici Aſſertionem ſic ſtatuunt. *Certum eſt, quòd Deus ſit Cauſa rerum ad extra per Intellectum, adeoque per Scientiam Simplicis Intelligentiæ. Scientia Viſionis in Deo habet rationem immediatæ cauſalitatis, ac phyſicæ effectionis Creaturarum, aliquando exiſtentium: eſtque adeò actio formaliter Deo immanens, ſed virtualiter tranſiens.* Sunt verba formalia Dn. Auguſtini Redingi *tom. 1. qu.5.art.1.pag.145. & 146.* Cujus ultima linea clariùs rem explicaret, ſi reſcriberetur hoc modo, *Eſtque adeò illa Divina Intellectio, actio efficienter productiva, quæ ſecundum* eſſe in *eſt in Deo, & ſecundum* eſſe ad, *ad Creaturas, quas creat & producit, terminatur.*

An bene Amicus nomen ipſum exponit?

Cur *Viſio* Sciētia illa nominetur?

An Scientia Dei (Simplex Intelligentia, & Viſio) ſuum objectum producat?

Sanè utramque Dei Scientiam (Intelligentiam ſimplicem & Viſionem) eſſe practicam, & ſuum cauſare objectum aſſerit expreſsè D.Thomas 1.*part. qu.14. art. 16.* ſcribit enim. *Scientia Dei eſt cauſa, non quidem ſui ipſius, ſed aliorum: quorumdam quidem in actu, ſcilicet eorum, quæ ſecundum aliquod tempus fiunt* (Sunt, aut Suint *facta*) *quorumdam verò virtute, ſcilicet eorum, quæ poteſt facere, & tamen nunquam fiunt*. Quæ verba pulchra ſunt, & à P. Philippo de Sanctiſſimâ Trinitate *in 1. part. diſp. 10. dub. 5.* dilucidantur hoc Scholio: [Certum eſt autem, quòd Scientia, quæ verſatur circa ea, quæ poſſunt fieri, & nunquam fiunt, eſt Scientia Simplicis Intelligentiæ, Ergo Scientia Simplicis Intelligentiæ eſt cauſa rerum in actu primo. Deinde Scientia Practica, quæ eſt cauſa rerum in actu primo, habet ex ſe virtutem ad producendum res, & hoc antecedenter ad Voluntatem, à quâ ſolùm procedit [N.B.] quòd actu applicetur ad operandū, & fiat cauſa in actu ſecundo. Sed Scientia Dei reſpectu rerum, ut antecedenter ſe habet ad Divinam Voluntatem eſt Scientia Simplicis Intelligentiæ, & neceſſaria. Ergo Scientia Simplicis Intelligentiæ eſt cauſa rerum in actu primo.] Pergit P. Philippus, & aſſerit Scientiam Viſionis eſſe cauſam rerum in actu ſecundo: & id hoc argumento perſuadet. [Illa Scientia eſt cauſa rerum in actu ſecundo, quæ ponit determinatè effectum à parte rei: ac proinde, quæ ſequitur decretum de futuritione ipſius: nam antecedenter ad decretum illud eſt indifferens ad producendum, vel non producendum. Sed Scientia, quæ ſequitur decretum de futuritione rerum, eſt Scientia Viſionis ut patet; Ergo Scientia Viſionis Practica eſt cauſa rerum in actu ſecundo.] Et fundatur hæc doctrina autoritate S. Auguſtini *libr.15. de Trinitate cap. 13.* dicentis. *Univerſas creaturas, & ſpirituales & corporales, non quia ſunt, ideò novit Deus; ſed ideò ſunt, quia novit.* Quæ verba, quia tam de

Vtraque in Deo Scientia eſt Practica.

D.Thomæ ſententia.

Divinus Intellectus, virtutē producēdi res ad extra, quam habet, non recipit à Voluntate, ſed ab illa tantummodò applicatur.

N. B. *Eadem Divina Intellectio, prout conſideratur ante Voluntatis decretum* Simplex Intelligentia *dicitur:* Viſio *autem, prout poſt decretum conſideratur.*

Cauſa rerum in actu ſecundo.

Proponuntur verba S.Auguſtini.

Crea-

An æquè de Creaturis Poſſibilibus, ac de Exiſtentibus poſſint verificari?

Creaturis exiſtentibus, quàm de poſſibilibus, univerſaliter debent intelligi, poterunt hoc modo reſcribi. *Univerſas Creaturas tam* Santes, *quàm* Sentes *&* Suntes, *non quia* Sant, Sent, *aut* Sunt, *ideo novit Deus, ſed quia illas ſic novit Deus, ideò illa* Sant, Sent, *&* Sunt. Quæ doctrina, prout à nobis exponitur, tam eſt aperta & clara, ut in alios ſenſus obtorqueri non poſſit.

Ergo ratio, ob quam Scientia, quæ ſequitur decretum, in Deo *Viſio* dicitur, non eſt illa, quam adſignat Amicus (ipſa enim non ſupponit effectum, ſed facit) vera autem ratio nominis eſt, quia, ſicut Viſio corporea non niſi exiſtentia & præſentia intuetur, ita & hæc Scientia in hoc *nunc* Æternitatis intuetur præſentes & exiſtentes res; nempe Suntes, aut Suintes in aliquâ differentiâ temporis.

Scientia Media non debet cum Conditionata confundi.

Poſteà Amicus progreditur ad Tertiam Scientiam, & hic Mediam cum Conditionatâ confundit: quæ ſunt valde diverſæ: quoniam Conditionatam admittere univerſi debemus, Media autem, inventa à P. Molinâ, extra Societatem Jeſu à paucis viris doctis defenditur.

Dn. Auguſtinus Redingus.
P. Antonius Bernaldus de Quirós,
P. Rodericus Arriaga.

DVII.

N. B. Multum debet Scotus, aut etiã Scotiſta Redingo; nam ejus opinionem eſſe illam eamdem, quam D. Thomas tradit, ore obloquentiũ injuſtè.

VOcabulorum defectu graviùs orbitare videtur Dn. Redingus [Vir alias ingenioſus & doctus, qui oculatiſſimè inter eſſe quiditativum & eſſe exiſtentiale diſtinguit: & eſſe illud, quod *diminutum* Scotus vocitat, coincidere cum Quiditativo (quod nos vocamus Sare) ſolidè & exactè perſuadet: & hac denique via duo Scholæ Theologicæ Lumina (D. Thomam, & Scotum) in præſenti Controverſiâ conciliat] *in 1. part. qu. 5. art. 4. pag. 164.* in titulo ſe teſtatur diſſerere, *De Scientiâ Futurorum, abſolutè exiſtentium.* Ubi duo debent accuratè notari. Primò enim redit difficultas, quæ contra Amicum movebatur. Illa enim, quæ à Deo hac Scientiâ cognoſcuntur Futura, reſpectu alicujus, aut aliquorum, ſunt futura. Non reſpectu Dei; nam reſpectu Dei, cui omnia ſunt præſentia, nihil futurum dicitur. At, neque ſunt futura reſpectu noſtri; nam Hexameron primum, & rerum productiones, quæ in illo factæ, hac Scientiâ Divinâ cognoſcuntur. Et tamen hæc ipſa reſpectu noſtri non ſunt futura, ſed præterita.

Jam ſunt præterita, quæ olim erant futura.

Secundò, quis unquam vidit exiſtentia Futura? Si enim exiſtunt, non ſunt futura, ſed præſentia; &, ſi futura ſunt, non exiſtunt ipſa, ſed exiſtent.

Malè loqui coguntur Autores terminorũ defectu.

Carent Latini χρόνῳ ἀορίστῳ (*tempore indefinito*) & ideò coguntur loqui incongruè, præſentibus cum præteritis, & futuris confundere.

SIMILIA apud alios Doctores & Scriptores lego. P. Antonius Bernaldo de Quiros *in Theolog. tract. 4. diſp. 45. ſect. 5.* Divinâ Scientiâ in Simplicem Intelligentiam, Viſionem, & Mediam ediſſerit: & ſic ſcribit. [Scientia Viſionis eſt, quæ reſpicit objectum ut exiſtens abſolutè pro aliquâ differẽtiâ temporis, &c.] Differentiæ temporis ſunt Præſens, Præteritum, & Futurum: & Præterita non exiſtunt, ſed exſtiterunt, & Futura non exiſtunt, ſed exiſtent.

ARRIAGA [Vir ſanè celeber: quem nominaſſe, laudaſſe ſit.] *tom. 1. Theol. diſp. 18. ſect. 1. ſubſect. 2.* varias adducit Scientiæ Divinæ diviſiones: & *num. 9,* ſic ſcribit. [Septima diviſio in Scientiam ſimplicis Intelligentiæ, & Scientiam Viſionis. Hæc ad res exiſtentes ſive futuras, illa ad purè poſſibiles terminatur, &c.] Et ad quam Scientiam pertinere dicentur res præteritæ?

DVIII.

Ecce res exiſtentes nominat, (non enim habuit aliud nomen) quas Nos ſuntes vocamus.

Poſteà ſcitè objectum Simplicis Intelligentiæ in Poſſibile & Purè-poſſibile; vel, quod in idem recidit, in Poſſibile præciſivè, & Poſſibile negativè, ſubdividit: ita ut dicatur *præciſivè Poſſibile,* quidquid poteſt exiſtere, careat exiſtentiâ, aut non careat: & dicatur *negativè Poſſibile,* quod poteſt quidem exiſtere, & tamen exiſtentiam non habet. Has duas Poſſibilitates alii aliis verbis exponunt, quoniam omnes Creaturæ poſſibiles *habent ad exiſtendum potentiam,* non tamen omnes *ſunt in potentiâ ad exiſtendum,* ſed illæ tantùm quæ ſunt merè poſſibiles. Verba Arriagæ ſunt hæc. [Adverte Poſſibilitatem dupliciter uſurpari; vel ut dicit non repugnantiam ad exiſtendũ: & ut ſic etiam res exiſtentes (Suntes) retinent poſſibilitatem. Quo ſenſu etiam Scientia Viſionis terminatur ad res poſſibiles: Aliter uſurpari ſolet Poſſibilitas pro non repugnantiâ ad exiſtendum, cum carentiâ tamen actualis exiſtentiæ, ſeu pro purâ Poſſibilitate: & in utroque ſenſu in præſenti uſurpatur, quia ſemper Scientia de Poſſibilitate eſt ratione [*] diſtincta à Scientiâ Viſionis: ſive res ſint (Sebiles) Poſſibiles, ſive (Sentes) actu exiſtentes: [*aut potiùs,* Suntes: *quod novum Participium, ut in rigore explicetur, correſpondens in Linguâ Communi non habet.*]

Poſſibile, & purè Poſſibile.

Poſſibile præciſivè, & Poſſibile negativè.

Habere potentiam, & eſſe in potentia.

*] *Harum Scientiarum Divinarum diſtinctio debet, non ad ratiocinatam, ſed ad ratiocinantem rationem pertinet.*

Dn. Bonifacius Bagatta.
P. Sebaſtianus Izquierdus,

DIX.

Qualis ſit Philoſophia Dn. Bonifacii?

EXeſt à Peripatu: & tametſi novas Reſolutiones ſuis Diſcipulis tradat, ſemper ab Ariſtotele, ingenioſè recedit. Inter multa præclarè cogitata, ad rem noſtram hæc habet. *Diſp. 1. Metaph. num. 1.* hanc breviter differentiam inſinuat: quoniam ens creatum nominaliter ſumptum eſt objectum ſimplicis Intelligentiæ: & verbaliter, aut participialiter ſumptum objectum ſcientiæ Viſionis. Ergo audiatur Bagatta. [Notandum eſt, inquit, nomen *ens* dupliciter poſſe ſumi; verbaliter ſeu participialiter, & nominaliter.] Et, ſi jubeas ut explicet hos terminos, quibus in diſtinctione utitur, ait, [Participialiter ſumitur, quatenus eſt verbum *Sum, es, eſt;* ſignificatque idem ac *Exiſtens in aliquâ differentiâ temporis,* &c. Nominaliter autem ſumptum præſcindit [*] ab omni differentiâ temporis, & ſignificat id quod eſt extra nihil, & contradiſtinguitur à nihilo, &c.] Ergo, ſi Viſionis Divinæ objectum eſt ens creatum participialiter aut verbaliter ſumptum, eſt ens exiſtens (quod eſt exiſtens) in aliquâ differentiâ temporis: hoc eſt, in tempore, aut præterito, aut præſenti, aut futuro. Et hic hæret ſtatim Criticus, & exclamat. *Si* eſt, ſi exiſtit, ſi eſt exiſtens, quo modo in tempore præterito? nam præterita non ſunt, non exiſtunt; ſed fue-

Vſurpatur bifariam nomen Ens.

Quando ad ſimplicem Dei Intelligentiam, & quando ad Viſionem pertineat?

*] Præſcindit [*N. B.*] non ſolùm ab omni differentia temporis; nam & hoc facit ſuns: ſed ab ipſomet tempore, quod facit ſans.

Google

Præterita, & Futura non ſunt.

fuerunt, & extiterunt, hic, ſi eſt & exiſtit, quo modo in tempore futuro? nam futura non exiſtunt, & non ſunt; ſed exiſtent, & erunt.

Nunc, nec Adamus, nec Antichriſtus eſt.

Hæc ipſa difficultas reponitur & urgetur ulteriùs in particulari hac inſtantiâ. Infinitâ ſuâ viſione Deus Adamum, Nos, & Antichriſtum intuetur, quia ſumus in aliquâ differentiâ temporis. Sed quâ ſinceritate id dicitur: nam Adamus nunc non eſt, ſed ante millenos annos fuit: Antichriſtus non eſt, ſed olim erit. Ergo malè exponitur objectum Viſionis Divinæ.

Nullus Theologus, ut deſiderat, loquitur terminorum defectu.

Hanc ſcientiæ Divinæ differentiam & explicationem communiter admittunt Theologi: & omnes defectu verborum in ſtatu priori relinquunt propoſitam Difficultatem.

P. Izquierdus laudatus.

P. Sebastianus Izquierdus [Vir aptiſſimus, ut ſcholaſtica ediſſerat, judicio & ſententiâ Platonis: iſte enim à ſuâ proſcribebat Academiâ imperitos Geometriæ, & Izquierdus, quia prævidebat Philoſophicas & Theologicas Reſolutiones ſubcollari Mathematis, ante Libros Theologicos præmiſit unum, ſubtili delineatum calamo, quem *Pharum Scientiarum* ſcripſit, in quo per Arithmeticam, Geometriam, & alias Mathematicas ſcientias ſuos Lectores ad ſublimiores Concluſiones perducit.] *in Operis Theologici tom. 2. tract. 9. de Deo Uno diſp. 23. quæſt.* interroganti, *Quaduplex ſit Scientia Dei?* Reſpondet. [Primò ſcientia Divina dividi ſolet in ſcientiam ſimplicis Intelligentiæ, & ſcientiam Viſionis. Scientia ſimplicis Intelligentiæ dicitur, quâ Deus cognoſcit res poſſibiles, quatenus tales præſcindendo [*] ab eo, quòd illæ exiſtant, vel non exiſtant. Unde per hanc ſcientiam [N.B.] non ſolùm cognoſcit Deus res poſſibiles quæ nunquam erunt, ſed res etiam quæ aliquando erunt, præcisè ut poſſibiles ſunt. Scientia autem Viſionis appellatur ea, quâ Deus intuetur res exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis, &c.]

Suos per Matheſim diſcipulos ad Philoſophiam & Theologiam conducit.

*] *Non Deum ſed nos concernit hæc præciſio.*

De τῷ *eſſe quidditativi*, & τῷ *eſſe exiſtentialis* diſtinctione.

Et pendet hæc doctrina ab aliâ ejuſdem Izquierdi, quam pluries diverſis in locis reponit, aſſerens duo eſſe genera eſſendi: quoniam *Eſſe quidditativum* (nobis Sare) eſt habere eſſentiam: & *Eſſe exiſtentiale* (nobis Sere) eſt habere exiſtentiã. Et illud primũ *eſſe* Simplicem Dei Intelligentiam: iſtud autem Viſionem, tanquam Objectum proprium terminat.

SECTIO IX.

Utrum Scientiæ, quæ à Theologis communiter ponuntur in Deo, ſint Practicæ, vel Speculativæ?

DX. Doctrina de Scientiis Practicis & Speculativis, eſt communis, & ideò debet ante omnem Facultatem præſciri.

QUæſtio præſens ſupponit à Lectore præſciri Scientias dividi in Speculativas, & Practicas; illarumque præcognoſci diſcrimen. Interim, quia doctrina de Praxi & Speculatione ex uno capite videretur debere ſcientias univerſas præcedere; quia de ſingulis interrogari poteſt, ſint-ne ſpeculativæ, vel Practicæ? & ex altero capite videretur debere ad Libros de Animâ neceſſariò remitti; & tunc tractari tandem, cùm jam Diſcipuli Operationum Intellectûs numerũ & proprietates fuerint docti. Igitur hæc Doctrina intẽpeſtè traditur à Dialectici, cùm ante initiũ Logicę, Procœmiales Cõtroverſias decidunt; Et meliori conſilio, ſi non tam breviter aut etiam diminutè traderetur à Pſychicis, cùm in libris de Animâ in Speculativas & Practicas Humanas Cognitiones diſpeſcunt. Impræſentiarùm igitur quoniam de Divinis actibus ſum diſputaturus, examinaturuſque, An ſint Speculativi, aut Practici, expediens eſſe judico, ut hic ediſſeram & dilucidem illam Quæſtionem potiùs, quàm ad diverſos Libros, vel à nobis vel ab aliis ſcriptos, Lectorem ingenioſum relinquere.

Subsectio I.

Quid ſint, & in quas claſſes aut differentias dividantur Scientia Practica, & Speculativa?

INcipio ab expoſitione Terminorum: immò, ſi velis, Termini alterutrius; nam, cùm *Speculativum* & *Practicum* contraponantur inter ſe, ex cognitione alterius, alterius reſultabit neceſſariò cognitio. Interim, ut præhabeat Lector aliquam generalem notitiam, ex P. Georgio Rhodeſio lineas ſubſequentes ſcribo. DXI.

Tale eſt Correlativorum Ingenium, ut alterius eſſentia cognita, alterius eſſentia ignorari non poſſit.

Dico (ait) Speculativam Scientiam *illam appellari, cujus finis intrinſecus eſt cognitio proprii Objecti; in quâ ita ſiſtit, ut ad opus non progrediatur.* Scientiam *verò* Practicam *cujus finis intrinſecus eſt operatio aliqua, quæ propriè vocatur* πρᾶξις.

De Scientiis ſpeculativis & Practicis. Quomodo differant inter ſe.

Et hanc Concluſionem eſſe tam certam addit, ut probatione non indigeat, ſed explicatione tantummodo. Fatetur tamen eſſe prorſus obſcurum, *Quid nomen* Praxis, *& quid Practica notitia ſignificet?*

Quid ſignificet hoc nomen πρᾶξις?

Reſpondeo Primò, non ſignare idem *eſſe Practicum*, ac *eſſe Operativum*, nam omnis Intellectus, quando intelligit, elicit intellectionem, & tamen non omnis Intellectus eſt Practicus. Ergo hoc nomen *Practicus* non convenit Intellectui, quando operatur, ſed quando per ſuam operationem dirigendo, aut operando aliquid diſtinctum ab ipsâmet Intellectione producit.

An coincidant Practicum, & Operativum?

Omnis Intellectus, etiam ſpeculativus, intellectionem producit.

Reſpondeo Secundò, (quod & monere debui pluries) Nomenclatorem primum non fuiſſe Philoſophum, ſed merè Politicum, adeoque huic nomini adſcripſiſſe merè Politicam ſignificationem. Quoniam πρακτικόν, adjectivum eſt nomen, & deducitur à ſubſtantivo πρᾶξις. Et utrumque produit à verbo πράσσω. Et quid verbum πράσσω ſignificat? Breviſes in Epitome [*] Lexici Græci. [πράσσω & τ. ξω. *Facio, Ago, Adminiſtro, Tracto, Vivo, Exigo, Cogo*. Hebraicè ברא, bara, *creavit, fecit*.] Ergo hoc modo accipiendo vocabula, Scientia, aut Cognitio Practica illa erit, *quæ Perſonam Agentem, dirigendo, aut operando juvat, ut actionem tranſeuntem eliciat.* Et hoc ſenſu Epitheton id accipit D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 57. *art.* 1. dicit enim. *Practicum, vel Operativum, quod dividitur contra Speculativum, ſumitur ab opere exteriori, ad quod non habet ordinem Habitus Speculativus, ſed tantùm ad interius opus Intellectûs.* Ecce D. Thomâ aſſerente, Intellectus ad

Nomenclatores defectuosè in dictionum conformatione proceſſerunt. πράσσω. πρᾶξις πρακτικόν.

*] Fruſtra dicitur *Lexicum Græcum*, quoniam vocum Latinarũ Theſaurus, non *Lexicum*, ſed *Vocabularium* appellatur.

An ſolæ *Artes* Factivæ ſint Practicæ?

ad opera interna & externa concurrit:ad illa, videlicet ſpeculativè; ad iſta, practicè. Ergo ſtando huic acceptioni vocabuli, Logica Mentalis, quæ Intellectûs operationes dirigit: & Ethica Spiritualis, quæ dirigit operationes voluntatis, ſunt Artes Speculativæ: quoniam utriuſque (tam Intellectûs, quàm Voluntatis) actus ſunt interni. Ergo Logica Vocalis, & Scripta, nec non Corporea Ethica, ſunt Facultates Practicæ; nam linguam Vocalis Logica, & manum, calamumque Logica ſcripta, & externas hominis operationes dirigit Ethica corporalis.

De Logica, & Ethica.

Scientiæ no ſint Speculativæ, an Practicæ?

De Praxi, politicè, & philoſophicè cõſiderata.

Nomen *Practicum*, ſi accipiatur Politicè, in ſignificatione & acceptione, quam, ut vidimus, exhibet ejus etymologia, Scotus permanere permiſit; at illius ſignificationem contrahi & reſtringi jubet, ſi ſcholaſticè philoſophicè intelligatur. Ejus enim judicio, *Intellectus quamdiu ſe continet intra limites intelligendi, & in alias potentias non ſe inſinuat, operatur ſpeculativè; quando autem Voluntatem, aut membra externa dirigit, procedit practicè.* Eum ſequuntur univerſi Scotiſtæ, qui ex hoc Principio, Logicam Intellectualem Speculativam eſſe jubent: & Ethicam & cæteras Artes operativas eſſe Practicas. Verba Scoti ſunt hæc, *Praxis eſt actus alterius potentiæ ab Intellectu, poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ.* Ita ille *quæſt. 4. Prol.* Et citatur à Complutenſibus *in Logic. diſp. 1. quæſt. 6. §. 1. num. 27.*

Quid apud Scotum hoc nomine ſignificetur?

Quales ſint ejus ſententia, Logica, & Ethica?

DXII.

Quid Praxis ſit opinione Ariſtotelis?

Sed multò liberiùs, latiùſque vocabulorum acceperat Ariſtoteles: nam *libr. 6. Metaph. cap. 1.* in Speculativum & Practicum dividit Intellectum: & Practicum in Operativum, & Factivum ſubdividit. Adde Tu & Permiſſivum quia etiam Ariſtoteles permiſſiones admittit; & ipſæ ad Praxim ſuo modo pertinere videntur, hac tamen lege, quòd in permiſſione, moraliter cooperari dicatur, qui rem impedire tenetur; non autem ille, qui non tenetur.

Per quas Differentias dividatur?

An, & quando cooperari cenſeatur, qui permittit?

Utrùm Mentis Operationes poſſint dirigi practicè?

Ergo cùm Intellectus habeat Operationes in quibus exorbitare poteſt, indiget Regulis ut in iis dirigatur. Ergo ipſemet intellectus, prout has ſibi præſcribit, eſt Practicus. Et hanc Ariſtotelis ſcitam doctrinam, *1. 2. quæſt. 57. art. 3.* fecit ſuam S. Thomas: inquit enim. *Etiam in ipſis ſpeculabilibus eſt aliquid per modum cujuſdam operis; puta, conſtructio ſyllogiſmi aut Orationis congruæ, aut opus numerandi, vel menſurandi. Et ideò quicumque ad hujuſmodi opera rationis. Habitus Speculativi ordinantur, dicuntur, per quamdam ſimilitudinem Artes.* Et *Artium* nomine, Practici Habitus intelliguntur.

Dantur intellectiones merè ſpeculativæ.

An etiam dentur merè Practicæ?

Et hîc obiter nota, dari quidem Habitus purè Speculativos; quoniam Aſtronomia, exempli gratiâ, quæ Cælos, & Sydera numerat, deſcribit, & metitur, ſuum objectum non fecit: at non dari aliquem actum purè Practicum; quoniam intellectus humanus ſpeculando ſe promovet ad operationem. Et hoc fatentur Ariſtoteles *libr. 3. de Animâ cap. 1.* & Divus Thomas *quæſt. 14. de Veritate, artic. 4.* inquit enim, *Intellectus extenſione ſit practicus.* Et ego libentiùs dicerem *practicans.* Nam Vitruvius, dum intrà ſe imaginatur alicujus triumphalis Arcûs magnitudinem, & diſpoſitionem, ſine intentione talem Arcum ædificandi, format in mente ſuâ ideam quamdam ſpeculativam, imò, & ſpeculantem, nempè, ut Speculans opponitur Practicanti, hoc eſt, operanti in actu ſecundo. At illa Vitruvii idea, quam in caſu non eſſe Practicantem (hoc eſt, Operantem) fatemur; non negabimus eſſe Practicam in actu primo: eſt enim directiva, & operativa, & manuducere poteſt Artificem, ut Arcum, illi quem cogitat, ſimillimum operetur, & faciat.

An, & quo modo Intellectus extenſione fiat practicus?

An potiùs extenſione ſit practicans?

Practicum concernit actum primum; actû verò ſecundò *Practicans.*

De Logica Docente, & Utente.

Utra ſit Speculativa, vel Practica?

Et hinc patet, quid dici debeat, de Logicæ Docentis, & Utentis diſtinctione, illas enim Vaſquez *in 1 par. diſp. 8. cap. 5.* fruſtrà diſpeſcit realiter. Quoniam eadem Logica, quæ erat Docens (Speculativa) per meram extenſionem fit Utens (Practica) ut ſcitè docent Complutenſes *in Logicâ diſput. 1. quæſt. 4. §. 5. num. 50.*

Practicus dividitur in Agens & Dirigens.

Progredior: &, ut rem meliùs intelligamus, Practicum in Opportunas Species, aut Differentias diſtribuam. Quoniam Πρακτικὸν eſt operativum; & quia hoc poteſt eſſe bifariam, (puta, agendo, & dirigendo) Practica Mentis Operatio in Agentem, & Dirigentem diſtribuitur. Et quia hæc Directiva Intellectio, poteſt ipſummet Intellectum, aut etiam Voluntatem, aut denique Membra externa dirigere, per differentias dividetur, ex quibus reſultabit, ut vel in horum membrorum motu ſiſtatur Operatio, vel ut producant exteriorem effectum, qui ceſſante motu membrorum exteriorum remaneat. Et hæc doctrina paucis verbis complectitur omnes has Praxeõn ſpecies, quas faciliùs intelligam, quàm indigitem opportunis vocabulis. Hanc ſequentem Categoriam, conſidera.

De *Anteſactis*.

Facilius eſt mente diſtinguere Species, quàm illas congruis vocabulis ſignificare.

Im-

Proponitur Categoria.

- *Intellectio*
  - A *Speculativa*. Quæ nihil omninò producit. &c.
  - B *Practica*.
    - C *Activa*,
      - *Eſſentians*
      - *Exiſtentians*.
    - D *Directiva*. Quæ cũ cauſâ operante, illã manuducendo concurrit.
      - E *Intellectûs*. Logica.
      - F *Voluntatis*. Ethica.
      - G *Membrorum Externorum*.
        - H *Loco-motiva*.
        - I *Factiva*.

Cur Notæ ſequentes ſcribantur?

Tametſi præcedens Diagramma Viro docto videretur ſufficere; quia noſter Calamus Sapientibus, & inſipientibus eſt debitor, Scholia ſequentia ſubſcribit, agens de Directionibus in particulari. Ergo attende.

A

DXIII. *Quæ ſit Cognitio Speculativa?*

EST *Speculativa* Intellectio, quæ non cauſat ſuum objectum, ſed illum reperit præexiſtens in rerum naturâ. Et talis eſt Aſtronomia ex.gr. non enim Cælos, & Sydera intelligendo Aſtronomus, illa facit, aut alterat, ſed illorum motus, & menſuras addiſcit.

B

Quid ſit cognitio Practica?

EST Intellectio Practica, quæ eſt Operativa; quæ cogitando aliquid præſtat, ab ipsâmet operatione diſtinctum. Et hoc agendo, aut dirigendo.

C

De Cognitione, quæ facit Entia rationis, An ſit Practica?

AGendo quidem: & hoc bifariam: eſſentiando videlicet, & exiſtentiando. Eſt autem ſamens (*dans eſſentiam*) in opinione communi illa Cognitio, quæ facit Entia rationis. Quæ tametſi, meâ opinione, non dentur, me impræſentiarùm juvant, ut Practicam Actionem exponam. Et ad exiſtentiantem pertinent Cognitionem, pleraque omnia, quæ de viribus imaginationis dicuntur. Quando enim vera eſt illa Aſſertio, *Imaginatio facit Caſum*; tunc imaginatio eſt Cognitio Practica, & ad Claſsem Cognitionum, quæ *Exiſtentiativa* appellantur; ſpectat.

Virùm Imaginatio ſit Practica?

D

De Intellectione Practica Directiva.

EST Cognitio Practica Directiva, quæ aliquam Potentiam, ut operetur, dirigit. Et conſultò, *aliquam*, & non *aliam* ſcribo: ut me ab Scoti opinione ſubducam, apud quem intellectio, quæ alias intellectiones dirigit (& neſcio cur) *Speculativa*, nominatur, non *Practica*.

Et, ut ſcias, quo una intellectio modo, alias operationes dirigit, quia in communi non benè id explicari poteſt, illud exponam

E

Logicam eſſe Scientiam Intellectus operationum directivam, aſſerunt univerſi. At Iſtam operationum paſſivam dirigibilitatem, alii eſſe objectum Logicæ aſſerunt; alii eſſe finem.

CAnones Logici, dicuntur eſſe quædam Præcognitiones, Mentis operationum directivæ. Et hæc eſt quædam aſſerta ab univerſis Veritas, non tamen benè intellecta ab omnibus. Et quidem eſt ab univerſis aſſerta, nam illam tradit D. Thomas, & ſiqui ejus Diſcipuli negant eſſe Logicæ objectum dirigere operationes intellectûs; id ipſum ejus eſſe finem affirmant, & controverſiam ad modum loquendi reducunt. Ita Complutenſes *in Logic. diſp. 2. Proœm. qu. 2. §. 4. nu. 13* Verba Angelici Doctoris ſunt hæc. *Ars quædam neceſſaria eſt, ut ſit directiva ipſius actûs Rationis: per quam Homo in ipſo rationis actu, ordinatè, faciliter, & ſine errore procedat. Et hæc Ars eſt* Λογικὴ, *id eſt*, Rationalis Scientia: *quæ non ſolum* Rationalis *eſt, ex hoc, quòd eſt ſecundum rationem, quod eſt omnibus Artibus commune; ſed etiam ex hoc, quòd eſt circa ipſum actum rationis, ſicut circa propriam materiam*. Ita S. Doctor *initio Poſter.* Sanè meritò dicit Sanctus Thomas procedere ſecundum rationem eſſe Artibus univerſis commune; hoc enim reſpiciens P. Georgius Rhodeſius *in Peripatetica Philoſophia lib. 4. diſp. 2. qu. 1. ſect. 3. pag. 614.* ſic ſcribit. *Praxis eſt operatio quacumque Intellectualis Naturæ, regulabilis per rationem*.

Propter duas cauſas (alterâ communem, alteram ſpecialem) Logica Rationalis vocatur.

An omnes Artes à ratione procedant?

Et hîc ſanè (& id obiter notare oportet) S. Doctorem loqui de objecto Logicæ, verba illa *circa propriam materiam*. &c. perſuadere videntur: at non de objecto, ſed de fine illum loqui, Complutenſes, & alii Viri docti teſtantur.

Quo ſenſu loquatur D. Thomas?

Sed dicet aliquis, non poſſe Logicam dirigere mentis operationes: nam operatio mentis, vel eſt bona, vel mala (hoc eſt, vel correſpondet, vel non correſpondet, præſcriptis ab Ariſtotele legibus.) Si ſecundum, eſt mala; & quia Ariſtoteleos Canones violat, corrigi debet, dirigi autem nequit à Logicâ.

An, & cur Mentis operationes nequeat dirigi?

Reſpondeo ſatis clarè expoſuiſſe Angelicũ Præceptorem, quid velint Dialectici dicere, cùm eſſe Logicam aſſerunt, *Operationum Intellectualium directricem*. Non enim his verbis ſignificare volunt, dirigi poſſe Operatio-

Logica non dirigit ipſaſmet Mentis operationes, ad hominem, ne illas formando exorbitet.

nes ſemel factas, ſed Hominem, aut equam operetur, ne erret, debere præſcriptis Canonibus dirigi, unde dixit S. Thomas ſcitiſſimè. *Logicam eſſe, per quam Homo dirigitur, ut in ipſo rationis actu ordinatè faciliter, & ſine errore procedat.*

F

DIV.
Quam Scientiam per Antonomaſiam ſignificet nomen *Philoſophia?*

Quanta ſit inter Logicam & Ethicam Analogia?

EST etiam Practica directivè, illa Facultas, quæ dirigit operationes Voluntatis. Illa Græcè dicitur ἠθικὴ, Latinè *Philoſophia Moralis*, aut κατ' ἐξοχὴν *Philoſophia*. Et quia *in Proœm. Ethic.* inter Rationalem, & Moralem Philoſophiam Analogiam S. Thomas reperit; docetque, ſicut Logica eſt Ars omninò neceſſaria, ut dirigantur Operationes intellectûs, ſic eſſe neceſſariam Ethicam ut Voluntatis operationes dirigantur. Et, ut id meliùs intelligatur, Angelici Doctoris verba, quæ paulò ante poſuimus, ut Logicam dilucidaremus, per opportunam παρῳδίαν ut illuſtremus Ethicam ſubſcribamus. Quoniam me judice, D. Thomas, quando illa verba ſcripſit, ſi egiſſet de Ethicâ, dixiſſet ſic,

Propter duas rationes (alterâ communé, alterâ ſpecialem) Ethica *voluntaria*.

Ars quadam neceſſaria eſt, ut ſit directiva ipſius actûs Voluntatis: per quam Homo in ipſo Voluntatis actu ordinatè, faciliter, & ſine errore procedat. Et hæc Ars eſt ἠθικὴ: *id eſt*, de actu libero Scientia: *quæ non ſolum concernit libertatem ex hoc, quòd exercetur liberè, quod eſt omnibus Artibus commune; ſed etiam ex hoc, quòd eſt circa ipſummet actum liberæ Voluntatis, ſicut circa propriam materiam.* &c.

Ethica & Logica inter ſe comparantur.

Ergo ſicut omnes artes intellectu concurrente exercentur; non tamen omnes, ſed ſola Logica circa actus intellectûs verſatur, ſicut circa propriam materiam: ſic ſimiliter omnes Artes liberâ voluntate concurrente exercentur, non tamen omnes, ſed ſola Ethica circa actus liberos Voluntatis verſatur, circa propriam materiam.

Non diriguntur Operationes Volũtatis:

Sed, quo, quæſò modo Ethica poteſt actus Voluntatis dirigere? Quoniam, ſi ipſi ſunt boni, ut actus Amoris Supernaturalis, directione non indigent: &, ſi ſunt mali, ut odium Dei, ſunt incapaces directionis.

ſed homo, ne erret, quando per Voluntatẽ operatur.

Jam dixit, & expoſuit S. Thomas, in quo hæc directio conſiſtat; non enim ſunt Voluntatis operationes, quæ debent dirigi, ſed homo, qui eas eſt eliciturus. *Ethica enim eſt, per quam Homo dirigitur, ut in ipſo liberæ Voluntatis actu ordinatè, faciliter, & ſine ullo errore procedat:*

G

DXV.
De Arte Memoriæ.

De illius inventione, & promotione.

SIcut dantur Artes, quæ intellectum, & voluntatem dirigant, ſic etiam dantur aliarum Potentiarum directrices. Sic memoriæ Artem, quondam invenit quidam Hiero: eamque noſtro ævo in Hiſpaniâ promovit Delgadillus, Concionator Egregius: & in Belgio Scheukelius, Profeſſor humanarum literarum Lovanii,

H

QUÆ membra externa exercent, aut eorum tantùm motus ita dirigunt, ut nullum effectum permanentem relinquant. Et inter illas, quæ ad iſtam Claſſem pertinent Muſica meo judicio eſt præcipua,

De Artibus, quæ motu exteriorum membrorum exercentur.

—— *Reliquis nam ſola negatum*
Artibus, à Muſis Muſica nomen habet.

Vnde dicta ſit Muſica?

hæc enim, ſive ore intonet, ſive cornua inflet, ſive fides propellat; motu percutit aërem, qui fractus reſonat, & nullum effectum relinquit, qui permaneat. Et comitantur Muſicam Tripudiatoria; & Luſoriæ omnes magno quidem numero illæ diſtributæ per claſſes.

De Artibus Tripudiatoriis

I

De Artibus Factivis, quænam eæ ſint?

ET denique nominantur *Factiva*, quæ ita manus, aut alia externa membra dirigunt, ut faciant Artefactũ aliquod, quod motu ceſſante remaneat. Talis eſt Statuaria, quæ manibus ita gubernat martellum, cælumque, ut exciſis in marmore ſuperfluis partibus Cæſaris figuram v.gr. educat ex potentiâ materiæ. Talis eſt Architectonica, Pictoria, Textoria, & ut verbo univerſas comprehendam, tales ſunt illæ omnes, quæ vocantur *Mechanica*.

N. B.
Quo modo educantur Formæ de potentia Materiæ?

SUBSECTIO II.

Convertimus oculos ad Deum, & contemplemur ejus Scientias; quarumque, An ſint Practicæ, an verò Speculativæ?

DXVI.
Quæ, & quot Sciẽtiæ à Theologis admittãtur in Deo?

TRES Scientias poſſumus in examen vocare: nempe (1) αὐτοσοφίαν ſcientiam, quâ Deus ſemetipſum cognoſcit. (2) *Simplicem Intelligentiam*, quâ cognoſcit Creaturas ſantes (*habentes eſſe quidditativum*) quæ cum ſere (*exiſtentiâ*) comparatæ ſunt ſebiles (*exiſtentiabiles*) & vocantur *Poſſibiles*: & (3) *Viſionem*, quâ intuetur Creaturas ſuntes (*exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis*.

Autoſophia.

Simplex Intelligentia.
Viſio.

His præmiſſis Concluſiones ſubſequentes ponamus. Et ſit

PRIMA.

De Autoſophia.
An ſit purè ſpeculativa?

SCientia Dei (Αὐτοσοφία, *videlicet*) *prout ad Divinam Eſſentiam, abſolutè ſumptam, terminatur, eſt purè Speculativa.* Eſt omnium nec contra patiar Tertullianum Theologum Veterem, aut Carteſium, Philoſophum Novitium adlegari illum, quia dixit, *Deum feciſſe ſe ipſum*: iſtum, quia ſcripſit *Deum eſſe à ſe poſitivè*. Non patiar, inquam, adlegari Carteſium, quia ipſe extra clauſtra Academiarũ philoſophaus, & quo Scholaſtici ſenſu vocem illam acciperent, erravit linguâ, aut calamo, non autem mente, quoniam, ut ipſe propoſitionem ſuam interpretatur, illis verbis, *Deus eſt à ſe poſitivè*, voluit dicere, *quòd quidquid poſitivum eſt in Deo, eſt ens à ſe*. Ergo, quia Tertulliani tempore, non conſtabat terminorum Scholaſtica ſignificatio, poſſunt iſta ejus verba, *Deus fecit ſemetipſum*, accipi negativè, ut æquivaleant his, *Nullũ Agens fuit, quod Deum faceret*. Et nullus dubito, Tertullianum hoc ſuam ſententiam ſenſu interpretaturum fuiſſe, ſi ab aliquo fuiſſet reprehenſus. [N.B. Contra hanc primam Concluſionem aliquid

An Deus ſe ipſum fecerit?

An Deus ſit à ſe poſitivè?

Carteſius non erravit mente ſed calamo.

An idem de Tertulliano dici poſſit?

ſe

ſe probabiliter poſſe dicere putat Scotus, ut ſtatim apud Cacheranum videbimus.

Secunda.

DXVII. An activæ Divinarum Perſonarum Operationes, poſſint vocari *practicæ*?

INterroganti, An Pater Divinus genuerit Verbum Æternum practicè: *& quærenti* An Pater, Filiuſque practicè produxerint Spiritum Sanctum, *reſponſuri, debemus cum Viris Doctis, & Orthodoxis loqui, ne in materiâ, tàm gravi admittentes novos modos loquendi nequam aliquem ſenſum admittamus.*

Cacherani ſententia.

Ut te in doctrinâ præcedenti confirmem, dabo Cacheranum, qui *in Theologia Aſſertiva tom.1. tr.1. cap.6.§.3. pag.*307.*b.* ſic (& quidem prudentiſſimè) ſcribit. [Speculativa eſt ſcientia, quam habet Deus de ſe ipſo, quia hujuſmodi ſcientia vel conſideratur in ordine ad eſſentiam, attributa, & perſonam Patris; vel in ordine ad perſonas Filii, & Spiritûs Sancti.

An directio ſit de ratione Practici?

Si ſecundo modo, eſt quidem de objecto producibili, at non poteſt dirigere ipſius productionem, cùm Filius, & Spiritus Sanctus producantur ex neceſſariâ fœcunditate naturæ, non ex directione ſcientiæ: nec plauſum, aut ſequelam habet opinio Arriagæ *1.p. diſp.*18.*ſect.1.ſubſect.3. num.*14. exiſtimantis Patrem de Filio, utrumque de Spiritu Sancto habere ſcientiam practicam. Si ſecundo modo, ſcientia Dei non eſt de objecto producibili; cùm divina eſſentia, divina attributa, & perſona Patris, habeant eſſe improductum.

Arriagæ Opinio.

An cognitio ſuæ Eſſentiæ ſiquidem Deû dirigit ut illam amet, dici *Practica* poſſit?

Neque dicas ſufficere ad ſcientiam practicâ, quòd ſit de objecto amabili, & quòd poſſit dirigere amorem ſui objecti, licèt non poſſit dirigere productionem. Et quo capite Scotus *qu.4. prologi §. ſi objiciatur contra hoc*, cenſet probabiliter concedi poſſe practicam ſcientiam, quam Deus habet de propriâ eſſentiâ.

Quid pronunciet Scotus?

Contra enim nec ſufficit ad rationem ſcientiæ practicæ, quòd ſit de objecto amabili, ut patet *ex prolegomenis cap.*1. *in probat.*2. *par.1.aſſert.* Nec ſcientia, quam Deus habet de propriâ eſſentiâ, dirigit amorem ipſius, cùm Deus dirigat propriam eſſentiam amore omninò neceſſario, qui conſequenter nec poteſt ſubjici directioni, nec poteſt eſſe praxis, ut deducitur *ex dictis cap. ſuper.* §.2. in ultimis particulis primi aſſerti, & confirmari poteſt ex Ariſtotele *6.Ethic. cap.*2. docente intellectum practicum eſſe de rebus, quæ poſſunt aliter ſe habere, ſpeculativum verò de rebus neceſſariis.

An Amor neceſſarius poſſit vocari *Praxis*?

Qualis eſſe debeat Intellectio Practica opinione Philoſophi?

Deinde ſiquid probat allata *ex Scoto* inſtantia, probat ad ſummum eſſe practicam ſcientiam, quam Deus habet de ſe ipſo ut amabili, at non probat eſſe talem ſcientiam, quam Deus habet de ſe ipſo ſecundum ſe; & hanc in re eſſe ſpeculativam fatetur ipſemet Scotus §.*ſequenti* ad mox citat. Scotum, & Sanctum Thomam *artic.16.ſupracitat.* ſequuntur, licèt ex diverſis fundamentis omnes, quos viderim Theologi, Suarez *1.part. libr.3. cap.4. num.*5. Vaſquez *diſput.69.cap.2.num.*4. Valentia *diſput.1. quæſt.*14. *punct.* 8. Lugus *diſputat.* 34. *numer.* 7. de Quiros *quæſt.* 34. *articul. 6. num.* 117. Arriaga *loco mox citato* Doctores Thomiſtæ, & Scotiſtæ.]

Aliter ſtatuit Scotus de ſcientia, quam habet Deus de ſe ipſo quà amabili: & aliter de illa, quâ habet de ſe ipſo ſecundum ſe.

§§§

Tertia.

DXVIII. An, & quo ſēſu αὐτοσοφία Divina, ſit Practica?

SCientia Dei (*nimirùm*, Αὐτοσοφία) *prout ad eſſentia ſua perfectiones, relativè ſumptas, (hoc eſt, ut Creaturis communicabiles) terminatur, eſt Practica.* Ita D.Thomas *1.part. qu.*14. *art.16.in fin.* ſcribit enim. *Deus in ſpeculativâ ſui ipſius Scientiâ, habet cognitionem & ſpeculativam & practicam omnium aliorum.* Et probatur: Quia Speculativum & Practicum, ſicut & **Sare** & **Sere** (*Eſſe quiditativum, & Eſſe exiſtentiale*) non condiſtinguuntur inter ſe, ſed prius clauditur in poſteriori, quoniam (ut Subſect. præced. §. *Et hic obiter nota* aſſeruimus) Intellectus humanus ſpeculativus (ut Doctor Angelicus *q.14.de Verit.art.*4. teſtatur) *extenſione fit Practicus.* Et Creaturæ **Santes** (quæ habent eſſe quiditativum) extenſione fiunt **Sentes** [erunt extra cauſas, ſi in genere eſſendi ita progrediantur & extendantur, ut **Sere** (eſſe exiſtentiale) recipiant.]

In Praxi clauditur ſpeculatio.

In τῷ **ſere**, includitur τὸ **ſare**.

Quarta.

SCientia Simplicis Intelligentiæ cum Creaturis **Santibus** (habentibus eſſe quiditativū) *comparata, eſt non jam practica, & operativa; ſed practicans, & ſuo modo operans.* Demonſtratur. Quia per ſuam Intellectionem Deus ὀσιᾶι (*eſſentiat Creaturas*) hoc eſt, Creaturis **Santibus** (nimirùm, *habentibus eſſe quiditativum actu, & eſſe exiſtentiale in potentiâ*) illud eſſe eſſentiale & quiditativum, quod habent. Et quidem ſunt Creaturæ **Santes** (*habentes eſſe quiditativum*) eædem ac **Sebiles** (nempe, poſſibiles) quæ poſſunt **Sere** (quæ poſſunt exiſtentiam habere.)

Scientia Simplicis Intelligentiæ eſt Practica, tametſi naturalis, & neceſſaria ſit.
Immò eſt reverâ Practicās

DXIX. Debet **Sare**, à **ſere** (*hoc eſt, Eſſe eſſentiale, ab eſſe exiſtentiali*) diſtingui.

Hæc doctrina jam eſt in Scholâ D. Thomæ communis: quoniam licèt Recentiores Thomiſtæ non habeant ſufficientia vocabula, quibus exactè ſuas Sententias exponant, ipſum *Eſſe quiditativum* ab *Eſſe exiſtentiali* diſtinguunt. Ut videre eſt in Dn. Auguſtino Rediugo, qui *tom.1.q.5.art.2. controverſ.1.pag.*160. *a.* ſic ſcribit. [Scientia Divina Simplicis Intelligentiæ pro objecto formali motivo habet eſſe eminentiale Creaturarum in Deo, quod formaliter eſt ipſa eſſentia Divina: pro objecto autem materiali habet Eſſe Creaturarum reale poſſibile, diſtinctum ab eſſentiâ Divinâ, objectivè exiſtens in Intellectu Divino: à quo in æternitate [N.B.] non phyſicè, ſed in ratione intelligibilis, atque adeo poſſibilis, repræſentativè, emanat, &c.] Conſidera illud *emanat*. Ergo Creaturæ poſſibiles non ſunt priores Simplici Intelligentiâ, & ab eâ ſpeculativè conſiderantur; ſed ab illâ procedunt, & **Samuntur**, (hoc eſt, *illud* eſſe quiditativum, *quod habent à Divinâ Intellectione recipiunt.*)

Natura Divina omnes Creaturarum poſſibilium perfectiones continet eminenter.

Intellectio Divina **ſamit**, (*eſſentiat*) Creaturas ſuniverſas poſſibiles: Creaturæ Poſſibiles poſteriores ſunt cognitione Divina.

Et, quia videbatur intellectu difficilis illa Poſſibilium emanatio (illa ὀσίωσις, *Eſſentiatio*) quam nos in Dialecto Metaphyſicâ paucis verbis exponimus, ipſe circumloquens per plura ſic exponit. Attende.

De Creaturarũ ὀσίωσι.

[Cujuſcumque Creaturæ modus eſſendi proprius eſt, ſecundum quem (**Samitur**) Divinam perfectionem participat ex S. Thomâ *hic qu.14. art.6.* Hæc autem divina perfectio

Creaturæ ſuas à Deo perfectiones participant.

Intelligere Dei, eſt eſſe Dei.

ctio eſt à creaturis participabilis ſecundum modum Naturæ Divinæ. Unde quia eſſe Dei eſt ſuum Intelligere, conſequens eſt, omnem modum eſſendi creaturis proprium eſſe à Deo intelligibiliter, uti conſtare poteſt ex diſcurſu Sancti Thomæ *cit. qu. 14. art. 8.* Ergo creaturarum eſſe proprium, ſive earum eſſentiæ in ſtatu etiam poſſibilitatis participantur per intellectionem Divinam. At hujus attingentia eſt intentionalis ſecundum repræſentationem objecti. Conſequens igitur eſt, Deum creaturas poſſibiles eatenus (Samere *eſſentiare*) vocare in æternitate, quatenus per aſſenſum poſitivum in earum conceptibus objectivis repræſentat (earum Sare) hoc eſt, formalitatem eſſendi, non quidem in [*] actu exercito, ſed in actu dumtaxat ſignato. At creaturæ ex hoc ſunt poſſibiles, quòd in ipſarum ratione formali quidditativâ, non exercitè ſeu phyſicè, ſed ſignatè, ſeu repræſentativè involvatur *eſſe*: (ſeu Sare) Probatur iſtud Aſſumptum. Formalitas Sandi, *habendi eſſe quiditativum* ſive hoc ſenſu) eſſendi, eatenus eſt (Sebiles; *exiſtentiabilis*) ad extra determinabilis per Divinam voluntatem, quatenus repræſentatur per Divinam intellectionem. Eſt autem in tantum (ipſum Sare) formalitas, ſeu modus aliquis eſſendi (ſebiles, *exiſtentiabilis*) ad extra producibilis per Omnipotentiam Divinam, in quantum eſt determinabilis à Divinâ Voluntate. At formalitas quà producibilis per Omnipotentiam Divinam eo ipſo ſupponitur poſſibilis. Ergo formalitates eſſendi extra Deum ex hoc ipſo ſunt poſſibiles, quòd per Divinam intellectionem in earum conceptibus objectivis involvatur eſſe, hoc eſt Sare (*eſſe quiditativum* ipſis communicatur.) Hoc autem eſſe non tantùm exercitè, ſed neque ſignatè in ratione objecti ſeu intelligibilis poteſt ſecundum ſignum aliquod rationis, vel prioritatem naturæ eſſe (Sere, *exiſtere*) antecedenter ad Naturam, ſeu Intellectionem Divinam; oportet enim, omne creatum ſub quâvis formalitate, atque adeò ſub ratione etiam Intelligibilitatis eſſe dependens, & participatum à Deo. At prima omnium operatio in Deo eſt intellectio, hujus verò formaliter in ratione intellectionis, non eſt aliud officium, niſi repræſentando. Ergo ex eo, quòd Divina Intellectio in eſſentiis, & ſpeciebus creatis ſit repræſentativa formalitas eſſendi, ſequitur, iſtam formalitatem (intellectam Sare: hoc eſt,) non phyſicè, & in actu exercito, ſed repræſentativè in actu ſignato eſſe hoc ipſo in rebus creatis. At (hoc Sare) hoc eſſe in actu ſignato, & repræſentativè, eſt eſſe objectivum in intellectu Divino. Ergo iſtud eſſe objectivum eſt poſſibilitas creaturarum, ut ſic, in ratione intelligibilis (Sampta) derivata & participata ex virtute Divini Intellectûs in ſuâ eſſentiâ tanquam objecto primario, & formali motivo omnes eſſentias & ſpecies creatas per aſſenſum poſitivum cognoſcentis ſub ratione eſſendi, (nempe, ſub ratione Sandi, *habendi proprias quiditates*) atque ut ſic eas (Samentis) ponentis in eſſe objectivo atque intelligibili.]

Creaturæ eſſe debent, qualeſ à Deo intelliguntur: quia in Deo intelligere eſt facere

*] Creaturæ in actu ſignato ſant (*habent eſſentias*) & in actu exercito ſent (*habent exiſtentias*.)

Cur Creaturæ poſſibiles ſint?

Intellectus Divinus cognoſcit & cognoſcendo Samit Creaturas poſſibiles naturaliter & neceſſariò, & accedente libero Voluntatis decreto cognoſcit, & cognoſcendo Semit, (Exiſtentias cum Eſſentiis conjungit) & producit Creaturas exiſtentes.

Omne creatũ, etiam intelligibile, illud eſſe intelligibile quod habet, participat ab Intellectione Divina.

Prima Dei operatio eſt intelligere.

De Sare. De eſſe quiditativo & objectivo: Quale illud ſit?

Et hæc eſt doctrina certiſſima; & hodiè in Scholis recepta: nec contra eam patiemur citari & produci Ariſtotelem, cujus verba *ex libr. 6. Ethic. cap. 2.* deſumpta, & paulò antè producta: fatemur enim eum Praxim in rebus contingentibus tantùm poſuiſſe; ſed quid id ad rem noſtram, ſi Ariſtoteles nullam habuit hujus Divinæ Cognitionis notitiam.

Cur hæc noſtra Concluſio non militet cõtra Ariſtotelẽ?

QUINTA.

S*Cientia Simplicis Intelligentiæ, comparata cum Creaturis* Suntibus (exiſtentibus in aliquâ differentia temporis) *eſt practica in actu primo*. Hanc admittunt Diſcipuli S. Thomæ communiter. Interroganti *enim, An Scientia Dei rerum exiſtentium ſit Cauſa?* reſpondent, illam Divinam Scientiam, conſideratam ante Decretum, eſſe Cauſam in actu primò, & conſideratam poſt Decretum, eſſe Cauſam in actu ſecundo. Et ſcimus unam & eamdem indiviſibilem Scientiam, prout intelligitur ante Decretum, *Simplicem Intelligentiam*; prout autem intelligitur poſt Decretum, *Viſionem* nominari, Cùm autem Decretum ſit conditio, quâ poſitâ Scientia Dei Creaturas Semit exiſtentiat (*creat, producit, facit ut exiſtant de facto*) meritò dicitur Simplex Intelligentia *Exiſtentiativa*, hoc eſt, *Practica in actu primo*: & meritò Viſio, *Exiſtentians*; hoc eſt, *Practica in actu ſecundo* vocatur.

De eadem Scientia, ſi cum Creaturis ſuntibus componatur.

Quo modo in Deo Simplex Intelligentia, & Viſio differant?

Illa eſt eſſentiativa; hæc exiſtentians.

SEXTA.

C*Ognitio, quâ Deus impoſſibilia intelligit, eſt Practica*. Patet: quoniam Impoſſibilia non à ſe habent, quòd ſint impoſſibilia: ſed τὸ *ſuum eſſe impoſſibile* habent à Deo.

DXX. *Sicut Poſſibilia, ſic etiam Impoſſibilia à Deo pendent.

Vide quæ diximus *diſſert. 2. part. 3. cap. 1. art. 2.* quo in loco, quæritur, & accuratè expenditur, Quid Verum ſit? de ejus Diviſione in ens, & Non-ens; & de entis ſubdiviſione in Neceſſarium, Poſſibile, & Impoſſibile diſputatur. Oſtenditurque ab ente Neceſſario, hoc eſt, à Deo, habere, & Poſſibilia, quòd ſint poſſibilia: & Impoſſibilia, quòd ſint impoſſibilia.

SEPTIMA.

E*Tiam illa cognitio, quâ Deus mala intuitur, eſt Practica*. Sed quomodo? An Deus poteſt facere mala? Minimè. Quia, cùm infinitè bonus, nihil prorſus theologicè, aut philoſophicè malum poteſt facere. Quo ergo Deus modo cognoſcit mala practicè, ſiquidem mala ipſe operari non poteſt? Audiamus D. Thomam, qui *1. part. qu. 14. art. 16. in corp.* ſic ſcribit. *Mala, licèt non ſint à Deo operabilia, tamen ſub cognitionem ejus practicam cadunt*. Ut hæc Angelici Doctoris verba, quæ difficultate non carent, explicent, nonnulli Novitii Doctores, Deum in bonis oppoſitis mala intueri aſſerunt; & hanc Divinam intuitionem practicam dici, non prout ad mala, ſed prout ad bona terminatur. Et hanc ingreſſus viam Cacheranus *in Theologia Aſſertiva tom. 1. tract. 1. cap. 6. §. 3. pag. 308. a.* ſic ſcribit. [Loquitur de malis, non ſecundum ſe, ſed prout cognoſcuntur per bona, & propter bona permittuntur. Et ſenſus eſt, Cadere ſub Scientiam Practicam bona, in quibus cognoſcuntur, & propter quæ permittuntur, aut impediuntur mala, &c.] At hæc verbis Præceptoris Angelici videtur vim inferre Reſponſio.

An mala Deus cognoſcat practicè?

An mala cognoſcat in bonis?

Ad bona Deus concurrit, etiam quando mala permittit

Di-

An Deus concurrat ad materiale peccati?

Diverſam viam ineunt Thomiſtæ, Quoniam, qui docent Deum concurrere ad materiale peccati, hoc etiam ſenſu, poſſunt dicere practicam eſſe in Deo cognitionem peccati. Sed Ego, qui hanc cenſeo doram eſſe ſententiam, & nego nos illam docere D. Thomam, Practicum in Factivum, Operativom, & Permiſſivom divido: Divomq; Thomam loquntom fuiſſe de Practico permiſſivo aſſevero. Nec hinc contra Deum iucuſatio reſultat, non enim, qui mala permittit, moraliter cooperari dicitur, quando ea impedire nullo jore tenetur.

Vtrum præcedentes omnes Reſolutiones nomen DEUS *abſolutè confirmet?*

DXXI.

Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis.

An nomen Deus Supremo Numini aptiſſimè fuerit impoſitum?

TOTO iſto Libro Nomenclatoris Latini aut etiam Græci, ignorautiam, oſcitantiam, negligentiam, avaritiamque ſum incriminatus: non quia ſic libuit, ſed qoia ſic fieri debuit: &, quia impræſentiarùm illi aperuerunt oculos, illos laudo & commendo, & aſſero utrumque Deum indigitaſſe opportuno vocabulo.

Ac Pater, ac Hominum, Divûmque Æterna Poteſtas,

Latinè nominatur DEUS, Sed quid hoc nomine ſignificatur?

Deus dicitur à dando: quia omnibus omnia, quæ habent, ipſe dat.

Sanè inter alias Etymologias, quæ nomen Latinum Deus *dilucidant, ill a videtur aptiſſima, quæ* à dando, *dici* Deum *aſſeverat. Meritò enim Deus* Dantis *cognomento inſignitur, qui omnia, quæ habent univerſis communicat, & Creaturis non indiget, ut aliquid ab illis recipiat.*

Cognoſcit Deus Creaturas poſſibiles. An illæ priores ſint cognitione Divina?

Dantur Creaturæ Poſſibiles, & datur in Deo Simplex Intelligentia. At non datur in Deo Simplex Intelligentia, quia Creatura ipſi Scientia Divina, vel aliquam formalitatem intrinſecam, per quam debeat conſtitui; vel aliquam formalitatem extrinſecam, in quam poſſit, ut in objectum tendere; vel quam ut præexiſtentem debeat ſpeculari: Sed dantur Creaturæ, quia datur ante ipſas Simplex Intelligentia, quæ ipſas Samit, *quæ ipſis dat* Sate (illud videlicet eſſe eſſentiale, & quiditativum, quod habent.)

Paulus ad Roman, cap. 11. in fin.
Canitur in Miſſa die SS. Trinitatis.
*] *Ad literam,* Deus ipſi prædedit.

Hanc Romanos docet Veritatem Apoſtolus, lineas ſubſequentes ſcribens. Τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. *Quis prior ipſi* [*] *dedit.* [*Si ſit aliquis, qui talis ſit, compareat*] *& retribuetur ipſi.* [*At talis qui Deo quidpiam prædederit, adſignari non poteſt*] *quoniam omnia* [Santia, Sebilia, Sentia, Suntia, &c. Habentia eſſe qoiditarivum, Poſſibilia, ſeo potentia habere eſſe exiſtentiale, & exiſtentia nunc, aut in aliquâ differeotiâ temporis] *omnia, omnia, ſunt ex ipſo* [*tanquam ex fonte:*] *& ſunt per ipſum* [*tanquam per Cauſam:*] *quia in ipſo* [*eminenter & communicabiliter præexiſtunt.*]

Vniverſa, tam Poſſibilia, quâ Exiſtentia, ſũt a Deo, per Deum, & in Deo.

Deum Græci ἀπὸ τοῦ θέειν, *à faciendo,* Θεὸν *denominarũt: & meritò, nam univerſa facit Deus.*

Conſonat Græcos Nomenclator Latino, qui ſuo idiomate Θεὸν, à faciendo, quòd univerſa fecerit, denominavit. Bremenſes in Lexici Epitomâ. [Θεός, *Deus* à θεάομαι, vel à θέω id eſt, *facio*; quia omnium Autor eſt, ὁ Παντοθετής, vel θεώμενος.] Merito igitur à Græcis Deus cognominatur Θεὸς, qoia per Scientiam Simplicis Intelligentiæ θέει, facit (Samſt) Creaturas univerſas poſſibiles: & per Scientiam Viſionis θέει, (Semſt) omnes Creaturas (Suntes) exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis.

Arguit Scotus contra præcedentes Doctrinas.

DXXII.

Vtrùm Cognitio Practica dirigat Voluntatem?

OMNES hæ Concluſiones ſont contra Scotum, qui *in qu. 4. Prolog. §. 2.* & ruſus *in 1. diſtinct. 38. §. quamvis ſupra*, nullam in Deo Practicam cognitionem admittit. Et, ut ſic ſtatuat duplici argumento movetur. Diſcurrit enim *Primò ſic*. Omnis cognitio Practica, eſt Voluntatis directiva. At Divina Voluotas, cùm infinitè perfecta ſit, directione noo indiget. Nulla ergo in Deo cognitio eſt Practica, ſeu directiva, *Secundò verò ſic*. Intellectus Divinus (& damus non ſolùm Scoti ſententiam, ſed & verba) non poteſt habere cognitionem præcedentem actum Volontatis; dictativam de opere faciendo; Si enim ante actum Voluntatis Divinæ poſſet Intellectus Divinus aliquam talem cognitionem habere, haberet eam merè naturaliter & neceſſariò. De neceſſitate ergo cognoſceret hoc eſſe faciendum. Et tunc Voluntas, cui offert, noo poſſet non velle illud, qoia noo poſſet eſſe non recta. Quia Voluotas putens diſcordare à ratione practicâ, poteſt eſſe non recta.

An cognitio Practica auferat libertatẽ?

Scoti Argumentis ſatisfit.

HIS aotem non obſtantibus conſtamus noſtris Reſolotionibus; prononciamuſque Scotum nil ſuis perſuadere rationibus. Quoniam

An Cognitio, quæ facit Ens rationis ſit Practica?

AD PRIMUM reſpondemus, negando abſolutè Majorem. Cognitio enim, quæ in Peripateticorum opinione dat enti rationis illud eſſe objectivum quod habet, eſt practica, [homo enim, ut paſſim loqui ſolent Peripatetici, non ſolùm ſpecolatur, ſed etiam facit ens rationis.] Et tamen hæc Cognitio, per quam ens rationis ſit, non eſt Volontatis directiva, non enim ad Voluntatem ordinatur. Et quid, ſi hæc Major condonaretur, aut permitteretur tranſire? Adhuc nihil Argumentum evinceret, quoniam Minor eſt abſolotè identica, ſi vera ſit: & ſi non eſt identica, eſt falſa. Voluntas enim Divina eſt infinitè perfecta, oam eſt infinitè recta, & eſt infinitè recta, quia ab Intellectioone infinitâ dirigitur. Et hanc ob rem diſtinguenda eſt illa Propoſitio, *Voluntas Divina directione non indiget*; ſi agatur de alterâ oovâ directiooe, quæ ſit à præcedeoti diſtincta, cooceditur: ſi de ipsâ præcedenti negatur.

Cur Divina Voluntas ſit infinitè perfecta?

An directione indigeat?

An ſola illa Voluntas, quæ poteſt errare, reguletur?

Et huic Primo Argumento paulò aliter reſpondet Cacheranus; inquit enim. [Non eſt de ratione Regulæ, ut regulatum poſſit errare, aut ut ipſi tanquam ſuperiori regulatum ſubjiciatur, ſed ſolùm ut regolatom poſſit ſequi, vel non ſequi regulæ directionem, quod optimè verificatur in voluntare Divinâ, quæ dum liberè eligit, liberèque faciendum determinat id, quod ei ab intellectu proponitur, utique poteſt in actu ſecundo regulari, vel nõ regulari, quia poteſt in actu ſecundo eligere, vel non eligere, rem, circa quam eſt regulanda.

Digitized by Google

da. Quando additur divinam voluntatem eſſe ipſammet ſibi regulam, verum eſt loquendo realiter, & ut ſibi identificat intellectum, cæterùm formaliter, & ſecundum ſe præciſè, ſicuti eſt cœca, ita caret regulâ, quæ nihil aliud eſt in præſenti, quàm dictamen rationabile potentiæ videntis.]

An ne Simplex Intelligentia ad res faciendas terminetur?

Ad Secundum reſpondeo, Simplicem Intelligentiam, non operis faciendi, ſed operis factibilis eſſe cognitionem. Proponit enim Voluntati innumerabilia opera, quæ poſſunt fieri: & hoc naturaliter; nec Voluntas Divina contrà poteſt decernere, aliquid ex iis non eſſe factibile. Quam ob rem, fatemur, Scoti Argumentum concludere, ſi ſimplex Intelligentia ad Creaturas producendas terminaretur. At illud nullo modo concludit; quia terminatur ad producibiles: ex quibus illæ, quas Divina Voluntas eligendo determinat, tranſeunt in producendas. Et hic tranſitus explicatur hoc modo,

Quo Creaturæ Poſſibiles modo in exiſtentes tranſeant?

Intellectus Divinus naturaliter & neceſſariò cognoſcit innumerabiles & infinitas perfectiones, quæ ſunt communicabiles in eſſentiâ Divinâ, & illas cognoſcendo, eas Samit (dat illis practicè illud quiditativum eſſe, quod habent) *Huic* eſſe quiditativo *poteſt accidere exiſtentia. Et tunc accedente ut conditione Voluntatis concurſu, Intellectus Divinus, determinatus à libero Divinæ Voluntatis decreto, res, quas vult*, ut Sentes (ut habentes exiſtentiam) *cognoſcit & ſic illas cognoſcendo, producit: nam in Deo idem eſt* intelligere, *ac* facere: *quam ob rem intelligendo illas ut poſſibiles*, illas Samit (facit illas eſſe poſſibiles) *& intelligendo illas ut exiſtentes*, illas Semit (facit illas eſſe exiſtentes) *Quoniam* intelligere Dei, *ad Creaturas terminatur, eſt ipſummet* Poſſe Dei (*quod vulgò dicitur* Omnipotentia) *videlicet Divina Intellectio*, per quam omnia facta ſunt, & ſine ipſâ factum eſt nihil.

Intellectus Divinus Voluntatem, tanquam conditionem reſpiciens, eſt Dei Omnipotentia.

Joann. 1. 2.

De aliis Autoribus.

DXXIII.

An Cognitio, quæ facit entia rationis ſit ſpeculativa, vel Practica?

QUI autem, aut Eſſentialia Agentium non admittunt, aut Praxim ita intelligunt, ut eam cenſeant eſſe cum exiſtentiâ neceſſariò connexam, debent conſequenter aſſerere, illam Intellectionem, quæ in opinione communi (quam Ego falſam eſſe aſſevero) entia rationis fabricatur, eſſe Speculativam, ſuo enim termino ſeu objecto, præbet eſſentiam qualem qualem, at nullam exiſtentiam impertit. Et tranſeundo ad Theologica, debent ſimiliter aſſerere, Scientiam Simplicis Intelligentiæ, quæ ſuum objectum (Creaturas poſſibiles) Samit, non Semit, eſſe Speculativam. Ita ſtatuunt Doctores & Scriptores multi. Et inter eos Cacheranus *Theologia Aſſertiva tom. 1. tract. 1. cap. 6. §. 3. num. 14. pag. 307. b.* inquit enim [Speculativa item eſt Scientia, quam Deus habet de Creaturis exiſtentibus intuendo [*] exiſtentiam: aut Poſſibilibus conſiderando præciſè connexionem prædicatorum eſſentialium, & Veritates neceſſarias in ipſis relucentes, &c.] Quoniam neutra ex his Scientiis, aut dat exiſtentiam objecto: ut jam exiſtens contemplatur.

An Simplex Intelligentia in Deo, ſit Scientia ſpeculativa?

N. B.

*) *Aliud eſt cognoſcere exiſtentias poſſibiles, & aliud illas cum eſſentiis conjungere. Illud, Cacherano aſſerente, facit ſpeculativè Intellectus Divinus; hoc autem practicè.*

Circa *Viſionis* nomen etiam eſt æquivocatio: quoniam Intellectus Divinus, Voluntate accedente, eſſentias cum exiſtentiis cognoſcendo conjungit, & ſic cognoſcendo & conjungendo Creaturas Suntes (*exiſtentes in aliquâ temporis differentiâ*) producit & poſteà [a] productas conſiderat & intuetur. Et modò quæritur, pro quo inſtanti cognitio illa intelligatur, quæ dicitur *Scientia Viſionis*. Si enim hoc nomine illa Cognitio inſignitur, quando Semit (*Creaturas exiſtentes producit*) eſt Practica. Si autem hoc nomine Cognitio illa ſignificetur, poſtquam Creaturæ jam ſunt Sempeas (*productæ*) erit Speculativa.

Quo nam Intellectio Divina *Viſionis* nomine intelligatur?

a] *Prioritates inter Intellectiones Divinas, nec reales, nec rationis ratiocinatæ ſunt, rationis ratiocinantis: non enim in Deo, ſed in noſtro intellectu ſunt poſita.*

Et hoc ipſum nomen Cacheranus priori ſenſu accipiebat *ubi ſupr. pag. 308. a. nu. 15.* quando ſcribebat. [Practica Scientia eſt, quam habet Deus de Creaturis, vel concipiendo illas ut operabiles, ſimulque proponendo, & oſtendendo Voluntati modum, quo operabiles ſunt; vel adjuncto Voluntatis decreto de re aliquo actu producendâ dirigendo actualiter talis rei productionem, &c.] Ecce duas cognitiones ponit, alteram Operativam alteram Operantem: priorem Practicam in actu primo; poſteriorem Practicantem, ſeu Practicam in actu ſecundo. Et ut hanc differentiam exponat, ſubjungit. [Hoc ſecundo modo Scientia Dei eſt Practica magis proximè: primo modo eſt Practica magis remotè, &c.]

Scientia Practica Dei.

Aliud eſt cognoſcere Creaturas producibiles, & aliud producendas.

De Practico in actu primo, & in actu ſecundo.

Prætereà idem Autor *pag. 309. a. num. 55.* intelligit *Scientia Viſionis* nomine non Intellectionem Divinam, quæ Creaturas Semit (*exiſtentias*) ſed quæ jam Sempeas (*exiſtentiatas*) contemplatur: ſcribit enim. [Ex his tandem patet, revocando Objecta Scientiæ Speculativæ & Practicæ, ad Simplicem Intelligentiam & Viſionem, Viſionem eſſe totam Speculativam: Simplicem Intelligentiam partim ſpeculativam, partim practicam: & in ordine ad faciendam (*lego*, facienda) eſſe practicam proximè: & in ordine ad factibilia, & non facienda (*deleo illud* &) eſſe practicam remotè, *&c.*]

An Scientia Viſionis, non exiſtentiet Creaturas, ſed jam priùs exiſtentiatas intueatur?

Speculativa ſit, an Practica?

AR-

ARTICVLVS V.

De Scientia Media. *Quid ipſa ſit? & an veniat neceſſariò admittenda?*

DXXIV.
Vtrùm ante Viſionis ſcientiam fuerit de Media diſputandum?

STatim, in Articuli limine, reſponſurus ſum Objectioni, quæ incuſet ordinem, veliq; de Scientiâ Mediâ, ſiquidem inter Simplicem Intelligentiam, Viſionemque, media eſſe dicitur, immediatè poſt illam, & ante iſtam debuiſſe diſputari. Sed caſſabit Objectio; cùm, quia Scientiam Ego Mediam, non admiſſurus, ſed oppugnaturus propono: tum, quia etſi illam admitterem, rem mediam, quæ ſapit & participat extremorum naturam, poſt extremorum dilucidationem explicarem. Quidquid igitur de Articulorum ordine ſit, aut non ſit, ad rem ipſam veniamus.

An ne illa ſit neceſſariò admittenda?

Et ſanè (ſi per Molinam & ejus Diſcipulos liceat) Divinæ Scientiæ, in Simplicem Intelligentiam, & Viſionem, eſt adæquata diviſio: nam aliam Theologi Veteres non admiſerunt. [Et conſultò nolui, *non cognoverunt*, ſed *non admiſerunt* ponere; nam illam Pelagiani cognoviſſe videntur; & fuiſſe in ipſis, non ſolùm ipſius abuſum, ſed ipſam etiam condemnatam.] Sanè D. Thomas 1 *part. qu.*14. *art.*9. nec non *in* 2. *diſt.*38. *qu.*1. *art.*4. (cui Salmanticenſes *in* 1. *part. tract.*3. *diſp.*5. *dub.*2. *num.*10. Cacheranus *in Aſſertiva ſua Theolog. tom.*1. *tract.*2. *cap.*6. §.2. *pag.*305. *a.* & plerique omnes, qui extra Scholas Patrum Societatis philoſophantur, ſubſcribunt) inter Simplicem Intelligentiam, & Viſionem Scientiam aliquam Mediam non poſuit.

An Antiqui Scientiam Mediam cognoverint rejeceruntque?

An ſit hæc Scientia neceſſariò admittenda?

Occlamas. *Ergo, ſi Scientia Media in Deo non datur, ipſe non cognoſcit Futura libera conditionata.* Et Ego, nego Sequelam hanc rotundè. Et, ut me illam bene negare oſtendam, ſequentem Concluſionem propono.

Concluſio.

Attende; ſic enim inquam. *Futura conditionatè libera cognoſcit Deus, in Decreto ſuo, quod eſt abſolutum formaliter & entitativè, & objectivè conditionatum.*

Hæc Hiſtoria eſt de Futuro morè conditionato, in quo non Verificata eſt Conditionatum, nec manſit Ceila a Davide; nec Rex Ceilam adſcendit; nec ſuum clientem & hoſpitem tradiderunt Ceilitæ.

Ut rem exponam, & medullitùs Concluſionem intelligas, adnotato, Decretum bifariam eſſe poſſe conditionatum, proponam hiſtoriam quæ *libr.*1. *Reg. cap.*23. narratur. Fugiebat Saulem David, & aſyli & ſecuritatis gratiâ ad Ceilitas, ſuos amicos, confugit. At illorum Fidei & ſinceritati diffidens, conſuluit Deum, *An Saul; cùm reſciret, illum eſſe Ceilæ, superventurus eſſet, ut illum caperet?* Et reſpondit Dominus, *Superveniet.* Et adhuc interroganti, *An-ne Ceilitæ, ſi ad eos adſcenderet Saul, eſſent eum tradituri?* reſpondit, *Tradent.* Et quia reſponſio hæc infallibilis erat, & prædicebat Deus, quæ in ſuis Decretis intuebatur, iſta dilucido.

Sanè ſupponere poſſumus Deum elleniſſe hunc actum. *Si decrevera* [*] *quòd Saul reſciat Davidem confugiſſe, ad Ceilitas, decernam; quòd Saul adſcendat Ceilam, & quòd Ceilitæ illum tradant.*

*] Subintelligo prædeterminando, aut permittendo, pro ut ratio & circumſtantia poſtulent.

Vel, ſi volueris, hunc, *Ego decerno* [*] *quòd Saul ſciat Davidem adſcendiſſe Ceilam. Et quòd, ſi ibi maneat David, Saul adſcendat; & quòd Ceilitæ, ne ſuo Regi diſpliceant, illum tradant.*

Primus actus eſt Intellectus, ſecundus verò Voluntatis.

Cognoſcit illas Conditionatas Veritates Deus in ſuo Decreto, & quia prior ille actus, non Voluntatis, ſed Intellectûs eſt, eas non cognoſcit in ipſo. Ergo in altero, qui eſt voluntatis abſolutæ, ad objectum conditionatum terminatæ.

SECTIO I.

De Controverſiâ agitatâ coram Clemente VIII.

DXXV.

SUnt aliqui, qui volunt videri Viri docti, remque ſuperficie tenus intelligentes, exiſtimant, aut etiam aſſeverant, Quæſtionem, quæ Romæ, ſub annum 1604. inter PP. Dominicanos, & Patres S. J. coram Clemente VIII. agitabatur, fuiſſe hanc, videlicet, *Utrùm-ne Deus certò & infallibiliter cognoſcat Futura libera conditionata?*

De quanam re Dominicani & Ieſuitæ, Romæ coram apoſtolica Sede diſputaverint?

Reſpondeo, Scriptores iſtos allucinari, & confundere duas Quæſtiones, toto cælo, diverſas. Aliud enim eſt quærere, *An hujuſmodi Futura cognoſcat Deus?* & aliud illa eum cognoſcere ſupponendo, reſcire velle, *Utrùm illa ante omne decretum ſuæ Divinæ Voluntatis cognoſcat?* Quam ob rem circa primum ſumma ſemper fuit in Eccleſiâ & Schola omnium Theologorum concordia: & fuiſſe ſolùm de ſecundo puncto diſputatum, negare nequeunt, qui ipſum Scientiæ Mediæ nomen, quod cum magnâ attentione à Molinâ eſt impoſitum, conſideraverint. Teſtatur id Du. Auguſtinus Redingus *in* 1. *part. qu.*5. *art.*5. *controv.*1. *nu.*17. *pag.*185. *b.* dicens. [Proinde nulla fuit Controverſia de hoc, *An-ne Deus cognoſcat Futura Conditionata?* ſed circa iſtud, *An talia Futura cognoſcantur ante, vel poſt Decretum Divinum?* Vertitur præſentis Difficultatis cardo, &c.] Interim P. Arriaga *in* 1. *part. diſp.*1. *ſect.*1. *in fin.* nec non *ſect.*2. *num.*3. contendit de primâ, & non de ſecundâ Quæſtione inter Thomiſtas, & Moliniſtas Controverſiam moveri. Vide Joannem à S. Thomâ *in* 1. *part. diſput.*20. *artic.*1.

De Scientia Media. Cùr fuerit hoc nomen ſortita?

Con-

In quonam conſentiant & diſſentiant Authores?

COnveniunt ergo omnes (PP. Dominicani & Jeſuitæ) in aſſerendo Deum non jam purè conjecturaliter, & probabiliter, ſed certò & infallibiliter cognoſcere futura libera conditionata: dicere enim aliquos Thomiſtas ita fuiſſe olim cæcos, ut hanc veritatem negaverint, videtur manifeſta calumnia, quæ Zoilum potiùs, quàm Homerum dedecoret.

An ne aliqui Thomiſtæ Futurorum conditionatorum Deo certam cognitionem negaverint?

Profectò apud D. Auguſtinum Redingum *1.part.qu.5.art.5.controverſ.1. num.1. pag.183.* alii qui producuntur Authores, qui Thomiſtas erroris iſtius incriminantur. Nam Gabriel Vaſquez *in 1.part.diſp.67.cap.1.num.1.* & Joannes Martinonius *diſp. 9. de Deo ſect. 7.* Thomiſtas univerſim accuſat. Franciſcus Amicus *in 1.part. diſp.12. ſect.1. num* 18. Cabreram *in 3. part.qu.1.art.3.diſp.1. §.21.dict. 2. & 3.* & Nazarium *in 1.part.qu.14. art.13. contr.1.* ſimulat. Alarcon *tract.de Scientiâ Dei diſp.4. cap.4.* Cabreram, Cavezudum, Zumelem; & alios in ſpecie traducit.

DXXVI.

Thomiſtæ ſunt ab Adverſariis per injuriam traducti.

Reſpondeo Thomiſtas inter ſe convenire, eoſque ab Adverſariis non legi; quoniàm tam perſpicuè loquuntur, ut non poſſent non intelligi, ſi legerentur. Dico igitur omnes Thomiſtas, qui ab Adverſariis producuntur, conſentire Cabreræ, quem Alarcon & Amicus accuſant. At eumdem injuſtè accuſari demonſtrat P. Joannes à S. Thoma *in 1. part. diſp.20. art.1.num.10.* producendo Concluſiones quas ille tradit *in 3. qu.1. art.3.diſp.1. §.22. num.22.*

Exponitur Thomiſtarum Opinio,

Dicit itaque cum cæteris Thomiſtis Cabrera. *Primò*, quòd Futura conditionata, quæ cum conditione poſita non habent infallibilem connexionem, ut talis conditionis atque connexionis cognoſcantur ſolùm probabiliter ſecundum efficaciam & inclinationem conditionis poſitæ. *Secundò*. Quòd tamen hoc intelligendum ſit de cognitione non ex parte Dei cognoſcentis, qui omnia certò, & infallibiliter cognoſcit, ſed ex parte objecti cogniti, prout talia objecta dumtaxat ſunt capacia probabilis cognitionis. *Tertiò*. Quòd eadem Futura conditionata poſſet Deus certò cognoſcere ex vi aliarum rationum, ad quas infallibiliter ſequeretur, ſcilicet ex vi auxilii Efficacis, & Prædeterminationis. *Quartò*, Quòd infallibiliter ea cognoſcat in decreto dandi talia auxilia, ſi poneretur conditio, ſub quâ eſſent futura.

Hinc patet hos duos terminos Cognoſcere probabiliter, & cognoſcere probabilia Adverſarios, ut Thomiſtas dedecorent, cõfundere. Quoniam Ego certò cognoſco hanc Propoſitionem, *Deipara fuit ſine labe concepta* eſſe probabilem: & eamdem Deus infinitâ certitudine illam cognoſcit quoad ſe ipſam, & quoad nos. Et quoad ſe ipſam cognoſcit (ſic puto) eſſe certam: & quoad nos eamdem eſſe probabilem [*]

[*] In Modalibus Propoſitionibus Modus unus ſupra alterum Modum poteſt cadere: poteſt enim una ratio eſſe probabiliter demonſtrativa; & alia evidenter probabilis, & quando rem videmus propriis oculis, debemus à Conſequente Conſequentiam diſtinguere; poteſt enim contingere, ut Conſequens aliàs certum, ex talibus Præmiſſis non, niſi probabiliter inferatur.

Qui autem non voluerit adquieſcere, & adhuc de aſſertâ veritate dubitare præſumpſerit, ab errore, quo prævenitur ſe ſubducet, ſi legat Zumelem *1.part. quæſt.14. art. 13. diſp. 8. concl.* Cavezudum *1. tom. de Sacram.ad qu.62. art.5.dub.2.* Ledeſmam *tom.1.de auxiliis diſp.2. de ſcient. futur. conc.4.§.Nihilominus* Cabreram *3.part. qu.1.art.3. diſp.1.§.22. num.282. ac ſeqq.* Navarretem *præſ. 4. 13. contr. 56.§.2.* Alvarez *libr.2. de auxil.diſput.3.* Sotum *libr 3.ſum.cap.8.lect.3.* Nazarium *hic contr.1. notab.3.& 6.* item *concl.1.3.6.* Gonzalez *hic diſp. 46.* Xantom Mariales *tom.2.contr.49.cap.1.* Joannem à S. Thomâ *ad præſ.qu.14.diſp.20. a.1. à num.4.* Joannem Baptiſtam Gonet *diſp. 5. de Scientiâ Mediâ §. 1. notab. 1.* Petrum Labat *diſp.9. de Scientiâ Dei dub.9. in princ.* Serram *hic a.13.dub.*&c., qui tam clarè loquuntur, ut Pater Matthæus de Riſpolis *libr. 1. prædeſtin. qu.1.* de Scientiâ Mediâ differens, candidè profiteatur, Dominicanos & Adverſarios convenire in hoc quòd utrique aſſerant Deum habere certam & infallibilem Scientiam de Futuris liberis conditionatis.

Authores, qui in Thomiſtarũ opinione Deũ certò & infallibiliter cognoſcere Futura libera conditionata teſtantur,

SECTIO II.

Cur Nomenclator Metaphyſicus, in Nova ſuâ Dialecti Theſauro, noluerit ponere ſufficientia vocabula, quibus ſuum dilucidare poſſent Sententiam Moliniſtæ, qui dari in Deo Scientiam Mediam propugnant?

DXXVII.

Quales fuerint Veteres Nomenclatores?

FAceſſat (inquit Lector Criticus) illa (quæ vel eſt, vel ſaltem videtur, invidioſa) Querimonia: quæ Avaritiæ Nomenclatores Veteres (Græcos, Latinoſque) incriminabatur. Aulicos illos fuiſſe diximus, & Scientiarum ſublimiorum expertes, & ideò neſciviſſe conformare vocabula, quibus Philoſophi, & Theologi, in Diſſertationibus ſuis uterentur.

An etiam Nos avari ſimus, & in terminorum conformatione diminutè, aut ſaltem parcè, procedamus?

Et tamen Nos, qui vel ſumus Theologi, vel ſaltem tales denominamur, & omni diligentiâ voluimus Veterum ſupplere defectus, etiam diminutè procedimus, & vocabula opportuna Theologis non miniſtramus. Et quidem Nos diminutè in Nomenclatione procedere, oſtendi clariſſimè poteſt,

De Eſſe quidditativo.

De Eſſe exiſtentiali.

verbum enim **ſare** (*habere eſſe quidditativum*) commenti ſumus, ut Simplicis Intelligentiæ Objectum ſignificaremus: & **ſere** (*habere eſſe exiſtentiale*) addidimus, ut Viſionis Objectum dilucidaremus.

Cur fuerint diſtincta opportunis vocabulis?

Et tamen inter **ſare** & **ſere** nullum intermedium verbum ſubſtantivum (aut modum eſſendi) poſuimus, cùm tamen detur Scientia Media, quæ ſicut ipſa inter Simplicem Intelligentiam & inter Viſionem Divinam interjacet, debet habere Objectum, quod inter **ſare** & **ſere** interponatur:

Utrùm objectum Scientiæ Mediæ inter Sare, & Sere ſit medium?

Quoniam ut ab Angelico Præceptore docti, omnes aſſeverant Theologi, ſcientiarum in Deo multiplicatio, non eſt ipſi Deo intrinſeca, ſed extrinſeca: non enim ab ipſomet Deo, ſed à pluralitate & ordine objectorum deſumitur.

An illud denominari debeerit ſpeciali vocabulo?

Diximus, & iterum dicimus Veteres Nomenclatores in conformando Terminorum Theſauro proceſſiſſe diminutè & avarè: & aſſerimus, Nos eorumdem defectus ſuppleviſſe. Negamus tamen, Nos ſimiliter proceſſiſſe diminutè & avarè: non enim medicina, quam morbo inveterato adhibuimus, indiget alterâ medicinâ. In Deo ſimplex intelligentia proprium Objectum habet, propriũ Viſio; illud eſt **ſare** (*eſſe quidditativum*) hoc eſt **ſere** (*eſſe exiſtentiale*) Si nos opinaremur inter Simplicem Intelligentiam, & Viſionem, Scientiam aliquam Mediam intereſſe, illam habituram Objectum proprium conficeremur, & in illo aliquem eſſendi modum poneremus,

quem

*] *Non ſcivi me explicare Latinè, ergo loquar Hiſpanicè.* Segun pienſo, por empeño, y por thema, y no por dictamen la Ciencia Media ſe defiende.

quem aliquo etiam ſignificaremus vocabulo. Sed quia non putamus ſeriò [*] quæ de iſtâ Scientiâ Mediâ, vel à Molinâ olim, vel hodiè à ſuis propugnatoribus edifferuntur (ſinguli enim diverſo illam modo intelligunt, exponuntque) ſuppoſuimus Scientiæ, quæ non eſt in rerum naturâ, nullum objectum eſſe. Et objectum quod [*] in rerum naturâ non eſt, nullo debere nomine ſignificari.

*] *Dantur quidem actus liberi conditionati at non dantur ipſi ante decretum. Ergo non datur Scientia Media, quia hæc Scientia illos ante decretum dari aſſerit, & ſupponit.*

Dices. Non eſſe ſufficientem rationem, ut noſtram negligentiam excuſet; quia, ſi non aſſentimur Moliniſtis Scientiam Mediã ponentibus, debebimus eam impugnare; & id præſtare non poterimus, niſi habeamus ſufficientia vocabula. Manet igitur, quidquid dixerimus, aut non dixerimus nos diminutè proceſſiſſe; debuiſſeque inter **ſare**, & **ſere** (*eſſe quidditativum, & eſſe exiſtentiale*) alium modum eſſendi comminiſci.

Quam falſa ſint, quæ de Scientia Media dicuntur.

Reſpondemus. Et primò, tam eſſe falſa, juxtà opinionem noſtram, quæ de Scientiã Mediã dicuntur, ut ſuo pondere corruant, nec impugnatione indigere. Ergo, ſi illam, nec tueri poſſumus, nec impugnare volumus ut de illâ diſſeramus congruis vocabulis non indigemus.

An ejus objectum poſſit ſignari ſpeciali vocabulo?

Reſpondemus ſecundò (nam malumus prodigi, quàm avari cenſeri) in gratiam tuam (aut etiam Molinæ, ſi velis) nos paratos eſſe, vocabulum, de quo diſſeritur, ſubminiſtrare. Ergo attende.

An per **Saere** ejus eſſentia opportunè exponatur?

Scientia Media dicitur, quæ inter Intelligentiam ſimplicem, & Viſionem eſt media. Ergo ejus objectum erit inter objecta Scientiarum prædictarum medium. At illarum objecta ſunt **ſare** & **ſere** (*eſſe quidditativum*, quod eſt ante Decretum: & *eſſe exiſtentiale*, quod eſt poſt Decretum.) Erit igitur *quoddam eſſi intermedium*, quod ſit poſt **ſare**, & priùs quàm **ſere**. Sit ergo **ſaere**, & ſic inter **ſare**, & **Sere** erit medium.

SECTIO III.

Qualis ſit Scientia Media, Salmanticenſium Theologorum Cenſura.

DXXVIII. De Curſu Theologico Salmanticenſium.

Tametſi totus Curſus Theologicus, qui Patrum Carmelitarum Excalceatorum nomine in lucem prodiit, à doctiſſimis calamis ſit exaratus, primus Tomus præ cæteris eminere videtur; prodiit enim, cùm eſſem adoleſcens Salmanticæ & fuit, ut vidi, non cum applauſu tantùm, ſed, & cum admiratione ab hac Scholâ receptus.

An Scientia Media conſonet Sacræ Paginæ?

Examinant iſtam quæſtionem citati Patres Salmanticenſes *tom.1.diſp.*10.

Et *dub.*1. §.3.*pag.*449.*b.* ſic ſcribunt. [Dicendum eſt, juxta Sacram Scripturam, non eſſe admittendam hanc ſcientiam mediam, ſive conditionatam, ſeu (quod in idem redit) non dari in Deo ſcientiam, per quam ante ſuum decretum efficax certò cognoſcat prædicta futura, contingentia conditionata. Ita plures, & graviſſimi Scriptores, quos *in hac Diſp. num.* 126. & deinceps adducemus. Et quamvis poſſet Aſſertio hæc pluribus teſtimoniis ſcripturæ ſuaderi, nihilominùs eis ſuppreſſis, unicum tantùm ſeligimus. Cujus

An cohærere poſſit cum Apoſtoli, ſcripta ad Corinthios, ſententia?

veritas videtur non poſſe ita benè ſalvari, ſi ſemel hæc ſcientia media, ſiva conditionata admittatur: hoc autem deſumitur ex Paulo 1.*ad Corinth.* 4. ubi ſic inquit. *Ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, unus contra alterum infletur pro alio. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis.*]

An illa poſſit cum S. Auguſtini doctrina & ſententia componi?

Et *dub.*5.§.2.*pag.*454.*b.* ſcribunt. [Dicendum eſt juxtà mentem Auguſtini ex teſtimoniis ejus deſumptam, non eſſe dabilem prædictã ſcientiam mediam, & conditionatam, ſeu (quod in idem redit) ſcientiam infallibilem tam ex parte ſubjecti, quàm ex parte objecti reſpectu futurorum contingentium conditionatorum, quæ antecedat efficax decretum Divinæ Voluntatis. Ita plures graviſſimi Doctores, quos in hac eâdem Diſputatione dubio ultimo reducemus.]

An contradicat D. Thomæ?

Et *dub.*4. §.2. *pag.* 467. *a.* [Dicandum eſt, quòd juxtà mentem Angelici Doctoris ex teſtimoniis ejus deſumptam, nullâ ratione admittenda eſt ſcientia media & conditionata, ſeu quæ inveniatur in Deo ante decretum efficax ſuæ voluntatis & verſatur circa res aliquo modo futuras. Ita omnes Doctores, quos in favorem noſtræ ſententiæ in hac eâdem diſputatione, dubio ultimo adducemus.]

An ab Auguſtini tempore uſque ad noſtram ætatem fuerit in Schola recepta?

Et *Dub.*6.§.1.*pag.*471.*b.* [Dicendum primò, ſcientiam mediam non fluxiſſe perenniter à tempore Auguſtini uſque ad noſtra tempora ita ut Theologis antiquis, & junioribus in hoc decurſu temporis exiſtentibus, ſatis cõmuniter approbata fuerit. Aſſertio hæc inter alia ponitur contra Suarez *tom.*1. *de gratiâ proleg.*2. & alios ejus ſequaces, quatenus contendit, ſcientiam mediam à tempore Auguſtini uſque ad ſua tempora perenniter fluxiſſe, & ab Antiquis, & Recentioribus Theologis fuiſſe approbatam.]

An in Concilio Tridentino à Patribus ſit approbata?

Et poſteà *pag.*472.*b.* [Dicendum eſt ſecundò doctrinam hanc de Scientiâ mediâ non eſſe approbatam à Patribus Concil. Trident. ſed potiùs, ut jam explicamus, virtualiter ſaltem reprobatam.]

DXXIX. An, ſi nota fuiſſet Auguſtino, à novitiis Theologis, qui ſũt ejus diſcipuli, potuerit ignorari?

Et *dub.*7.*pag.*474.*a.* [Dicendum eſt primò, quòd ſi ſemel verum eſſet, hanc ſcientiam mediam reperiri in Auguſtino & aliis Patribus ut propriam eorum mentem (cujus oppoſitum dub.2.3.4.& 5. oſtendimus) tunc dici non poſſet prædictam ſcientiam ignotam fuiſſe antiquioribus Scholaſticis, & aliis à tempore ejuſdem Auguſtini uſque ad ann. 1560. exiſtentibus: ac proindè nec ullâ ratione dici poterit, fuiſſe à junioribus Theologis ex Societate è viſceribus, & lateribus Patrum primò erutam. Aſſertio hæc eſt contra Fonſecam & Herice, alioſque eorum ſequaces. Eamque tuentur Diſcipuli D. Thomæ & Suarez *loc.cit.* aliique plures infrà referendi.]

Utrùm Sententia, quæ illam tuetur, oppoſitæ ſit poſtponenda?

Et *dub.*8. (quod malè inſcribitur *7.*) *pag.*481. [Dicendum ergo eſt, optimè ex iis, quæ aſſeruimus, deduci doctrinam denegantem ſcientiam mediam, præferendam eſſe doctrinæ illam affirmanti. Probatur Aſſertio. Nam ex dictis conſtat, doctrinam denegantem ſcientiam mediam inniti graviſſimis teſtimoniis, quibus oppoſita ſententia verè nõ

 inni-

innititur; ergo illa huic præferenda eſt. Antecedens probatur. Quoniam ſententia denegans ſcientiam mediam innititur in Sacrâ Scripturâ, ut *dub.1. hujus diſput.* probavimus, & eam docet Auguſtinus, Proſper, Hilarius, quorum quoad hoc eadem fuit mens & conſenſus, ut *dub.2.& 3.* dictum eſt. Et deinde eandem tuentur D. Thomas, ut *dub. 4. & 5.* oſtendimus, & omnes, vel ferè omnes Patres, ac Theologi antiqui à tempore Auguſtini uſque ad ann.1560. plus minúſ-ve decurrentes, præcipuè verò Patres Concilii Tridentini, ut *dub.6.& 7.* probavimus, nec non triginta illi graviſſimi viri (uno, vel altero excepto) à Clemente VIII. ad hanc controverſiam inter alia examinandam deputati, quibus etiam Summi Pontifices Clemens VIII. nec non & Paulus V. ut peculiares Doctores ſubſcripſere. Ac denique ex Dominicanâ Familiâ omnes Theologi tam antiqui, quàm juniores, ut ex dictis in duobus dubiis immediatè præcedentibus conſtat: ergo prædicta ſententia denegans ſcientiam mediam innititur graviſſimis omnium teſtimoniis, quibus oppoſita ſententia verè non innixa eſt: ſiquidem ex diametro cum ſententiâ denegante pugnat.]

An illa, quæ negat Scientiã Mediam Sacræ Scripturæ, & Patrum authoritate ſuffulciatur?

An illi ſubſcripſerint Summi Pontifices?

DXXX. An ſit neceſſaria Scientia Media ad prædefiniendos actus liberos?

Progrediuntur, & *diſp.11.dub.1.§.2.pag.484 a.* [Dicendum eſt (inquiunt) ſcientiam mediam non eſſe neceſſariam ad hoc, ut Deus efficaciter prædefiniat conſenſum liberum voluntatis creatæ, ſalvâ ejus libertate; quinimmò tali ſcientiâ datâ, nequit talem conſenſum, ſalvâ prædictâ libertate, ſive voluntatis creatæ, ſive Divinæ prædiffiniri. Ita communiter Thomiſtæ, omnes ferè Autores ſcientiam mediam denegantes.]

An ad Prædeſtinationis certitudinem?

Et §.3. [Dicendum eſt (addunt) ſcientiam mediam non eſſe neceſſariam ad certitudinẽ Divinæ prædeſtinationis, ſed ſine illâ poſſe optimè Deum; quem ſibi placuerit, prædeſtinare. Ita omnes Doctores, quos præcedenti diſputatione, dubio ultimo pro noſtrâ ſententiâ retulimus.]

An ipſa Prædeſtinationis infallibilitati præjudicet?

Et §.4. [Dicendum eſt ſcientiam mediam non ſolùm non eſſe neceſſariam ad prædeſtinationem, aut certitudinem ejus, verùm prædeſtinationem ipſam, ac proindè ejus certitudinem, non poſſe cum ſcientiâ iſtâ cohærere. Aſſertionem hanc communiter docent Diſcipuli D.Th.& eum tueri tenentur plures Doctores, diſput.præced. dub.ult. pro nobis relati.]

An prædeſtinationi adultorum officiat?

Et *dub.2.§.1.pag.487.* [Dicendum ergo eſt quòd ex alio capite ſcientia media non poteſt cohærere cum prædeſtinatione adultorũ & è contrà, quatenus prædeſtinatio iſtorum ſaltem connaturaliter, debet fieri independenter, vel tanquam à causâ, ſeu ratione à priori, aut ſaltem tanquam à conditione præviâ, à bonis operibus eorum, prævifis ut futuris. Si autem detur ſcientia media, debet oppoſitum contingere. Ita quamplures Doctores diſp.10.dub.ult.relati.]

Sic de Scientiâ Mediâ Patres Carmelitæ Excalceati pronunciant: & ſimilia apud Patrem Joannem de Sancto Thomâ, P. Philippum de Sanctiſſimâ Trinitate, D. Auguſtinum Redingum, D. Joſephum Cacheranum, alioſque Doctori Angelico adhærentes reperies,

SECTIO IV.

Probatur ratione, non poſſe admitti Scientiam Mediam.

MUlta & varia argumenta contra Molinam concinnantur à diverſis Autoribus, quæ in eorum libris legi poterunt; Ego autem meis fundamentis inſiſtens duobus in præſenti argumentis eamdem Molinæ opinionem impugno. Et erit Primum,

DXXXI. A Deo recipiant eſſe, omnia, quæ non ſunt Deus.

QUidquid eſt in rerum naturâ, quod non eſt Deus, eſſe quod habet, qualecumque illud ſit, recepit à Deo. Eſt Propoſitio certa. Quoniam Creaturæ poſſibiles ſuum Sare (ſuum Eſſe poſſibile quiditativum) receperunt à Deo: ideò enim ſunt Poſſibiles, quia illas Deus Samit, & poteſt Semere (nempè, quia illis Deus dat eſſe quiditativum, & eſſentiale: poteſtque iiſdem eſſe exiſtentiale impertiri, & concedere; hæc enim Aſſertio, *Deus poteſt facere, quæ poſſunt fieri*, à priori ſed non à poſteriori eſt vera. Sed, & Creaturæ Sentea, & Suntea, exiſtentes, aut nunc, aut in aliquâ differentiâ temporis, ſuum Sure (ſuum exiſtere, aut nunc, aut in aliquo tempore) recipiunt à Deo.

Nempe, à Deo recipiunt Creaturæ Poſſibiles, ſuum *eſſe* poſſibile: & Exiſtentes, ſuum *eſſe* exiſtens.

Epiſt. 1. ad Corinth.4.7.

Et quid, quæſò, vetat, adpropriare huic doctrinæ verba S.Pauli fortiſſima; & quæ ipſe ore Theologico inclamavit, aure Metaphyſicâ audire. Ejus verba ſunt hæc. Τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών. *Quid habes, quod non accepiſti. Si autem (&) accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis.* Arias Montanus, *quaſi non accipiens.* Quæ verba metaphyſicè intellecta, reddent hunc ſenſum. *Te adloquor* Sans (Ens habens eſſe quiditativum.) *Te* ſens (ens habens nunc eſſe exiſtentiale) *Te etiam* ſuns (Ens in aliquo tempore exiſtens.) *Quid habetis, quod non accepiſtis? Deus vobis dedit omne* Eſſe, *quod habetis. Quoniam Tu* ſans ſas, *quia Deus te* ſamit. *Et tu* ſens, ſes, *quia Deus te* ſemit. *Et tu* ſuns, ſus *quia Deus te* ſumit. *Quid ergo Vos* ſens, & ſuns *(nam de* ſante *non conqueror) gloriamini, quaſi nil acceperitis?*

An Apoſtoli verba, quæ Theologicè dicta, Metaphyſicè poſſint intelligi?

Ergo Futura libera conditionata ſuum ſaete *(ſuum eſſe liberum conditionatum) ſimiliter recipiunt à Deo.* Eſt conſequentia certa. Quoniam, ſi Poſſibilia à Deo recipiunt ſuum eſſe poſſibile: & Exiſtentia à Deo etiam recipiunt ſuum Eſſe exiſtentiale, non ſuccurrit ratio, quæ ſuadeat Futura libera conditionata, illud Eſſe, quod habent, non recipere à Deo.

A quonam ſuũ eſſe recipiant Futura libera conditionata?

Tunc ſic. *Futura iſta libera Conditionata, ſuum* ſaete (ſuum Eſſe) *à Deo, vel ante decretum, vel poſt illud recipiunt. Neutrum poteſt dici. Ergo*, &c.

An ſint ante Decretum?

Et quidem non poteſt dici hoc poſterius. *Quoniam, ſi hoc diceretur, tolleretur Quæſtio, & non daretur Scientia Media, quia ideò dicitur* Media, *quia poſt Simplicem Intelligentiam, & ante Decretum, & Viſionem à ſuis Defenſoribus ponitur.*

Verùm tollatur Quæſtio?

Sed

Google

Sed neq; poteſt dici illud prius. *Quoniam, ſi eſt ante Decretum, non eſt libera, ſed neceſſaria, & naturalis: adeoque ab Intelligentiâ ſimplici non diſtinguetur.*

An Scientia neceſſaria ſit duplex?

Dices, Scientiam Dei naturalem, & neceſſariam eſſe duplicem: nam vel intelligit Poſſibilia, & tunc dicitur *Simplex Intelligentia*: vel reſpicit Futura libera conditionata, & tunc appellatur *Scientia Media*.

De humana libertate.

Sed arguo contrà. *Hac reſponſio non valet; quia tollit omnem humanam libertatem.* Et hoc ut puto, evidenter demonſtro. *Quoniam Scientia Dei naturalis imponit neceſſitatem ſuo objecto. Et hanc ob rem Simplex Intelligentia, quia Scientia naturalis eſt, intelligendo, quòd homo ſit animal rationale, præſtat, ut Homo neceſſariò ſit animal rationale. Ergo Scientia Media quam vocant, quia ſimiliter eſt naturalis intelligendo, quòd David, ſi Ceilæ remaneat, tradetur, præſtabit, at ſi ille Ceilæ maneat, neceſſariò tradendus ſit.*

An Scientia neceſſaria, habeat objectum neceſſarium?

Objectio.

Non adquieſcis. Quoniam ſuâ ſimplicis Intelligentiæ Scientiâ, quæ neceſſaria, & naturalis eſt, cognoſcit Deus voluntates liberas Angelorum, & Hominum. Eſt ergo falſum dicere, naturalem, & neceſſariam Scientiam non poſſe ad liberum objectum terminari.

Reſponſio.

Reſpondeo Voluntatem Angelorum, & Hominum trifariam poſſe conſiderari: nam in eſſendo eſt neceſſaria; in habendo potentiam ad liberè operandum eſt neceſſaria; in operando verò eſt libera. Quoniam meæ Voluntati ex. gr. non eſt liberum eſſe, aut non eſſe: (exiſtere, aut non exiſtere) eſt enim adtributum Immortalis Subſtantiæ, & ipſa ſimiliter eſt immortalis. Præterea, quia de ejus eſſentiâ eſt, poſſe operari liberè, ideò non eſt ipſi liberum hac Potentiâ carere; ſicut nec liberum eſt Intellectui carere potentiâ intellectivâ. Ergo tota voluntatis libertas conſiſtit in operationibus determinatis. Et hinc redeundo ad ſimplicem Intelligentiã pronuncio per illam primo & ſecundo modo non autem tertio, Deum Angelicas, Humanaſque voluntates cognoſcere: cognoſcit enim illas eſſe immortales, habere potentiam operandi liberè, nam utrumque eſt voluntati neceſſarium: verùm enim verò non cognoſcit actus Voluntatis liberos determinatè; quoniam horum cognitio ſupponit Divinum Decretum.

Voluntas libera trifariam poteſt conſiderari: videlicet in eſſendo, in habendo potentiam, & denique in operando.

DXXXII.

PRæcedens Argumentum à priori eſſe impoſſibilem Scientiam Mediam, oſtendit. Ergo addatur & alterum, quod à poſteriori, & ab inconvenienti procedat, oroberque, ſequi ex admiſſione Scientiæ Mediæ Deum non eſſe Cauſam Primam in ordine ſupernaturali. Ergo attende.

Quæ ſit Cauſa prima noſtræ Prædeſtinationis?

Eſſe Deum Cauſam-primam noſtræ Prædeſtinationis, certum eſt. Et etiam indubitatum eſt, quando duo ſunt homines in æquali tentatione conſtituti, poſſe permittere quòd alter labatur, & peccet; & poſſe alterum ſuam indulgendo gratiam, à lapſu, & peccato præſervare. Hoc debent admittere univerſi Catholici. Ergo ſint in peccati mortalis ſtatu Petrus, Judas. Vultque Deus, ut Petrus reſipiſcat, & pœnitentiam faciat; & vult permittere, quòd Judas impœnitens ex hac vitâ diſcedat. Quid faciet, ut intentum obtineat.

Eſt certa & facilis D. Auguſtini Reſolutio.

S. Auguſtinus (quem Angelicus Doctor, & Thomiſtæ univerſi ſequuntur) facili ſe negotio expedit: dicit enim differre inter ſe Efficacem, & Sufficientem Gratiam: & ideò, Petrus, cui datur Efficax Gratia, convertetur: & Judas, cui non dabitur Efficax, ſed ſola Sufficiens, poterit quidem converti, ſed non convertetur. Differentia ergo ſe tenet ex parte Gratiæ, adeoque ex parte Dei. Paulò igitur interroganti, Τί γάρ σε διακρίνει; *Quis te diſcernit*. Reſpondeo ex doctrina præmiſsâ, *Deus eſt; qui Petrum à Judâ diſcernit*.

Quiſnam Petrum à Juda diſcernit?

Admittit P. Molina, à ſufficiente Gratiam Efficacem diſtingui; negat autem hanc differentiam eſſe Gratiis intrinſecam: eadem enim Gratia, ſi non conſequatur effectum, nominatur *Sufficiens*; &, ſi effectum conſequatur, eſt *Efficax*.

An ne Deus?

Ergo homo ſe diſcernit, inquam ego. Et probo. Quia, ſi det Deus æqualem Gratiam Petro & Judæ, & tamen Petrus convertatur, & Judas non convertatur (quod eſſe poſſibile ait Molina) differentia non ſe tenebit ex parte gratiæ, quæ ſupponitur eſſe in utroque æqualis. Ergo ſe tenebit ex parte Petri, & Judæ. Ergo Apoſtolo vociferanti, *Homo, quis te diſcernit?* Poterit Petrus reſpondere. *Ego ſum meæ converſionis Cauſa-prima. Ego ſum, qui me à Judâ diſcerno.*

An ne illi ipſi?

Negat Conſequentiam Molina: quia Deus eſt, qui Petrum à Judâ diſcernit: quoniam tametſi utrique ut ſupponitur, æqualem Gratiam dederit: dedit æqualem phyſicè: nam æque intenſam: at dedit inæqualem moraliter: quia eam dedit Petro ſub circumſtantiis, ſub quibus erat ille aſſenſurus: eam autem dedit Judæ, ſub circumſtantiis, ſub quibus non erat aſſenſurus.

Cur id neget Molina?

DXXXIII.

Quænam ſint circumſtantiæ, quæ gratiam reſtringunt?

Sed contrà, Primò. Quia tempora & loci circumſtantiæ non videntur cum aſſenſu, & diſſenſu connexionem habere: &, ſi Petrus, & Judas in eodem tempore, & loco conſtituantur, tolletur differentia, quam volebat Molina ab adjacentibus circumſtantiis deſumi. Quòd, ſi Molina velit alias præter tempus, & locum circumſtantias ad hujuſmodi diſcretionem cõcurrere, audire vellem, quænam ſint illæ; omnes enim de circumſtantiis in communi loquuntur: & nemo eas deſignat & determinat in particulari.

An gratia, per circumſtantias modificata, voluntatem neceſſitet?

Et contrà eamdem Molinæ Reſponſionem ſic Secundò argumentor. Vel Gratiã talium circumſtantiarum concurſu modificata, ita eſt efficax, ut cuicumque homini detur, illum ſit certiſſimè prædeterminatura; & eadem gratia ſub aliis circumſtantiis conceſſa, ita eſt inefficax, ut in nullo homine, cui infundatur, effectum ſit conſequutura. Vel Gratia, per tales, aut tales circumſtantias modificata, erit reſpectu Petri efficax, & reſpectu Judæ inefficax. Si Primum dicatur, Petrus, & Judas eodem operabuntur modo; quod contradicit experientiæ, & negat abſolutè Molina. Si dicatur Secundum: à Petro & Judâ differentia proveniet; adeoque non Deus illos, ſed ſeipſos illi diſtinguent, & decernent.

An verò voluntatem indeterminatam relinquat?

Google

NOTA.

An, & cur qui Scientiam Mediam tuentur, in fundamentis diſſentiant.

SAnè Scientiam Mediam fundamento carere, vel indè collige, quòd ſinguli, ut eam tueantur, alia & alia fundamenta ſupponant. Quod hodie videtur pleriſque ſi non univerſis placere, eſt, *Creaturas poſſibiles in ſe ipſis cognoſcibiles eſſe, & non poſſe a Scientiâ inſi-viſà neſciri*, & rotundè à Molinâ, Scientiæ Mediæ Inventore, negatur. Alii ſubeunt Opinionum divortia: & dum Suarizantibus, Vaſquizantes obſiſtunt, viam alii comminiſcuntur mediam, alii ſe ab utriſque ſubducunt; & Thomiſtæ ſucclamant.

Ibunt obſcuri ſolâ ſub nocte per umbras,
Perque domos Litis vacuas, & inania regna.

Virgilius Æneid. lib. 6.

ARTICULUS VI.

De Aeternitate. *Quàm ſit intellectu difficilis? An, & quo ipſa modo tota ſimul, & indiviſibilis ſit?*

DXXXIV. Qualis ſit Lingua Hebræa?

Quis fuerit in ea Nomenclator?

LIngua Sancta, quæ quoniam ab Adamo, ſub præſidio, & directione Dei fuit inventa, debet cæteris univerſis præferri, ſignat res opportunis vocabulis. Et *Æternitatem*, de quâ impræſenti diſſerimus; עולם HUOLAM, appellat; & hoc nomen deducit à Radice עלם, HALAM, quæ ſignificat *occultare*, & *abſcondere*, quoniam inter res occultiſſimas (quæ hominum captum ſuperare videntur) primo in loco poni debet Æternitas. Naturæ lumen, tametſi lucidiſſimum in Platone, Ariſtotele, & aliis priſcæ ætates Philoſophis, cœcum fuit, nec potens æternitatem proſpectare: illam enim per modum Temporis ſucceſſivi ab æterno in æternum defluentis intellexerunt.

HUOLAM Æternitas.

HALAM Occultare, & abſcondere.

An nullum ſit in Lingua Græca nomen, quo æternitas ſignificetur?

Et meritò Hebræi ipſomet nomine voluerunt æternitatem eſſe rem occultam, ai çanamque ſignificare. Eſt enim tam remota ab hominum communi ſenſu, ut Græci Veteres, cùm nullam illius ſuſpicionem haberent nullum illi adſignarunt vocabulum. Non enim Joanni Scapulæ, Joſepho Langio, aut aliis, qui illam *αἰωνίαν* vocari præcipitium aſſentior; quoniam non proferunt vel unum teſtimonium, quo probent nomine *αἰωνία* ſignificari *Æternitatem*, cùm tamen ego demonſtro, *centum annorum tempus* deſignari hoc vocabulo: nam teſte Herodoto lib. 3. eos ludos, quos *Sæculares* nominabant Romani, *αἰωνίους* vocitabant Græci: & tamen, ut univerſi ſciunt, iſti ludi centeno anno repetebantur.

αἰὼν, & *αἰωνία* ſignificant tantùm *centum annos.*

Judæis doctia à Prophetis, inter cancellos nubium veritas adluxiſſe videtur, quoniam Philo, *lib. de Mundo*, ait, *In Æterno, nihil præteritum, neque venturum eſt. Exiſtit vere* (nempe, ENS ÆTERNUM) *atque in rerum naturâ eſt*. Sunt difficilia captu verba: quoniam Æternitas eſt quædam duratio, & non ſumus adſueti ſine ſucceſſione durationem concipere: & partes priores, & poſteriores debent fluere, ubi datur ſucceſſio: & ubi decurrunt tales partes, neceſſariò debet reperiri ſucceſſio.

Iudæi à Prophetis ſunt docti.

Philo Iudæus.

Clariorem de Æternitate conceptum formarunt Chriſtiani in Primitivâ Eccleſiâ; at obſcurum ex parte, quoniam Supremum Numen *eſt verè Deus abſconditus*; vultque labore & induſtriâ in ejus notitiâ & cognitione proficiamus. Hinc Lactantius Firmianus rem, quam dilucidare vult, verbis iſtis obumbrat. *Quidquid viget movetur que per ſe ſemper, nec videri, nec tangi poteſt: æternum ſit, neceſſe eſt*. Ita ille *lib. de opiſ. cap.* 17. Sed Boëtius præ cæteris divinitùs illuminatus, rem acu tetigit, æternitatem hac definitione illuſtravit. *Æternitas*, ait, *eſt interminabilis vita, tota ſimul, ac perfecta poſſeſſio*. Et, quia res finitæ duobus clauduntur terminis (principio, & fine) æternitas *vita interminabilis* dicitur, quia nec à parte ante principio; nec fine à parte poſt, terminatur.

Chriſtiani rem meliùs intelligunt.

Lactantius.

Boetius.

Vita interminabilis: quæ?

Et hæc ipſa æternitatis definitio, tametſi primo adſpectu ſit clara, & poſtquam fuit à D. Thomâ ſpeciali commentario illuſtrata, clariſſimè cenſeri poſſit, tàm obſcura viſa fuit Cajet. licèt ingenii ſummi Viro, ut in 1. *p. q.* 14. *art.* 13 doctrinam ſubtilem & profundam Scoti hoc encomio honoraverit. [Dum enim ſolutiones parare nititur ad argumenta Scoti quibus oppugnatur, Deum certò ſcire futura contingentia ex coëxiſtentiâ actuali futurorum in æternitate; libero ſuo genio confitetur, poſtquam neminem ex Thomiſtis rem actu tetigiſſe viderit, poſt quindicennalem ſibi irritam ſpeculationem, tandem opus fuiſſe è cælo delapſa reſponſa Scoti objectionibus oportere.] Quæ verba, quidam Theologus Junior onerat hoc ſcholio, *Quod, an etiam fueris adſequutus, Judices ſint ipſimet Thomiſta, atque Neoterici Theologi*. Stat ergo materiam, quæ hoc toto Articulo edisſeritur, obſcuriſſimam eſſe.

An poſt Boetium & D. Thomam adhuc maneat in obſcuro, Quid ſit æternitas?

An ſine cæleſti luce non poſſit intelligi?

Quæ fuerit Cajetani ſententia?

Quid de illa Amicus ſentiat?

SE-

SECTIO I.

An, & quo Æternitas modo à Tempore Reali & Imaginario diſtinguatur?

DXXXV.
An temerè in hac diſputatione procedatur?

REM ita obſcuram, ut ſine luce cælitùs delapsâ explicari non poſſit, Cajetano aſſerente, aggredior exponere & dilucidare: & non, ut puto, temerè: nam ab Scholæ Sole Thomâ, qui triumphat in Empyreâ regione, imploro radiorum abundantiam & copiam; & me illam ſuſcepturum confido. Ergo conſulto S. Thomâ proponamus ſequentes Concluſiones. Et ſit

PRIMA.

Quid Tempus Imaginarium, aut Æternitas extrinſeca ſit?

TEmpus imaginarium, quod Extrinſeca Æternitas *vocari ſolet, eſt continua & minimè interrupta inſtantium, momentorum-ve, ab æterno in æternum, ſine principio & ſine decurrentium, imaginata ſucceſſio*. Sic enim plerique omnes Philoſophi illud exponunt. P. Sebaſtianus Izquierdo *tom.1. tract.4, diſp.9. quæſt.9. num.184.* ſic ſcribit. [Tempus, quod dicitur Imaginarium, æternitas (extrinſeca) appellatur, eò quòd nec principium habuit, nec finem habiturum eſt, &c. Compertum eſt, Æternitatem extrinſecam Deo, à Tempore dicto Imaginario, utrimque infinito, in nihilo differre: à quovis autem Tempore finito, vel ab utroque latere, vel ab alterutro, quod pars illius eſt, differre ſicut totum integrale à parte integrante, &c.] Nec citabo alios; quoniam doctrina hæc eſt communis & certa in quâ Doctores univerſi conveniunt.

An, & quo ſenſu Tempus cō ponatur inſtātibus.

Nec canſeris *momentorum*, aut *inſtantium* vocabulo; his enim hîc nominibus, minimas partes naturales intelligo; ſupponens eas ulteriùs & ulterius, in infinitum dividi, & ſubdividi poſſe.

Philoſophi *Æternitatis* nomine intellexerunt Tempus Imaginarium.

Tempus hoc Imaginarium Ethnici cognoverunt Philoſophi, illudque inter nubila fuerunt rimati. Ciceronem audiunto; qui *libr. 1. de natur. Deor.* ſic exclamat. *Fuit quædam ab infinito tempore Æternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur, Spatio tamen qualis ea fuerit, intelligi non poteſt. Quod ne in cogitationem quidem cadit, quòd fuerit tempus aliquod, nullum cùm tempus eſſet.* Non ergo ſciebat Cicero inter Tempus Reale & Imaginarium diſtinguere, facilè enim intelligere & cogitare poſſumus, *Quòd fuerit aliquod tempus Imaginarium, cùm nullum Tempus Reale eſſet.*

Reale cum Imaginario tēpore confundit Cicero.

Patres, quia declamant coram populo, ſe debent ejus captui & apprehenſionibus attemperare.

Quia faciliùs Tempus Imaginarium (quod vocamus *Extrinſecam Æternitatem*) quàm Æternitatem ipſam intrinſecam Homines Vulgares intelligunt, Eccleſiæ interdum Patres, ut ſe Auditorum captui attemperarent, ut Internam exponerent, ad Æternitatem Externam recurrerunt. Nam inter alios D. Hieronymus dilucidans caput primum Epiſtolæ ad Titum ſic ſcribit. *Ante Mundi tempora, Æternitatem quamdam ſæculorum fuiſſe credendum eſt. Quibus ſemper cum Filio & Spirituſancto fuerit Pater. Et, ut ita dicam, unum tempus Dei eſt omnis Æternitas. Immo innumerabilia tempora ſunt, cùm infinitus ſit ipſe, qui ante tempora omne tempus excedit.*

Coexiſtit toti Imaginario tempori Æternitas.

SECUNDA.

Proponitur hypotheſis, in qua omnia inſtantia identificentur.

SI *omnia hæc momenta identificarentur inter ſe, unicum inſtans indiviſibile conſtituerent, quod careret principio & fine, & ab æterno in æternum duraret.* Probatur: quoniam tollit diſtinctionem, non autem eſſentias rerum deſtruit identificatio. Et hoc clariſſimè perſpicitur in Proprietate quarti modi: nam talis Proprietas in Homine eſt Riſibilitas: de cujus effectibus Thomiſtæ & Scotiſtæ eodem prorſus modo philoſophantur: & tamen eam illi realiter diſtinguunt ab Animâ; eamque iſti eidem Animæ rationali identificant.

An Proprietates ab Eſſentia realiter diſtinguantur?

TERTIA.

DXXXVI.
Convertitur in Theſim Hypotheſis.

SI *Hypotheſim, quam præcedens Aſſertio conditionata exhibet, convertamus in Theſim, habebimus perfectam Divinæ Æternitatis imaginem.* Hæc eſt Æternitas quæ Divinæ eſſentiæ identificatur, & ideò nominatur *Intrinſeca*. Et quidem cùm in Duratione Divinâ nec ſit principium aut finis, nec momentorum ſucceſſio, non poterit alia melior fieri deſcriptio, quàm quæ impræſentiarùm exhibetur.

Quid æternitas intrinſeca ſit?

QUARTA.

An, & qualem diſtinctionem habeant inſtantia in æternitate Divina?

TAmetſi propter hanc realem infinitorum inſtantium identificationem, ſit unum reale Nunc *tota intrinſeca Æternitas: hæc ipſa inſtantium infinitorum identificatio non tollit, quòd ipſa, ſicut formalem diſtinctionem, ſic etiam formalem habeant ordinem inter ſe.*

De diſtinctione & ordinatione Formali.

Quo illas modo Scotiſtæ.

Quo Thomiſtæ.

Quo etiam Nominales intelligant.

Quo modo nos eaſdem exponamus?

Dicent ergò Scotiſtæ illa inter ſe ex naturâ rei, ante mentis operationem diſtingui & ordinari affirmabunt; quia hæc apud ipſos eſt diſtinctio, quæ vocatur *Formalis*. Thomiſtæ diſtingui & ordinari eadem dicent virtualiter ante mentis operationem; & poſt operationem mentis rationis ratiocinatæ diſtinctione: hoc enim ipſi modo *Formalem* diſtinctionem & ordinationem exponunt. Nominales (ſed hîc magis obſcurè, & minùs aptè) ad diſtinctionem rationis ratiocinantis, & externa connotata recurrent. Et nos, quos in Deo juvat Hypothetica conſideratio, inter illa identificata in Deo inſtantia Hypotheticam diſtinctionem, & ordinationem ponemus: diſtinctionem, & ordinationem nimirùm, quæ non ſunt, eſſent tamen ſi Deus infinitus non eſſet.

Inſtantia, quæ in Deo identificantur, in hominibus realiter diſtinguuntur.

Hinc eſt, quòd inſtantia M, N. v.gr. quæ in Deo ſunt unum *Nunc*, & realiter identificantur, & tantummodo diſtinguuntur formaliter; in nobis realiter diſtinguantur, & poſſit non communicato altero alterum communicari: nam poteſt Deus facere, ut una Creatura exiſtat in inſtanti M, & non in N: & ut alia non in M, ſed in N.

QUINTA.

DXXXVII.
In Creaturis nihil eſſe poteſt infinitum ſimpliciter & categorematicè.

HÆC *ipſa inſtantia, quæ in Deo ſunt ſimpliciter & categorematicè infinita, ſunt modo ſyncategorematicè infinito à Creaturis participabilia, & multa de facto ſunt participata.*

Hæc

Digitized by Google

De Tempore Poſſibili.

Hæc autem Inſtantia conſiderata ut participabilia ſunt, conſtituunt *Tempus Poſſibile*, ab æterno ſine principio (ſyncategorematicè tamen) & in æternum, ſine fine (ſyncategorematicè tamen) decurrens.

De Actuali & Reali.

Quæ autem ſunt de facto participata, *Tempus Reale* conſtituunt: quod in creatione Mundi initium habuit; & eſt in æternum ex Dei miſericordiâ duraturum.

An, & quomodo à Poſſibili differat?

Hinc patet Tempus *Imaginarium*, quod vocant, non eſſe Actuale: & cum Poſſibili non omninò coincidere: quoniam, ſi Tempus eſſet impoſſibile, adhuc Thomiſtæ, Scotiſtæ, & quotquot ſe putant formare entia rationis, imaginari poſſent Tempus: In caſu ergo differret à Poſſibili Tempus Imaginarium.

Sexta.

An, & quando quæ coexiſtūt Vni Tertio, etiam coexiſtāt inter ſe?

VT *hoc Aſſertum*, Quæ coexiſtunt Uni Tertio, etiam coexiſtunt inter ſe, *verum ſit, opus eſt, ut utrumque coexiſtat illius Tertii Durationi totali.*

Demonſtratur, Nam ſi Petrus naſcatur Calendis Januarii, & moriatur ultimâ die Decembris, & Joannes eodem anno, moriatur Calendis Februarii, & Franciſcus naſcatur primâ die Decembris, erit verum, quòd Petro Joannes, & Franciſcus coexiſtiterint: non autem, quòd coëxſtiterint ipſi inter ſe.

Septima.

Quomodo Deus coexiſtat Creaturis?

D*Eus ratione ſua Æternitatis, qua eſt realiter loquendo, unicum indiviſibile* Nunc, *omnibus Creaturis (ſingulis in ſuis propriis menſuris* ſyt *(fuit, eſt, & erit ſimul, & Æternaliter) coexiſtens & præſens.*

N. B. Sicut in me Intellectus non eſt participatio Voluntatis Divinæ, nec Voluntas eſt participatio Intellectus Divini; ſic nec mea duratio b, eſt participatio Durationis Divinæ A; nec mea duratio a, eſt participatio Durationis Divinæ B.

Demonſtratur. Quia, ſi illa inſtantia in Deo realiter diſtinguerentur, ſingula illis Temporis Realis inſtantibus coexiſterent, quibus ipſa communicantur. [Puta, ſi Divina eſſent *A,B,C,D*, &c. & Temporanea, à Divinis participata, eſſent *a,b,c,d*, &c. tunc *A* coexiſteret ipſi *a*, & *B* ipſi *b*, & *C* ipſi *c*, &c.] At in Æternitate inſtantia *A, B, C, D*, &c. idemtificantur; & hanc ob rem ſunt unicum *Nunc*, unicū Inſtans ſimultaneum. Ergo hoc Divinū Nunc, quod eſt inſtātia *A,B,C,D*, &c. idemtificata, ſimul (videlicet, ex parte Dei) coexiſtit inſtantibus *a,b,c,d*, &c. quæ ſunt Temporis noſtri, & inter ſe realiter diſtinguuntur.

DXXXVIII. *Quo modo Creaturæ Deo coexiſtant?*

Corollarium I. *Ergo omnes Creaturæ, quæ nobis præterita, præſentes aut futura ſunt, omnes, omnes,* Sunt *(hoc eſt, ſingula in ſua propriâ temporis differentia) Deo præſentes & coexiſtentes: Deo, inquam, quia ipſe exiſtit in hoc* nunc *æternitatis.*

De Creatura, quæ in uno tātum inſtanti duraret.

Sanè, loquendo realiter, Creatura, quæ inſtantaneam durationem haberet, quæ in unico tantummodò inſtanti exiſteret; puta in temporis inſtanti *c*; toti ipſa Deo realiter, & toti æternitati coexiſteret: at formaliter loquendo, ſicut non totam æternitatem ipſa, ſed virtualitatem *C* participaret, ſic nec formaliter loquendo, toti ipſa Æternitati, ſed formalitati *C*, coexiſtere concipitur & intelligitur.

An toti Æternitati coexiſteret?

Dices. Deus non poteſt coexiſtere Creaturis, nec illæ Deo. Vana ergo & falſa ſunt, quæ hucuſque in probationibus præcedentium Concluſionum ſunt poſita. Et probas Antecedens. Quia non commenſurantur, quæ ſunt in diverſis generibus. [Unde, non ſolùm Infinita & Finita à mutuâ commenſuratione excluduntur; ſed & Finita nonnulla inter ſe, Quoniam Quadratum & Circulus ſunt Figuræ Finitæ: & Angulus Contingentiæ, & Angulus Rectilineus important Quantitatem Finitam, & tamen non commenſurantur inter ſe.] At Æternitas & Tempus ſunt in diverſis generibus, Ergo non poſſunt inter ſe commenſurari. Ergo nec coexiſtentiam habere.

An commenſurentur, quæ ſunt in diverſis generibus?

De Infinito & Finito.

De Circulo & Quadrato.

De Angulo contingentiæ & Rectilineo.

Prima Reſponſio.

Reſpondeo primò, univerſim loquendo, viribus hoc tuum Argumentum deſtitui: ſcire enim & bene conſiderare oportet, poſſe & ſolere contingere, etiam in rebus humanis, ut relatio ſit inter fundamentum & terminum, quæ ſint in diverſis temporibus v. gr. nunc Titius coram te laudat Trajanum, qui laudat vivit nunc, non tamen exiſtit nunc qui laudatur, ſed jam à multis annis obiit, quoniam anno Chriſti centeſimo creatus fuit Imperator, obiitque anno 117. aſſerente Ricciolio. Eclipſim præterea anno ſubſequente venturam Tycho Brahens ante multos annos prædixit, & tamen ille Eclipſim prædicens, tu ejuſdem libros legens, & eandem Eclipſis, quæ prædicitur, eſtis in diverſis temporibus. Ergo nemini videri mirum poterit, hanc propoſitionem eſſe veram, *Deus eſt præſens Adamo*. Et ſanè hæc ipſa Propoſitio apud Philoſophos, Theologoſque, qui utuntur Dialecto communi, defectu vocabulorum in hanc & non in aliam verti debet; *Adamus eſt præſens Deo*. Ubi, ne ſubreperet æquivocatio, monebamur illud *eſt* eſſe æquivocum, & ſic debere intelligi, ut Adamus in ſuo tempore, & Deus in ſuo *Nunc* Æternitatis remaneat. At jam ſollit Æquivocationem Dialectus Philoſophica dicens, *Deus* ſyt *præſens Adamo*: & hanc propoſitionem in hanc, *Adamus* ſut *Deo præſens*, convertens.

De Relatione, an Fundamentum & Terminus eſſe poſſint in diverſis temporibus.

Nunc Præteritorum memini & prævideo Futura.

Quàm neceſſaria Nova Dialectus ſit?

Reſpondeo ſecundò, Æternitatem Tempuſque, non eſſe omninò in diverſis generibus; quoniam non conveniunt æquivocè ſed analogicè: nam ſicut in homine Subſtantia, Intellectus, Voluntas, &c. ſunt participationes Subſtantiæ, Intellectûs, Voluntatis Divinæ, &c. ſic in Tempore Reali inſtantia realia *a,b,c,d*, &c. ſunt participationes formalitatū *A,B,C,D*, &c. quæ in Duratione Divinâ (Æternitate) realiter idemtificantur.

Æternitas & Tempus, non conveniunt æquivocè, ſed analogicè.

DXXXIX. *An Creatura coexiſtat toti, ſed non totaliter Æternitati?*

Corollarium II. *Ergo, tametſi Creatura (Adamus)* Sunt *(hoc eſt, in ſuâ propriâ differentiâ temporis exiſtens) realiter loquendo, toti Dei æternitati coexiſtat, nihilominus loquendo formaliter & hypotheticè, non toti Æternitati coexiſtit ſed illi tantùm virtualitati Æternitatis, cujus Creaturæ (Adami) ætas erat participatio.*

Quid accideret, ſi Deus infinitus non eſſet?

Demonſtratur. Quoniam, ſi per impoſſibile non eſſet Deus infinitus ſimpliciter, Æternitatis inſtantia, quæ nunc ſunt idemtificata, diſſolverentur, ac realiter diſtinguerentur: & quia Deus etiam in caſu ab æterno ſucceſſivè extitiſſet, & Adamum in tali tempore determinato creavit, iſte tunc non coexiſteret Divinæ Durationis inſtantibus, quæ ante ſuam creationem defluxerunt: quando

enim

enim illa decurrebant, non erat; & illa non participabat.

Corollarium III. *Ergo Duratio noſtra (Tempus) eſt Durationis Divinæ (Æternitatis) realis participatio.*

An Tempus æternitatis ſit participatio?

Succollatur hæc Veritas doctrinâ communi: quidquid enim habemus creaturæ, quod bonum & perfectum ſit, à Deo participamus: Dicit enim Moyſes, *Feciſſe Deum hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam*, unde canit Pſalmiſta, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultûs tui Domine*; ut ſciamus omnes animæ rationalis perfectiones, omnes intellectûs & voluntatis prærogativas eſſe infiniti Dei, participationes limitatas. Quod ipſum *Epiſt.* c. 17. inculcat S. Jacobus dicens, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum; apud quem non eſt traſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.*

Omnis perfectio creata eſt à Deo.

OCTAVA.

DXL.

Æternitas eſt ſimilis Animæ rationalis, & Tempus Corporis.

VT *habitudinem, quæ inter Æternitatem Divinam & noſtrum Tempus eſt, optimè intelligamus; conſideretur Homo, & Æternitas Animæ Intellectuali, & Tempus Corporis eſſe ſimile ſupponatur.*

Res, quas non intuemur, ſolent Autores exponere & dilucidare opportunis exemplis. Alii ſua propria ediſſerant; ego autem, ut illa tandem Veritas, quæ creaturas in æternitate Deo præſentes aſſerit, meliùs intelligatur, reponam opportunum exemplum. Reponam, inquam, illud enimjam in alio loco poſuiſſe & ediſſeruiſſe me memini, illudque eſſe opportunum aſſero, quia dilucidè totam explicat difficultatem. [Hominem ob oculos pono, conſtat corpore & animâ. Corpus eſt diviſibile & habet partes extra partes. Anima eſt indiviſibilis, exiſtitque tota in toto, & tota in qualibet parte. Hæc propoſitio, *Caput eſt in pede, aut pes in manu*, eſt prorſus falſa; caput enim, manus, & pes ſunt in diverſis locis; nec enim ubi eſt unum, eſt aliud, interim hæc propoſitio eſt vera, *Caput eſt præſens Animæ, quæ eſt in pede*; item hæc, *Pes eſt præſens Animæ, quæ eſt in manu*.] Ex hoc exemplo magnam lucem adquiro: &, ſi Lector nullo ſit præjudicio præventus, patietur ut ſincerè dicam, magnam lucem impertior: Quoniam æternitatem cum Animâ, & tempus compono cum corpore. Tempus enim corporis eſt ſimillimum, utrumque enim eſt diviſibile, & habet partes extra partes, unde ſicut pes hominis non eſt in capite, nec caput in pede, ſic tempus præteritum non eſt in futuro, neque futurum in præterito. Æternitas eſt ſimillima Animæ, quoniam utraque eſt indiviſibilis, quæ quidem ſimilitudo manifeſtè percipitur, quia ſicut Anima eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte, ita etiam Æternitas tota correſpondet toti tempori, & tota cuilibet temporis parti. Ubi notandum eſt, quòd ſicut ex eo, quòd eadem anima, ſit in pede & in capite, non ſequitur quòd pes ſit in capite, aut caput in pede; ſic ſimiliter ex eo quod Æternitas tempori præterito & futuro coexiſtat, nullo ſequetur modo aut futurum eſſe in præterito, aut præteritum eſſe in futuro. Hæc eſt vera D. Thomæ Sententia, quem appoſitiſſimo hoc Corporis

Anima & Corporis Humani collatio.

Ad Æternitatê & Tempus tranſitur per analogiam.

Quàm ſit opportunum hoc exemplum?

An Animæ & Corporis ſimilitudine, ut æternitatem & Tempus dilucidet, uſus ſit D. Thomas?

& Animæ exemplo uſum fuiſſe non dubito, tametſi enim nullibi illud ediſſerat, inſinuat tamen, quoniam 1 *part. qu. 57. art. 3.* ſic inquit. *Deus videt omnia in ſuâ Æternitate, quæ cum ſit ſimplex toti corpori adeſt, & ipſum concludit. Et ideò unus Dei intuitus fertur ad omnia, quæ aguntur per totum tempus, ſicut in præſentiâ & videt omnia, ut in ſe ipſis ſunt*, &c. Nota illud *ſimplex* & illud *corpori*: & infer S. Doctorem, qui Tempus apprehendit velut diviſibile corpus, Æternitatem, quam *ſimplicem* vocat, apprehendiſſe velut Animam indiviſibilem. [Scio in aliis exemplaribus legi *tempori*, & non *corpori*. Sed ſic volui diſcurrere, quia *corpori* meũ habet expreſsè Manuſcriptum.]

Interim quidquid de Angelico Doctore ſit, utuntur prorſus hoc exemplo Thomiſtæ: & feliciter quidem, quamdiu ab illius proprietate non abſunt. P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate *tract. de Scientiâ Dei diſp. 8. dub. 8.* hoc ipſiſſimo exemplo præſentiam creaturarum in æternitate dilucidat: inquit enim. [*Sicut Anima rationalis ſimpliciſſima & indiviſibilis, ob ſuam eminentiam coexiſtit tota ſimul ſingulis partibus corporis: ſic æternitas ob eandem ſuam eminentiam coexiſtit tota ſimul omnibus differentiis noſtri temporis: quia cùm non habeat niſi unum nunc, quod æquatur ipſi æternitati, & excedit omne tempus; neceſſe eſt, quòd omne inſtans noſtri temporis, & quicquid in illo eſt aut fit, ſalvetur in nunc æternitatis, & menſuretur ab illo, non ut à menſurâ adæquatâ ſed excedente.*]

An ſaltem Thomiſtæ ejus Diſcipuli.

NONA.

DXLI.

P*Ræmiſſâ & bene perpenſâ hac Proportionalitate*, ſicut ſe habet Anima Rationalis ad Corpus, ita Æternitas Dei ad Tempus Reale, *debet hæc Conſequentia*, Caput eſt penetratum toti Animæ (eſt enim tota in toto, & tota in quâlibet parte) Pes eſt penetratus toti Animæ: & tamen nec Capiti penetratur Pes, nec Pedi caput. Ergo ſimiliter, tametſi Duratio Adami toti æternitati penetretur, & Duratio Antichriſti ſimiliter toti æternitati, nec Duratio Adami Durationi Antichriſti, nec Duratio Antichriſti Durationi Adami penetrabitur [*] *bene intelligi, & conſiderari*.

*] *Sicut duæ Quantitates Continuæ, quando ſunt in eodẽ loco, penetrari dicuntur, ſic & duæ Succeſſivæ, quando ſunt in eodem tempore. Et hoc modo loquitur P. Sebaſtianus Izquierdo.*

Sanè penitior hujus Concluſionis intelligentia à Sextâ Concluſione dependet. Ideò enim Caput non penetratur Pedi, nec Pes capiti, licèt utrumque Animæ penetretur, quia ſi Animæ Ubicatio in Corpore eſt diviſibilis, non eidem Ubicationis Animæ parti Anima & Corpus penetrantur: &, ſi illa Ubicatio realiter indiviſibilis ſit, non eidem formalitati Ubicationis Caput, & Pes hominis penetrantur. Ergo, quia Adamus & Antichriſtus licèt penetrentur, & coexiſtant realiter toti Æternitati Divinæ, formaliter loquendo coexiſtunt diverſis Æternitatis virtualitatibus, ac propterea non penetrantur & non coexiſtunt inter ſe.

Cur Caput nõ penetretur Pedi?

Cur Adamus & Antichriſtus non coexiſtant inter ſe?

Hinc patet, quo ſenſu loquatur D. Thomas, quem ejus Diſcipuli unanimi cõſenſu ſequuntur, quando dicunt, *Præterita & Futura ſunt Deo præſentia in hoc nunc Æternitatis.* Illud enim *ſunt* jubet, ut non ſit temporis præſentis (præterita enim jam non ſunt, & Futura nondum

Exponitur hæc Propoſitio. *Præterita & Futura* Sunt *Deo præſentia in hoc nunc æternitatis.*

Ad quod tempus pertineat illud Sunt *? Deum ne, an Creaturas illud Nunc æternitatis afficiat?*

dum ſunt) ſed indefiniti (& nos tollimus æquivucationem, c'e ido vucem *ſunt*, & ejus loco vocem ſuint ſubſtituendo) & illud *Nunc æternitatis* ponit ex parte Dei, ita ut non ſit Creaturarum duratio illa æternitas, ſed ſit terminus, & connotatum, cui Creaturæ illæ (præteritæ, & futuræ) coëxiſtunt.

Decima.

DXLVII.

Omnia Deo ſunt præſentia Ergo omnia ei ſunt integra.

PHyſica Creaturarum in Æternitate præſentia, ab Eccleſiæ Patribus, & Doctoribus traditur.

Auguſtinus. *Gregorius.* *Bernardus.* *Richardus.* *S. Damianus.*

Eſt certiſſima & indubitata: quoniam Divinus Hipponenſium Epiſcopus, *cap.21. de cognitione veræ vitæ*, ait de Deo: *Nihil præteriti decedit, nihil futuri accedit, ſed quicquid eſt, aut erit, totum eſt præſens Deo. Et lib.5. de Trinit. cap.6.* ſcribit. *Apud Deum nec præterita tranſierunt, & futura jam facta ſunt.* Gregorius 12. qui Auguſtini opiniones reponit, *Moral.cap. 1. Apud omnipotentem Deum etiam labentia ſtant:* Bernardus, qui eſt fidiſſimus Divini Præceptoris Diſcipulus, *ſerm.8. ſuper Cantic.* ait, *Tempora ſub eo tranſeunt, non ei; futura non exſpectat, præterita non recogitat, præſentia non experitur.* Richardus de S. Victore *libr.2. de Trinit. cap. 3. Sicut eorum, quæ nondum ſunt, nihil eſt Deo futurum: ſic eorum omnium, quæ jam non ſunt, nihil eſt præteritum: ſic eorum omnium, quæ jam præſentialiter ſunt, nihil eſt ei tranſitorium.* Petrus Damianus *Epiſt.4. de Dei omnipotentiâ cap.8.* ait. [Omnia, quæ apud nos per temporum viciſſitudines ſe variant, apud illud *Hodie* (ſcilicet æternitatis) ſtant, & immobiliter perſeverant. In illo ſcilicet *Hodie*, dies adhuc ille immobilis eſt, in quo Mundus iſte ſumpſit originem: in illo jam, & ille nihilominus eſt, quo judicandus eſt.] Tandem D. Thomas multis locis ſuæ doctrinæ hanc veritatem ſupponit, vel probat efficaciter, ut *qu.2. de Verit.art.12.* Item *contra Gentes cap.66. opuſc. de Prædeſtin.cap.3. in 1.diſt.38.qu.1. art.5.* Item 2.2. *qu.171.art.6.ad* 2. Sed præcipuè hic *art.13.* ubi ſic ait. [Æternitas tota ſimul exiſtens ambit totum tempus; unde omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia. Non ſolùm eâ ratione, quâ habet rationes rerum apud ſe præſentes, ut quidam dicunt: ſed quia ejus intuitus fertur ab æterno ſupra omnia, prout ſunt in ſuâ præſentialitate: Unde manifeſtum eſt, quòd contingentia, & infallibiliter à Deo cognoſcuntur in quantùm ſubduntur divino conſpectui, ſecundùm ſuam præſentialitatem, & tamen ſunt futura contingentia ſuis cauſis proximis comparata.] In quibus omnibus teſtimoniis ita clarè loquitur D. Thomas, ut ſi benè perpendantur, non ſit dubium ullum de mente ipſius: nam ille ut cum ſummâ claritate procedat, ut confuſionem & æquivocationem omnem vitet, omnia in membra convenientia diſtinguit. Unde *Primò* duas aſſerit eſſe rerum præſentias; ſcilicet objectivam, & phyſicam, & utramque ponit reſpectu Dei; objectivam quidem per hæc verba: *Non ſolùm eâ ratione, quâ habet rationes rerum apud ſe præſentes*; phyſicam autem per ſequentia. *Secundò*, quia ex præſentialitate rerum in æternitate negat earum futuritionem realem reſpectu Dei; conſtat autem quòd ex ſolâ præſentialitate objectivâ non negatur futuritio realis. *Tertiò*, quia opponit præſentialitatem, quam habent futura contingentia per ordinem ad Deum, futuritioni quam habet ad cauſas proximas. *Quartò*, quia dicit futura contingentia eſſe Deo præſentia ratione æternitatis; conſtat autem quòd æternitas nō cauſat præſentiam objectivam, ſed phyſicam; cùm non ſit attributum pertinens ad cognitionem, ſed ſit attributum durationis, quæ reſpicit realem exiſtentiam. Ex quibus omnibus neceſſariò infertur D. Thomam loqui de præſentialitate phyſicâ.

Vocat Hodie, quod Nos Nūc Æternitatis appellamus.

S. Thomas.

N. B. Contendunt aliqui, voluntque D. Thomā loqui de præſentia objectiva, id non negamus.

Sed addimus illum etiam loqui de præſentia reali.

DXLIII.

Duas præcipuè cauſas cognoſcit D. Thomas, propter quas Deus omnia præterita, præſentia & futura cognoſcat. Prima eſt Intellectio Divina, quia cùm infinitè perfecta ſit, etiamſi Deus haberet durationem ſucceſſiam, ſimul illa univerſa cognoſceret. Altera cauſa eſt præſentia rerū in æternitate, vi cujus Intellectus Divinus, etiamſi infinitus non eſſet, præſentia omnia haberet, & tanquam præſentia cognoſceret,

Et denique nemini videri mirum debet, Nos aſſerere Durationem Divinam ſtantem eſſe. Quoniam ſi in Creaturis habemus Durationes nonnullas, quæ finitè ſtant, ratio poſtulat, ut Deo durationem ſtantem infinitè accenſeamus. Et quidem inſtantia noſtra fluere, Angelica verò ſingula multis noſtris correſpondere, & dum iſta currunt, ſtare, docent cum Angelico Præceptore Thomiſtæ & præcipuè P. Joannes à S. Thomâ *in 1.p.q.52. & 53.pag.329.b.*

An in rebus Creatis dentur Durationes ſtantes?

N O T A.

Omnia, quæ de Æternitate ſunt dicta, de Immenſitate per Analogiam poſſunt verificari.

Sicut Nunc Æternitatis ad Dei & non ad Creaturarum Durationem ſpectat, ſic ſimiliter Hic Immenſitatis ad Dei Vbiquitatem, & non ad Creaturarum locum pertinet.

QUIA de Immenſitate ſicut de Æternitate philoſophandum eſt, doctrina curioſa; quam in libris non lego, ex præcedentibus Aſſertis neceſſariò deducitur: nempe hæc. *Omnia ſuprema, infima, remota, proxima, diſtantia, & indiſtantia, ſunt ſimul Deo præſentia in hoc* hic *Immenſitatis.* Demonſtratur clariſſimè; quia ſicut ſe habet æternitas reſpectu temporum, ſic immenſitas reſpectu locorum, ergo ſicut diverſa tempora & diverſæ perſonæ exiſtentes in illis (Adamus, Antichriſtus, &c.) & ſi ſibi ipſis non coëxiſtant, coëxiſtunt tamen Deo in hoc *nunc* æternitatis: eodem omninò modo diverſa loca, & diverſæ res, aut perſonæ in illis conſtitutæ (Terra, Saturnus, aut Pariſii, Madritum) etſi una res non ſit ubi eſt altera, univerſæ tamen erunt ubi eſt *Vbi* Divinum, hoc eſt erunt omnes præſentes in hoc *hic* immenſitatis:

Et hanc inter æternitatem, & immenſitatem Analogiam, quam ad Angelici Doctoris & Thomiſtarum mentem expoſui, admittere tenentur Scotiſtæ, quoniam Doctor Subtilis *in 1.diſt.39. qu.unic.* §.*aliter*, ſcribit. *Quòd per hoc, quia Æternitas, & Immenſitas eſt infinita; ſicut Immenſum eſt ſimul præſens omni loco ſic æternum eſt, ſimul præſens omni tempori.* Ita ille, dilucidans Divi Thomæ hanc ſententiam,

An Scotus admittat iſtam Analogiam?

SECTIO II.

An Creaturæ omnes (Præterita, Præſentes, & Futura) ſint Deo præſentes in hoc Nunc *Æternitatis?*

DXLIV.

Argumenta à ratione fortiora ſunt argumentis ab autoritate: nam verba interpretationi ſubjacent.

VERA ſententia aſſerit, & probatur ab autoritate, & ratione ſed à ratione clariſſimè; ab autoritate non ita clarè; quia carent neceſſariis vocabulis Linguæ univerſæ: & ideò non potuerunt Patres, aut Interpretes Sacræ Scripturæ, quod mente concipiebant, exactè calamo repræſentare. At jam impræſentiarùm poterunt, ſi à Dialecto Metaphyſicâ unius, aut alterius voculæ additione; juventur.

Probatur itaque noſtra Concluſio *Primò*, Sacræ Scripturæ Teſtimoniis.

Vocula *eſt* ſumitur æquivocè.

Job cap.14. *Numerus menſium ejus apud te eſt*. Illud *eſt* (inquiunt Expoſitores, & cum illis Macedo *collat.9 differt.4.ar.2.* proponens probationes, quibus fulcitur D. Thomæ ſententia) præſentiam numeri (lego, Temporis) communis, præterito, præſenti, & futuro ſignificat, & exponit Gregorius Magnus *lib.12. cap.1.* dicens, *Apud Omnipotentem Deum etiam labentia ſtant*. Cognoverunt igitur Expoſitores, & cum ipſis Macedus, ut hæc Cõtroverſia promoveatur, Tempus aliquod commune, & indefinitum requiri, & quia illud formaliter in Linguâ Latinâ non proſtat, virtute ad illud voculam *eſt*, quæ in Jobo legitur, pertinere.

Sunt, & **ſunt** differunt inter ſe.

Confirmatur eadem Concluſio ex Eccleſiaſtici 39. *Opera omnis carnis coram illo, à ſæculo, & uſque in ſæculum reſpicit*. Nota illud *coram*, ſic enim ibi dicitur illud æternitatis *nunc* in quo ab æterno, & in æternum reſpicit omnia, **ſunt** *enim coram ipſo univerſa*. Ubi conſultò, **ſunt**, & non *ſunt* (hoc eſt, *huic nunc æternitatis præſentia*) præterita & futura non *ſunt*, ſed **ſunt**.

An Paulus de eſſe exiſtentiali, an de quidditativo, an de utroque loquatur?

Confirmatur iterum, quoniam ad Rom. 4. *Deus*, *vocat ea, quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt*. Quæ quidem verba, tametſi in Linguâ communi relicta grandi ſenſu non careant (nam æquipollent iſtis. *Vocat ea, quæ non exiſtunt, adeoq; etiam præterita & futura, tanquam ea, quæ exiſtunt*) nihilominùs grandiorem habent ſignificationem, ſi ad Metaphyſicam Dialectum transferantur. Deus enim primò *vocat ea, quæ* **non ſunt**, *tanquam ea, quæ* **ſunt**, hoc eſt, *vocat impoſſibilia, nempe, quæ non habent eſſe quidditativum, tanquam Poſſibilia quæ eſſe quidditativum habent*. Et ſecundò, *Vocat ea, quæ* **non ſunt**, *tanquam ea, quæ* **ſunt** hoc eſt, *vocat creaturas purè Poſſibiles, quæ in nullâ differentiâ temporis exiſtentiam habebunt, tanquam creaturas* **ſunteo**, *quæ exiſtent in aliquâ differentiâ temporis*.

Secundò probatur hæc ſententia Sanctorum Antiquorumque Patrum hac autoritate.

DXLV.

S. Auguſtinus lib. 11. Confeſſ. cap. 10.

Eſt enim germana Pontificis Hipponenſis ſententia, nam in Confeſſionum libro ſic inquit. *Quis tenebit cor, & figet illud, ut paululum ſtet, & paululum rapiat ſplendorem ſemper ſtantis æternitatis, & comparet eam Temporibus nunquam ſtantibus, & videat eſſe incomparabilẽ,*

Caramuelis Leptotatos.

nec præterire aliquid in æternitate, ſed totum eſſe præſens. Hoc modo etiam in aliis locis loquitur, nam exponens illa Prophetæ Regis verba, *In generationem, & generationem anni tui* quæ *in Pſalm.* 101. leguntur, ait. *Æternitas ipſa Dei ſubſtantia eſt, quæ nihil habet mutabile: nihil ibi eſt præteritum, quaſi non ſit; nihil eſt futurum, quaſi nondum ſit, ſed quidquid ibi eſt, non niſi eſt*. Benè, & verè; ſignificantiùs autem diceretur. *Quæcunque creatura quoad ſe* **ſuit** *(eſt in ſuâ temporis differentiâ) ibi (nempe quoad Deum nonniſi* **ſet** *(eſt) quia nihil Deo præteritum eſt, nihil futurum*. Similia ſcribit *libr.83. quæſt. qu.17. & lib.4. de Trinit. cap.17. & libr.5. cap.16. & in Joannem tr.99. & libr.2. ad Simplicianum q.2.* perſpicuè. Quem locum allegat & commendat Vaſquez *diſp.64. cap.2. nu.7.* Illa verba ſunt clariſſima *lib.5. de Trinitate cap.16. Apud Deum nec præterita tranſierunt, & futura jam facta ſunt*.

Æternitas ſtat, omnibus rebus & temporibus eſt præſens.

An æternitas ſit Subſtantia?

Etiam illa, quæ bene in lingua communi de æternitate dicuntur, in Dialecto Scholaſtica clariùs & meliùs exprimentur.

Auguſtinus. Gregorius Magnus. Ambroſius. Baſilius. Hilarius. Proſper. Boetius. Anſelmus. Beda. Hugo de S. Vict. Richardus de S. Victore.

Eamdem ſententiam paſſim apud alios Patres, & Veteres Doctores invenio. Idem enim ſentit Gregorius Magnus, & loco proximè citato, & *lib.20. Moral. cap.23.* Ambroſius *lib.1. de Fide ad Grat. cap.7.* Baſilius *in cap. 5. Iſaiæ*. Hilarius *libr.10. de Trinit.* Proſper *de vocat. Gentium cap.34.* Boetius *lib.5. de cõſolat. proſâ ult.* Anſelmus *de caſu Diaboli cap. 22. & libr. de concordiâ præſcientiæ, & prædeſtinat. cap. 1.* Beda *in 8. Tomo lib. quæſt. qu.13.* Hugo de S. Victore *in ſumm. ſentent. tr.1. cap.12.* Richardus de S. Victore *lib.2. de Trinit. cap.3.*

Habet ſimilia S. Iſidorus libr. 1. de Summo Bono, cap. 6.

Conſonat Iſidorus, qui *libr.1. de Summ Bon. cap.1.* ſic ſcribit, *Omnia tempora præcedit Divina Æternitas; nec in Deo præteritum, præſens, & futurum aliquid creditur, ſed omnia præſentia in eâ dicuntur, quia æternitate ſuâ cuncta complectitur: alioquin mutabilis eſt Deus credendus, ſi ei ſucceſſiones temporum adſcribuntur*. Pulchrè, & verè: præcedit enim Deus omnia tempora actualia: nam illa habuere initium, Deus non habuit; ſed præcedit omnia tempora poſſibilia; & imaginaria, non ſolùm, quia eſt cauſa, & illa cauſata, ſed etiam, quia temporum poſſibilium non eſt niſi ſyncategorematicè infinita æternitas, Dei autem æternitas ſimpliciter eſt infinita. Sed, quomodò Iſidorus ait. *Nec in Deo præſens aliquid creditur, ſed omnia præſentia in eâ (æternitate) dicuntur?* Quoniam, ſi omnia ibi præſentia ſunt, etiam aliquid erit ibidem præſens. Reſpondeo *præſens* bifariam ſumi, primo modo ut fluens, ita ut, quod futurum erat, in præteritũ tranſeat: ſecundò, ut ſit præſens ſtans, quod nec futurum fuerit, nec præteritum futurum ſit. Et primo modo, quando præſens eſt pars temporis decurrentis, & cum futuri & præteriti differentiis conjungitur, in Divinâ Æternitate locum non habet: habet nihilominùs ſecundo modo, quia hoc *nunc* æternitatis univerſa Deo præſentia ſunt.

Præſens dupliciter poteſt intelligi, in altero ſenſu omnia ſunt Deo præſentia, in altero autem non.

Tempus præſens dupliciter accipi poteſt.

PAtres, qui hodie ſunt Veteres, Doctores fuerunt aliquando Novitii: eorumque æſtimatio, & autoritas cum annis, & ætate ſuccrevit. Et hoc dixero, ne contemnantur Recentiores. Habet enim hoc Sæculum Eximios Viros, in quibus Pietatem, & Doctrinam ſuſpicio. Hi erunt olim Antiqui, & ſicut in iis ingenium, ſic & ætatem venerabitur ſera Poſteritas: præcipuos proponamus.

Sicut Antiqui, ſic & Iuniores Theologi, ſi docti ſint, ſunt venerandi.

Hæc Angelici Doctoris ſententiam multis Scholaſticis placuit. Eam habet Abulenſis *ſuper Matth. cap. 18. q. 36.* Fonſeca *lib. 6. Metaph. cap. 2. qu. 4. ſect. 2.* Gillius *tr. 10. de Æternit. cap. 16.* Granadus *tr. 5. de Scientiâ Dei diſput. 4. ſect. 2.* & diffuſiſſimè Salmanticenſes, & Thomiſtæ communiter.

SUBSECTIO I.

An hæc ſit vera, & germana Angelici Doctoris ſententia?

DXLVI. De S. Thomæ mente diverſæ ſunt Scriptorū ſententiæ.

NEgarunt aliqui, neſcio an ſeriò, quia tam clarè loquitur S. Thomas, ut de ejus mente, qui ſine præjudicio illum legerit, dubitare non valeat. Interim Creaturarum in æternitate præſentiam, D. Thomam docuiſſe negat audacter Vaſquez *diſp. 64. cap. 5.* & Valentia hîc *punct. 5.* & Arrubal. *diſp. 41. cap. 4.* & Herice *diſp. 6. cap. 4.* cum antiquioribus Dezâ, Herveo, Sylveſtro, & Ægidio. &c. ſed nihilominus hanc eſſe D. Thomæ ſententiam, ut certum, & indubitatum tradunt Capreolus *in 1 diſt. 38. qu. 1. art. 2. & diſt. 36. qu. 1. art. 4.* Ferrarienſis *1. contra Gent. cap. 66.* Corduba *qu. 35. diſp. 8.* Cajetanus *in hanc qu. 14.* Salmanticenſes *tr. 3. de Scientiâ Dei d. 8. dub. 2. & 3.* & cæteri Commentatores.

Determinatū tempus (tempus A. v. gr.) duobus modis poteſt conſiderari, vel cum reſpectu ad alia tempora, vel cum reſpectu ad æternitatem.

Proponam primo in loco teſtimonium clariſſimum, quo tota D. Thomæ doctrina dilucidetur. Nam *1. contra Gentes cap. 66. n. 6. & 7.* ſic ſcribit. *Quidquid eſt in quâcumque parte temporis, coëxiſtit æterno quaſi præſens eidē, etſi reſpectu alterius partis temporis ſit præteritū, vel futurum.* Et quidem, ſi rem benè perpendas, hoc Divus teſtimonio ſententiam ſuam clariſſimè ponit, & exponit. Placet illud reſcribere, & uberioris doctrinæ gratiâ interlineali aliquo commentariolo dilucidare. Attende. *Quidquid* eſt (ſuit, inquam ego, quia tota contradicendi occaſio aboritur ab illo *eſt*, quod Adverſarii de hoc *nunc* temporis interpretantur) *in quâcumque parte temporis* (præteritâ, præſenti, aut futurâ) *coëxiſtit æterno, quaſi præſens eidem.* [Illud *quaſi*, Hiſp. como conſidera: non enim benè ſic redderetur Hiſpanicè, *Los tiempos, preterito, preſente, y futuro coexiſten a la Eternidad, como ſi le eſtubieran preſentes.* Sed ſic, *Los dichos tiempos, como le eſtan preſentes a la Eternidad, la coexiſten.* Et, ne illud *eſt*, quod ſub initium poſuerat præbeat occaſionem putandi præterita, & futura eſſe *nunc*, ut ſciamus præterita, & futura ſuiſſe, hoc eſt eſſe in ſuis propriis temporibus, non autem in iſto, quod eſt nobis præſens, ſubjungit.] *Etſi* (altera pars) *reſpectu alterius partis temporis ſit præterita, vel futura.*

D. Thomæ textus illuſtratur, opportuna paraphraſi.

Hæc, quam & qualem vides, eſt Angelici Doctoris ſententia, quæ magno animorum ardore ab Adverſariis impugnatur: & tamen miror, eſſe vel unum Virum doctum, cui iſtā ſemitam inire libeat, eſt enim meo judicio, tam certa, tam clara, & indubitata, ut auſus fuerim dicere,

DXLVII. Quàm certa ſit D. Thomæ ſententia?

Nonnulli hîc, Divi ne Dogmata certa ſequantur ...

... Thomæ, ſcire minus, quàm potuere, volunt.

Ex ipſis aliqui, ita ſe voluerunt præjudiciis permittere, ut negent [ſed hoc jam monui in ipſo hujus Subſectionis initio,] hanc eſſe Angelici Doctoris Sententiam; immò affirment Thomiſtas, cùm ita ſentirent, ſic eum interpretatos fuiſſe, ut ſic eumdem, vel obtorto collo ad ſuam opinionē pertraherent. Tametſi interim, quia, ut nemo dubitat, polluit Scotus feliciſſimo ingenio, & S. Thomæ ſententias accuratiſſimè, antequam illas approbet, aut rejiciat, examinet; & tamen hanc noſtram doctrinam ei adtribuit, poſſet ceſſare Quæſtio, & ſupponi ſententiam, *quæ Creaturis præſentiam in æternitate* concedit, Angelici Doctoris eſſe. Cæterùm, ne res tanti momenti ex ſolâ fide, & dicentis autoritate pendeat, rem ipſam iterum teſtimoniis claris, & manifeſtis perſuadeamus.

An Creaturarū præſentia in æternitate ſit ab Angelico Doctore aſſerta?

Sanctus igitur Doctor *1. par. qu. 14. art. 13. in corp.* ſic ſcribit. *Deus autem cognoſcit omnia contingentia, non ſolùm prout ſunt in ſuis cauſis, ſed etiam prout unumquodque eorum eſt actu in ſe ipſo: & licèt contingentia fiant in actu ſucceſſivè, non tamen Deus ſucceſſivè cognoſcit contingentia prout ſunt in ſuo eſſe, ſicut nos, ſed ſimul, quia ſua cognitio menſuratur æternitate, ſicut etiam ſuum eſſe. Æternitas autem tota ſimul exiſtens ambit totum tempus, ut ſuprà dictum eſt* (citatur autem *qu. 10. art. 2.*) *unde omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo* [*] *ab æterno præſentia, non ſolùm eâ ratione, quâ habet rationes rerum apud ſe præſentes, ut quidam dicunt: Sed quia ejus intuitus fertur ab æterno ſupra omnia, prout ſunt in ſuâ præſentialitate. Unde manifeſtum eſt, quod contingentia, & infallibiliter à Deo cognoſcuntur in quantum ſubduntur Divino conſpectui ſecundùm ſuam præſentialitatem, & tamen ſunt futura contingentia ſuis cauſis comparata.* &c. Ex quibus verbis manifeſtè deducitur, creaturas (præteritas, præſentes, & futuras) non exiſtere in diverſis temporibus, ſed in ſuis tantùm. Adamus enim fuit, non eſt, adeoque non ſuit ſed ſuit. Et hanc ob rem non in hoc *nunc* temporis, ſed in ſuo tempore, quod reſpectu noſtri eſt præteritum, ibi (ibi) ſuit præſens Deo, & huic *nunc* æternitatis.

Scotus re benè perpenſa & examinata hāc eſſe ſententiā D. Thomæ fatetur.

*] *Illud ab æterno, eſt idem ac æternaliter, & non afficit Creaturas, ſed Deum.*

Præterita & Futura Creaturæ, etſi cum æternitate cōparentur, in hoc *nunc* temporis non ſunt.

Prætereà in eodem S. Thomas articulo reſpondet ad tertium his verbis. *Dicendum, quòd ea, quæ temporaliter in actum reducuntur, à nobis ſucceſſivè cognoſcuntur in tempore, ſed à Deo in æternitate, quæ eſt ſupra tempus. Unde nobis quia cognoſcimus futura contingentia in quantum talia ſunt, certa eſſe non poſſunt, ſed ſoli Deo cujus intelligere eſt in æternitate ſupra tempus. Sicut ille qui vadit per viam non videt illos qui poſt eum veniunt: ſed ille, qui ab aliquâ altitudine totam viam intuetur, ſimul videt omnes tranſeuntes per viā.* Et hîc recognoſce illa verba *cujus intelligere eſt in æternitate.* Et hîc notare debes tria. *Primum*, omnì Deum temporis ratione ſuæ æternitatis ita præſentem eſſe, ut ſi per impoſſibile non eſſet intelligens, adhuc eſſet realiter præſens univerſis temporibus, ſicut hoc *nunc* temporis eſt realiter huic pennæ præſens chartæ, tametſi neutra intelligat. *Secundum*, intellectum Divinum, cùm ratione æternitatis ſuæ (ſit præſens univerſis temporibus) omnia eſſe cogniturum, & intuitivè perſpecturum, licèt per impoſſibile infinitus non eſſet. *Tertium*, eumdem intellectum Divinum, qui eſt infinitus, & æternus, ſi per impoſſibile in exiſtendi genere non eſſet æternus,

Cur ſucceſſivè nos, & Deus omnia ſimul cognoſcat?

Concluſio exemplo appoſito dilucidatur.

Aliquæ impoſſibiles proponuntur hypotheſes.

Quid, ſi Deus non eſſet intellectivus?

Quid, ſi finitū intellectum haberet?

Quid, ſi æternus non eſſet?

Eſt duplex ratio in Deo cognoſcendi Futura.

nus, modò in intelligendi genere maneret infinitus, omnes creaturas (in ſuis unaſquaſque temporibus) cogniturum, non autem intuitivè viſurum: tunc enim futuræ, & præteritæ Creaturæ non eſſent realiter Deo præſentes, & juxtà communem acceptionem præſentia objecti ad viſionem intuitivam requiritur. *Deus ergo* intelligendi Creaturas præcipuè duas rationes habet.

DXLVIII.

Quo ſenſu Deus fuiſſe, eſſe, fore dicatur?

Et quidem, tametſi ex præcedentibus poſſit colligi, quo ſenſu *Deus fuit, Deus eſt*, & *Deus erit*, aliquando dicatur, proderit eumdem S. Thomam audire, qui *qu.* 10. *art.* 2. *ad* 4. rem dilucidat, dicens. *Quòd verba diverſorum temporum attribuuntur Deo, in quantum ejus æternitas omnia tempora includit, non quòd ipſe varietur per præſens, præteritum, & futurum.* *Et art.* 4. *in corpore. Æternitas eſt tota ſimul; in tempore autem eſt prius, & poſterius.* Et poſteà. *Remanebit differentia inter æternitatem, & tempus, ut dicit Boëtius* in libro de Conſolat. *ex eo quòd æternitas eſt tota ſimul, quod tempori non convenit, quia æternitas eſt menſura eſſe permanentis, tempus verò eſt menſura motûs.* Et in fine *Æternitas eſt tota ſimul, non autem tempus.* Ergo ſiquidem *fuiſſe, eſſe*, & *fore* ſunt differentiæ Temporis, & de Deo non poſſunt formaliter verificari, Propoſitiones, quæ relationem ad Creaturas important, quales ſunt, *Deus creavit Mundum, Deus præmia dabit timentibus ſe*, exprimunt actionem, quæ ſecundum *eſſe in* ſit æterna; & ſecundum *eſſe ad* tempus, in quo ſuæ terminus ejuſdem actionis, pertingat. Si autem in prædictis Propoſitionibus agatur de Dei exiſtentiâ abſolutâ, tunc earumdem ſenſus, Hypotheticus, aut ſaltem eminentialis erit: Deus enim omnium temporum perfectiones eminenter complectitur; & ex hypotheſi impoſſibili, quòd infinitus non eſſet, præſentis, præteriti, & futuri temporis differentias ſubiret.

Omnia tempora in Æternitate clauduntur.

Quomodo verificentur de Deo propoſitiones, in quibus verbum ad tempus præteritum, aut futurum ſpectat?

Sanè de rebus, ac ſi reſpectu Dei eſſent futuræ, ſæpè loquimur, ſed juxtà doctrinam præcedentem debet manuduci intellectus, ne erret. Idem ſuper hac re D. Thomas *qu. de Verit. art.* 12. auditor, *Tunc aliquid*, inquit, *cognoſcitur ut futurum, quando inter cognitionem cognoſcentis & rei eventum invenitur ordo præteriti ad futurum. Hic autem ordo non poteſt inveniri inter cognitionem Divinam, & quamcumque rem contingentem, ſed ſemper ordo Divinæ cognitionis ad rem quamcumque eſt ſicut præſentis ad præſens.* Cur ergo, ſiquidem id verum eſſe ſcimus, de Deo ſæpè loquimur, ac ſi haberet futura? D. Thomas ibid. *Difficultas autem in hoc accidit, eo quòd Divinam cognitionem ſignificare non poſſumus niſi per modum noſtræ cognitionis, ſignificando differentias. Si enim ſignificaretur, ut eſt Dei ſcientia, magis deberet dici quòd Deus ſcit hoc eſſe, quàm quod ſciat futurum, quia ſibi nunquam futura ſunt, ſed ſemper præſentia.* Alios locos affert Capreolus *in* 1. *d.* 38. *&* *d.* 36. *a.* 2. qui omnes tam ſunt expreſſi, ut mirer potuiſſe quemquam de ſenſu Divi Thomæ dubitare. Ac multò magis [ſed hoc quoniam eſt notatu digniſſimum, jam ſuprà te monui] dicere Cajetanum: locum illum *qu.* 14. *art.* 13. de præſentiâ rerum, & cognitione earum in æternitate *obſcurum reputari & plenum contradictionis, ſeque jam annos fortè* 15. *latuiſſe. Ac pridie quàm illos commentarios ſcriberet, D. Thomæ ope ſenſum illius ſibi illuxiſſe.* Quaſi miraculo opus foret ad eum intelligendum. Id verò fatetur Cajetanus in Commentariis ad hunc locum *qu.* 14. *art.* 13. §. *ad has objectiones*. Atque hanc ei tarditatem objicit Lychetus. Certè S. Thomam citò intellexit Scotus, & intelliget, opinor, qui illos textus attentè legat. Ego non tam ſum atque Cajetanus acutus, fateor tamen cùm legi, ejus mihi mentem innotuiſſe. Nec exiſtimo Salmanticenſibus obſcurum, & in abdito poſitum viſum fuiſſe. Sic enim exponũt & illuſtrant ſuo illo tractatu *de Scientiâ Dei diſput* 8, ut facilè eum intellexiſſe videantur.

Quid requiratur, ut aliquid cognoſcatur, ut futurum.

Nihil eſt Deo futurum.

Cur de Deo loquimur, ac ſi haberet futura?

De doctrina D. Thomæ prima Cajetani ſententia.

Secunda ejuſdem Cajetani de eadem Cõcluſione ſententia.

Vter, Cajetanus, an Scotus, citiùs intellexerit Præceptorem Angelicum.

DIL.

D. Thomæ ſententia à Scoto proponitur.

Accedamus ad Scotum. Eam, quam ediſſero, Creaturarum in Æternitate ſententiam, eſſe Angelici Doctoris fatetur; ſed, quia dubitas, An illam bene proponat, ut tuæ curioſitati ſatisfaciam, formalia ejus verba produco. [Aliter (*in* 1. *diſt.* 39. *qu. unic.* §. *aliter num* 8, inquit Doctor Subtilis) ponitur quòd certam notitiam Deus habet de futuris contingentibus, per hoc quòd totus fluxus temporis, præſens eſt æternitati, & omnia, quæ ſunt in tempore.] Hæc eſt Mens D. Thomæ, ejuſque bene Scotus Reſolutionem repræſentat. Pergit, ut illã ſuadeat, ſcribitque [Probatur per hoc, quia Æternitas eſt immenſa, & infinita; & per conſequens ſicut immenſum eſt ſimul præſens omni loco, ita æternum eſt ſimul præſens omni tempori] Hæc probatio, ut ſit bona, uno, aut altero verbulo debet juvari. Concedo enim, quòd Æterno ſit Immenſum ſimillimum. At in Æterno, de quo loquimur, omnia inſtantia ſunt identificata, & conſtituunt unum indiviſibile *nunc*: ergo in Immenſo, ut ſtet ſimilitudo, poni debet, quòd univerſa puncta ſint inter ſe identificata, & conſtituant unum ſimpliciſſimum *hic*.

Qualis eſſe debeat Immenſitas, quæ poſſit cum æternitate comparari?

Adducitur exemplum baculi, ut Concluſio D. Thomæ exponatur.

Pergit Scotus, & ut declaret S. Thomæ Sententiam, hoc exemplum proponit. [Sic baculus fixus in aquâ, juxta quem baculum, etſi totus fluvius fluat ſucceſſivè, & ſic ſit præſens baculus ſucceſſivè omnibus partibus fluvii, non tamen baculus eſt immenſus reſpectu fluvii, quia non eſt ſimul præſens toti. Ergo eodem modo, ſi æternitas eſſet quoddam ſtans ſicut baculus, juxta quam flueret tempus, ita quòd nunquam eſſet ſimul ſibi præſens, niſi unum inſtans temporis, ſicut nec baculo ſimul præſens eſt niſi una pars fluvii, æternitas non eſſet immenſa reſpectu temporis. *Confirmatur* etiam iſtud, quia *nunc* æternitatis ut eſt cum *nunc* temporis, non coæquatur ſibi: Igitur ut eſt cum iſto *nunc* excedit ipſum; non autem excederet ipſum, niſi ut eſt cum iſto *nunc*, eſſet ſimul cum alio. *Confirmatur* etiam hoc, quia ſi totum tempus poſſet ſimul eſſe extra *nunc* æternitatis, eſſet ſimul præſens toti iſti tempori. Sed licèt tempori repugnet propter ſucceſſionem ejus ſimul eſſe, nihil tamen propter hoc perfectionis tollitur æternitati. Ergo ipſa æternitas modò [*] eſt æquè præſens toti tempori, & cuilibet exiſtenti in tempore. *Confirmatur* etiam iſtud per aliud exemplum de Centro in Circulo. Quia ſi poneretur tempus fluxus eſſe circumferentia circuli, & nunc æternitatis centrum, quantumcumque eſſet fluxus in tem-

Vtrùm, unum *nunc* coexiſtere poſſit alii *nunc*?

*] *Sed cujus eſt illud modò, ſeu nunc? Non enim Dei hoc nunc temporis, ſed hoc nunc æternitatis eſt præſens toti tempori.*

Caramuelis Leptotatos,

tempore, tamen totus fluxus, & quælibet pars ejus eſſet ſemper præſens centro. Ita in propoſito, omnia in quâcunque parte temporis habentia exiſtere, ſive ſint in hoc *nunc* temporis, ſive ipſa ſint præterita, ſive præſentia, vel futura, omnia præſentia ſunt reſpectu *nunc* æternitatis: & ita quod eſt in æternitate videt ea præſentialiter propter talem coexiſtentiam, ſicut ego poſſum videre præſentialiter illud quod in iſto inſtanti video.] Hæc omnia P. Macedo *Collat. 9. ſect. 1.* ex Scoto proponit; & ſubjungit. [Fideliter ergo retulit & perſpicuè expoſuit Scotus S. Thomæ Sententiam minori difficultate, ac prolixitate, quàm facit Cajetanus *in hoc articulo*, & brevi compendio dixit, quæ Cajetanus & Salmanticenſes *eo loco tract. 3. de Scientiâ Dei diſp. 8. dub. 2. & 3.* latiſſimo circuitu diffundunt; In eo ſimilis Æternitati, quòd omnia, quæ ab iis longiſſimo tractu temporis ſcripta ſunt, ille brevi verborum periodo comprehendat.]

Aliter loqui debemus de nunc temporis & aliter de nunc æternitatis.

DL.

P. Ioannes de S. Thoma laudatus.

Ediſſerit hanc Controverſiam, & eruditè, ut alias ſolet, P. Joannes à Sancto Thomâ *in 1. part. qu. 10. diſp. 8. artic. 3.* & alios locos Angelici Doctoris adducit. Illos Ego hic ſubſcribo.

Primò enim *1. part. qu. 14. art. 13.* ait. *Quòd omnia, quæ ſunt in tempore, ſunt Deo ab æterno præſentia, quia ejus intuitus fertur ab æterno ſupra omnia prout ſunt in ſuâ præſentialitate.*

Hæc autem Autoritas Concluſionem non probat: nam ille de præſentiâ reali & phyſicâ loquitur, & de intentionali agit hæc Prima Autoritas. Ergo dic duplicem eſſe in Deo rationem cognoſcendi futura: nempe infinitam Intellectus Divini perfectionem, & earum creaturarum realem in æternitate præſentiam.

An hic S. Thomas de Phyſica, an verò de Intentionali præſentia intelligendus ſit?

Præterea *1. contra Gent. cap. 66. num. 6. & 7.* de Æternitate ſecundum ſe conſideratâ hæc ſcribit. *Quidquid eſt in quâcunque parte temporis coexiſtit Æterno, quaſi præſens eidem, etſi reſpectu alterius partis temporis ſit præteritum vel futurum. Æterno autem non poteſt aliquid præſentialiter coexiſtere niſi toti, quia ſucceſſionis durationem non habet.* **Quidquid igitur per totum diſcurſum temporis agitur Divinus intellectus in totâ ſuâ æternitate, intuetur quaſi præſens.* Tres partes hoc teſtimonium habet; Primam jam *ſuperius* expoſui: illa breviter totam ſententiam D. Thomæ complectitur: dicens æternitatem coexiſtere præterito, & futuro, quæ non coexiſtunt inter ſe. Secunda aſſerit, eſſe indiviſibilem æternitatem: atque ideò, quod ei coexiſtit, toti coexiſtere; at hoc non tollit, quòd hypotheticè ſit diviſibilis, & habeat innumeras formalitates. In tertiâ parte conſidera illud *intuetur*, & illud *quaſi*. Porrò Dominus Deus omnia, quæ in quâcumq; temporis differentiâ ſiunt, *intuetur*, quia omnia præterita, præſentia, & futura, **ſunt** illi præſentia & coexiſtentia, tametſi non coexiſtant inter ſe. Et illud *quaſi* non importat ſimilitudinem, ſed veritatem: nam, licèt ſit æquivocum, & ſecundum ſe propriè & impropriè poſſit accipi, quo ſenſu accipi debeat aut non debeat, à contextu colligitur. Hæc particulæ *quaſi*, quæ eſt æquivoca, determinatio à contextu deſumpta, etiam in aliis linguis reperitur: dicit enim Hiſpanus, *Pedro como libre, que es, no debe pagar: y Paulo, como ſi lo fueſſe, no quiere pagar*, & Italus, *Pietro come libero non è obligato pagare: e Paulo, come ſe foſſe libero, non vol pagare*. Et, ut vides, Hiſp. *como*, & Ital. *come* bis ponuntur, & in priori loco veritatem & in poſteriori ſimilitudinem tantùm important. Ergo quia illud *quaſi*, quod in D. Thomæ teſtimonio iterum & iterum legitur, poſſet propriè & impropriè ſumi, pronuncio illud impræſentiarum propriam & rigoroſam ſignificationem præ ſe ferre & ut id univerſis innoteſcat clariſſimè, ſumo Hiſpanicum calamum, & verba S. Thomæ reſcribo. Sic inquam.

Æternitas coexiſtit omni tempori.

Eſt indiviſibilis realiter: at hypotheticè & formaliter eſt diviſibilis.

Præſentia eſſe debent, quæ à potentiâ intuitiva attinguntur.

Particula *quaſi* (Hiſpan. *como*, & Italic. *come*) propriè, & impropriè ſolent ſumi.

Todas las coſas, que eſtan en qualquiera differencia de tiempo (preteritas, preſentes, y futuras) como eſtan preſentes a la Eternidad de Dios, aunque no ſe coëxiſtan entre ſi. [*Porque la Eternidad coexiſte al futuro y al preterito, aunque repugna, que eſtos coëxiſtan entre ſi.*] * *La Eternidad no tiene partes; y aſsi ella toda coexiſte a cada momento de tiempo: y cada inſtante deſte a toda ella coexiſte.* * *Y aſsi a quantas coſas ſe hazen, o eſtan en todo lo paſſado o futuro del tiempo, como todas lo eſtan a Dios preſentes, a todas el Entendimiento Divino las mira intuitivamente.*

Quo ſenſu illâ accipiat D. Thomas ex hac Verſione manifeſtè colligitur.

Et; poſteà ſubdit Sanctus Doctor. *Rerum, quæ apud nos nondum ſunt, Deus videt non ſolum eſſe quod habent in ſuis cauſis, ſed etiam illud quod habent in ſe ipſis, inquantum ejus æternitas eſt præſens ſuâ indiviſibilitate omni tempori.* Illæ voculæ, quas interpoſui, ſufficiunt, ut D. Thomæ verba ad veram ſui Autoris mentem intelligantur.

Et *3. contr. Gent. cap. 154.* ait. *Quòd futura contingentia ſoli Divinæ cognitioni ſubſunt, Quia ea in ſe ipſis videt, cum ſint ei præſentia ratione ſuæ æternitatis.*

Hoc teſtimonium agit de reali & phyſica præſentialitate.

Conſidera & perpende illud *ſoli*: nam ſolus Deus futura libera & contingentia intuetur. Unde in Miſsâ Sacerdotes Deum oramus dicentes, *Deus, cui ſoli cognitus eſt numerus Electorum in ſupernâ felicitate locandus, &c.* Quæ verba deſumpta videntur ex Pſalmo, Solus enim Deus, aſſerente Davide, eſt, *qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat*. Et jam ſcimus, in ſenſu myſtico *Stellarum* nomine, glorificatas Beatorum Animas, quæ ſunt Empyrei cœli ſydera, ſignificari.

Pſalm. 146. 4.

Conſidera etiam illud **ſint**, quod eſt æquivocum, & nolenti Sanctum Doctorem intelligere, præbere poterit occaſionem errandi. Tu autem dic illa verba, *cum ſint ei præſentia*, æquivalere his, *nam* **Sunt** *ei præſentia*. Creaturæ enim præteritæ & futuræ non *ſunt* (in hoc temporis *nunc*) ſed **Sunt** (unaquæque in ſuo tempore) præſentes huic *nunc* Æternitatis. Et quidem hæc, quæ pluries dicta, ſine faſtidio leges; quoniam illa legendo, & benè intelligendo, Te, & Diſcipulos Tuos; ab omni æquivocatione, & adlucinatione ſubduces.

Solus Deus numerat Prædeſtinatorum multitudinem.

Animæ glorificatæ Cœli Empyrei ſunt ſydera.

Quæ eſt inter *ſunt*, & **ſunt**, notari debet differentia.

DLI.

Omnia tempora (etiam poſſibilia & imaginaria) æternitas Divina tranſcendit.

Similia habet *Opuſc. 2. cap. 133.* inquit enim. *Quòd Deus per certitudinem cognoſcit omnia, quæcumque per temporis decurſum aguntur in ſuo æterno; nam æternitas ſuâ præſentialitate totum temporis decurſum attingit, & ultra tranſcendit.* Caret S. Thomas vocabulis, & ideo cogitur receptis uti, ſed in ſenſu Grammaticis univerſis

verſis

verſia incognito. Illa verba, *Quæ per temporis decurſum aguntur*, æquipollent his; *Quæ per tempus, præteritum, præſens, & futurum aguntur*. Sed quo modo præterita & futura, quæ nunc, non ſunt, *aguntur*? Tali profectò modo, quem verbis antiquis nemo poſſit exponere. Ergo illa verba transferantur in Philoſophicam & Novam Dialectum, & ſic innoteſcet eorum ſenſus. Dicamus. *Quæ per temporis (præteriti, præſentis, & futuri) decurſum* Sunt *acta*. Nam illud Sunt, ut temporibus diverſis congruat aptitudinem habet.

Nulla Deo ſunt futura.

Et qu. 1. *de Verit. art.* 12. ſic diſcurrit. *Cum Viſio Divina Scientia æternitate menſuretur, quæ eſt tota ſimul, & tamen totum tempus includit, nec alicui parti temporis deeſt, ſequitur, ut quidquid in tempore geritur; non ut futurum ſed ut præſens videat*. Illud *geritur* eodem interpretari modo debet, quo illud *aguntur* nuper exponebamus.

Cur plura? ſibi ubique ſimilis eſt Sanctus Doctor, & præter iſta, multa adhuc poſſem, ſi vacaret, Teſtimonia producere. Interim conſule adhuc lib. 2. contra Gent. cap. 66. rat. 6. Et in 1. diſt. 38. quæſt. unic. art. 2. in corp.

Et denique in 1. *diſp. 38. qu. unic. artic.* 5. expreſsè diſtinguit has duas præſentias, cognitionis & æternitatis, his verbis, *Cum Deus ſit Æternus, oportet quòd cognitio ejus modum æternitatis habeat, qui eſt eſſe totum ſimul ſine ſucceſſione. Unde ſicut quamvis tempus ſit ſucceſſivum: tamen æternitas ejus eſt præſens omnibus temporibus una, & eadem, & indiviſibilis, ut nunc ſtans; ita & cognitio ſua intuetur omnia temporalia, quamvis ſibi ſuccedentia, ut præſentia ſibi, nec aliquid eorum eſt futurum reſpectu ipſius*. Et hinc exit Priſcianus, qui illud *ſibi* juxta Grammaticæ præſcriptos Canones ad Æternitatem habet, referret: tu auferes æquivocationis occaſionem, ſi legas, *Intuetur omnia temporalia, quamvis ſibi ipſis ſuccedentia, ut præſentia ſibi ipſi*, &c.

Alia Angelici Doctoris teſtimonia, quibus eadem poteſt Veritas demonſtrari, apud Capreolum *in* 1. *diſt.* 38. *art.* 2. reperies.

SUBSECTIO II.

An hæc Angelici Doctoris Sententia ſit obſcura & difficilis?

DLII. Ratio, quæ obſcuram hanc doctrinam oſtendit.

LEgiſti apud Me pluries eſſe claram, & perviam; & tamen ſic contra argumentaris. Cajetanus, qui, ipsâ fatente Invidiâ, ingenio feliciſſimo fuit divinitùs condecoratus; qui totum D. Thomam intellexit, & ejus præcipuos libros Commentariis laudatiſſimis dilucidavit, intellexiſſet hanc doctrinam ſi ipſa intelligibilis eſſet. At illam Cajetanus non calluit. Ipſa ergo obſcura & intelligibilis eſt. Probatur Minor. Nam ipſe de Articulo XIII. Quæſtionis XIV. diſputans aſſerit, *Obſcurum reputari, & plenum contradictionis, ſeque jam annos ferè quindecim latuiſſe. Ac pridie quàm illos Commentarios ſcriberet, D. Thomæ ope, ſenſum illius ſibi illuxiſſe*.

Nota illud vel: nolo enim de præeminentia Ingenii Scoti & Cajetani diſputare, quoniam utrumq; veneror, & admiror, & omnis comparatio eſt odioſa.

Huic argumento nolunt dare manus Subtilis Præceptoris Diſcipuli; quoniam duce Lycheto aſſerunt, D. Thomæ Sententiam, quam ſerò didicit Cajetanus, illam Scotum, ubi primò legit, percepiſſe. Ergo ex hac hiſtoriâ non probari illam eſſe facilem vel difficilem, ſed *vel* Scotum Cajetano ingenioſiorem fuiſſe, *vel* D. Thomæ Articulum, quem attentè Scotus legerat, Cajetanum negligentiùs legiſſe.

Ego autem reſpondeo nihilominùs, me nõ aſſerere hanc Angelici Doctoris Sententiam, eſſe abſolutè facilem, ſed eſſe perviam, claramque, ſi Magiſtri, ut illam dilucident, Novâ Dialecto noſtrâ utantur: nam, quamdiu Verbum Subſtantivum *Sum, es, fui* in paupertate antiquâ permanere permittitur, & carere voculis, quibus eſſendi differentias (quæ debent ſecerni & diſtingui in Theologiâ) ſignificet, hærebunt multi; & malè intelligent D. Thomam non pauci. Et hanc ob rem non miror, annos quindecim Cajetanum, qui politiſſimè ſcribere volebat, & D. Thomæ verba inveſtiebat ſenſu Ciceroniano, non penetraſſe iſtam Sententiam; & exiſtimo tunc illam cœpiſſe intelligere, cùm D. Thomæ ope, Verbum *Sum, es, fui*, in Philoſophico ſenſu uſurpavit, Et modò multò eam faciliùs intelligeret, ſi eamdem videret, à nobis jam Dialecto Philoſophicâ tradi.

Cur ſit Quæſtio hæc difficilis, & quo modo reddatur facilis.

Dedi Cajetani verba, quæ occaſionem præbuerunt, ut de illis multa multi comminiſcerentur: &, quia ob oculos habeo P. Franciſcum à S. Auguſtino Macedo, quo illa Scholio, vel Cenſurâ perſtringit, hîc habeto.

[Quaſi miraculo (inquit) opus foret ad eum intelligendum. Id verò fatetur Cajetanus *in comment. ad hunc locum qu. 14. art. 13. §. ad has objectiones*. Atque hanc ei tarditatem objicit Lychetus. Certè S. Thomam citò intellexit Scotus, & intelliget, opinor, qui hos Textus S. Thomæ legat, &c.] Progreditur, & tametſi nolit ingenium Cajetani contemnere, alios Thomiſtas, intellexiſſe, quæ non potuit Cajetanus, oſtendit. Vide, quæ n. 548. ſunt dicta.

Quid ſentiat in hoc P. Macedus?

Et ſanè, quia hæc Cenſura à multis legitur (nam P. Macedi libri merentur, & habent applauſum) illam proderit Commentariolis aliquibus dilucidare.

P. Macedi explicatur Sententia.

Quaſi miraculo.] Non video, cur hîc recurrat ad miraculum P. Macedus: nam per ſe, & per ſuos Sanctos Deus ſine miraculo humanos intellectus illuminat. Non docemur à Deo poſtulare miracula, & tamen Deo dicere ab Eccleſiâ jubemur, *Mentes noſtras, quæſumus Domine, Paraclitus, qui à te procedit illuminet; & inducat in omnem, ſicut tuus promiſit Filius, Veritatem*: nec non etiam, *Deus, qui Eccleſiam tuam Beati Thomæ Confeſſoris tui mirâ eruditione clarificas, & ſanctâ operatione fœcundas, da nobis, quæſumus, & quæ docuit intellectu conſpicere, & quæ egit imitatione complere.* Et Ego (ne à longe exempla quæram) quando has literas ſcribo, aureo annulo, qui S. Thomæ digito inſertus Salerni fuit, devotè & confidèter utor; & illius ope manum meam directũ iri ſpero, nec tamen miracula poſtulo: non enim talia ſunt, quæ ſecundum legem ordinariam patrantur: & hæc [lex ordinaria] ut Pater filios, & Magiſter ſuos diſcipulos adjuvet, poſtulare videtur.

An Deus, quando mentes humanas, ut melius ligant aliquã Veritatem, illuminat, dicendus ſit patrare miracula?

Atque hanc ei tarditatem.] Ut animoſitatem, quâ contra Scotum audet Cajetanus retundat, non quia ſic ſentiret, ei Lychetus objicit tarditatem ingenii: nemo enim, qui illum legat, negabit, fuiſſe vivaciſſimo præditum. *Certè*

DLIII. An fuerit ingenii tardi Cajetanus?

Digitized by Google

An reverà intelligat D. Thomam Scotus?

Certè S. Thomam intellexit Scotus] Nego, nego. Ejus poſt pauca argumenta propo-nam; & demonſtrabo ex illis, eum fingere Opinationem, quam impugnet; eam tamen nec aſſertam, nec cogitatam, nec ſomniatam ab Angelico Doctore fuiſſe.

An ſaltem P. Franciſcus Macedo?

Fateor tamen ejus mihi mentem innotuiſſe.] At falleris, Amice Optime; falleris: & hoc quia veriſſimum eſt, iterum & iterum dico. Recognoſce rationes, quibus armatus D. Thomam aggrederis, & te allucinari percipies. An-non ſunt ſua hæc verba. *Præterita ſunt Deo in Æternitate præſentia. Ergo ſunt quando non ſunt.* Etiam hæc. *Futura ſunt Deo in Æternitate præſentia. Ergo ſunt. Ergo ſunt antequam ſint. Ergo bis producuntur: ſemel in Æternitate: & iterum in proprio tempore, &c.* Et Ego ad mentem Angelici Doctoris reſpondeo Antecedens, & primam Conſequentiam diſtinguendo. Si *ſunt* ſit idem ac Sunt concedo; ſi quòd Sent, nego. Et ideò in utroque Syllogiſmo, ſecundam Conſequentiam nego.

Macedus adlucinatur (vel, ut loquar Hiſpanicè, *ſe equivoca*) vocabulorum defectu.

Nec exiſtimo Salmanticenſibus obſcurum.] At nec Scotus, neque P. Macedus, ſicut Salmanticenſes, hanc doctrinam intelligunt. Nec ipſi exactè eamdem percallent, volunt enim Præſcientiæ Divinæ infallibilitatem à ſolâ præſentiâ creaturarum in Æternitate deſumi, quod nec verum eſt, nec ab Angelico Doctore traditum; quoniam Divina Scientia, quia eſt infinitè perfecta, eſt infallibilis: &, quia eſt omni tempori præſens, eſt intuitiva.

An ab Scoto; an à Macedo; an à Salmanticenſibus perfectè D. Thomas intelligatur?

SUBSECTIO III.

Quomodo Angelicum Præceptorem intelligat P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate?

DLIV. Duplex in Deo eſt ratio infallibiliter cognoſcendi; altera quæ ſe tenet ex parte medii; & altera, quæ ex parte objecti.

Divus Thomas 1. *contr. Gent. cap. 66.* ubi ſic ait. [Ea, quæ præſentia, præterita, vel futura nobis, cognoſcit Deus ſecundùm quòd ſunt in potentiâ ſuâ, & in propriis cauſis, & in ſe ipſis: & horum cognitio dicitur notitia viſionis, non enim Deus rerum, quæ apud nos nondum ſunt, videt ſolùm eſſe, quod habent in ſuis cauſis, ſed etiam illud quod habent in ſe ipſis, in quantùm ejus æternitas eſt præſens ſuâ indiviſibilitate omni tempori: ergo realis & phyſica præſentia rerum in æternitate, non eſt unica ratio, cur ſcientia Dei de futuris contingentibus abſolutis ſit omninò infallibilis & certa, ex parte medii cognoſcendi; nam ut dictum eſt, ipſa cognoſcit in ſuo decreto efficaci, ut in medio infallibili, & certiſſimo ſecundùm eſſe futurum quod habent in ſuis cauſis.]

Dicit, & benè, quòd præſentia creaturarum in Æternitate, non eſt unica cauſa ob quam Deus futura abſoluta cognoſcit. Quia etiam ſi illis (futuris) non eſſet realiter præſens, poſſet virtualiter hunc formare diſcurſum. [*]

*] *Quæſtio, quæ ingruit*, An in Deo ſit admittenda Apprehenſio Simplex? An Judicium? An diſcurſus? *decidetur, ſi dicamus, illa admitti virtualiter; hoc eſt, ſublatis imperfectionibus.*

Mea Voluntas eſt infinitè efficax, & quæ ipſa vult, ut exiſtant, exiſtunt?

At ipſa vult, quòd Anima humana A in tali inſtanti incipiat eſſe.

Ergo Anima illa A in tali inſtanti incipiet eſſe.

Et poſſet etiam virtualiter [*] formare hunc.

Intellectus meus eſt practicus, & res omnes ſunt infallibiliter à parte rei, prout à meo intelliguntur. Creaturæ enim Santes habentes eſſe quidditativum & poſſibile, ideò Sant, quia intelliguntur Saye: & ideò ſunt poſſibiles, quia intelliguntur ut poſſibiles.

At Intellectus meus, à meâ Voluntate determinatus, intelligit, (ſeu videt) quòd Anima A in tali temporis momento incipit exiſtentiam recipere.

Anima igitur A in tali temporis momento incipiet exiſtentiam recipere.

Futura contingentia Deus infallibiliter in ſuo Decreto, & in ſua Intellectione cognoſcit.

Hæc ſe tenent ex parte medii & infallibilitatem cognitionis Divinæ à Voluntatis & Intellectûs infinitâ perfectione, à præſentiâ in Æternitate præſcindendo, deſumunt. Pergit ulteriùs P. Philippus, & Objectum conſiderans, hanc mecum Concluſionem defendendam adſumit.

Communis Thomiſtarum Concluſio.

Etſi, per impoſſibile, finita eſſent potentiâ Intellectus & Voluntas Divina, modò Deus Æternitatis attributum haberet, quæ nobis ſunt futura certò & infallibiliter intueretur. Patet; quia ipſi eſſent omnia præſentia, quæ nobis præterita ſunt, aut futura.

An creaturæ, in tempore recipiant decretam ab æterno exiſtentiam?

Et hæc ſunt P. Philippi verba. [Quòd autem hæc realis & phyſica præſentia rerum in æternitate ſit unica ratio, cur ſcientia Dei de futuris contingentibus abſolutis ſit omninò infallibilis & certa ex parte objecti, patet; quia licèt futura contingentia abſoluta, ut ſubſtant efficaci decreto divinæ voluntatis, habeant eſſe futurum certum & determinatum: quando tamen ſunt in ſe ipſis, habent peculiarem certitudinem, & determinationem, ita ut non ſint omninò contingentia, quo ad ſtatum, contrahunt enim quandam neceſſitatem eſſendi, juxta illud; *Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe.*] Et hîc P. Philippus duas patitur certiſſimas adlucinationes. Prima, quia duplex *quando* in futuris Creaturis admittit: alterum quando ab æterno ipſis futuritio decernitur; alterum, quando producuntur in tempore. [Et peto, ut relegantur ejus verba, nam in illis duplex iſtud *quando* manifeſtè reperies.] At hæc adlucinatio aboritur ex æquivocatione. Nam, cùm Volitio ſit actio intentionalis, eſſe debebit relativa; Ergo in hac volitione ſeu Electione, debet dari terminus, *qui eligitur*: &, ſi Priſcianus pateretur, *qui Vultur*. Ergo Volitio illa, quæ vocatur *Decretum*, ſecundum *eſſe in*, ineſt æternaliter Voluntati Divinæ: & ſecundum *eſſe ad* terminatur ad Creaturæ talem exiſtentiam, vel tempus. Creatio activa, quam vocant, eſt hæc ipſa Volitio. Quam ob rem, cùm *quando* non ſe teneat ex parte Dei, ſed ex parte Creaturæ; non eſt duplex *quando*, ſed *unicum*, tunc enim Creatura exiſtit, quando illi ab Æterno Decreto exiſtentia decernitur.

N. B. *Non dantur duæ creationes activa à neque duæ paſſivæ. Ergo, quando creatur Anima rationalis A. in inſtanti M. v. gr. Ejus Creatio activa, eſt Intellectio Divina per voluntatem Determinata. Et hæc Divina Intellectio ſecundum eſſe in eſt æternaliter in Deo: & ſecundum eſſe ad terminatur ad Animam A, & inſtans temporaneum M. Et Creatio paſſiva, ſecundum eſſe in eſt in anima A. & correſpondet inſtanti M. & ſecundum eſſe ad terminatur ad intellectum Divinum.*

Secunda P. Philippi adlucinatio, in illius Axiomatis, *Omne quod eſt*, &c. expoſitione conſiſtit. Fateor enim illud, cum ita intelligere prout intellexit Ariſtoteles; addo tamen id eſſe falſum in ſenſu, quem intendit Philoſophus; ipſe enim caruit Infallibilitatis conceptu; & ideò ſæpe, quæ *Infallibilia* debebat, *Neceſſaria* appellavit. Sed de hoc fuſiùs in *Differt. Philoſoph. art. 6. pag. 152. num. 308.* diſſerui. Ibi in titulo ſcripſi, *Proponitur illud*

Ari-

Digitized by Google

Ariſtotelicum Axioma, Omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe: *Et inquiritur Primò*, Utrùm illis verbis, *quod eſt*, ſans, an verò ſens (*Ens habens eſſentiam*, an potiùs, *Ens habens exiſtentiam*) debeat intelligi? *Et ſecundò*, An, & quo ſenſu, hoc ipſum Axioma ſit verum?

An neceſſitatē Ariſtotel es confuderit cū infallibilitate?

Et reſpondet *pag.153.b.num.310.* dicens. *Si illud nomen neceſſe in verâ ſignificatione ſumatur, falſum eſt*. Poſteà *pag.154.b.* illud Axioma explicatur hoc modo, *Omne quod eſt, quando eſt, ex ſuppoſitione quod ſit, neceſſe eſt eſſe*. Et concluditur hanc ipſam expoſitionem nec eſſe bonam, nec ab Angelico Præceptore tradi. Et tandem ſub finem Articuli, neceſſitate in infallibilitatem mutatâ, illud ipſum Axioma, per hæc verba reſcribitur, *Omne Ens, quando eſt, ipſum eſſe, infallibile eſt*.

Exemplum quod ex oculis, & re viſa deſumitur, eſt aptiſſimum ad Divinam Præſcientiam cum libertate humana conciliandam.

Pergit & P. Philippus ex dictis iſtud Corollarium deducit, [Ergo, inquit, realis, & phyſica præſentia rerum in æternitate, eſt unica ratio, cur ſcientia de futuris contingentibus abſolutis, ſit omninò infallibilis & certa ex parte objecti. Imò hæc præſentia valde conducit ad conciliandam divinæ Scientiæ infallibilitatem, cum contingentiâ rerum ac libertate noſtrâ; quòd ſic explicat D. Thomas *qu.2.de verit.art.2.* [Sicut ergo noſter viſus non fallitur videns contingentia, ut ſunt præſentia; & tamen ex hoc non removetur, quin illa contingenter eveniant: ita Deus infallibiliter videt omnia contingentia, quia ſibi non futura, ſed ea inſpicit eſſe Tunc quando ſunt; unde ex hoc non removetur, quin contingenter eveniant.]

SUBSECTIO IV.

Teſtimoniis & Argumentis, quæ contra aſſertam à D. Thomâ, & Nobis, Creaturarum in Æternitate Præſentiam *ab Adverſariis adducuntur, breviter & clarè reſpondetur*.

DLV.

Cur ſoli P. Macedo, & non aliis reſpondeamus?

SUppono P. Macedum, Virum ſanè doctiſſimum, publicum Profeſſorem Patavii, Dominum & Amicum noſtrum Reverendiſſimum, clariſſima Teſtimonia, fortiſſimaque ſelegiſſe argumenta, ut Thomiſtarum & noſtram proſternendo Sententiam, Scotiſtarū, hoc eſt propriam, nam ab Scoto ſtat, firmaret, & ſtabiliret. Non ergo erit, cur alios libros examinem, ſed illi reſpondere ſufficiet. Videamus ergo Primò, quibus ille Teſtimoniis armatus, Adverſarios invadat.

An Scotiſtas urgeant argumenta, quæ ex Sacra Paginâ, & Patrum teſtimoniis deſumpta?

Solus Deus eſt æternus.

[Sacræ Literæ & Patres, ait, ſolum Deum eſſe æternum fatentur, cæteraque omnia mortalia temporanea, & caduca. Id, ut optimè advertit, teſtatur ad Hebr.cap.1. Paulus, Pſalm. 89. Propheta Rex; Geneſ. 1. Moyſes: hic enim ait, *In principio creavit Deus Cælum & Terram*. Davides canit, *Priuſquam montes fierent aut formaretur terra, & orbis, à ſeculo; & uſque in ſeculum tu es Deus*, quo docentur ſolum Deum æternum eſſe, & omni Creaturâ priorem, quam ipſe condidit, quemadmodū copiosè & eleganter dicitur Proverb. 8. cap. *Nondum erant abyſſi: nec dum fontes aquarum eruperant*, & cæterà quæ ibi antecedunt & ſequuntur. Quæ vera certè eſſe vix poſſunt, ſi res ſunt præſentes phyſicè, ac realiter Deo in æternitate. Cùm enim coexiſtant neceſſe eſt ut ſint æternæ.]

Creaturæ non ſunt in hoc *nunc* temporis, ſed ſunt in hoc *nunc* æternitatis.

Sed quò tendunt omnia iſta? Quis enim unquam bonus Thomiſta aſſeruit, in hoc *nunc* temporis Antichriſtum, aut Adamum exiſtere? Creaturæ (unaquaque in propriâ differentiâ temporis) ſuntes, coexiſtunt Deo ſyntes in hoc *nunc*, Æternitatis.

An aliqua creatura potuerit eſſe ab æterno?

Prætereà Concilium Nicænum damnans Arium, hanc Veritatem tradidit, dum hanc ejus propoſitionem condemnavit de Filio Dei, *Erat quando non erat*: quia Verbum Divinum faciebat Creaturam, negans ei æternitatem. Unde concluditur nullam Creaturam æternam eſſe poſſe, nec Deo in æternitate coexiſtentem.

An Verbum Æternum ſit creatura, an fuerit ab æterno?

At hoc Nicæni Concilii teſtimonio nihil omninò, aut contra veram D. Thomæ ſententiam, aut contra eam, quæ illi falsò imponitur, in bonâ Dialecticâ deduci poteſt. Dicebat Arius duo; videlicet, Verbum Divinum eſſe creaturam, & illud non fuiſſe ab æterno. Pone Aurelium dixiſſe, eſſe creaturas ab æterno. Arium Concilium Nicænum condemnat, an ideò Aurelium? Minimè. Immo poſſet Aurelius argumentari ſic. [Arius docebat creaturas non fuiſſe ab æterno. Fuit condemnatus à Concilio: Ergo Concilium ſtatuit, fuiſſe creaturas ab æterno.] Ergo ex illo Concilio contra D. Thomam, etſi revera habuiſſet ſententiam, quæ illi imponitur, nihil omninò probaretur. Interim, Aurelium ſubſtitui, ut reſponderem argumento: Macedus enim errorem, quem ne ſomniando quidem Thomiſtæ aſſerunt, animoſus impugnat.

Proponitur ſententia Auguſtini.

Tranſit ad Patres, producitque Auguſtinum *libr.12.de Civit.cap.25.* dicentem. *Si potentiam ſuam fabricatoriam, ut ita dicam, rebus ſubtraheret, ita non erunt, ſicut antequam fierent, non fuerunt: ſed ante dico, æternitate, non tempore*.

DLVI.

Quid ſignificat præpoſitio *ante*, quando dicimus. Ante creationem mundi fuiſſe Deum.

Reſpondeo primò, ſcitiſſimè S. Doctorem illa ultima verba ſcripſiſſe; nam cùm dicimus *ante creationem Mundi*, illud *ante* non ſignificat tempus; tempus enim reale ante Mundi creationem nullum erat; ſed illud *ante* ſignificat Æternitatem, hæc enim ante Mundi creationem ſemper fuerat.

Argumentatores *nunc* temporis cum *nunc* æternitatis confundunt.

Reſpondeo ſecundò, nec D. Thomam nec ullum Thomiſtam docere creaturas in aliquo *nunc* temporis ante Mundi creationem fuiſſe; aut, ſi Mundus adnihilaretur in aliquo *nunc* temporis poſt illam adnihilationem ipſas futuras eſſe. Ergo non militat contra Thomiſtas hæc autoritas.

An res, quia ſunt futuræ, præſciantur?

Fortè alicui primo intuitu videri poſſet, ſaltem Magni Gregorii autoritatem quam poſteà Macedus adducit ad rem eſſe: Quoniam Sanctiſſimus Pontifex *libr.9. Moral.cap.25.* (aliàs 26.) cùm dixiſſet, *Deum cuncta ſibi præſentia conſpicere*, Subjunxit. *Nam & quæcunque ſunt, non ab æternitate ideò videntur, quia ſunt: ſed ideò ſunt, quia videntur*. Quo excluſit (ait Macedus) illam coexiſtentiam realem in Æternitate, & ſolùm adſtruxit objectivam.

Referuntur alii Patres, qui ſicut Gregorius loquuntur.

Et hìc ego ante reſponſionem adverto primò, hæc eadem verba, quæ S. Gregorio à Macedo adtribuuntur, in Cyrillo Alexandrino *libr.5. in Joann. cap.10.* Juſtino Martyre

libr.

Digitized by Google

lib.qu.58.9. Hieronymo *Dialog.3. adverſ.Pelagian.* Origene *in epiſt. ad Roman. cap.8.* & alius legi, ut D.Augustinus Redingus *tom.1. Theolog qu.5.art.1.nu.14.teſtatur*.

Patres à D.Redingo exponuntur.

Adverto ſecundò Patres inter ſe convenire, etſi de ſcientiâ Dei, & rerum Futuritione diverſo modo ſtatuere videantur: eos enim D.Redingus ad concordiam reducit, dicendo ſ Patres ſiquando dicant, *Non propterea aliquid futurum eſſe, quia novit Deus*, cum Divo Thomâ *de Verit. qu.2. art.14. ad 1.* exponendi ſunt, quòd Scientia Dei non ſit cauſa inducens neceſſitatem in Scito, ut ex eo cogatur aliquid evenire, quia Deus illud ſcit; Si verò iidem Patres aſſerant, *quia futurum eſt aliquid ideò ſciri à Deo*, cum dicto Angelico Doctore intelligendum eſt ſecundum cauſam inferendi, non ſecundum cauſam eſſendi.

Cauſas liberas non neceſſitat Præſcientia Dei.

Agunt de alia re teſtimonia, quæ produxit Macedo.

His præmiſſis reſpondeo, nec à S.Gregorio ibi, nec ab aliis Patribus, ubi ſimili modo loquuntur, ediſſeri, & tractari Quæſtionem, de quâ impræſentiarum diſputatur, ſed aliam, quæ etiam poſitâ reali creaturarum in æternitate præſentiâ, locum habet. Supponit hanc Poſitionem eſſe veram, *Elias ſalvabitur*; & inquirenti, *Unde cognoſcat illum Deus? An ideò cognoſcat Eliam ſalvandum eſſe Deus, quia Elias ſalvabitur: an verò Elias ſalvabitur, quia Deus cognovit illum ſalvandum eſſe?* Et reſpondet hoc ultimum dicendum eſſe; Apoſtolus enim ad Romanos 8.28. ſic ſcribit. *Quos præſcivit, hos, & prædeſtinavit. Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit. Et quos vocavit, hos & juſtificavit. Quos autem juſtificavit, illos & glorificavit*. &c.

Cur actus liberi futuri ſint? & cur præcognoſcantur

Probatur iterum S. Gregorium non agere de creaturarum in æternitate præſentiâ, quia hæc æquè competit actibus bonis, ac malis; nam peccata omnia præterita, præſentia, & futura, ſunt Deo præſentia in hoc *nunc* Æternitatis: & tamen Sanctiſſimus Pontifex, qui dixit, *Quæcumque* (puta, bona opera) *ſunt non ab æterno ideò videntur, quia ſunt, ſed ideò ſunt, quia videntur*. Non potuiſſet ſine crimine dicere. *Quæcumque peccata ſunt, non ab æterno ideò videntur, quia ſunt; ſed ideò ſunt, quia videntur*. In hoc enim præcipuè conſiſtit Lutheranorum, & etiam Calviniſtarum impietas.

N.B. Etiam peccata omnia (præterita, præſentia, & futura) ſunt Deo præſentia in hoc *nunc* æternitatis.

Scholaſticos (quorum magnam vim eſſe ait; & ego fateor) poſt Patres Macedus enumerat; & ut ait, creaturarum præſentiam in æternitate negarunt; Alexander Alenſis *1.p. qu.23.in 4.art.3.* Durandus *in 1.diſt.38.qu.3. nu.12.* Gabriel *qu.1. art.2.* Ochamus, & Aureolus *ib.* Gregorius *ib.qu.2.art.2.circa finem*. Marſilius *in ſuo caſtigat.ad hunc artic.D.Th.* Hervæus *ad diſt.38.* & Deza *ib.* Sylveſter *in conflat.1.par. qu.14. art.16.* Ægydius *in defenſ. D.Th. ad hunc art.* Valentia *in comment.ibi.punct.3.* Suarez *lib. de Scientiâ futurorum abſolut.cap.7.* Vaſquez *in 1.p.diſ.64.cap.3.* Arrubal *diſp.41. cap.4.* Herice *diſp.6.cap.4.* Alarcon *tr.2.diſt.2.cap.6.* Molina *diſp.14.in hanc qu.* tandem Scotus *in 1.d.39.qu.un.* cum ſuâ Scholâ.

Subsectio V.

Reſpondetur Scoto.

DLVII.

ARgumenta ſuppeditavit Scotus, ac iis uti ſolent Recentiores, uti videre eſt in Vaſquio proximè citato. Igitur ſic Scotus *in illâ qu.un.diſt.39.§ contra iſtud num.9.* Primò refutando exemplum de immenſitate. *Immenſitas Dei, dato quòd eſſet infinita ſpatiis imaginatis, non eſſet ſibi ratio coexiſtendi alicui loco in aliquo* nunc, *niſi exiſtenti: Nec enim Deus per immenſitatem ſui coexiſtit alicui in loco, niſi quod eſt in illo loco, licèt poſſit cauſare locum extra [*] univerſum, & tunc per immenſitatem ſuam coexiſteret illi. Si igitur immenſitas non eſt ratio coexiſtendi loco niſi actuali, quia illud quod non eſt, nulli poteſt coexiſtere, pari ratione æternitas non erit ratio coexiſtendi alicui niſi exiſtenti, quia coexiſtere dicit relationem realem, ſed relatio non eſt realis, cujus fundamentum non eſt reale.*

*] Sentit ergo Scotus Deum nunc de facto non eſſe in ſpatiis imaginariis.

Argumentum ex Analogia, quæ inter Ubicationem, & Durationem verſatur, proponitur, & urgetur.

Concedo omnia. Et quid hinc infert Scotus, aut Scotiſtæ? Dicent, ergo Deus non eſt *nunc* præſens Creaturis præteritis, futuris-ve. Reſpondeo diſtinguendo illud *nunc*. Si agatur de *nunc* æternitatis, nego conſequentiam illatam: Deus enim hoc *nunc* æternitatis Adamo, & Antichriſto præſens eſt. Si agatur de hoc *nunc* temporis, ſubdiſtinguo; ſi illud *nunc* ſumatur reduplicativè, concedo; ſi ſpecificativè, nego. Sicut enim eſt vera hæc propoſitio, *anima, quæ eſt præſens pedi, eſt præſens capiti*, & falſa hæc, *Anima, prout eſt præſens pedi, eſt præſens capiti*: ſic ſimiliter, *Deus, qui propter æternitatem ſuam eſt præſens mihi, eſt præſens Adamo, & Antichriſto*, & falſa eſt hæc, *Deus prout eſt præſens mihi, eſt præſens Adamo, & Antichriſto*.

Exponitur adhuc, quomodo intelligi debeat præſentia Dei in hoc nunc æternitatis.

Secundò futurum illud, quod ponitur eſſe in actu reſpectu Dei in eo puncto æternitatis, ſimpliciter eſt in ſuo eſſe. Ergo jam productum, & poſitum in actu antequam ſuccedat illud tempus, in quo erit in actu, ergo impoſſibile eſt ipſum poſteà in actu poni.

An res exiſtat antequam exiſtunt?

Et quid hic ego? Non eſſe D.Thomæ ſententiam, quam impugnat Scotus. Illud, quod ponitur eſſe futurum, ſit Antichriſtus, *v. gr.* hoc *nunc* temporis non eſt, adeoque neque hoc *nunc* temporis eſt præſens Deo, Sed in ſuo futuro tempore, cui Deus ratione ſuæ æternitatis præſens eſt. Ergo vocabulorum defectu diſputant, qui convenient, ſi congruis uterentur vocabulis. Ergo, ſic inquam. *Deus* ſyt *præſens Antichriſto* Sunti *anno tali*. Ergo *Antichriſtus anno tali* Sut *Deo* Synti. &c. Et deberem pluries dicta repetere, ſi in ſingulis Argumentorum ſolutionibus, quid Sym, & quid Sunt ſignificant, deberemus exponere.

Antichriſtus Sut (*eſt præſens* Deo) non in hoc *nunc* temporis, ſed in ſuo *nunc*.

Tertiò Antichriſtus futurus jam nunc (poſitâ ſententiâ D.Thomæ) habet *eſſe* actuale in æternitate, ac eſt futurus; igitur in puncto, in quo eſt futurus habebit aliud *eſſe*, ac proindè bis producetur, & duplex habebit *eſſe*; Ergo replicabitur Creatura in ſuo *eſſe*, ac bis exiſtet, ſemel per *eſſe* in æternitate, & iterum per *eſſe* in tempore.

N.B. *Et quid ſi impatienter debeam dicere, quòd argumentatores nonnulli ſcire diſſimulant; quæ inter* ſere *&* ſure *hic eſt inter* eſſe nunc, *&* eſſe tunc.

Reſpondeo iterum, iterumque falſum eſſe Antecedens. Eſt enim falſum primò, quia rem enunciat aliter, quàm eſt in ſe. Et eſt

fal-

Imponitur S. Thomæ opinatio, quem nunquam habuit.

falſum ſecundò, quia fuiſſe aſſertum à Divo Thomâ dicitur & tamen talis opinatio, ne ſomnianti quidem, venit Angelico Doctori in mentem. Sanè non dicit D. Thomas, quòd Antichriſtus *jam nunc* habet eſſe actuale, vel **ſet**: ſed quòd *tunc* (in ſuo tempore) **ſut** huic *nunc* æternitatis.

Eodem modo reſpondetur, dicitur enim diſtinctio inter **ſere** & **ſure** (hoc eſt eſſe nunc & eſſe tunc) admitti neceſſariò debere.

Quartò quod in ſe nihil adhuc eſt, & nihil habet proprii eſſe, & propriæ durationis, non poteſt menſuræ, ſeu durationi alienæ coëxiſtere. Nam coëxiſtentia includit mutuam exiſtentiam, ſed futura ab æterno nihil fuerunt, & nunquam duraverunt; Ergo non poſſunt coexiſtere Deo in æternitate.

Eâdem, ac præcedentia, hoc Argumentum laborare æquivocatione reſpondeo. Sanè, quæ mihi ſunt futura, hoc *nunc* temporis nihil ſunt (hoc eſt, nullam habent exiſtentiam) at *tunc* (in ſuo tempore) **Sunt**. Et *tunc* ipſa **Sunt** præſentia huic *nunc* Divinæ æternitatis Et *tunc* (in illo tempore) non *nunc*, eadem futura **Sunt** habentia coëxiſtentiam cum Æternitate Divinâ.

Quintò. Duratio Æternitatis eſt Duratio Dei, ergo non congruit creaturæ; At congruere proculdubiò deberet, ſi Creatura coëxiſteret Deo in Æternitate; cùm illud, quod coëxiſtit neceſſariò, durare debeat.

Creatura non exiſtit æternitate, ſed coexiſtit æternitati realiter tuti, formaliter ſecundum illam virtualitatem, quæ correſpondet tempori, in quo eſt creatura.

Nihil, quod indigeat ſolutione, in toto hoc argumento reperio. Dicit in eo Scotiſta: Duratio æternitatis eſt duratio Dei. Ergo non congruit creaturæ. Concedo utrumque. Subſumit. At congruere deberet, ſi creatura coëxiſteret Deo in æternitate] diſtinguo. Si creatura in æternitate exiſtens coëxiſteret Deo: concedo: ſi autem creatura in ſuo proprio tempore **Suns**, Deo exiſtenti in æternitate, coëxiſteret, nego. Nam, & ego hoc *nunc* temporis exiſtens, coëxiſto Deo **Synet** hoc eſt, in æternitate exiſtenti, & tamen mi non congruit æternitas.

DLVIII.

Creatura futura nō eſt nunc præſens Deo, ſed **Sut** tunc in ſuo tempore, quin Deus omnibus temporibus eſt præſens.

Sextò inintelligibile eſt, quomodò res futura in tempore ſucceſſivo, quod ſimul non eſt, nec eſſe poteſt, ante illam differentiam ſui temporis, quæ ſecundum ſucceſſionem eſt futura, ſit præſens Deo actualiter, quia ſucceſſio illa non eſt ſimul cum Dei æternitate, non enim *nunc* eſt, ſed erit in illâ æternitate. Igitur non poteſt coëxiſtere, cùm nullatenus habeat præſentiam in æternitate.

Semper eodem præjudicio laborat Argumentator: ſemperque doctrina, quæ dexterè traditur, ſiniſtrè intelligit. Sanè, res futura, hoc *nunc* temporis non eſt, & quando erit, eo modo, quo erit, tunc illo modo erit Deo præſens, & non alio. Erit inquam præſens, & coëxiſtens Deo **Synet**. hoc eſt, ſimul præterito, præſenti, & futuro (quæ inter ſe non coëxiſtunt) coëxiſtenti in hoc *nunc* æternitatis.

Quia eodem ſemper Adverſarii præjudicio laborant eaſdem ſemper, aut ſimiles rationes contra Doctorem Angelicū communiſcuntur.

ALIAS RATIONES accumulant Autores hujus ſententiæ. Quæ omnes eò redeunt, ut vel res futura dupliciter ſit, & bis producenda, vel non poſſit, cùm futura ſit ſucceſſivè in differentiâ temporis correſpondere Æternitati. Et eò pleræque omnes redeunt, quia, qui contra D. Thomam ſcribunt, exiſtimant ejus ſententiâ res præteritas, futuraſque hoc *nunc* temporis Deo coëxiſtere: cùm tamen id, nec verum ſit, nec ab Angelico Doctore aſſertum.

An præterita, præſentia, & futura ſint Angelo præſentia in hoc *nunc* æviternitatis?

Septimò tamen Rationem eam inculcant, quam maximè urget Vaſquez *diſp. 66. cap. 3.* Ævum eſt duratio tota ſimul: ſed Angeli durant ævo, ergo continebunt in ævo futura contingentia, & illis coëxiſtent. Major, & Minor ſunt ſententiæ Thomiſtarum. Conſequentia tenet, quæ ſanè eſt abſurda; erunt quippe præſentes Angelis realiter, ac phyſicè ſicuti Deo ſunt creaturæ futuræ, ac proinde eas intuebuntur, & cognoſcent intuitivè præſentes, antequam ſint in ſuis temporum differentiis.

An Angelorū cogitationes durent tempore?

Eſſe fortiſſimum hoc argumentum, illoq; maximè torqueri Thomiſtas, inquit Vaſquez & ex varietate ſolutionum id probat; Thomiſtæ enim in Reſponſione non conveniunt. Nam Cajetanus *Comment. in hunc artic. §. ad tertium*, reſpondet quidquid ſit de duratione Angeli, cognitionem illius non menſurari ævo, ſed advenire in tempore de novo. Hanc autem ſolutionem non ſufficere aſſeverant Scotici; quoniam ſtare nequit cum poſitione ævi, Nam, ſi Ævum continet durationem rerum futurarum, neceſſariò eas reddit præſentes ævo, uti de Æternitate dicitur: Ergo ſi ſunt præſentes, & coëxiſtentes Angelo; ut tales ab eo cognoſcuntur; & retorquetur reſponſio. Si ratio coëxiſtendi in ævo non eſt Angelo ratio cognoſcendi præſentialiter, ac intuitivè, non erit item ratio cognoſcendi Deo in Æternitate; atque adeò corruet illa neceſſitas inferendi cognitionem rerum actualiter præſentium in æternitate. Alii verò Thomiſtæ convicti argumento, negant præſentiam in Ævo, vel Æternitate eſſe conjunctam cum cognitione infallibili Creaturarū, ſed cum intuitivè, atque adeò objectivè cognoſci poſſe infallibiliter, ſed non intuitivè, quia non ſunt actu præſentes. Verùm hæc ſolutio evertit totam doctrinam S. Thomæ de neceſſitate coëxiſtentiæ in æternitate, quæ ex firmiori principio oriri debet in ſententiâ Thomiſticâ, nimirùm ex naturâ durationis æternæ, quæ cùm ſit una, & indiviſibilis, & tota ſimul, debet omnia tempora complecti & omnibus actu reſpondere.

Semper confundunt argumentatores *nunc* temporis cum *nunc* æternitatis.

Antichriſtus non eſt præſens Deo hoc *nunc* temporis ſed ſuit *tunc* temporis **ſut** præſens Deo.

DLIX.

Verum immeritò rationes Scoti *pueriles* appellet Cajetanus?

Queritur hic Lychetus *in comment. §. Et cum addit ſuo num.* 26. de Cajetano, & quidem jure, quòd ille referendo objectiones Scoti *pueriles* appellarit. Sic enim Cajetanus *comment. in art. 13. qu. 14. §. ad probationem autem. Superfluum*, inquit, *eſt reſpondere; adeò puerilis videtur*: quia objectio Scoti, de quâ loquitur Cajetanus, eſt gravis, & ſolida. Sic enim Scotus *diſt. 39. qu. un. §. Præterea iſta poſitio* argumentatur. [Iſta ſeſſio futura, & ut producenda, vel habet certitudinem, vel non? Si habet, non eſt igitur certa ut præſens, ſed ut futura, ac per aliquid præcognoſcitur futura, non per exiſtentiam in æternitate: ſi non cognoſcitur ut futura, producitur ergo à non cognoſcente ipſam, quam cognoſcet certò, cùm producetur. Unde ſequitur cognoſcere diverſo modo, atque cognoſceretur futura; tunc infert. *Ergo aliter fact, quàm fienda; quod eſt contra Auguſtinum*. Deinde vileſceret intellectus Divinus expectans rei exiſtentiam & præſentiam, & ab illâ ſumens ſuam certitudinem & infallibilitatem. Itaque Divina ſcientia tanquam mendica peteret à rerum præſentiâ certitudinem. Nec enim mo-

Proponitur Scoti argumentum.

An res ante quam exiſtant à Deo cognoſcantur?

vet ſeſſio intellectum ejus. Igitur res antequam actu exiſtant intelliguntur à Deo in eſſe futuro objectivo.] Hoc eſt argumentum Scoti. Quod quid ſubtilius? Quid ſolidius, quid maturius? Vocat nihilominus Cajetanus hanc objectionem puerilem, judicio puerili, non ſenili. Matura eſt & Senatoria, quod perindè eſt ac Scotica. Certè illa probatur gravibus, & ingenioſis Autoribus oppoſitam Cajetano ſententiam tradentibus, quemadmodum poſteà apparebit.

Interim hoc Scoti argumentum, quod ſtando communi terminorum acceptioni eſt forte, & non debet appellari puerile, ſi transferatur ad noſtram metaphyſicam dialectû; vires non habet. Et id clariſſimè percipietur, ſi propoſitiones ſingulas recognoſcamus.

Futuritio eſt accidens temporis, & non habet locum in Divina Æternitate.

Illa Propoſitio, *Illa ſeſſio futura, & ut producenda, vel habet certitudinem, vel non*, ſi illæ voces *futura*, & *producenda* ſint reſpectu noſtri, non conducit ad rem; ſi intelligantur reſpectu Dei, eſt de ſubjecto non ſupponente, quia cùm Deus ſit omnibus rebus præſens, nihil reſpectu Dei eſt futurum. Et agendo de hoc *nunc* æternitatis, falſæ ſunt iſtæ Propoſitiones, *Deus rem iſtam produxit*, vel *Deus rem illam producet*, quia cùm in æternitate nihil ſit prius, neque poſterius, reſpectu æternitatis nihil poteſt eſſe præteritum, nihil futurum.

Scientia Viſionis habet certitudinem, quia omnes Creaturæ ſunt ipſi præſentes.

Præterea illud Dilemma, *vel habet certitudinem, vel non habet*, non urget, dicimus enim habere certitudinem, quia licèt reſpectu noſtri ſit futura, reſpectu Dei ſit præſens non in hoc *nunc* temporis, ſed in ſuo *nunc*, quando exiſtet.

[*] Et hic non debet ſunt cum ſunt confundi.

Illa Conſequentia, *Ergo aliter facta, quàm fienda*[*] confundit iterum æternitatem cum tempore; nulla enim in æternitate ſuâ Deus *fecit*, vel *faciet*, ſed univerſa *facit*, adeoque in æternitate omnia fiunt, & nulla fuerunt facta, & nulla facienda. Quoniam, ut centies diximus, Deus hoc *nunc* æternitatis per ſuam intellectionem à voluntate determinatam creat Adamum, me, & Antichriſtum. Quam ob rem iſtæ tres creationes, quæ ſecundum *eſſe in* coincidunt, & ſecundum *eſſe ad* differunt inter ſe, conſideratæ ſecundum *eſſe in* ſunt æternaliter, & conſideratæ ſecundum *eſſe ad* terminatur ad tempus, videlicet, prima ad illud, quod fuit in mundi principio, quando Deus produxit Adamum. Secunda ad tempus quod non fluit, nempe quando producit me. Tertia ad illud, quod erit ſub finem mundi, quando videlicet Deus producet Antichriſtum.

SUBSECTIO VI.

An termini aliquando Thomiſtas deficiant, & circumloqui cogant, aut etiam faciant, quòd ſe benè explicare non poſſint?

DLX.

SCotiſtæ, ut vidiſti, hanc Creaturarum in æternitate præſentiam, quam nolunt intelligere, diverſis argumentis impugnant: & non miror, nam & ipſi Thomiſtæ, terminorũ defectu, ita rem implicant, & obnubilant, ut occaſionem præbeant Adverſariis, non diſſentiendi modò, ſed & contradicendi.

P. Philippus à Sanctiſſima Trinitate, qualis fuerit.

Sanè cognovi P. Philippum à Sanctiſſima Trinitate, quem ob vitæ merita, & doctrinæ eminentiam Excalceatus Carmelus ad Generalis Dignitatem promovit: ejus libros (Philoſophicos, & Theologicos) libenter lego: Thomiſta enim ſeveriſſimus eſt: & tamen, qui mihi in pleriſque omnibus placet, in hujus Controverſiæ Deciſione non placet, vel attende.

Doctrina P. Philippi eſt vera, & ad mentem Angelici Doctoris & Thomiſtarum proponitur.

Ipſe *tom. 1. in 1. part. diſp. 8. dub. 8.* interrogat, *Utrum Deus videat Futura contingentia abſoluta ut ſunt ipſi præſentia in Æternitate?* Et reſpondet. [Omnia tam præterita, quàm præſentia & futura, atque ideò futura contingentia abſoluta, non ſolùm ſunt Deo objectivè præſentia in æternitate, ſed etiam ſunt ab æterno realiter Deo præſentia, & phyſicè coexiſtentia in menſurâ æternitatis: ſicut, & ſibi invicem. &c.] Et hoc ultimum his verbis perſuadere conatur. [Quæ exiſtunt ſimul in eodem inſtanti reali, coexiſtunt ſibi invicem, ut patet, nam univerſaliter verum eſt, quòd ea quæ ſunt eadem uni tertio, ſive in ſubſtantiâ, ſive in quantitate, ſive in qualitate, ſive in duratione, & ſic de aliis; ſunt eadem inter ſe; ſed omnia tam præterita, quàm præſentia, & futura exiſtunt in eodem inſtanti æternitatis nam æternitas eſt unicum inſtans includens, & excedens omnem durationem totius temporis, ut oſtenſum eſt: Ergo omnia illa ſibi invicem coëxiſtunt in æternitate. Unde iſta propoſitio concedenda eſt, *Præterita, & futura exiſtunt nunc in æternitate, ut in menſurâ ſuperiori, & communi*: & licèt in rigore poſſit etiam ſimpliciter concedi iſta, quòd *Omnia ſunt ab æterno præſentia æternitati tanquam menſura communi*, non tamen ſimpliciter & ſine explicatione aſſumitur; quia ex illâ poſſet intelligi, quòd omnia ſint abſolutè ab æterno.]

In probatione allucinatur, aliud enim eſt dicere, Præterita & futura coexiſtunt æternitati, & aliud toto cælo diverſum, ſibi coexiſtunt in Æternitate.

An ex Thomiſtarum doctrina Creaturas fuiſſe ab æterno, inferatur?

Et, ut omnia hæc dilucidet, Paragloſſam hanc allucinationibus plenam ſcribit. [Cùm æternitas, ait, ſit virtualiter diviſibilis, licèt formaliter ſit indiviſibilis: & ita verum eſt, quòd omnia actualia ſunt ſemper & ab æterno in æternitate realiter conſiderata, non autem ut virtualiter conſiderata, ſive ſecundùm virtualem ejus diviſionem: & ſic datur veritas creata ab æterno, non quidem in propriâ menſurâ, ſed in menſurâ communi æternitatis; ſola veritas increata eſt ab æterno ſimpliciter, & in propriâ menſurâ, æternitas enim eſt propria menſura omnium divinorum.]

Aliud eſt conſiderare æternitatem ſecundum entitatem realem, & aliud ſecundum virtualitates quas dicit.

DLXI.

Ut explicetur æternitas, & quomodò illa coexiſtat univerſis temporibus, & tamen iſta non coexiſtant inter ſe, appoſitiſſimũ exemplum ex anima rationali & corpore humano deſumitur.

Iſtud dilucidabo exemplo, quod ante multos annos putabam à me primò eſſe inventum, ſed quia jam in Bañeſio reperi (nam ingenia conſpirant) illud majoris facio. Anima rationalis in homine diffunditur per omnia membra: eſt indiviſibilis tota in toto, & tota in quâlibet parte; tota ergo anima, quæ eſt in pede, eſt etiam tota in capite; hinc tamen ſequi non debet, aut pedem eſſe in capite, aut caput in pede: nec etiam ſequi debet quòd hæc realis veritas virtualitates, ſeu reduplicationes, vi quarum poſſint diſtinguere animam, prout eſt in pede, à ſe ipſâ, prout eſt in capite. Ergo (quod pluries dixi, & utinam vel ſemel intelligatur) eodem prorſus modo de æternitate debemus philoſophari. Æternitas in rerum naturâ diffunditur per omnia tempora realia, & imagina-

ria: eſt indiviſibilis tota in toto tempore, & tota in quâlibet ejus parte; tota ergo æternitas, quæ erat in ætate Adami, tota erit in ætate Antichriſti: hinc tamen ſequi non debet, tempus præteritum eſſe in futuro, aut futurum eſſe in præterito, ac propterea nec ſequi debet ætatem Adami eſſe in ætate Antichriſti vel ætatem Antichriſti eſſe in ætate Adami, nec etiam ſequi debet, quòd hæc realis veritas tollat virtualitates, & reduplicationes, nam illarum virtute poſſumus dicere & ſolemus, quòd æternitas prout coexiſtit Adamo, diſtinguitur à ſemetipsâ, prout coexiſtit Antichriſto.

Terminorum defectus cogit viros doctiſſimos ut mentẽ ſuam explicare non poſſint.

Sed his verbis non tam Philippum reprehendo, quàm Nomenclatorem Latinum, quoniam non habent Thomiſtæ voces congruas, ut Quæſtionem proponant: non habent ſufficienres, ut eam benè decidant. Antiquis uti coguntur terminis: qui, ſi retineant communem ſignificationem, exorbitant: ſi novam jubeantur habere, non intelliguntur.

Petebatur in ipſomet Quæſtionis Titulo, *Utrùm Deus cognoſcat Futura contingentia abſoluta, ut ſunt ipſi præſentia in Æternitate?* Et dico duos errores, in ipsamet Quæſtionis propoſitione committi: alterum in voce *ſunt*, & alterum in voce *æternitate*. Primus eſt manifeſtus, quoniam illa Futura in hoc *nunc* temporis non ſunt: &, ſi non ſunt, nec præſentia ſunt Deo. Secundus demonſtratur clariſſimè, quia nec eſt, nec eſſe poteſt duratio Creaturarum æternitas. Interim, quia de mente Angelici Doctoris conſtat, & Thomiſtæ illi inhærere deſiderant, ſtando Dialecto Philoſophicæ, quæſtio proponetur his verbis, *Utrùm Deus in hoc* Æternitatis, *cognoſcat Futura contingentia abſoluta, ut* **ſunt** *præſentia eidem* nunc *Divina Æternitatis*. Ubi, ut conſpicis, Dei eſt, & non Creaturarum æternitas, & Futura non *ſunt*, ſed **ſunt**, hoc eſt, in ſua temporis differentiâ erunt.

Verba ſufficientia debent ex Metaphyſica Dialecto deſumi.

Reponitur quæſtio opportunis vocabulis.

Etiam in Concluſione, & Quæſtionis diſſolutione nonnulli à Patre Philippo errores committuntur terminorum defectu: & alii poſteà novi oboriuntur ex ipſis. Hæc Propoſitio, *Omnia Præterita, Præſentia, & Futura ſunt realiter Deo coëxiſtentia in menſurâ Æternitatis*, eſt falſa: eritque vera, ſi ſicut interrogatio, fuit correcta, etiam ipſa mutato uno, aut altero verbulo corrigatur. Quoniam, quæ præterierunt, jam non ſunt, & quæ ſupervenient, nondum ſunt: at tamen utraque **Sunt** unaquæque in ſuo tempore. Illa verba *in menſurâ Æternitatis*, ſiquidem, ut dicebamus, non eſt duratio Creaturarum æternitas, debent ſtare ex parte Dei, & ne æquivocatio ſubrepat, data poterit reformari Concluſio, & his verbis reſcribi, *Omnia, Præterita, Præſentia, & Futura* **ſunt** *realiter præſentia & coëxiſtentia Deo, & huic* nunc *æternitatis*.

Exponitur etiã terminis convenientibus.

Notetur differentia inter **ſunt**, *& ſunt*.

DLXII.

Aliud eſt aſſerere (jam iterũ dixi) Creaturæ præteritæ & futuræ coexiſtunt Æternitati, *& aliud*, Creaturæ præteritæ & futuræ coexiſtunt ſibi in æternitate.

Hæc autem Propoſitio, *Omnia Præterita, Præſentia, & Futura ſunt coëxiſtentia ſibi invicem in menſurâ Æternitatis*, quomodocumq; corrigatur eſt falſa: & primò propter illud *ſunt*, ſed hic corrigi poteſt error, ſi τὸ **Sunt** loco τοῦ *ſunt* ponatur. Sed hac correctione adhibita, adhuc illa Propoſitio manet falſa, nam Præterita, Præſentia, & Futura, nec *ſunt*

Caramuelis Leptotatos.

nec **ſunt** coexiſtentia inter ſe.

Et hic clariſſimè Patris Philippi percipitur allucinatio: nam *Coexiſtentia* eſt plurium rerum in eodem *nunc* exiſtentium relatio. At falſum eſt dicere quòd hoc *nunc* temporis Adamus & Antichriſtus exiſtunt. Ipſi ergo in hoc *nunc* temporis non coexiſtunt. Sed & falſum eſt dicere Creaturam durare Æternitatem, & verum eam Æternitati coexiſtere.

Unde nata fuerit P. Philippi allucinatio?

Ut rerum præteritarum, præſentium, & futurarum coexiſtentiam (quæ, nec eſt, nec eſſe poteſt) probet, ad nonnulla Præjudicia recurrit, & ad Veritates, quibus ſi bene uteretur, ab omni liberaretur præjudicio. Paulatìm ſingula conſideremus.

Hæc Propoſitio, *Quæ exiſtunt ſimul in eodem inſtanti reali, coexiſtunt ſibi invicem*: ſi agatur de intrinſecâ & propriâ duratione, eſt vera: & hanc ob rem, Petrus & Paulus, quia exiſtunt in inſtanti A coexiſtunt inter ſe. Cæterùm, ſi agatur de extrinſecâ & alienâ, eſt diſtinguendum: ſi de eâdem formalitate, conceditur: ſi verò de diversâ, negatur. Porrò in Duratione Divinâ, ſunt inſtantia verb. gr. A, B, C, realiter identificata; in tempore ſunt eorumdem quædam participationes, videlicet *a, b, c*, realiter diſtinctæ. Adamus, qui **ſuit** in *a*, realiter **ſuit** præſens toti Æternitati ABC: at formaliter & virtualiter (vel, ut ego loquor, hypotheticè) eſt præſens ipſi A, non autem ipſi B, aut ipſi C. Et Antichriſtus, qui **ſuit** in *c*, eſt hypotheticè loquendo præſens formalitati Æternitatis C, non verò ipſi A, aut ipſi B. Ergo, quia non coexiſtunt eidem Æternitatis formalitati aut virtualitati, non coexiſtunt inter ſe.

Quid requiratur ad rerum diverſarum coexiſtentiam?

Paulò ante dicebatur, ſicut in Anima ſic in æternitate, non obſtante ſimplicitate reali poſſe diverſas virtualitates aut reduplicationes conſiderari.

DLXIII.

Quomodo Tempus coexiſtat æternitati?

Hinc patet Paragloſſam, quam in fine ponebat P. Philippus, ut Veritati conſtet, his verbis reſcribi debere, videlicet. [Cùm Æternitas ſit hypotheticè, formaliter & virtualiter diviſibilis, licèt realiter ſit indiviſibilis, ideò verum non eſt, quòd omnia actualia ſint ab Æterno: ſive realiter, ſive hypotheticè formaliter aut virtualiter conſiderentur. Et ſic nulla datur Veritas creata ab æterno: nec in propriâ menſurâ, quæ eſt Tempus accidens Creaturarum intrinſecum; nec in alienâ menſurâ, quæ eſt Æternitas, attributum Divinum: cui non toti reduplicativè ſumptæ coexiſtit noſtrum Tempus, ſed formalitatibus, aut virtualitatibus illis, quæ ab eo participantur.]

Hoc *nunc* Temporis realiter loquendo, coexiſtit toti æternitati, ſed formaliter loquẽdo, coexiſtit illi virtualitati, quam ipſum participat.

Hinc patet illam Propoſitionem, *Præterita & Futura exiſtunt* nunc *in æternitate ut in menſurâ ſuperiori*, quam P. Philippus eſſe concedendam affirmat, eſſe evidenter falſam: quia, ſi illud *nunc* ſignificat *nunc temporis*, Adamum & Antichriſtum in hoc *nunc temporis* non eſſe certum eſt: &, ſi illud ipſum *nunc* dicatur eſſe *nunc æternitatis*, non eſt illud duratio creaturarum, ſed Dei: quæ (duratio) tametſi infinita & ſimultanea in ſe ſit, non niſi finitè & ſucceſſivè ab hominibus, & creaturis cæteris participatur.

Cur falſa ſit illa propoſitio quæ tanquam vera, aſſumitur à P. Philippo?

Altera Propoſitio; videlicet, *Omnia ſunt ab æterno præſentia Æternitati tanquam menſura communi*, etiam poſitâ explicatione, aut implicatione veriùs, quam P. Philippus proponit, etiam eſt falſa: non enim de Præteritis, aut de Futuris verificatur illud *ſunt*: quoniam

Hæc Propoſitio, eſt falſa, nam illud ſunt in communi accipitur ſignificatione, ſed ſi tranſeat in **ſunt**, erit vera & neceſſariò admittenda.

niam, quæ tranſiverunt, jam non ſunt: & quæ ſupervenient, nondum ſunt. Ergo ſi non ſunt, nec ab æterno ſunt; nec æternitati aut alii connotato extrinſeco præſentia ſunt.

Verum illud Principium, *Quæ ſunt eadē, &c.* ſit verum?

Omitto illud Aſſertum, *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*, quod, tametſi receptum ſit in Scholâ, in nullo ſenſu doctrinali verum eſt, ut variis in locis oſtendi, & ex profeſſo in Metalogicæ libro VIII. à Princ. XX. & ſeqq.

Subsectio VII.

Utrùm Creaturarum in æternitate Præſentia, *neceſſaria ſit, ut Futura Abſoluta* (Suntia) *à Deo certò & infallibiliter cognoſcantur?*

DLXIV.

Quæſtio ſubdividitur in duas alias.

HÆC Quæſtio ſubdividi debet in duas alias: vel enim petitur, *Quid D. Thomas ſenſerit?* vel *Quid verum ſit, & debeat hic à nobis defendi?* Priorem ergo Subquæſtionem hic, & poſteà alteram ediſſeramus.

Quid D. Thomas ſenſerit?

Profectò ad Subquæſtionem primam reſpondent aſſerendo Scotiſtæ; P. Macedum *Collat.10.differ.1.ſect.1.* audiunto: inquit enim. *Sanctus Thomas affirmat in locis allegatis ſuperiùs; & ita illud* (lego, *illum*) *intellexit Scotus & Thomiſtæ; præcipuè Salmanticenſes*, tract. 3. de Scientiâ Dei diſp. 8. dub. 2. *&* 3. dub. 4. §. 2. *&c.*

Benè ſanè Macedus Salmanticenſes citat; ipſi enim ſecundo Dubii quarti Paragrapho, quem citavit, ponunt hanc Concluſionem. *Dicendum eſt primò, ad infallibilem cognitionem, quâ Deus cognoſcit futura contingentia abſoluta, antequam ſint actu præſentia quoad nos in ſuâ propriâ duratione per ſe requiri, quod Divinum eſſe in ejus operationes menſurentur æternitate, ut propriâ & adæquatâ eorum menſurâ: atque adeò, ſi per impoſſibile menſurarentur ævo ex ſe defectibili non poſſet Deus prædictam cognitionem de illis antequam apud nos eſſent habere, ita D. Thomas locis dub. 2. relatis, & communiter ejus diſcipuli.* Et rurſum id manifeſtiùs adhuc dicunt ibid. §. *Dicendum eſt ſecundò num.* 133. citant verò D. Thomam *in art. qu. præſentis* 14. *& qu. 2. de verit. art. 12. & qu. 57. 1. part. art. 3.* & *diſt. 38. quæſt. unic. art. 5. in corp.* & *1. contr. Gent. cap.* 16. & adduunt Gonzales *in præſenti diſp. 43. ſect. 4.* & Alvarez *libr. de auxil. diſp. 9.* Cajetanum *in Comment. Nazar. contr. 3.* nec opus eſt citare alios cùm eos ſupra ſtudioſè adduxerimus. Uno Scoto opus eſt authore, qui hac *d. 39. quæſt. un.* illo §. *aliter ponitur nu.* 8. eam Sententiam D. Thomæ diſertis verbis attribuit & impugnat, ut vidimus.

Quomodo illum Salmanticenſes exponant?

Quomodo P. Philippus à SS. Trinitate?

Ego autem aliter ad utramque ſubquæſtionem reſpondeo: Dico enim creaturarum in æternitate præſentiam non eſſe neceſſariam, ut Deus futura contingentia cognoſcat, oppoſitamque doctrinam nec à D. Thomâ neque à Thomiſtis, qui hodie ſcribunt, admitti. Et ne multis onerem meum Lectorem, dabo P. Philippum de Sanctiſſimâ Trinitate, etiam Excalceatum Carmelitam, qui eſt ſeverus Thomiſta, & omnia, quæ aſſerit, teſtimoniis expreſſis Angelici Doctoris firmat, & tamen *diſp. 8. de Scientiâ Dei* per multas & varias Concluſiones Salmanticenſium opinionem refellit: Dicit Primò Deum certò ſcire omnia futura contingentia abſoluta tam ab intrinſeco

Deus cognoſcit quæ nobis ſunt futura.

quam ab extrinſeco antequam ſint. Illud *ante* intelligendum eſt reſpectu noſtri, quia reſpectu Dei, nihil eſt futurum, & in hoc conveniunt univerſi Doctores Catholici. Dicit ſecundò Deum non præſcire futura contingentia abſoluta, ut habent eſſe in ſuis cauſis nudè ſumptis, ſive non habentibus omnia prærequiſita in ordine ad productionem ipſorum, verumtamen illa certò & infallibiliter præſcire, ut habent eſſe in ſuis cauſis completis ſive habentibus omnia neceſſariò requiſita ad agendum. Dicit Tertiò Deum non præſcire eadem futura in comprehenſione cauſarum ſecundarum, & circumſtantiarum concurrentium ad eorum productionem antecedenter ad decretum efficax divinæ voluntatis; & hoc maximè ſi de liberis futuris ſermo ſit. Dicit Quartò Deum non præſcire eadem futura in eorum veritate objectivâ antecedenter ad Divinum decretum, quia pro illo priori nihil intelligitur futurum vel non futurum; adeòque cùm nulla pro tunc intelligatur propoſitio, nulla intelligi poteſt, quæ ſit vera vel falſa. Dicit Quintò Deum eadem futura præſcire in ſuis Ideis non quidem ante Divinum decretū efficax, ſed poſt. Dicit Sextò præſcire Deum eadem futura in ſuo poſitivo & efficaci decreto: & quidem ut præſenti & exercito non autem ut futuro. Dicit Septimò Deum præſcire futura peccata in ſuo decreto permiſſivo. Dicit Octavò Deum cognoſcere eadem futura, quia ratione ſuæ æternitatis eſt præſens univerſis temporibus. Additque hanc phyſicam & realem præſentiam, eſſe quidem rationem adæquatam, cur Scientia Dei de Futuris contingentibus abſolutis ſit omninò infallibilis, & intuitiva; non autem eſſe unicam rationem, cur ſit omninò infallibilis & certa, &c. Stat ergo D. Thomam & nobiliſſimos ejus Interpretes, quorum teſtimoniis hæc dicta fulcit & roborat. P. Philippus, negare præſentiam in æternitate eſſe unicam cauſam, propter quam Deus poſſit futura contingentia cognoſcere.

Non illa cognoſcit in ſuis cauſis,

nec in circumſtantiis adjacentibus.

Idem eſt cognoſcere futura ſine futuritione, quàm cognoſcere futura ante decretum.

An illa cognoſcat in ſuis Ideis?

N. B.

Si agamus de Ideis Objectivis, idem eſt cognoſcere futura in ſuis Ideis, quàm cognoſcere futura in ſe ipſis.

Et hinc patet Yſambertum *in 1. part. qu. 14. diſp. 7. a. 13. uſque ad* 19. ingenioſè diſcurrere; de illo enim Dn. Auguſtinus Redingus *tom 1. qu. 5. art. 4. contr.* 8. ſic ſcribit. Doctor Sorbonicus Yſambertus affirmat Divinæ Præſcientiæ certitudinem deſumi tanquam ex rationibus partialibus, tum ex hypotheſi determinationis cauſarum ſecundarum, tum ex ſuppoſitione exiſtentiæ Futurorum, tum ex Divinâ Eſſentiâ in ratione Cauſæ particularium effectuum, ipſos objiciente Divino Intellectui tum denique ex vi cognitionis Divinæ, quâ ſupercomprehenſivè Voluntatis Divinæ.] Dixi ingenioſè Yſambertum diſcurrere, tametſi enim non omnia & ſingula dicta ut certa & indubitata recipiam, in ſingulis ingeniū ejuſdem ſuſpicio; & nihil prorſus ab eo aſſertum ſine probabili fundamento reperio. Interim iterum Subſect. 8. redibunt ejus verba, ejuſque aſſerta dilucidabuntur ſpeciatim. Ego autem, ut jam inſinuavi, totam hanc Controverſiam ad duplicem Concluſionem reduco. Sit

DLXV.

Aliud eſt quærere, utrùm præſentia in æternitate requiratur, ut Deus futura cognoſcat, & aliud an illa præſentia ſola ſufficerat, ut Deus eadem futura cognoſcat.

Prima. *Si per impoſſibile alius Deus totum hunc Mundum, & in eo Angelos & Homines, creaviſſet, ita ut noſter Deus nihil omninò de ipſo-*

rum

Vtrùm Deus futura cognoſceret, ſi per impoſſibile illa eſſent ab alio Numine producenda?

rum productionem decreviſſet; noſter in tali caſu Deus omnia Futura contingentia (etiam, libera) propter Creaturarum in æternitate præſentiam, infallibiliter & certò præſciret. Patet: quia ſicut Ego video quæ coram me fiunt, etſi illa nullo modo à meâ voluntate dependeant; ita tunc Deus, nam eſſet præſens univerſis temporibus, quæ in ſingulis fierent, oculis ſui Intellectûs reſpiceret.

An futura contingentia in ſuo Deus decreto præſcindendo ab æternitate cognoſceret?

Secunda. *Si per impoſſibile Deus non eſſet æternus (hoc eſt, non eſſet ratione ſuæ æternitatis ſimul præſens univerſis temporibus) adhuc Futura contingentia (etiam libera) in ſui Decreti efficaciâ præſciret.* Patet: quia ſine diſcurſu intelligeret, quæ in hoc meo diſcurſu clauduntur, videlicet. [Ex creaturis poſſibilibus, quas meâ Simplici Intelligentiâ concipio, illæ, quas voluero habebunt exiſtentiam, & non aliæ. Atqui Ego has volo in tali tempore, illas in tali exiſtere. Ergo hæ in tali, & illæ in tali exiſtent, &c.

SUBSECTIO VIII.

Recognoſcuntur, & prout poſtulat ratio, approbantur, aut etiam reprobantur, aliquorum Theologorum Reſolutiones, qui de hoc Argumento ſcripſerunt.

DLXVI.
De Parallaxi, & aſpectuum diverſitate. Ex diverſitate duorum aſpectuum quoad nos, infertur verus Syderis locus quoad ſe.

QUam παράλαξιν Græcus, Latinus *Aſpectus diverſitatem* nominat, & manuducit Geometras & Aſtronomos, ut Terreſtrium & Cæleſtium Corporum intervalla accuratè metiantur. Quoniam ſi duo Syderum Obſervatores, in duobus differentibus locis, ſub eodem Meridiano, ſed in diverſâ Cæli obliquitate conſtitutis, Lunam v. gr. obſervaverint, & alter tantam, & alter tantam aſpectûs varietatem invenerit, conferet Tycho Brahæus has duas obſervationes & ex Parallaxeon differentiâ, definiet certò veram Lunæ à Tellure diſtantiam.

An dentur in Theologia parallaxes & ad Veritatis inventionem cōducant.

Quid ergo mirum, ſi Aſtronomorum more, velim impræſentiarùm Æternitatis parallaxes, quas in Meditationibus diverſorum Theologorum reperio, metiens & conferens Æternitatis verum conceptum me fore repertnrum ſperem?

Quinam Authores veniant examinandi?

Igitur producam aliquos; qui contra D. Thomam, aut loqui, aut ſentire videntur; nempe, illos, quorum libri in iſtâ menſâ proſtant: non enim mihi ſuppetit tempus, ut ad noſtram Bibliotecham excurram, & libros qui in eâ optimè ſunt digeſti, deordinem. Sit ergo Primus

P. Franciſcus Amicus.

Fuit Hiſpanus, & in Germania docuit Theologiam.

PArum aut nihil in hac Quæſtione abeſt ab Angelici Præceptoris Sententiâ, tametſi in cæteris libentiùs contradicat Thomiſtis. Ipſe itaque *in ſui Curſûs Theologici tom. 1. diſp. 12. de Scientiâ Dei ſect. 5. num. 93.* probat, Nullam de futuris contingentibus determinatam Veritatem, nec adeò in ſuâ futuritione poſſe certò cognoſci. Inſuper *ſect.* 8. *num.* 130. negat, Effectus liberos poſſe à Deo cognoſci infallibiliter in ſuo Decreto tanquam proximâ cognoſcendi ratione; tametſi ratione Scientiæ Mediæ, quæ præſupponitur ad Voluntatis Divinæ decretum, iſtud ſit remota ratio cognoſcendi tales effectus. Quo circa *ſeq. ſect. 9.* concludit, Futura ab intellectu Divino cognoſci in ſuâ propriâ præſentialitate, ſeu duratione exiſtentiæ. Cùm enim Scientia Divina menſuretur æternitate, vi cujus invariata tota ſimul indiviſibiliter, ac ſemper exiſtat, oportet, præſentialitatem, ſeu durationem uniuſcujuſque rei creatæ exiſtentis eſſe intra ambitum Menſuræ Scientiæ Dei, atque adeò ab Intellectu Divino eſſe ut ſic cognoſcibilem.

Creaturæ Sunt es, (*exiſtentes in aliqua differentia temporis*) non *ſunt*, ſed Sunt (*N. B*) præſentes huic *nunc* æternitatis; & in ſuis temporibus ſingulæ videntur & attinguntur ab Intellectione Divina.

Cætera bene fluunt: illa autem, quæ de Scientiâ Mediâ, & de Decreto dicit, debent ad hunc Syllogiſmum (quem non formaliter, ſed virtualiter ponit in Divino Intellectu) neceſſariò reduci.

DLXVII.
Vtrùm, & qualiter Deus ratiocinetur?

Si talem gratiam ſub talibus circumſtantiis Petro dedero, conſentiet. [Et hujus Propoſitionis Veritas cognoſcitur per Scientiam Mediam.]

Per Scientiam Mediam, & per Viſionē

Atqui Ego illam volo dare. Et hæc Propoſitio æquivalet huic. *Atqui Ego illam de facto do,* Quoniam reſpectu Dei non ſunt Præterita, aut Futura, ſed omnia ſunt præſentia, reſpectu ejuſdem Dei, tantummodo erit *Do*, non verò *Dedi*, aut *Dabo*. [Et in ſuo Decreto Deus hujus Minoris Veritatem iſtam cognoſcit.]

intelligit Deus hanc Conſequentiam.

Ergo Petrus conſentiet. [Et hæc ex Præmiſſis neceſſariò conſequitur.]

Amicus tranſit ad Angelici Doctoris Scholam.

Non ſufficere cognoſcere in Decreto Minorem, niſi etiam Major cognoſcatur, ut conſequentia infallibiliter innoteſcat, ait Amicus & bene: nimirùm, ſi detur Scientia Media. Sed illam nos cum doctrinâ communi & antiquâ negamus.

Jeſuita fuit Pater Amicus, & tamen à cæteris Jeſuitis in præſenti Concluſione diſſentiens, ſubſcribit, ut vidiſti, Thomiſtis, & Patribus Dominicanis. Ut ergo hæc ipſa innoteſcat Opinionum varietas, nonnullos Societatis Theologos proponamus.

P. Molina.

DLXVIII.
Molina inventor Scientiæ Mediæ.

INgenio fuit feliciſſimo præditus: & primus omniū (quod ipſe gloriabūdus fatetur; etſi in hoc ei à plurimis cōtradicatur, Sciētiæ Mediæ Invētor. Et quia Poetę eloquēter mētiri, & ingenioſè Sophiſtę ſolent paralogizare; ipſius in ipſâmet Scientiæ Mediæ fictione debet ab univerſis eruditionis copia, & dexteritas ingeniis commendari.

Etiam in opinionibus falſis poteſt ingeniū & oſtendi & laudari.

Hic igitur, apud eos, qui Scientiam Mediam propugnant, Scholarcha *in ſuo Concordia libro: diſp. 49. concl.* 1. & iterum *diſput.* 50. confidenter affirmat Deum ex altitudine ſuæ ſcientiæ ſecundum prioritatem rationis ante omne ſuæ Divinæ Voluntatis decretum comprehendere in ſe ipſo omnia, quæ contingenter aut merè liberè per cauſas omnes ſecundas ex ſuâ Omnipotentiâ poſſibiles eſſent futura ex hypotheſi, quòd hos vel illos rerum ordines cum his vel illis circumſtantiis vellet ſtatuere. Ex quâ ſupercomprehenſione cauſarum ſecundarum, ſeu Divinæ ſcientiæ altitudine conſequens eſſe, quòd eo ipſo, dum liberâ ſuâ voluntate Deus ſtatuit eum rerum & cauſarum ordinem, quem re ipsâ decrevit, ratione noſtrâ antecedenter ad rerum in æternitate exiſtentiam in ſe ipſo, atque illo

Scientia Dei eſt ſupercomprehenſiva.

Quid ex iſta ſupercomprehenſione proveniat?

ſuo

Digitized by Google

ſuo decreto comprehenderit omnia, quæ per Cauſas Secundas contingenter, aut liberè erant aut non erant futura, *&c.*

An Præſentialitatem Phyſicam Creaturarum in æternitate P. Molina admittat?

Cum in Divinis admittim' prioritatem, rationis ratiocinantis & nō ratiocinatæ prioritatem intelligimus.

Noto illa verba, *Antecedenter ad rerum in Æternitate exiſtentiâ.* Et *inſero*, hanc Molinam rerum in Æternitate exiſtentiam, de quâ diſputamus, admittere; tametſi illâ ad Præſcientiam Dei dilucidandam non utatur. *Et moneo* illo adverbio *antecedenter* prioritatem rationis ratiocinantis; aut, ſi fortè volueris præciſivam, tantummodo ſignificare. Nam, cùm Scientia Dei ſit cauſa rerum, & Intellectio libera ſit activa creatio, idem erit omninò, *talem creaturarum ordinem ſtatuere*, ſeu *intentionaliter concurrente voluntate tanquam reverà exiſtentem intelligere*, ac *eundem rerum ordinem realiter producere & creare*.

P. Franciſcus Suarez.

DLXIX. Qualis hic Autor fuerit?

HUnc Theologum libentiſſimè nomino; quoniam de ipſius virtutibus habeo ſpeciales notitias, propter quas illum cum veneratione in meis libris adlego. Ergo videamus, quid dixerit de præſenti argumento.

Prædefinitio, nec eſt cauſa adæquata, nec prima cognoſcendi futura.

Ipſe itaque *in Opuſc. de Scientiâ Dei libr. 2. cap. 6. num. 6. & 8.* aſſerit actus humanos liberos qui prædefiniuntur à Deo, ab ipſomet Deo evidenter cognoſci, in, & ex vi illius prædefinitionibus: hanc autem non eſſe adæquatam, cùm non extendatur ad actus malos, nec eſſe *primam rationem* cognoſcendi futura, cùm præſupponat de illis conditionatam ſcientiam. Unde *cap. 8. num. 2.* tandem concludit. Deum cognoſcere hæc futura ſolùm per ſimplicem intuitum Veritatis, vel rei, quæ futura eſt in ſuâ temporis differentiâ: ſicut enim res præſens eſt determinata ad unum, itaut veritas de ipsâ enuntiabilis neceſſaria ſit, ſic veritas de futuro, cùm æquè ſit ad unam determinata, eſt per ſe ſimplici intuitu evidenter, ac certò cognoſcibilis ab intellectu Divino, *&c.*

Æternitas ſyt; & eſt præſens creaturis ſimtibus unicuique in ſua temporis differentia.

Quomodo æternitas ſit ſimul diverſis temporibus præſens?

Oſtendit ſe bene intelligere, quid importet τὸ *Nunc Æternitatis*. Deus enim eſt ſimul præſens Adamo, Mihi, & Antichriſto. *Simul*, quia Æternitas eſt unum ſimpliciſſimum *nunc*: & in uno inſtanti nulla dari poteſt ſucceſſio. At non eſt Adamo, aut Antichriſto præſens in hoc *Nunc temporis*, nunc enim Præterita & Futura non ſunt: ſed eſt Adamo præſens in ſuo tempore præterito; & Antichriſto in ſuo tempore futuro.

P. Gabriel Vaſquez.

DLXX. Suarez, & Vaſquez inter ſe conferuntur.

QUærunt Theologi; Uter (Suarius, an Vaſquez) nobiliori fuerit ingenio præditus? Hanc & alias ſimiles controverſias non libenter ingredior, quoniam omnis comparatio eſt odioſa. Interim, nemo negare poterit, rationes à Vaſquez productas vivaciores & ſubtiliores eſſe. Et nemo etiam laudare in Vaſquez poterit illam ſinceritatem, quâ conatur oſtendere Patres Græcos Latinoſque cum Pelagio ſentire, cùm tamen contrarium verum ſit, ut à Suario, & Recentioribus Theologis manifeſtè probatur.

An veteres Græci & Latini Patres adhæſerint errori Pelagii?

Profectò hic Autor *in 1. part. diſput. 65. cap. 2. & 4.* ſic inquit. [Ex decreto Divinæ voluntatis, utpote, quòd deficere, aut falli nequeat, ſufficientem deſumi rationem certitudinis ſcientiæ Dei, hanc tamen rationem eſſe dumtaxat remotam: At proximam petendam eſſe ex infinitate Divini Intellectûs, & futurorum veritate; cùm enim Intellectus Divinus ſit virtutis infinitæ, attingere debet omne intelligibile; ex hoc autem, quòd futura quantumvis libera, & contingentia ſint determinatæ veritatis, ſunt intelligibilia, adeoque actualiter, eo modo quo ſunt intellecta à Deo.]

De Præſcientia Divina. Unde ejus infallibilitas deſumatur?

Scientias in Deo & aufert & confundit Vaſques.

Sternit viam, quam terunt hodie multi ex his, qui Scientiæ Mediæ opinionem tuentur. Interim jam oſtendi, iſtam Vaſquezii hypotheſim, omnem Divinarum Scientiarum tollere pluralitatem. Nunc moneo iſtum Authorem Rationem ratiocinatam, & Rationē ratiocinantem, diverſas toto cælo, confundere. Et quia exempla me juvant, iſtud propono.

N. B. Legatur attentè hoc exemplū, continet enim penitiorem doctrinam.

Triangulum, cujus lineæ per 3.4.& 5. modulos protrahuntur, eſſe Rectangulum, & appellari *Pythagoricum*, ſcit Euclides. Id conſtat evidenter ex Propoſitione XLVII. Libri I.

Inter Euclidē cognoſcentem Triangulum, & Deum cognoſcentem creaturas Analogia.

Et nunc interrogo. An Petrus qui intelligi ab Euclide tres lineas concipit, & tamen illarum linearum quantitatem non concipit; concipere per Conſequentiam poterit Rectangulum ab Euclide intelligi? Et reſpondeo negativè. Non enim hic inquiritur, Quid Euclides intelligat? ſed quid ille intelligere concipi debeat.

Sic ſimiliter. Deus omnia intelligit; quia habet infinitam ſapientiam. Et omnis Propoſitionis cum omnibus circumſtantiis ſuis conſideratæ Veritas, eſt ſcibilis, eſt cognoſcibilis. At, ſi Ego non concipio in Propoſitione circumſtantiam, quæ ut ſit vera requiritur. Non potero concipere Deum ejus Veritatem cognoſcere.

P. Fonſeca.

DLXXI. Fonſeca Suariſtas in duas claſſes diſpeſcit.

SUariſtas dividit in duas claſſes diverſas: alii enim Deum Futura cognoſcere aſſeverant, propter infinitatem Scientiæ ſuæ: & ipſe iſtam doctrinam ita promover, ut aſſeveret Deum cognoſcere ſua Decreta futura. Hanc Opinationem recenſet Dn. Auguſtinus Redingus his verbis [Fonſeca (ait) *tom. 3 Metaph. libr. 6 cap. 2. qu. 4. ſect. 10.* cum Suarezio *in Opuſc. de Scientiâ Dei lib. 2. cap. 8.* docet, Deum antecedenter ad ſuæ Voluntatis Decretum abſolutum non tantùm cognoſcere certò, & evidenter, quid unaquæque voluntas creanda in hac vel illâ occaſione eſſet electura, vel rejectura, ſi in eâ poneretur: ſed inſuper quia voluntas creata nihil poſſet velle, aut rejicere niſi volente aut permittente Deo, idcircò in ſigno ſecundum rationē, vel virtualiter priori ſeu antecedente Voluntatis ſuæ determinationem ſcire, quid decreturus ſit.] Et poſteà. [Quo adeò ſuppoſito ita licere argumentari: Divino Intellectui eſt antecedenter ad ſua Decreta evidenter notum, quid quælibet Voluntas creata eſſet factura, ſi poneretur in hac vel illâ occaſione. At Deo in ſigno rationis priori, vel antecedente Voluntatis

An Deus ſua decreta futura præcognoſcat?

Probat Fonſeca futura à Deo ante omne decretum præcognoſci.

ſuæ

ſuæ determinationem eſt notum, quid circa creaturas ſit decreturus, adeoque in quâ occaſione poſiturus ſit quamlibet voluntatem creatam. Ergo in hoc rationis ſigno antecedente Voluntatis Divinæ decretum eſt in Deo ſcientia de quibuslibet futuris per Voluntates creatas faciendis, *&c.*]

In actibus Divinis non habet locum prioritas rationis ratiocinatæ.

Hic etiam Autor, Rationem Ratiocinatam cum Ratiocinante confundit. Et hanc ob rem in illâ propoſitione, *In ſigno ſecundum rationem, vel virtualiter priori, ſeu antecedente voluntatis ſuæ determinationem, quid ſit decreturus ſcit Deus*, eadem prioritas vocatur *Virtualis*, vel *Rationis*. Et nomine *prioritatis rationis*, vel ratiocinatæ, vel ratiocinantis prioritatem intelligit. Si Primum, eſt de ſubjecto non ſupponente illa Propoſitio, nulla enim in Deo datur Intellectio aut cognitio, quæ ratione ratiocinatâ ſit prior decreto, aut determinatione Voluntatis. Si Secundum dicatur, eſt falſa illa Propoſitio: non enim Ego poſſum concipere quòd Deus intelligat ſua decreta antequam intelligam creaturas; & pro illo priori pro quo præſcindo à Creaturis, etiam præſcindo à Divinis decretis. Et hinc ad Argumentum tranſiens, pronuncio Majorem illam, *Divino Intellectui*, &c. falſam eſſe. Addo & falſam eſſe ſimiliter illam Minorem, *At Deo, in ſigno rationis priori*, &c. Et infero debere illam Conſequentiam, *Ergo in hoc rationis ſigno*, &c. neceſſariò negari.

Decreta Dei & Creaturarũ futuritiones ita connexa ſunt, ut debeamus vel ab utriſque, vel à neutris præſcindere.

Reſpondi, & ut puto, evidenter, Argumento Fonſecæ: at neſcio, utrùm ille poſſit meo ſatisfacere. Sic enim inquam. [In Divino Intellectu actus primus ab actu ſecundo diſtinguitur. At Divinus ille Intellectus etiam per modum actûs primi conceptus eſt infinitè perfectus. Ergo antecedenter ad intellectionem intelligit. Intelligit igitur antequam intelligat.]

Verùm qui admittunt Scientiam Mediam, teneantur concedere, Deum intelligere, antequam intelligat?

Reſpondent, & bene; Intellectum per modum actûs primi conſideratum, eſſe intelligendi potentiam, non actum: & hanc ob rem in Deo eſſe potentiam intelligendi infinitam, non autem dicere actum intelligendi; quia ad hoc requiritur, ut actus ſecundus intelligendi adjungatur. Igitur dictum puta. Intellectus Divinus per modum actûs ſecundi conceptus, concipitur intelligere omnia, quæ non dependent à decreto. Ergo concipitur intelligere ſuam Divinam eſſentiam, quia hæc cognitio eſt in Deo neceſſaria. Concipitur etiam intelligere creaturas **Santes** (habentes eſſe quiditativum) quoniam eſt naturalis hæc cognitio. At non concipitur intelligere **Sentes**, aut **Suntes** creaturas (illas nimirum, quæ nunc *ſunt*, aut illas, quæ in aliquâ temporis differentiâ **ſunt**) quia illarum **ſere** & **ſure** (exiſtere) dependet neceſſariò à decreto, Unde ſicut impoſſibile eſt creaturas futuras cognoſcere à futuritione præſcindendo; ſic ſimiliter repugnat illas cognoſcere præſcindendo à decreto; quia rerum Futuritio (nimirùm. **Sere**, & **Sure**) Decretumque Divinum, ſunt inter ſe neceſſariò connexa.

Circumſtantia, quæ aliquam ſeu ab objecto ſubducit, etiam habet locum quando cognitiva potentia eſt infinita.

P. Franciſcus de Lugo.

DLXXII.

An homo ſit cauſa prima ſuæ prædeſtinationis?

EST alius à Joanne de Lugo Cardinale; & ut video ita Dei decreta opinatione Scientiæ Mediæ ſuccollat, ut Voluntas humana (ut mihi videtur) Cauſa-Prima ſuarum operationum relinquatur. Ergo attende.

Ipſe itaque *diſput. 32. de Deo Uno, cap. 4.* in actu primo voluntatis creatæ liberæ diſtinguit cum fundamento in re duo rationis ſigna, nempe *actûs primi remoti*, & *actûs primi proximi*. In primo ſigno conſideratur Voluntas cum Indifferentiâ tam quò ad ſubſtantiam actûs, quàm ejus intenſionem. Cum hac verò indifferentiâ ſtare poteſt Voluntas Dei conditionata cooperandi cum libero creato arbitrio, ſi nimirùm iſtud *in actu adhuc primo*, attamen *in ſecundo rationis ſigno* propenderit ad operandum. In hoc proinde ſigno ſecundo Voluntas concipitur per ſe ipſam propendens ad actum determinatum cum certo intenſionis gradu eliciendum. Hæc autem propenſio in Voluntate creatâ fit per quandam quaſi mutationem diſtinctam ab operatione, imò hac ſive actu priorem. Eſt autem iſta mutatio in eo ſita, quòd ſine aliquâ realitate de novo receptâ, vel ſuperadditâ, virtualiter ſe habeat aliter dum agit, quàm dum non agit. Iſta verò virtualis alteratio accidit, quatenus voluntas inclinatur in actu primo proximo, ſemel per ſe ipſam ad hûc actum taliter inflectendo, ac ſi inclinatio & inflexio ejuſmodi realiter diſtingueretur, ab entitate Voluntatis, cum quâ tamen identificatur. Quâ igitur inflexione poſitâ, impletur conditio, ſub quâ Deus per Voluntatem conditionalem offert creato arbitrio ſuum concurſum. Illâ verò conditione impletâ, poteſt Deus poſt talis propenſionis, ſeu conditionis prævisionem, ſalvâ creati arbitrii libertate habere abſolutum Decretum concurrendi determinatè ad talem actum. Quibus adeò ſuppoſitis concludit præfatus Author *num. 18.* prævidere futura contingentia, tum in propenſione cauſæ ſecundæ, tum in Divino Decreto abſoluto concurrendi cum noſtrâ voluntate jam perpensâ, & in actu primo proximo inclinatâ.

Voluntas per modum actus primi in duo ſigna, vel formalitates dividitur.

Quid ſit propenſio voluntatis, & quomodo fiat?

An Voluntas virtualiter mutari poſſit, quin realiter mutetur?

An Deus futura contingentia in propenſione Voluntatis prævideat?

Et, quis non videat, quæſo, actum primum Voluntatis creatæ in illas duas formalitates, quas nominat *ſigna*, per chimæricam Lugonis apprehenſionem diſtingui. Quoniam, ſi in primo ſigno ſemper Voluntas humana eſt indifferens & in ſecundo aliquando propendit in opus & aliquando non propendit, hæc differentia eſt ficta, & entibus rationis accenſenda; vel eſt realis & vera. Non primum: quia Præſcientiæ Divinæ infallibilitas, non poteſt ab entibus rationis deſumi. Secundum igitur dicendum eſt.

Vnde illorum duorum ſignorum differẽtia ſumatur?

Tunc ſic. Hæc mutatio Voluntatis eſt realis; quo ergo modo fieri poterit ſine ſuperadditione alicujus realis, & veræ formæ? Nam, ſi Voluntas ex non volente in volentem per additionem qualitatis, quæ *pondus* ſolet dici, mutatur; eodem modo per additionem alicujus realitatis tranſibit ex non propensâ in propenſam.

An mutatio realis ſine realitatis additione poſſit fieri?

Præterea ſiquidem hæc Voluntatis ex non propensâ in propenſam mutatio, vera & realis eſt, & non ficta: vel fiet ab extrinſeco (hoc eſt, à Deo) vel ab intrinſeco (hoc eſt, ab ipſâmet humanâ voluntate.)

An hæc mutatio ab extrinſeco, an verò ab intrinſeco fiat?

Si Primum, tollitur Scientia Media. Deus enim ante ſuæ Divinæ Voluntatis decretum non immutat Voluntates humanas. Et Scientia, quæ Decretum ſequitur, non eſt illa, quam

An Scientia Media hac doctrina auferatur?

Digitized by Google

quam vocant PP. Jeſuitæ *Mediam*.

Si dicatur Secundum; hoc eſt hanc Voluntatis humanæ mutationem provenire ab intrinſeco, aut per neceſſariam aut per liberam alterationem proveniet.

An omnes homines eodem modo debeant operari?

Non per neceſſariam. Quia neceſſaria non mutantur. In meâ enim Voluntate prædicata neceſſaria ætate, & temporis ſucceſſu ſemper ſunt eadem. Et mea Voluntas non habet neceſſaria prædicata, quæ non reperiantur in cæteris. Petrus igitur, ſi ſemel in ſecundo ſigno in operationem propendeat, ſemper propendebit. Et, ſi ipſe propendeat, etiam Judas & cæteri homines in operationem propendebunt.

An Voluntas humana ſit Cauſa Prima?

Sed neque per liberam alterationem. Quoniam, quia hæc alteratio & mutatio, cùm ſit ante Decretum Dei, non fiet dependenter à Deo. Ergo Voluntas humana erit hujus mutationis cauſa prima. Ergo Paulo interroganti, *Homo, quis te diſcernit?* debebit Petrus reſpondere, *Ego me diſcerno*.

P. Theophilus Raynaudus.

DLXXIII.

Theologia naturalis, quo modo debeat procedere?

SCripſit Theologiam Naturalem, in quâ ab authoritate præſcindens, conatur à ratione ſuadere: quæ alii Sacræ Scripturæ & Patrum teſtimonija confirmant. Et *in diſput.* 8. *qu.* 1. *art.* 2. *num.* 27. & 38. ex congruis fundamentis deducit futuritionem conditionatam, quæ eadem, poſitis conditionibus, erit abſoluta, eſſe fundamentum præmonitionis effectûs liberi anterius Decreto Divino: eſſeque adeo iſtud (Scere) *eſſe actuale futurorum* cum neceſſariorum, tum liberorum primam rationem, ſeu primum fundamentum Divinæ cognitionis in eâ tendentis, &c.

An Scere ſit primum Præſcientiæ Divinæ, fundamentum?

Sed, quia in opinione noſtrâ ante decreta nulla ſunt futura, impoſſibile eſt, ut ante decretum ulla futura cognoſcantur.

D. Nicolaus Yſambertus.

DLXXIV.

An Thomiſta, an verò Moliniſta ſit?

EST Doctor Sorbonicus, qui frequenter à Dn. Redingo citatur. Et hîc meritò ſubſcribitur Patribus Jeſuitis; quia tametſi in plerîſque omnibus Thomiſtarum amplectatur Sententias, in hac quæſtione ita exeſt ab illis, ut Molinæ non per omnia conſentiat. Ipſe enim *diſp.* 7. *art.* 13. aſſerit: Primam & adæquatam rationem, cur Deus ſuppoſito aliquo ſuo Decreto circa res ad extra, & ſuppoſitâ futuritione contingentium liberorum cognoſcat illa certò & infallibiliter; coaleſcere ex pluribus partialibus ſimul junctis rationibus, quarum alias (1) ſe tenere ex parte proximarum cauſarum ejuſmodi contingentium, quòd nimirùm illæ cauſæ eâ temporis differentiâ, quæ importatur per Verbum, quo hæc contingentia explicantur futura, ſic ſe ad productionem illorum determinent, ut re ipsâ & de facto exequantur illam. (2) Aliam rationem ſe tenere ex parte ipſorum contingentium, quòd nimirùm iſta per ſuas dicto modo affectas proximas cauſas tranſeant à ſtatu contingentiæ ad ſtatum exiſtentiæ, & ſic ad ſtatum alicujus neceſſitatis, ſecundum quam unumquodque neceſſariò eſt, dum eſt. (3) Aliam rationem ſe habere ex parte modi, quo Divina eſſentia in ratione cauſæ particularium ejuſmodi effectuum penetrata objicit illa tanquam futura pro eo tempore, quo adhuc futura ſunt, & tanquam præſentia pro tempore, quo exiſtunt, & tanquam præterita pro tempore, quo deſierint. (4) Denique, aliam ſe tenere rationem ex parte modi, quo infinita actualis intellectio Dei ſe ſe ab æterno terminat, ad futura contingentia ſub præfatis ſuppoſitionibus. Hunc verò modum conſiſtere in ratione cognitionis ſupercomprehenſivæ Voluntatis creatæ tanquam cauſæ proximæ ejuſmodi contingentium, vi cujus ſupercomprehenſionis Voluntatem creatam nō tantùm perfectè cognoſci priuſquam operetur, ſe ſe in hanc vel illam partem inclinare, ſed etiam quòd in his & iſtis circumſtantiis factis præfatis primâ & ſecundâ ſuppoſitionibus, ſe ſe de facto liberè tamen ad hanc & non ad iſtam partem determinabit.] *Sic ille.*

Præſcientiam Dei à quatuor diverſis Cauſarum generibus deſumit.

N.B. *Omnia hæc, quæ dicit, non ſeorſim, nec ſimul poſita ſunt ſufficientia, & eorum multa ſunt, & obſcura. Ergo prudentiùs, ſicut in cæteris, ſic in iſta quæſtione promiſſet D. Th. ſubſcribere, & aſſerere intuitivam rerum futurarum intellectionem à præſentia earum in æternitate deſumi.*

Hæc igitur quatuor rationum genera, recognoſcamus.

Rationes ad primam claſſem pertinentes ſe tenent ex parte proximarum cauſarum contingentium, &c. At Cauſæ contingentes proximæ, inquam Ego, non conducunt ut in illis contingentia cognoſcantur futura: ſunt enim indifferentes, & non determinabuntur, niſi à Deo præmoveantur.

An futura contingentia Deus cognoſcat in cauſis ſecundis?

Rationes quas jubet, ſe ex parte ipſorum contingentium tenere, ſupponunt falſum; nempe Contingentiam in Neceſſitatem tranſire. Et earumdem dilucidatio oſtendit Dn. Yſambertum putaſſe verum eſſe illud Peripateticorum Axioma, *Omne, quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe*, quod nos indubiæ falſitatis damnamus. Sed de hoc uberiùs diſputavimus *Diſſertat.* 2. *Philoſoph. artic.* 6. *per totum num.* 308.

Neceſſitas diſtinguitur ab infallibilitate.

De Axiomate Ariſtotelico: *Omne quod eſt, quando eſt neceſſe eſt eſſe.*

Rationes tertiæ claſſis, reſpectu Dei, Futura & Præterita admittunt. Et id contra æternitatis conceptum, omnia enim ſuntia (Præterita, Præſentia, & Futura) unaquæque in ſuis propriis temporibus ſunt præſentia iſti *Nunc* Divinæ Æternitatis.

Reſpectu Dei nec ſunt præterita, nec futura.

Rationes denique ad quartam claſſem ſpectantes, illæ ſunt; quæ ex parte modi cognitionis ſe tenent. Et quidem illa verba, *Infinita actualis intellectio Dei ſe ſe ab æterno terminat ad futura contingentia*, &c. à me reponerentur ſic. *Actualis intellectio Dei, eſt entitativè infinita, & ſecundum eſſe in eſt æterna, & ſecundum eſſe ad, ad futura contingentia & ad tempora, in quibus illa ſunt, terminatur.*

In cognitione Divina debemus eſſe in ab eſſe ad diſtinguere: illud æternaliter ſit (eſt) hoc ad tempus determinatum refertur.

Addit Dei intellectum ſupercomprehenſivum eſſe Voluntatis humanæ. Aſſentior. At nego hanc ſupercomprehenſionem eſſe neceſſariam, ut Futura contingentia noſcantur. Nam ego, qui præditus ſum oculis non omninò perfectis, ſi ſimul eſſem in diverſis temporibus; puta, huic anno ſequenti, Eclipſim, quæ quia anno ſequenti accidet, tibi nunc exiſtenti eſt futura, quia mihi eſſet præſens illam intuitivè viderem. Ergo manente in Deo duratione infinitâ, quæ vocatur *Æternitas*, etſi per impoſſibile Oculi mentis Divinæ eſſent finiti, quia eſſet præſens univerſis futuris, omnia intuitivè videret, & cognoſceret Deus.

Sola æternitas eſt cauſa ſufficiens, propter quam futura contingentia à Deo cognoſcantur. Supercomprehenſio creaturarum reperitur in Deo, ſed etiam ſi non reperiretur, haberet Deus futurorū præſcientiam.

Ægidius Romanus.

DLXXV. Vtrùm futura contingentia præcognoſcat Deus in eſſentia Divina?

EX Antiquis favet PP. Jeſuitarum Sententiæ Ægidius, nam *in 1. diſt.38. qu.1. art.2.* aſſeverat, Deum certò prænoſcere Futura contingentia ante ſuæ Divinæ Voluntatis decretum in ſuâ eſſentiâ prout habet rationem Ideæ, aut ejuſdem Speciei impreſſæ. &c.

At hîc Ægidius, quod, & alii paſſim faciunt; ſenſum realem cum formali & in formali Rationem Ratiocinatam cum Ratiocinante confundit.

Divus Bonaventura.

DLXXVI. De mente Divi Bonaventuræ non ſatis conſtat.

OBſcurè loquitur: & ideò multi dubitant, an Creaturarum in Æternitate physicam præſentialitatem cognoverit? &, utrùm putarit ante decretum Deum Futura contingentia cognoſcere?

Ipſe *in 1.diſt.39.art.2.qu.3.* ſic ſcribit. [Cùm Deus habeat ſimul præſentes omnium rerum Ideas, cognoſcit per has Futura, ita certitudinaliter, ac ſi eſſent præſentia. &c.] Nota illud *Ideas*. Nota illud, *ac ſi eſſent*. Et infer, D. Bonaventuram, non phyſicam, & realem, ſed intentionalem, & objectivam præſentialitatem omnium Futurorum in Æternitate admiſiſſe.

Cur cenſeri poſſit præſentiam intentionalem admiſiſſe ſolummodò?

Secundum Dubium his verbis decidit Dn. Auguſtinus Redingus. [Notandum, ex mente hujus Seraphici Doctoris præſcientiam futurorum in Deo niti præſentialitate Divinæ cognitionis ad res in tempore exiſtentes. Hæc autem Divinæ Scientiæ ad res quà exiſtentes præſentialitas non ſubſiſtit abſque Decreto Divino. Ex eodem Seraphico Doctore *infrà diſt.45. art.2. qu.1. & 2.* Non ergo videtur ex illâ ſententiâ adſtrui futurorum præſcientia antecedenter ad Decretum Divinæ Voluntatis.] &c.

Cur cenſeri poſſit poſuiſſe futura poſt Decretum?

ARTICVLVS VII.

De Omnipotentia, Græcè Παντοδυναμία quam Διάδοσιν Sanctus Dionyſius ſcitè appellat.

Exponitur, Quid ipſa ſit? &, *ut penitiùs cognoſcatur, de ſantibus, & non ſantibus; nec non de ſcibilibus, & non ſcibilibus (Poſſibilibus, & Impoſſibilibus) Creaturis; ſtudio iterato diſſeritur.*

DLXXVII. De Ordine Naturæ, & Doctrinæ.

NAturæ, immò etiam Doctrinæ Ordo poſtulat, ut poſtquam de Æternitate diſſerimus, de Omnipotentiâ diſſeruimus: Omnis enim omninò Res penès abſoluta, & intrinſeca adtributa priùs, & poſteà ſecundum adtributa relativa, & extrinſeca connotata debet conſiderari. Et id poſtulat Ordo naturæ; quoniam natura, rerum mater, concurrit ad interna priùs; & ſuum deindè concurſum ad externa propagat. Et id etiam poſtulat Ordo doctrinæ, nam intrinſecis prædicatis cognitis, aperitur via, ut extrinſeca, quæ ab eis dependent, cognoſcantur.

Quo modo inter ſe diſtinguantur?

Cur de Omnipotentia poſt æternitatem diſſeratur?

Doctrinam hanc didici à S. Dionyſio Areopagitâ; cujus Operibus P. Balthaſaris Corderii Obſervationes præfiguntur, in quarum Quarta hæc lego. *Notanda eſt hujus Sancti quadruplex de Deo philoſophandi ratio.* PRIMA *eſt, prout Deus in ſe ipſo eſſe conſpicitur, ſecundùm eas proprietates, & perfectiones, quæ illi ex naturâ rei, ſeu ſubſtantialiter conveniunt reſpectu ſui; ut ſunt eſſe unum in eſſentiâ, ſeu natura Divinâ, trinum in Perſonis, & cætera, quæ Deo ſunt intrinſeca.* SECUNDA, *prout conſideratur cum reſpectu & ordine ad Creaturas quatenus videlicet earum Auctor* [*] (lego, *Autor*) *eſt, Gubernator, & Finis; & ſic illi deſumpta ex effectis nomina accommodat.* TERTIA, *prout Deus.* &c. QUARTA, *prout per omnium rerum.* &c. Ac PRIMAM *quidem Res Divinas tractandi rationē tenuit* ὑποτυπωσέων, *ut* ex cap. 3. Myſticæ Theologiæ *patet. Sed magno Eccleſiæ damno Diviniſſimus ille Tractatus intercidit.* SECUNDAM *verò rationem ſervat* in Libro de Divinis Nominibus. TERTIAM *tradiderat.* &c. QUARTAM *denique.* &c.

Quadruplex Theologia traditur à S. Dionyſio Areopagita.

*] Deus rerum omnium *Autor* dici debet, nō *Auctor*: nam αὐτενέργητος, *per ſe ipſum operans eſt, & ita cap. 4. de Divin. nomin.* §. 14. à S. Dioniſio vocatur.

Liber ὑποτυπωσέων periit.

Cùm ergo in Deo Eſſentia, & Exiſtentia coincidant: & hæc nullo modo ab Æternitate diſtinguatur; præſcindendo à poſſibilitate Creaturarum intelligi poteſt Æternitas. At non item Omnipotentia. Ratione igitur ratiocinante æternitate ipsâ eſt Omnipotentia poſterior. Ergo meritò à Nobis, poſt Æternitatis illuſtrationem exponitur, & dilucidatur.

Æternitas, non verò Omnipotentia poteſt, præſcindendo à Creaturis intelligi.

SECTIO I.

De nomine Omnipotentiæ.

DLXXVIII. Quid Deus ſit?

SI Deus eſt *omnium perfectionum intelligibilium, & poſſibilium Aggregatum*, meritò dici Græcè poterit Πᾶν, *Omnitas*; unde, non nihil deſigurato nomine, Πᾶν

 ab

Caramuelis Leptotatos.

ab Ethnicis dicitur, quòd hæc omnia habeat.

Πᾶν, *Omnitas.* Inde Πάν apud Ethnicos eſt nomen Dei.

Sed, quia Πᾶν *Omnitas*, bifariam conſiderari poteſt; ut participabilis, & ut participata: ſciendum eſt, quòd πᾶν, quando de Deo dicitur, aut intelligitur, eſt *Omnitas Participabilis*, & quando *Participatam Omnitatem* ſignificat, verificatur de Univerſitate Creaturarum.

Πᾶν, *Omnitas* dupliciter poteſt conſiderari.

Epiſt. S. Iacobi cap. 1. verſic. 17.

S. Dionyſius de Cœleſti Hierarchia cap. 1.

*] Optimum *legitur in Vulgato.*

Confirmat hanc doctrinam S. Jacobus Apoſtolus; cujus graviſſima verba S. Dionyſius hoc Scholio dilucidat. [Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, γὰρ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθεν ἐςι καταβαῖνον ἀπὸ τȣ̃ Πατρὸς τῶν φώτων.] Ἀλλὰ γὰρ πᾶσα πατροκίνητον φωτοφανείας πρόοδος εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀναλατικῶς ἡμᾶς ἀναπλοῖ καὶ ἐπιςρέφει πρὸς τὸν τȣ̃ συναγωγȣ̃ Πατρὸς ἑνότητα, καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πάντα καὶ εἰς αὐτόν. *Omne datum bonum*[*] *& omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum.*] *Quin, & omnis à Patre mota illuſtrationis emanatio, in nos beneficè exundans, denuò tan unifica vis, ad ſupera nos erigendo ſimplificat, & convertit ad congregantis Patris unitatem & deificam ſimplicitatem. Quoniam ex ipſo & in ipſum ſunt omnia.*

Cur Deus nominetur Παντοκράτωρ?

Sanè, quia nemo dat, quod non habet: & Deus dat omnia omnibus, ut ejus Omnipotentiæ attributum optimè exprimeretur, Deus vocatur à Patribus Græcis Παντοκράτωρ, quod nomen in Onomaſtico Dionyſiano ſic exponit Corderius.

Omnia in ſe habens,

& omnia creaturis impertiens.

[Παντοκράτωρ *Omnitenens*, id eſt, qui omnia in ſua poteſtate tenet, omniaque complectitur, *Div. nom. cap.* 2. §. 1. & *cap.* 10. ubi peculiariter de hoc agit. Et benè obſervat R.P. Petrus Halloix vocem illam παντοκράτωρ duo habere diverſa ſignificata. Prius eſt *omnitenens* à κρατέω *teneo*, alterum eſt *omnipotens* à κρατέω *dominor, potens ſum*. Quarè ſecundo loco, ſcilicet pag 829. linea 4. pro *omnitenens*, legendum *omnipotens*, & paulò infrà pro *omnitenentis, omnipotentis*; quia ibi agit de dominatu, & de gubernatione Dei. &c.]

DLXXIX. An apud Latinos ſit vocabulum, quod nomini Græco Παντοκράτωρ valeat correſponderet?

Si haberet Latinum Idioma vocabulum, quod ſimul *habere*, & *facere* ſignificaret, dictionem componere, & confirmare poſſet, quę nomini Παντοκράτωρ correſponderet. Cæterùm, quia tale vocabulum non habet, cogitur diminutè procedere, exprimendo tantummodò alteram circumſtantiam. Quam ob rem, ſi Deum *Omnibabentem* dixiſſet, in illo omnes includi perfectiones, aſſereret. At non hinc ſequeretur, illas Deum poſſe communicare; nam & ego (ne externa exempla quæram) intellectu ſum præditus, & tamen illum nequeo lapidi communicare.

De nomine *Omnihabens*.

De nomine *Omniagens*.

Prætereà, ſi Deum *Omniagentem* vocaſſet, nullo modo preſſe in Deo univerſas perfectiones exponeret: Quoniam in communi ſententiâ, quæ cauſas æquivocas admittit, eſſe Agentia aſſeverat, quæ in paſſu formas, quas non habent, infundunt. Et tale Agens jubent eſſe Solem, multi Peripatetici, aſſerentes animalcula, quæ gignuntur è putri, à Solis influxu procedere. Ergo aptiùs Deum Nomenclator Latinus *Omnipotentem* dixit, quoniam *Potentiæ* nomine, *Virtus poſſeſſiva, & operativa* ſignatur: A verbo enim *Poſſum* nomen *Potentia* dicitur, verboque Poſſum, & *habere*, & *facere* ſignificatur. Profectò *habere*, quoniam *Poſſum* ex particulâ *Pos*, & *ſum* verbo ſubſtantivo componitur. *Pôs* autem, quod nunquam ſeorſim, extra compoſitionē reperitur, ut conſtat ex nominibus *Compos*, & *Impos*, pertinet ad *Habere*. Unde apud Plautum [& citatur à Bremenſibus *in Gramm. Latina lib.* 2. *cap.* 7.] dicitur *Compos*, aut *Impos animi*, ille videlicet, *Qui animum habet, aut non habet*. Et multò clariùs, & ſignificantiùs Hiſpanicè, *El* [a] *que tiene, o no tiene animo.* Pergo ulteriùs, & probo eodem ſignificari verbo, *vim aliquam operatricem*, quoniam illud Virg. Eclog. 8.

An dentur Cauſæ æquivocæ?

De animalibus quæ producunt è putri.

Quid ſignificet *Omnipotentia*?

Particula *Pos* in compoſitione *poſſidere*, aut *habere* ſignificat.

a] Hic *Animus* ſubſtantiam, nec Hiſpanicè, nec Latinè ſignificat, ſed audaciam, ſeu animoſitatem.

— *Non omnia poſſumus omnes*

ita Paſſeratii Calepinus exponit, ut idem ſit *poſſumus*, ac *poſſumus facere, vel præſtare*.

Idem eſt *Poſſe*, ac *Poſſe facere*.

Eſt ergo Deus, ſtando huic dictionis expoſitioni *Omnipotens*, quia in ſe omnes infinitè præhabet perfectiones poſſibiles, & intelligibiles, & finito illas modo poteſt communicare.

Cur Deus nominetur *Omnipotens*?

Et ſanè Deum eſſe Omnipotentem, ſolo naturæ lumine adjuti, Ethnici cognoverunt. Plautus in Pœn. *Dii Immortales, Omnipotentes*, &c. Virg. Æneid. 1.

Deum eſſe Omnipotentē Ethnici Antiqui cognoverunt.

Sed Pater Omnipotens ſpeluncis abdidit atris.

Et rurſus lib. 8.

Me pulſum Patriâ, Pelagique extrema ſequentem

Fortuna Omnipotens, & ineluctabile Fatum

His poſuêre locis. &c.

Fortuna, & *Fati* nomine Deum intelligit, quoniam apud Viros prudentes nulla datur Fortuna, aut Fatum præter Deum. Unde Satyr. 10. prudentiſſimè exclamat,

Semper ſummo Deo operatur eſt filio: ut cūm ipſe operatur præter expectationem noſtram, Fortuna, & idem ea qua vitare non poſſumus, Fatū vocatur.

Nullum Numen adeſt [a] *ſi ſit Prudentia; ſed nos*

Te facimus Fortuna Deam, Cœloque locamus:

Quod eſt dicere. *Fatemur, quòd ſub* Fortunæ *nomine nullum adſit Numen, quod à Deo diſtinguatur. Id fateri debent univerſi prudentes. Sed Te Nos cum Muſis, & aliis Poeticis Divinitatibus volumus ſomniare Deam, & in Cœlum protrudere.*

a] *In aliis exemplaribus legitur* abeſt. *Sed eodem ſenſu: nullū enim Numen deficiebat Antiquos, quando novam Deam inveniunt, quam Fortunam vocarunt.*

Et certè, in Divinitate Comparationis gradus locum habere nequeunt: quoniam ſanctiſſimè, & veriſſimè ait Athanaſius. *In hac Trinitate nihil majus, aut minus, ſed tota tres Perſonæ coæternæ ſunt, & coæquales.* Et hanc ob rem cùm *in Comm lib.* 1. *cap.* 17. Deum Macrobius *Omnipotentiſſimum* dixit, non eſt cenſendus poſuiſſe in Omnipotentiâ aliquos Comparationis gradus [b] ſed pro Poſitivo Superlativum uſurpaſſe, ut excellentiam, & eminentiam Poſitivi explicaret.

Magis & minus in Omnipotentia non datur.

b] *Solus, quem ſciam, Petrus Abailardus eſſe Patrem* Omnipotentem, *Filium* Semipotentem, & *Spiritum ſanctū* Nullipotentē *deliravit.*

SE-

SECTIO II.

De re ipſâ. *Quid ſit Omnipotentia?*

DLXXX. Cur hæ paginæ addantur?

TAmetſi, quæ in Græci, & Latini nominis dilucidatione poſita, & dilucidata ſunt, viderentur ſufficere, ut *Omnipotentiæ* attributum perfectiſſimè cognoſceremus, nihilominùs uberioris doctrinæ gratiâ, ut præcedentia confirmentur, S. Dionyſii Areopagitæ producemus ſententiam. Ipſe enim *Libri de Divinis nominibus Capite VIII.* §. 3. ſic ſcribit.

Apud Græcos Παντοδυναμία, Ἀπειροδυναμία, Διάδοσις, ſunt nomina Omnipotentiæ.

Αὕτη δ᾽ οὖν ἡ ἀπειροδύναμος τοῦ θεοῦ διάδοσις εἰς πάντα τὰ ὄντα χωρεῖ καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων ὃ παντελῶς ἀφῄρηται τὸ ἔχειν τινὰ δύναμιν. Ἀλλ᾽ ἢ νοερὰν, ἢ λογικὴν ἢ αἰσθητικὴν ἢ ζωτικὴν, ἢ οὐσιώδη δύναμιν ἔχει. καὶ αὐτὸ δὲ, εἰ θέμις εἰπεῖν, τὸ εἶναι δύναμιν, εἰς τὸ εἶναι ἔχει παρὰ τῆς ὑπερουσίου δυνάμεως.

Quæ verba Vulgatus Interpres, quo Pater Balthaſar Corderius utebatur ſic idem reddidit.

Deus eſt infiniti potens.

Hæc igitur Potentia Dei infiniti-potens in omnia, quæ ſunt, meat, & progreditur, nihilque eorum quæ ſunt ſic omninò nudatum eſt, quin aliquã poteſtatem habeat; quin potius poteſtatem habet, vel intelligentem, vel ratiocinantem, vel ſentientem, vel viventem, vel propriam ſubſtantiæ, & ipſum eſſe, ſi fas eſt dicere, potentiam habet ut ſit ab ipſâ ſupereſſentiali potentiâ.

Dionyſii verba ad Metaphyſicam Dialectũ transferuntur.

Sed quia Dionyſius fuit Eximius Theologus, & Scholaſtico (quòd ipſe conformat) utitur Lexico, Græcum recognoſcentes Textum illum in Metaphyſicam dialectum transferamus.

c) Δόσις eſt communicatio ſeu donatio: particula διὰ auget ſignificationem, Ergo Διάδοσις (quo nomine intelligitur Omnipotẽtia) erit quædam Potentiſſima Cõmunicatio.

Ipſa igitur infinitis virtutibus, & perfectionibus prædita Potentiſſima [c] *Dei Communicatio, omnia Entia* [**ſantia ſentia**, & **ſuntia** *hoc eſt* habentia eſſe quidditativum; habentia eſſe extra cauſas, & exiſtentia in aliquâ differentiâ temporis) *Latinè*, CREAT, dat proprium eſſe: *Hiſpanicè*, CRIA, fovet, conſervatque: Græcè, χωρεῖ, digerit, & per locos opportunos diſponit: *Hebraicè* קרא QARA, propriis vocat & ſecernit nominibus. *Et nullum eſt Entium* [*ſive hæc* **ſantia** *dictione, ſive* **ſentia**, *vel* **ſuntia** *intelligamus.*] *totaliter carens perfectione, aut virtute. Videlicet, vel intellectivâ, vel diſcurſivâ, vel ſenſitivâ, vel vivente, vel ſubſtantiali. Et ipſum* Eſſe (**ſare**, **ſere**, & **ſure**) *habet (fas dicere) illud ipſum, quod eſt, à ſupereſſentiali perfectione & virtute.*

DLXXXI. Textus præcedens explicatur.

Et proderit Scholia nonnulla intelligere, ut profundiùs Textus intelligatur.

Communicatio.] Δόσις, à verbo Græco διδόναι, quod eſt *dare, communicare*, ſignificare debet *Dationem, & Communicationem*. Et particula Διὰ, iſti dictioni addita, ſignificationẽ alterat: quoniam Bremenſes in Græci Lexici Epitomâ ſic particulam iſtam exponunt, *In compoſitione* (inquiunt) *plerimum notat* ſeparationem *&c. Ducamus à* δαίω, divido, *&c.*

Quid ſit Διάδοσις?

De particula διὰ. Quid præſtet in compoſitione?

Caramuelis Leptotatos.

Cur Omnipotentia à Dionyſio *infinita* dicatur.

Et hinc patet, cur Omnipotentia Διάδοσις à Dionyſio dicatur ἀπειροδύναμος, *habens virtualitates, formalitates, & perfectiones infinitas, quas non niſi finitè creaturis poſſit communicare*, Et, ut hæc ipſa circumſtantia innoteſcat, non abſolutè *Omnipotentia* Δόσις, *Communicatio*: ſed Διάδοσις, hoc eſt Δόσις διαιροῦσα, *Communicatio dividens*, meritò nominatur.

χῶρος, locus eſt: & χωρέω collocare.

Omnia Entia] Sanctus Dionyſius poſuit, verbum χωρεῖ, quod à χωρέω provenit, quod eſt *locare, collocare, digerere*. Unde χῶρος, *locus*, & multæ aliæ dictiones provenıunt.

Verba ſimilis pronunciationis ex linguis diverſis ſumũtur.

Verbo χωρέω verba קרא, *Creo*, & *Crio*, ſunt pronunciatione ſimillima; & inde ſumptâ, aut arreptâ occaſione, æquiſonantia idiomatum aliorum verba Græco majoris claritatis gratiâ adjunximus.

Quid hodie ſignificet, & quid olim verbum *Creo* ſignificaverit?

Nec hîc aliquis cauſari debet, cùm impræſentiarum legit, inſert-ve, *Deum creaviſſe* **ſantia**, *Entia habentia eſſe quidditativum*, tametſi enim hodie *creare* apud Scholaſticos ſit *producere ex nihilo*, aliam ſignificationem habebat ævo S. Dionyſii, aut etiam ante ſexcẽtos annos, quoniam æterna, inquit Sapientia, *Ab initio, & ante ſæcula creata ſum*, & tamen ex nihilo non fuit producta.

ἀλλὰ ἄλλος.

Videlicet] Græcè eſt ἀλλὰ, pro quo *quin potius* ſcripſit Interpres; at Nos illud vocabulum rigoroſius tranſtulimus, dicunt enim ubi ſupra Bremenſes [ἀλλὰ, *ſed, immò, nempè*, ab ἄλλος. *&c.*]

De Prædicamentis Subſtantiæ. Per quod gradus adſcendat opinione Dionyſii?

Vel intellectivâ.] Docemur hîc Dionyſianam Primi Prædicamenti Digeſtionem; non enim tot conſtituit gradus, quot *in Logic. diſp. 6. qu. 6.* Complutenſes interſerunt, ſed adhæret Porphyrio, qui ab homine, per Senſitivum, Vivens, & Subſtantiam ad Supremum Entis Prædicatum adſcendit.

Vniverſæ Creaturæ illud eſſe quod habent (qualecumque illud ſit) à Deo participant.

Et ipſum eſſe.] Omne *eſſe* habent & participant Creaturæ ab Eſſentiâ Divinâ: illis enim **ſare** (eſſe quidditativum) ſimplex Intelligentia; & **ſere**, aut **ſure** (eſſe exiſtentiale) ipſa Viſio communicat.

Θέμις *Juſtitia*, ab Ethnicis inter Deas numeratur.

Fas dicere.] Græcus habet, εἰ θέμις εἰπεῖν. Conjunctio autem εἰ ſonat *ſi*: & θέμις, ιστος, vel ιδος, ἡ ſonat *fas*. Et Dea Themis, quæ ideo Cæli & Telluris filia dicitur; quia poſt lapſum Adæ, apud Terrigenas reperiri non poterit, niſi illi Cæleſtibus præveniantur auxiliis. Ovidius Metamorphoſes 1.

Fatidicamque Themin, quæ nunc oracla tenebat.

Et Claudianus,

——— *Sic Atropos urſit;*
Sic cecinit longæva Themis.

Cur ſit Parcarum comes? Cur Iovem fugiat?

Ecce longæva dicitur, & comitatur Parcam, quia apud Juniores exulat, & quia Parca per antiphraſim dicitur à Claudiano monemus Cultoribus Juſtitiæ improbos minimè parcere. Jovem denique dicitur fugare: quoniam Reges, & Principes, licèt creentur ut exactè obſervetur Juſtitia, illam ſolent neſcire, unde inclamat Hiſpanus, *Allá van Leyes, donde quieren los Reyes.*

SECTIO III.

Deus eſt Omnipotens.

DLXXXII.
Deum eſſe Omnipotentẽ, & Fides docet, & Ratio naturalis perſuadet

EST Orthodoxa Veritas, quam in ipſo initio Apoſtolici Symboli docemur, quoniam *in Deum Patrem Omnipotentem, Factorem Cæli, & Terræ*, non Religione modò, ſed ratione naturali compulſi, ſincerè credimus. Et nequis putet, Omnipotentiam Nos, quam accenſemus Patri, negare aliis duabus Perſonis, concinimus cum Athanaſio, *Omnipotens Pater, Omnipotens Filius, Omnipotens Spiritusſanctus. Et tamen non tres Omnipotentes, ſed unus Omnipotens.*

Deus præhabet omnes perfectiones poſſibiles.

Et iſtud indubitatum Fidei Dogma, 1. *par. qu.* 25. *art.* 3. his verbis S. Th. exponit. *Eſſe Divinum ſupra quod ratio Divinæ potentiæ fundatur, eſt eſſe infinitum non limitatum ad aliquod genus entis, ſed præhabens in ſe totius eſſe perfectionem. Unde quidquid poteſt habere rationem entis, continetur ſub poſſibilibus abſolutis, reſpectu quorum Deus dicitur Omnipotens; nihil autem opponitur rationi entis, niſi non ens. Hoc igitur repugnat rationi poſſibilis abſolutè quod implicat in ſe eſſe, & non eſſe ſimul*; paulo antè S. Doctor ſcripſerat. *Dicitur aliquid poſſibile, vel impoſſibile abſolutè ex habitudine terminorum, poſſibile quidem, quia prædicatum non repugnat ſubjecto, ut Socratem ſedere: impoſſibile verò abſolutè, quia prædicatum repugnat ſubjecto, ut hominem eſſe aſinum.*

Cur Deus dicatur Omnipotens?

Cur aliæ res poſſibiles, & aliæ impoſſibiles eſſe dicantur?

Quid Poſſibile & quid Impoſſibile ſit?

Et, ne aliquis habeat occaſionem errandi, cur impoſſibilia ab Omnipotentiæ objecto ſubducantur, expoſiturus ait. *Hoc* (nimirùm *Repugnans*) *Omnipotentiæ non ſubditur: non propter defectum Omnipotentiæ, ſed quia non poteſt habere rationem factibilis, nec perfectibilis.*

Deus, ſi aliquam per impoſſibile haberet negationẽ perfectionis, illam Creaturis poſſet communicare.

Sed unde habent Impoſſibilia, quòd produci non poſſint? Jam dixi, & expoſui ſuperiùs: ſed, quia iterum me rogas, reſpondeo. Impoſſibilia, aſſero, habere à Deo, quòd ſint impoſſibilia. Quoniam eſt impoſſibile, Ens intellectivum carens potentiâ intellectivâ, Quia nulli enti Deus rationem intellectivi, & negationem intellectivi poteſt ſimul communicare. Et tamen, ſi ipſe Deus rationem intellectivi, & negationem intellectivi in ſe ipſo haberet, poſſet illas Creato Enti communicare. Cauſa autem, ob quam Deus nec habet, nec poteſt habere negationem intellectivi, non aliquis defectus, aut imperfectio, ſuam eſſentiam afficiens, aut inficiens [*] ſed rationis intellectivi, quam habet infinita perfectio, quæ cùm neceſſaria eſſentialiter ſit, in Deo nonnunquam poteſt deficere.

*] *Quodcunq; ſubjectum aſpicias imperfectio illud inficit.*

SECTIO IV.

Utrùm Creatura Poſſibilis, quæ eſt objectum Omnipotentiæ ſit purum Nihil?

DLXXXIII.
An creaturæ poſſibiles ſint aliquid extra Deum in ſe ipſis?

NON poſſe cadere in Viri docti mentem, apud Redingum *tom.* 1. *Theol. qu.* 5. *art.* 3. *controverſ.* 1. *num.* 3. ſcribit Gregorius de Valentiâ *diſp.* 1. *de Scietiâ Dei punct.* 7. ait .n. eſſe creaturas poſſibiles aliquid extra Deum in ſe ipſis; & in ſe ipſis prout à Divinâ eſſentiâ diſtinguuntur, cognoſci & intelligi à Deo. Et ejus fundamentum poteſt ad hæc verba reduci. [Implicat contradictionem, quòd eadem res ſimul ſit, & non ſit. At creaturæ poſſibiles, ſi in ſe ipſis & prout condiſtinctæ à Deo, cognoſcerentur à Deo, eſſent ſimul, & non eſſent. Ergo, implicat illas in ſe ipſis aliquid eſſe. Ac per conſequens implicat, ut illæ, prout condiſtinctæ à Deo ſunt, intelligantur à Deo. Probatur Minor. Illæ enim non eſſent: quia creaturæ ante quàm creentur, prout in ſe ipſis diſtinctæ à Deo conſiderantur, nihil ſunt. Et eſſent aliquid, quia terminarent cognitionem Divinam. Et quæ non ſunt, terminare aut aliquid quomodocumque agere nequeunt.] Confirmatur. [Omnia ſecundum eſſe, quod habent, cognoſcuntur à Deo: non ergo ſecundum eſſe, quod non habent. At creaturæ poſſibiles nullum habent eſſe in ſe ipſis, ſed tantùm in ſuâ cauſâ; hoc eſt, in Omnipotentiâ Divinâ; ut docet D. Thomas *qu.* 5. *artic.* 9. & etiam 1. *contr. Gent. cap.* 66. Repugnat ergo creaturas poſſibiles terminare Divinam intellectionem ſecundum aliquod eſſe, quod habeant in ſe ipſis; illam enim terminant ſecundum eſſe eminentiale, quod habent in Deo. In ſe ipſo ergo Deus, & non in illis ipſis cognoſcit creaturas Poſſibiles.]

An ſequerentur duæ contradictoriæ, ſi ſimul eſſent, & non eſſent?

An creaturæ cognoſcantur in Omnipotentia Divina?

Miror P. Valentiam, aliàs Virum, & prudentem, & doctum, tam confidenter loqui contra communem Theologorum ſententiam: quod enim nulli homini docto poſſe venire in mentem aſſerit, à D. Thomâ, & Scoto, & quidquid de pauculis antiquis ſit, jam ab utriuſque Diſcipulis, qui plurimi, & doctiſſimi ſunt, unanimi conſenſu affirmatur. Nos igitur ad eorum Fundamenta elimemus aliquas Concluſiones. Et ſit

Sententiam communem & receptam P. Valentia, velut improbabilem rejicit.

PRIMA. *Creaturæ poſſibiles in Deo ſunt ipſe Deus, nam ab Eſſentiâ Divinâ minimè diſtinguuntur.*

Deus cognoſcit creaturas in ſe ipſo. *Joann. cap.* 1.

Id perſuadent plurima S. Scripturæ teſtimonia, quæ paſſim circúferuntur; At manifeſtiſſimum eſt illud S. Joannis. *Quod factum eſt in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.*

D. Thomas *qu.* 3. *de potent. art.* 5. ita videtur creaturis dare eſſe in Deo, ut neget habere eſſe in ſeipſis, inquit enim. *Ipſa rei quidditas creari dicitur, quia antequam eſſe habeat, nihil eſt, niſi fortè in intellectu Creantis, ubi nõ eſt creatura, ſed creatrix eſſentia.* Et quidem, ſi nullus alius locus eſſet, in quo S. Thomas de hoc argumento diſputaſſet, poſſet citari pro Valentiæ opinione; at jam non poteſt, hic enim Deum creaturas in ſe ipſo cognoſcere, aſſerit D. Thomas: at eaſdem etiã in ſe ipſis cognoſcere, in aliis locis aſſerit, ut ſtatim videbimus.

Quid ſentiat D. Thomas?

An Valentiæ Opinionem affirmet?

SECUNDA. *Creaturæ poſſibiles* (Santes, Sebiles) *realiter diſtinguuntur ab eſſentiâ Divinâ; & ſunt Objectum Omnipotentiæ, ſive quod idem eſt, illius Divinæ Sientiæ, quæ* Simplex Intelligentia *nominatur.* Patet, quia intellectio & Res intellecta, Cognitio & Res cognita, ſunt termini Correlativi, repugnatque, quòd detur intellectio aut cognitio, & tamen nihil intelligatur aut cognoſcatur. Et proderit hic [*d*] iterum audire P. Georgium de

DLXXXIV.
De Objecto Scientiæ Simplicis intelligentiæ.

Rhodes

d] *Illud iterũ cum adverten-tia poſui, nam hæc verba, ſunt enim certa, & pulchra, nuper alia prodanti.*

Rhodes, qui *in Philoſophia ſua Peripatetica lib. 3. diſp. 3. qu. 1. pag. 16. h.* ſic ſcribit. *Obſerva nullam eſſe cognitionem, cui non correſpondeat aliquod objectum; ſi enim cognoſco, certè aliquid cognoſco, quod dicitur cognitionis objectum.* Ergo ſiquidem in Deo datur Scientia, Intellectio, & Cognitio, debent dari ex parte correlativi Creaturæ ſcitæ, intellectæ, & cognitæ: quod teſtatur D. Thomas *quæſt. 3. de verit. art. 3. ad 6.* his verbis. *Quid Simplex notitia dicitur non ad excludendum reſpectum Scientiæ ad ſcitum, qui inſeparabiliter omnem ſcientiam comitatur, ſed ad excludendum admixtionem ejus quod eſt extra genus notitiæ ſicut eſt exiſtentia rerum, quam addit ſcientia viſionis, vel ordo voluntatis ad res ſcitas, quem addit ſcientia approbationis.* Ergo inter Simplicem Intelligentiam & Res ſimpliciter intellectas, datur realis D. Thomã aſſerente diſtinctio.

Creaturæ Poſſibiles nec ſunt nec fuerunt, Ergo nec ab æterno ſunt nec fuerunt,

Audiantur ergo alii Scriptores, Albertinus *qu. 3.* [Omnes Doctores conveniunt in hoc, quòd Creaturæ ſint ab æterno in potentiâ objectivâ; ſed controverſia tantùm eſt, quidnam ſit *eſſe in potentiâ objectivâ.*] At ego dico, falſam eſſe iſtam Propoſitionem, *Creaturæ ſunt ab æterno in potentiâ objectivâ.* Et addo eſſe impoſſibile, ut omnes Autores in falſâ aſſerendâ Poſitione conveniant. Et profectò illam Propoſitionem, falſam eſſe, meo judicio demonſtratur clariſſimè, quia Creaturæ poſſibiles, ſiquidem nec ſunt, nec fuerunt (hoc eſt, nec nunc exiſtunt, nec unquam extiterunt) non poſſunt tempore duraſſe, nec fuiſſe, nec duraſſe ab æterno: niſi fortè mecum loqui volueritis, & dicere *Creaturas Poſſibiles eſſe,* (Sare) *habere eſſe quidditativum negativè & hypotheticè* [*] *ab æterno.*

*] Quo modo intelligendi ſunt iſti termini, jam ſuperiùs expoſui. Reponitur vera doctrina.

Rem accuratiùs examinavit, Dn. Auguſtinus Redingus, qui *in ſua Theologia tom. 1. qu. 5. artic. 3. controverſ. 1. concl. 1.* Reſolutionem noſtram, quam D. Thomæ, & Scoto conſonare teſtatur, proponit & exponit his verbis. *Scientia Divina Simplicis Intelligentiæ, pro objecto formali motivo habet* Eſſe *eminentiale Creaturarum in Deo, quod formaliter eſt ipſa Eſſentia Divina: pro objecto autem materiali habet* (Sare) *Eſſe creaturarum, reale* (Sebile) *poſſibile; diſtinctumque* (nempe, realiter) *ab Eſſentiâ Divinâ: objectivè exiſtens* (lego, Sane) *in Intellectu Divino; à quo* (N.B.) *in æternitate, non phyſicè, ſed in ratione intelligibilis; adeoque poſſibili, repræſentativè* (Samitur, quiditatem recipit, &) *dimanat.*

Poſuit illud Exiſtens, quia non habuit convenientius vocabulum.

Sic Redingus ſtatuit: ita Thomiſtis & Scotiſtis conſonans, ut vix, aut ne vix quidem erit in illorum Scholâ, qui velit obloqui vel contradicere. Cæterùm, quia P. Valentia etiamnum aliquos, tametſi pauculos, Adſeclas & Diſcipulos habet, eorum Argumenta, quæ contra D. Thomam, & Scotum confortmantur, propono.

D. Thomas, & Scotus conſentiunt.

[Quidquid in rerum naturâ eſt, aut eſt Deus, aut productum à Deo. At illæ creaturæ prout in ſe ipſis, & ut diſtinctæ à Deo conſiderantur, non ſunt Deus (dicuntur enim eſſe diſtinctæ à Deo,) non ſunt à Deo productæ (non enim exiſtunt de facto) Ergo nihil omnino ſunt.] Huic inſtantiæ Concluſio

Adverſariorum argumentum.

DLXXXV.

Tertia reſpondebit, *Scientia illa Divina quæ* Simplex Intelligentia *dicitur,* Samit *omnes creaturas poſſibiles;* (hoc eſt, *facit ut illæ in ſe ipſis habeant eſſentias, à Deo diſtinctas.* Et antequam hanc ipſam Concluſionem à ratione probemus, videamus qualem & quantam habeat autoritatem.

Ipſum ſare quod habent creaturæ poſſibiles, receperunt à Deo; quoniam Deus illas ſamit.

[Albertinus *tom. 2. qu. 1. art. 1.* revocans opinionem Henrici *in Summa art. 2. qu. 25.* (inquit Lalemandetius) tenet eſſentias creaturarum habere eſſe intrinſecum, actuale, abſolutum, quiditativum, ſeu eſſentiæ ab æterno.] Pergit Lalemandetius, ſcribitque [ait Albertinus in hoc convenire Scotum cum ſuis] hoc eſt, cum Scotiſtis & Patribus Franciſcanis. Sed in hoc, aut malè citatur, aut adlucinatur Albertinus, immeritòque iſtam Scoto ſuo Opinationem adſingit: Quo enim modo (ut oſtendit Suarez, Meuriſſius, & communiter Scotiſtæ) conveniret in hoc Scotus cum Henrico, quando quidem ex profeſſo impugnat Scotus Henricum, tenentem creaturas habuiſſe eſſe actuale eſſentiæ ab æterno. Sed facilis occurrit Reſponſio, etſi enim Henricum impugnet Scotus; non ideò aliter ipſe quàm Henricus ſtatuit; non enim Henrici eſt Opinatio quam Scotus refellit, & quod Henricus aſſerit, Scotus etiam & ejus Diſcipuli admittunt, ut ex P. Joanne Poncio inferiùs videbimus.

An ſit Henrici opinio, quam Scotus impugnat? an potius Henrico conſentiat Scotus, & Sententia impugnata nunquam fuerit Henrici?

De Controverſia mota inter Scotum, & Henricum.

AR-

ARTICVLVS VIII.

Subtiliorem ſubtiliſſima doctrinam exhibens.

An Materia-prima ſit aliquid? An habeat propriam Ideam in Divino Intellectu? An in genere Sandi, Sendi, *aut* Sondi, *dicatur, & ſit Pura-Potentia? An ſit terminus Omnipotentiæ?*

DLXXXVI. Cur omnes hæ Difficultates Angelici Doctoris Scholam in ſpecie concernant?

CArent omni difficultate hæ controverſiæ in Scotiſtarum, & Nominalium Peripatu: ibi enim cùm Materia actum entitativû habeat, & propriâ exiſtentiâ ſit prædita, & ſubjecto omni careat, creari potuit, & debuit. Cæterùm in Thomiſtico ea Peripatu eſſe dicitur *Pura-potentia*; omni actu, etiam entitativo, earens; exiſtens per exiſteotiam Formæ: adeoque purè Sano, aut Saino. Totum ergo, quod habet, recepit ante Dei decretum à Scientiâ Simplicis Intelligentiæ; & uon poſt decretum à Scieotiâ Viſionis, quæ quâ eſſentils, à Voluntate determinatis, Sere (ſeu *Eſſe exiſtentiale*) impertitur, *Omnipotentia* nominatur.

SECTIO I.

An extra chorum præſens Controverſia tripudiet?

An in Theologia tractemus, quæ in Phyſica debuiſſemus tractare?

ELocari à nobis videretur hæc Quæſtio, ut pote, quæ in Philoſophicæ Diſſertationis Articulo (iu quo agitur de Subſtantiæ Materialis Principiis) accuratè tractatur. Ceſſabit nihilominùs admirationis occaſio, ſi jubeote Platone priùs Geometriæ, quàm Phyſicæ & Theologiæ ſtudere velimus. Euclides enim ſequi Naturæ ordinem noluit, qui ut priùs de Punctis, poſteà de Lineis, deinde de Superficiebus, & tandem de Solidis diſputetur, requirit; ſed Ordini Doctrinæ inſiſtens, ea præmiſit, quæ erant præcognoſcenda, ut cætera intelligerentur.

An Mathematicæ Artes priùs quam Philoſophicæ ſint addiſcendæ?

De Ordine Naturæ, & Doctrinæ.

Et, quia Quæſtiones, quæ impræſentiarum enucleandæ proponuntur, ſupponunt exactam Divinæ Scientiæ & Omnipotentiæ notitiam, ideò huc debuernot differri, & quæ non poterant ex Philoſophicis, ex Theologicis Principiis debuerunt accuratè decidi.

SECTIO II.

Meo Lectori, Sed cui?

DLXXXVII. Verùm in Lingua Græca & Latina, ſicut ex Poſitivis, ſic etiam ex Comparativis, & Superlativis nova Comparativa, & Superlativa deducantur?

GRadus Comparationis promoventur interdum: & æquè apud Latinos, quàm apud Græcos, ex Superlativo deducitur Novum Comparativum. Sicut enim Latinus dicit.

Propè, Propior, Proximus, Proximior; ſic ſimiliter Græcus.

Μέγας, Μείζων, Μέγιστος. *Magnus, Major, Maximus.*

Μέγιστος, Μεγιστώτερος, Μεγιστώτατος. *Maximus, Maximior, Maximiſſimus.*

Sic etiam Κύδιστος, *Illuſtriſſimus*. Κυδίστατος, *Illuſtriſſiſſimus*, &c. Ergo ſimiliter.

Λέπτος, Λεπτότερος, Λεπτότατος, *Subtilis, Subtilior, Subtiliſſimus.*

Λεπτότατος, Λεπτοτατώτερος, Λεπτοτατώτατος, *Subtiliſſimus, Subtiliſſimior, Subtiliſſiſſimus.* Vide P. Jacobum Gretſerum *in Græca Grammatica Libr. I. Cap. X.*

Novis jam ioventis vocabulis, præſentis Paragraphi Titulo reſpondere poterimus. Non omni Articulum iſtum Lectori ſupponebat, ſcribi: & *Cuinam ſcriberetur?* interrogabat.

Quid ſignificet nomen Λεπτωτατώτερος?

Et Λεπτωτατωτέρῳ, nempe *Subtiliſſimiori*, hoc eſt, *Subtiliori quolibet Subtiliſſimo*, reſpondemus ſcribi.

Et Cur Λεπτωτατωτέρῳ, Subtiliſſimiori?

De Apellis & Protogenis, Pictoribus Eximiis Certamine.

ME juvat hìc Hiſtoria; quæ vel reverà accidit, vel fuit à Plinio cogitata & concepta:

Florebaor apod Græcos duo Excellentes Pictores, Apelles oimirùm, & Protogeoes; Quorum prior ita excelloit in Arte, ut cautum lege publicâ fuerit, ne Magous Alexander ab alio, etſi celebri imaginaretur. Et tantus fuit, ut memoriam Veneris aliàs jam perituram, ſuo immortalem penicillo reddiderit. Canit enim Ovidius.

Vide Plinium lib. 3. cap. 10.

Si

Si nunquam Venerem Cous pinxiſſet Apelles,
— Merſa ſub æquoreis ipſa [*] lateret aquis.

*] *Alii legunt jaceret.*

Caunus erat ſub illud tempus Cariæ oppidum, Rhodiis ſubjectum; illuſtre, & notum propter Protogenem, cujus cum admiratione Picturæ ab omnibus proſpectabantur. &c.

Appulit ergo Apelles Rhodum; & nihil in votis ſuis habuit antiquius, quàm Protogenem viſere. Venit ad ejus Pædiam, & quia aberat, nomen rogatus à diſcipulis, ut illud inſinuarent, cùm rediret, Magiſtro, accepto penniculo, in tabulâ quæ fortè aderat, *γραμμὴν λεπτοτάτην*, *lineam ſubtiliſſimam* ducens, inſit, *Hoc eſt meum nomen*: & ad propria negotia expedienda diſceſſit.

Venit domum Protogenes, & ex lineâ, fuiſſe Apellem, qui illam traxerat, novit; & Artis ſuæ dexteritati animosè confidens, per mediam alio colore lineam traxit; ut quæ priùs erat unica, eſſet tunc triplex; nempe à Protogene ducta; quæ, quoniam Apelle à erat *λεπτοτέρα*, *ſubtilior*, hinc inde margines [*] relinquebat.

*] *Dicam Hiſpanicè.* Hechò Apeles arrogáte una linea, que por ſer tan ſutil y derecha, inſinuaſſe ſu nombre. Conſiderola bien Protogenes, y con otro pincel mas delicado, tirò por medio della otra tan ſutil y delgada, que cortandola toda a lo largo, dexaſſe, que de cada lado la latitud de la primera linea, la ſirvieſſe de cairel, o peſtaña. Pensò con esto, que el Arte havia llegado, al *Non plus ultra*. Pero le deſengañò preſto Apeles, que con un feliz raſgo hindiò la linea de Protogenes, dividiendo ſu latitud ſegunda vez en tres; con que reſultò, que la primera linea paſſaſſe à ſer cinco cabellos parallelos. Con lo qual la induſtria y ciencia humana perdiò toda eſperança de paſſar adelante.

Manſit gloriabunda Diligentia Protogenis, illam ſupponens Lineam Mathematicam eſſe, expertem latitudinis, atque adeò incapacem, ut dici aliquod *γραμμίδιον* poſſet, quod per mediam illam decurreret. At,

Nam caret eventu Spes bona ſæpè ſuo.

facile fuit Apelli, quod à Protogene impoſſibile judicabatur; nam ſicut priùs per mediū *γράμμα* Apellis *γραμμίδιον* Protogenes traxit; ſic ductam à Protogene Lineam ad longum lineolâ graciliori interjectâ, ad tantam fuit *λεπτότητα* (ſeu, *ſubtilitatem*) provecta, ut exſpes ulterioris *ἰσχύοντος* Penicillus maneret.

Hac Hiſtoriâ præmiſsâ ad rem venio. Linea ab Apelle ducta repræſentat hunc librum *λεπτοτάτη* erat illa, hic *λεπτότατος*, illa ſecta, & ſubſecta ad longum fuit; hic ad longum ſimiliter in Sectiones, & Subſectiones diſtributus. Illa tandem fiſſa in quinque lineolas, tam *λεπτάς*, ſeu *ſubtiles* tranſiit, ut viſum, qualem vulgò homines habent, fugerent, ſolùmque oculis Lyncei, aut Aquilini hominis permitterentur. Hic autem denique in Diſſertationes, Articulos, Sectiones, & Subſectiones ſiſſus, nonnullas impræſentiarùm tam *λεπτάς* (*ſubtiles*) Concluſiones proponit; ut, quia in Lectore, majorem, quàm præcedentia omnia *λεπτότητα* (ſeu *ſubtilitatem*) requirunt, non jam *Λεπτοτάτῳ* (*Subtiliſſimo*) Lectori, ſicut cætera proponi volunt, ſed *λεπτοτατώτερον* (*Subtiliſſimiorem*) ut legantur, & intelligantur, invitant.

VIDE noſtræ Architecturæ Tractatum VII pag. 42. juxta editionem Hiſpanicam: *ubi enim uberiùs hanc ipſam Hiſtoriam adiſſeto.*

SECTIO III.

De Creaturis Poſſibilibus, & Præpoſſibilibus.

Proponuntur Rationes, quæ Materiam-primam, aut nihil prorſus, aut increatam; aut etiam increabilem eſſe, & extra Omnipotentiæ Objectum hærere in Naturæ theſauris, perſuadère videntur.

DLXXXVIII. Duo ſunt genera Poſſibilium.

DUO genera aut claſſes Creaturarum Poſſibilium, oculatiſſimè, ut obſervaviſti, poſuimus. Aliæ enim Creaturæ ſunt **Sabiles**, & aliæ **Sebiles**. Illæ ſunt, quæ poſſunt **ſare** (quæ poſſunt habere eſſe quiditativum) & aliæ ſunt, quæ poſſunt **ſere** (quæ exiſtentiale habere poſſunt) Sanè Creaturæ **Santes** (habentes eſſe quiditativum) ſunt ſimplicis intelligentiæ terminus; nam ab illâ **Samuntur**, hoc eſt, ſuum eſſe eſſentiale recipiunt. Creaturæ autem **ſentes** (habentes eſſe exiſtentiale) Divinæ ſunt Viſionis terminus; nam ab illâ **ſemuntur**, hoc eſt, ſuum eſſe exiſtentiale participant. Ergo Creaturæ **ſantes** (habentes eſſe quiditativum) antequam intelligatur Dei decretum ſunt **ſebiles** (potentes **ſere**: potentes habere exiſtentiam) & hæ ſunt, quæ vulgò nominantur *Poſſibiles*. Ergo, quia Creaturæ **ſantes** (habentes eſſe quiditativum) illud à Simplici Intelligentiâ recipiunt, antequam hæc ipſa Simplex intelligentia intelligatur, non ſunt **ſantes**, ſed **ſabiles**: hoc eſt, non habent actu eſſe quiditativum, ſed illud habent in potentiâ tantummodò: & ad aliam (ignotam Theologis) Claſſem Creaturarum Poſſibilium ſpectant. Ergo iſtæ Creaturæ, ſic poſſibiles, ſunt quædam puræ potentiæ **ad ſandum** (ad eſſendum; hoc eſt, ad habendum eſſe quiditativum.) Ergo, ut hæc duo genera Poſſibilium Creaturarum inter ſe ſecernantur, illas, quæ poſſunt **Sere** (quarum poſſibilitas eſt ad **ſendum**, hoc eſt, ad exiſtendum) vocentur, ut anteà *Poſſibiles*: Illæ autem, quæ poſſunt **ſare** (quarum poſſibilitas eſt ad **ſandum**; hoc eſt, ad habenda prædicata eſſentialia) quia ſunt priores, *Præpoſſibiles* vocari poterūt.

Aliæ enim Creaturæ Poſſibiles ſunt **Sabiles**, & aliæ **Sebiles**.

De Scientiæ Simplicis Intelligentiæ, & Scientiæ Viſionis objectis.

Creaturas **Sabiles** non videntur Veteres cognoviſſe.

De Creaturis Poſſibilibus, & Præpoſſibilib⁹. Quomodo inter ſe diſtinguantur?

DLXXXIX. *Argumenta Sempbronii contra veram doctrinam.*

ET his præmiſſis ingrediuntur principalia Argumenta. Et erit

PRIMUM. *Creaturæ, quæ ſunt pura potentia ad* **ſandum** (ad habendum eſſe quiditativum) *non intelliguntur à Deo*. Patet: quia, ſi à Deo intelligerentur, actu **ſarent** (actu haberent eſſe quiditativum)

Sed Materia prima eſt pura potentia ad **Sandum** (ad habendum eſſe quiditativum.)

Ergo Materia prima per ſe ipſam non intelligitur à Deo.

Deus ergo non habet propriam ideam Materiæ-primæ.

Materiam ergo primam Deus intelligit per ideam Formæ.

Verùm Materia-prima pura potentia ad **Sandum** ſit?

An intelligatur à Deo?

SECUNDUM. Creaturæ, quæ ſunt puræ potentiæ ad **Sandum** (ad habendam eſſentiam) non habent actu eſſentiam, ſed potentiam tantummodo.

An habeat quiditatem actu?

Sed Materia-prima eſt pura potentia ad **Sandum** (ad habendam eſſentiam)

An poſſit eſſe pars Compoſiti?

Ma-

Materia igitur prima, non habet actu eſſentiam, ſed potentia tantummodò.

At, quòd non **ſat** actu (quod non habet eſſentiam actu) non poteſt ingredi in compoſitionem Subſtantiæ. Nam hæc eſt ens actuale, debetque habere, ſeu recipere partes actuales.

Materia igitur non ingreditur in compoſitionem Subſtantiæ Completæ.

An illa loquendo abſolutè ſit nihil?

TERTIUM. *Creatura, quæ ſunt pura potentia* **ad ſandum** *(ad eſſendum aliquid: ad habendum eſſentiam) actu ſunt nihil.*

At Materia-prima eſt pura potentia **ad ſandum** *(ad eſſendum aliquid: ad habendum eſſentiam.)*

Actu igitur Materia-prima non eſt aliquid. Ipſa igitur eſt actu nihil.

Hæc ſunt tria principalia argumenta, quæ indigent ſolutione: & ut ſolvantur, penitiorem Materiæ-primæ cognitionem requirunt.

SECTIO IV.

Qualem Materia-prima Ideam habuerit olim Ariſtoteles: & hodie habeant univerſi Thomiſtæ?

DXC.

Fuit Materia-prima Philoſophis priſcis ignota.

Pingui Antiqui Minerva fuerunt philoſophati.

NUllus ante Ariſtotelem Materiam-primam dari in rebus aſſeruit: eſt enim ejus Idea ſubtiliſſima, & ingenioſiſſima; & antiquiores Philoſophi in naturalium rerum examine, non ita accuratè proceſſiſſe videntur. Interim, quia non omnes ſciunt, qualem ille Materiæ-primæ ideam, vel conceptum formaverit, lineas ſubſequentes ſcribo.

Ariſtoteles in lib. 1. Phyſic. D. Thomas opuſc. 31. §. 1.

Materiam-primam Ariſtoteles cum Ligno componit, & comparat. [Hanc ejus doctrinam *in lib. 1. Phyſic. qu. 2. §. 1. num. 5.* producunt Complutenſes, etſi locum, in quo illa tradatur, non exponant.] Et poſitâ hac Comparatione hoc poteſt argumentum formari. [Materia-prima ſe habet ad Naturales Formas, ſicut Lignum ad Artificiales. Sed Lignum ſecundum ſe acceptum non includere aliquem actum Artificioſum, ſed eſſe puram potentiam ad Artificiales omnes actus, certum eſt. Ergo Materia-prima, ſecundum ſe accepta, non includit aliquem actum Naturalem (Subſtantialem, aut Accidentalem) ſed eſt pura potentia ad omnes naturales actus.

An ſimilitudo ligni ut explicetur Pura potentia Materiæ ſit apta?

Hoc argumentum ad Modum eſſendi **Sore** pertinet: Quia in Ligno antequam ſubſit Formæ Artificiali eſt pura potentia, ut illam recipiat: pura, quia τὸ *poſſe actum artificialem recipere*, non eſt actus artificialis. Etiam in ſubjecto, quoniam antequam primo Accidenti ſubſit, eſt pura potentia in hoc genere: quia τὸ *poſſe recipere Accidentia*, non eſt Accidens. Tandem in ipſâ Materiâ; quoniam antequam primam Formam Subſtantialem accipiat, eſt pura potentia in hoc genere, *pura*; quia τὸ *poſſe recipere ſubſtantiales Formas*, non eſt Forma ſubſtantialis. Pergit ulteriùs Ariſtoteles; &, qui Latinè nunquam fuit loquutus, dum viveret, modò poſthumus in Dialecto Scholaſticâ Philoſophatur: & ſic inquit. **Sere** dicuntur Creaturæ univerſæ, quæ exiſtunt. **Et Poſſibiles, antequam exiſtant**, ſunt pura potentia exiſtendi. *Pura* quidem: quia τὸ *poſſe exiſtere*, nullam exiſtentiam includit. Et tandem ad **Sare** (Primum eſſendi Modum) veniens, ſciendum eſt, inquit, Res illas **ſare**, quæ habent *eſſe quidditativum*. Et hoc ipſum **Sare** (hoc eſſe quidditativum) bifariam poteſt conſiderari; abſtractim nimirùm, & contractim. Et **Sare** abſtractim ſumptum eſt idem ac *Ens*, & habet eſſentiam, & quidditatem actu. Et conſideratum contractim eſt *Ens per ſe* (**Sare per ſe**) & id eſt actu: & tamen dividitur in Potentiam, & Actum, quia ut ſupra expoſuimus, aliud eſt *eſſe actu*, aliud *eſſe actum*, & aliud *habere actum*.

Sore, eſt quarta eſſendi differentia, quæ fuit ſuperiùs dilucidata.

Poſſe recipere Formam, non eſt Forma.

Τὸ Sare dupliciter cõſideratur.

Eſſe actu, & Eſſe actum, & Habere actum differunt inter ſe.

Omittendo igitur Subſtantias Spirituales (de quibus non eſt, cur impræſentiarùm diſputemus) cùm, quia illas non videtur cognoviſſe Ariſtoteles; tùm quia hæ duæ in ipſis rationes (potentia, & actus) ſi ponantur; ſicut formalitates cæteræ, realiter identificantur: & oculatiſſimè meditantes & ſpeculantes corporeas, dicemus in Lapide **Sante per ſe**, & ab omni exiſtentiâ præciſo, duas realiter inter ſe diſtinctas inveniri rationes. Alteram pro materiali, & alteram pro formali. Quoniam pro τὸ **poſſe Sare per ſe** hoc eſt, *poſſe eſſe ſubſtantiam*: ſive, quod idem eſt, **poſſe Sore**, hoc eſt, *poſſe recipere, & ſuſtentare Formam ſubſtantialem*. Et hoc eſt quod Ariſtoteles vocat *Materiam-primam*: & pro formali **actum Sandi per ſe**. Et hic eſt, quem *Formam Subſtantialem* idemmet Philoſophus nominat.

Cur non agatur hic de incorporeis Subſtantiis.

An in ipſis ſubſtantiales Potentia, & Actus realiter identificentur?

Hæc eſt vera Idea Materiæ & Formæ Subſtantialis, in qua extra Angelici Præceptoris Scholam Philoſophi plerique exorbitant. In quâ Thomiſtæ, ſi ſemel habeant ſufficientia vocabula, perfectè philoſophabuntur. Et conſultò, *ſi ſemel habeant*, dico; quoniam impræſentiarùm, quia non habent opportunas voces, quibus Angelicos ſuos conceptus exprimant, incompletè loquuntur, & ideò mentem ſuam nobis imperfectè proponunt. Et, ut id clariùs videas, aliquoties producam Complutenſes, qui inter Thomiſtas eminent & ſunt laudem, & applauſum promeriti, & tamen terminorum defectu interdum hærent & tamen conceptus ſuos explicare non valent.

Carent Philoſophi opportunis vocabulis ut proprios conceptus exponant.

SECTIO V.

Reſpondetur Argumentis, tertiâ Sectione propoſitis.

DXCI.

An difficilia ſint præcedentia Argumenta?

NON eſt ita facilis Argumentorum ab Adverſariis poſitorum Solutio, ut primo aſpectu videretur. Et ideò quoniam difficultatem in ſingulorum reſponſione ſentiſco, præmitto aliqua

Ante Reſolutionem.

DIco, Titium (vocetur ſic) apud Complutenſes in *libr. 1. Phyſic. diſp. 3. qu. 5. nu.* 30. contrariam viam inire, & ſicut ex puritate potentiæ Materiæ incognoſcibilitas inferebatur:

De Puræ potentiæ & Incognoſcibilitatis connexione.

rebatur:

An ex altera altera inferatur?

rebatur: ſic à cognoſcibilitate ad probandum Materiam-primam habere actum, ratiocinium produci. Ita enim arguit.

Quid requiratur, ut aliquid Poſſibile ſit?

Omne, quod habet propriam ideam in Intellectu Divino, & eſt per ſe ipſum cognoſcibile, poteſt per ſe fieri & exiſtere. Ideæ enim ſunt practicæ quædam cognitiones rerum producibilium.

Sed Materia-prima habet propriam Ideam in Intellectu Divino: & eſt per ſe cognoſcibilis.

Vtrùm per propriam ideam Materia prima cognoſcatur à Deo?

Ergo Materia-prima poteſt per ſe fieri & exiſtere.

Materia igitur, quando exiſtit, non ſolùm habet actum entitativum, ſed etiam propriam exiſtentiam, per quam exiſtit, quin à Formâ dependeat.

An diverſis D. Thomas Temporibus, circa hoc habuerit diverſas & adverſas ſententias?

Majorem Complutenſes abſolutè concedunt: & de Minori dubitant: ad unguem enim volunt D. Thomæ adhærere, & illam *qu.3. de Verit. art.5.* Angelicus Præceptor admittit: eâdemque negat *1.part.qu.15.art.3.* Et, ſi interroges, Utra ex iſtis defendi à Thomiſtis nunc debeat? Eam, quæ negat Materiæ-primæ dari propriam ideam, pronunciat Cajetanus; ſententiæ enim, quas in Partibus nos docet S. Thomas, ſunt illis præferendæ, quæ in aliis Opuſculis aut Libris leguntur. Quia, cùm Partes in ſenectute ſcripſerit, in iis nonnullas Opiniones, quas defenderat in juventute, retractavit. At hîc duo valde dubia Cajetanus ſupponit: *Alterum*, antequam Partes à D. Thomâ ſcriberentur, ſcriptum fuiſſe Opuſculum de Veritate; ſolent enim Autores poſtquam ex integro aliquam Scientiam ediſſeruerint, nonnulla edere Opuſcula, in quibus Difficultates aliquas accuratiùs & exactiùs retractent. *Alterum* Retractationes prioribus ſemper Opinionibus anteferêdas: nam in S. Auguſtini Retractationibus, licèt Divini Doctoris humilitatem univerſi ſuſpiciunt, non omnia, ut indubia, amplectuntur. Quoniam in obſcuris Quæſtionibus, *dies diei eructat verbum*, mutatis enim temporibus & loci circumſtantiis Sententiarum probabilioritas mutari ſolet.

De prælatione Opinionum.

Quo ordine S. Thomas ſuos ſcripſerit libros?

De Retractationibus.

An Opiniones Retractantes ſemper, ſint anteferendæ Retractatis?

DXCII.

Argumento bifariam Complutenſes reſpondent.

Complutenſes, ut utrique D. Thomæ opinioni calamum, & ingenium attemperent, duas reſponſiones ad Argumentum Titil exhibent: quarum altera priorem D. Thomæ ſententiam, altera poſteriorem ſupponat.

Et primò ſupponendo non eſſe materiæ primæ Ideam in Divino Intellectu.

Interim, quia in Solutione Primâ non eſſe in Mente Divinâ propriam Materiæ-primæ Ideam conabantur oſtendere, an ipſi voto ſuo, & noſtræ exſpectationi ſatisfaciant, videamus.

Intellectionis, & rei Intellectæ Collatio.

Dicunt primò [Intellectio eſt (1) quædam adæquatio actualiſſima inter Intellectum, & Rem intellectam: (2) vi cujus transformatur Intellectus in ipſum objectum intelligibile, &c.]

Cognitio, & Objectum, an realiter identificentur?

Id extra Scholam D. Thomæ negatur.

Duas partes continet iſta Complutenſium Aſſertio. Prima admittitur ab univerſis. Secunda tametſi negari à multis ſolear, admittetur à nobis, continet enim doctrinam, quam tradit expreſsè D. Thomas, & præter ejus Diſcipulos, etiam multi hodie Philoſophi ingenioſi tuentur.

De Intellectionis & Rei intellectæ actualitate.

Progrediuntur Complutenſes, & Argumentum lectu dignum proponunt. Et loco Majoris hanc Maximam generalem præmittunt [Sicut ex parte Intellectûs requiritur aliqua actualitas, ita & ipſum Intelligibile, debet aliquam rationem actûs habere, ut poſſit intellectionem terminare.] Subſumunt. [Atqui Materia-prima non habet actum ullum à ſe, ſed illum à Formâ participat.] Et inferunt. [Ergo, non eſt intelligibilis ratione ſui, ſed dumtaxat ratione Formę, per habitudinem ad illam, &c.] Et hîc Ego pronuncio, quatuor illos terminis paralogizare.

De actualitate materiæ.

De ejuſdem cognoſcibilitate.

Majoris ſenſus examinatur.

Et, ut id evidenter perſuadeam, aſſero hos tres terminos, *Eſſe actu*, & *Eſſe actum*, & *Habere actum* (quod non ſemel admonui) eſſe diverſos inter ſe. Et hac Veritate præmiſſa hunc præcedentem Syllogiſmum, quatuor terminis laborare aut aliàs pronuncio nihil illum evincere. Illa enim Propoſitio, *Ipſum Intelligibile debet habere aliquam rationem actûs* vel æquivalet huic, *Debet habere aliquem actũ*, vel fortè huic, *Debet eſſe actu*. Si primum dicatur, illa Major eſt falſa, & hanc ob rem in Concluſionem infallibilem Veritatem non influit. Si dicatur Secundum, Major erit vera, at accipiet vocem *actûs* in ſignificatione, in quâ illam non repetit Minor. Ergo erunt in Syllogiſmo quatuor termini.

Ille Syllogiſmus, vel habet quatuor terminos, vel primã propoſitionẽ falſam.

Quo tolli modo poſſit æquivocatio?

Sanè, ut tollatur æquivocatio, quæ in Majori, vel oculatiſſimos Lectores præpedit, utrumque ſenſum diſcernendo, iterum, iterumque reſcribamus.

Nihil, quod ſecundum ſe non habet actum eſt per ſe intelligibile.

Sed Materia-prima ſecundum ſe non habet actum [*]

Materia igitur prima, ſecundum ſe conſiderata, non eſt per ſe intelligibilis.

[*] Hic ſyllogiſmus habet tantùm tres terminos: Major autem ejus eſt falſa.

Et ejuſdem Majoris, alteri ſenſui inſiſtendo, eumdem Syllogiſmum reſcribo.

Nihil, quod non eſt actu, eſt per ſe intelligibile.

Sed Materia-prima, ſecundum ſe conſiderata, non eſt actu. [*]

Materia igitur prima, ſecundum ſe conſiderata, non eſt per ſe intelligibilis.

[*] Hoc etiam ſyllogiſmus habet tres terminos, ſed Minor in ipſo eſt falſa.

In quo modo ſint hi ſyllogiſmi conformati?

In utroque Syllogiſmo Conſequentia eſt legitima: uterque enim conformatur in FERIO, & habet Minorem affirmativam affectam prædicato infinito. Vide noſtri Herculis Logici laborem primum.

DXCIII.

Deus eſt cognoſcibilis.

In primo Syllogiſmo nihil concluditur, quoniam ejus Major eſt falſa: Deus enim, qui certè cognoſcibilis eſt, eſt actus puriſſimus, & tamen actum realiter diſtinctum non habet. Sed & omnes Formæ ſunt cognoſcibiles, & tamen ultimæ Subſtantiales aut accidentales ipſæ ſint, actum, qualem Materia negat Minor, non habent.

Formæ ultimæ cognoſcibiles ſunt.

Materia prima præciſa à Forma; & omnes Creaturæ poſſibiles ſunt actu ſunt.

Sed neque quidpiam in ſecundo Syllogiſmo concluditur: in eo enim licèt Major ſit vera, Minor debet abſolutè negari. Quoniam, non ſolùm Materia-prima, pro illo priori pro quo intelligitur antequam recipiat à Formâ exiſtentiam, ſed univerſæ Creaturæ **Sebiles** (Poſſibiles) **actu Sunt** (hoc eſt, actu habent ſua eſſentialia, & quidditativa prædicata) Homo enim ex. gr. ſecundùm ſe conſideratus nõ eſt aliquid, quod poteſt eſſe Animal rationale, ſed quod actu eſt Animal rationale. Et cùm ſic loquimur, per illam vocem *actu*, exercitium eſſentiæ,

non verò exercitium exiſtentiæ intelligere volumus.

Etſi reſeribatur argumentū præcedens, ita ut utraque Præmiſſa ſit vera, nil omninò cōcludet,

Quia Major in Syllogiſmo à Complutenſibus concinnato poſita, terminis laborabat æquivocis, illam intelligi bifariam poſſe diximus: & juxta has duas ſignificationes duos Syllogiſmos produximus, quibus nihil Complutenſes probare poſſunt; quoniam tametſi ſint legitimè in Modo & Figurâ compoſiti, in priori Major, & in poſteriori Minor, ut vidiſti, erat falſa. Videamus nunc an meliori fortunâ tertius adhuc formari poſſit, in quo utraque Præmiſſa ſit vera. Ergo attende.

nam præpeditur quatuor terminis.

Nihil, quod non eſt actu, eſt per ſe intelligibile.

At Materia-prima, ſecundum ſe conſiderata, non habet actum.

Ergo Materia-prima ſecundum ſe conſiderata non eſt per ſe intelligibilis.

Hoc ajo Syllogiſmo nihil prorſus concludi: quoniam tametſi in eo utraque Præmiſſa ſit vera, informis eſt & ἀδιαλεκτικός; morbo enim quatuor terminorum tuficitur: nam, aliud in Majori, & aliud in Minori, nomen *actus* ſignificat.

Et his ſic præmiſſis & dilucidatis, non erit difficile reſpondere

Ad Primum Tertiæ Sectionis Argumentum.

DXCIV. Semphronias Complutēſeſque in argumētatione ſua opponuntur ex diametro.

ARgumentum præcedens, cujus gratia omnia hæc ſcripſimus ex negatione cognoſcibilitatis ad actûs negationem proceſſit. At illud quod Tertiâ Sectione primo loco proponitur, vento contrario navigat, & ab actûs negatione ad cognoſcibilitatis negationem decurrit. Illud igitur recognoſcamus, & ſingulas ipſius Propoſitiones meditemur.

An pura potētia per ſe, & ab actu præciſa, intelligatur?

Illa Major, *Creatura, quæ ſunt pura potentia* **ad ſandum** (ad habendum eſſe quiditativum) *non intelliguntur à Deo*, debet diſtingui: quoniam ſi in illâ agatur de Creaturis **Sabilibus** (Præpoſſibilibus) quæ ſunt quædam puræ potentiæ **ad Sandum ut sic**; vera eſt: & falſa, ſi in eâ agatur de Creaturâ aliquâ, quæ ſit pura potentia **ad Sandum per se**. Relege ea, quæ paulò antè de Præpoſſibilibus & Poſſibilibus Creaturis dicebamus. Quia, cùm creaturæ Poſſibiles, ſuum **Sare** actuale, & ſuum **Sere** poſſibile, recipiant ab intellectione Divinâ, non poſſunt eſſe **Santes**, & **Sebiles**, quin cognoſcantur à Deo, & Divinam intellectionem terminent. Creaturæ autem Præpoſſibiles, ſunt **Sabiles**: adeoque, quæ poſſunt intelligi: ac propterea, quæ actu non intelliguntur à Deo; videlicet, penes rationem noſtram ratiocinantem.

Aliud eſt **ſare ut ſic** & aliud eſt **ſare per ſe**

De Creaturis Poſſibilibus, & Præpoſſibilibus.

Respectu cujus actus materia dicatur *potentia*?

Erat Minor. *Sed Materia-prima eſt pura potentia* **ad Sandum**: (ad habendum eſſe quidditativum) Et eodem modo diſtinguitur. Conceditur enim Materiam-primam eſſe puram potentiam in genere **Sandi per se**, (habendi eſſe qiditativum ſubſtantiale) imò etiam in genere **Sondi** (recipiendi actum ſubſtantialem) Negatur autem eſſe puram potentiam in genere **Sandi ut sic** (habendi eſſe qiditativum) eſt enim ens reale actu, non quidem actualitate exiſtentiæ, ſed actualitate quiditatis.

Creaturæ poſſibiles ideò **ſant** (habent eſſe quiditativum) quia **ſamuntur** (intelliguntur) à Deo.

Et hìc illatæ Conſequentia negantur. Aſſerimus enim Materiam-primam ideò **Sare**, vel **Saire**, quia à Deo **samitur** (recipit illud eſſe quiditativum, quod habet) Divinam illam Intellectionem (quam *Simplicem Intelligentiam* nominant) terminando. Inferimuſque, Materiam-primam intelligi, & cognoſci divinitùs; ac propterea habere propriam ideam in Divino intellectu: per quam cognoſci & intelligi valeat ſine recurſu ad ideam Formæ.

Materia habet propriam ideā in mente Divina.

Et hîc obiter nota Materiam, tametſi prout eſt **Sans**, aut **Sains** (prout entitatem propriam dicit) ſine ideâ Formæ poſſit intelligi; prout tamen eſt **Sebilis** (creabilis, & exiſtentiabilis) quoniam à Forma recipit exiſtentiam, intelligi ſine Formâ non poſſe. Quod ſcitè *ubi ſupr.* notarunt Complutenſes his verbis. [Secundò & facilius reſpondetur, quòd eſto Materia-prima habeat ideam diverſam àb ideâ Compoſiti & Formæ, nihilominùs per illum non repræſentatur factibilis, (creabilis, & exiſtentiabilis) niſi dependenter à Formâ. Qua propter ratione rei faciendæ nequit Deus uti ideâ Materiæ, quin ſimul coutatur ideâ Formæ, & Compoſiti, &c.] Sic illi in iſtâ ſecundâ Solutione Argumenti.

Si, ut exiſtentiabilis, aut producibilis conſideretur, non poterit cognoſci ſine Forma.

Ad Secundum Tertiæ Sectionis Argumentum.

DXCV. Sunt termini præcognoſcendi. **Sare ut ſic Sare per ſe & Sore.**

FAcilius reſpondere poterimus: nos enim Primi manuducet Solutio: ſi enim differentiam, quæ inter **sare ut sic** (habere eſſe quiditativum ut ſic) & **sare per se** (habere tale eſſe quiditativum; nempe, eſſe per ſe, vel perſeitatem) & **sore** (recipere actum phyſicum, vel ſubſtantialem.) intercedit, quam iterum, iterumque jam expoſuimus, ſupponemus; in hujus Secundi Argumenti diſſolutione nullo prorſus modo præpediri poterimus. *His poſitis* Secundi Argumenti ſingulas Propoſitiones perpendamus.

Potentia **ad ſandum**.

Illa Major, *Creatura, quæ ſunt pura-potentia* **ad sandum** (*ad habendum eſſentiam*) *non habent actu eſſentiam*, debet juxta doctrinam præcedentem diſtingui. Quoniam ſi ipſæ ſint Creaturæ Præpoſſibiles, & illud **sare** ſit **sare ut sic**, erit vera: Quoniam tunc agitur de Creaturis **sabilibus** (potentibus habere eſſe quiditativum) quæ rationis ratiocinantis prioritate, intelliguntur ante omnem Intellectionem Divinam. Cæterùm, ſi illa eadem Major de Creaturis **santibus** (Poſſibilibus: habentibus eſſe quiditativum actu, & exiſtentiale in potentiâ) falſa eſt.

Creaturæ **Sabiles** ſunt, quæ aliàs vocantur *Præpoſſibiles*; intelliguntur enim à nobis antequam intelligatur Intellectio Divina.

Erat Minor. *Sed Materia-prima, eſt pura potentia* **ad sandum** (*ad habendum eſſentiam*) Et ſtatim diſtinguo illud **ad sandum**. Quoniam, ſi agatur **de sare ut sic**, eſt falſa: actu enim & non potentiâ **sat** Materia. Cæterùm, ſi **de tali sare**, hoc eſt, **de sare per se** diſputetur, tunc agetur **de sore** (de receptione Formæ ſubſtantialis) & illa Propoſitio erit vera.

An, & qualiter Materia prima pura potentia **ad ſandum** ſit?

Hinc

Vtrùm materia prima habeat eſſentiam actu?

Hinc debet illata Conſequentia negari, videlicet. *Materia igitur prima, non habet actu eſſentiam, ſed potentià tantummodò.*

An poſſit eſſe pars alicujus Compoſiti.

Poſteà ſubſumpta Propoſitio conceditur, & ſubillata Conſequentia negatur: nimirùm, *Materia igitur non ingreditur in compoſitionem Subſtantiæ Completæ.*

Laudatur Philoſophia Patris Mailhatii.

Certa ſunt; & puto, clariſſima, quæ in hac noſtrâ ad Secundum Reſponſione ſunt dicta: interim ut firmetur Lectoris animus in præſentis Veritatis notitiâ, proderit legere Patrem Hieronymum Mailhatium, Thomiſtam Optimum, qui *in tom. 2. ſuæ Philoſophiæ, diſp. 2. ſect. 3. num. 42.* has noſtras doctrinas proponit, & fortibus ſyllogiſmis adfirmat.

Ante Reſponſionem ad Tertium.

DXCVI.

Argumentum, quod nimium probat, nihil probat.

QUI ſatisfacere huic Argumento velit, debet oculos circumſpectè aperire; nedum ſe opponit Argumento difficili, & conanti *Materiam-primam nihil eſſe* probare, ubi illam eſſe aliquid ſuadeat, plus probet, quàm Veritas Scholaſtica patitur; eſt enim Protheorema Dialecticum, *Ratio, quæ nimium probat, nihil probat.*

Apud Complutenſes in lib. 1. Phyſic. diſp. 3. qu. 1.

Sanè contra noſtram Doctrinam vociferantur Adverſarii, & pluries eamdem rationem per alia, & alia verba inculcantes argumentantur ſic. [Materia-prima eſt ens in potentiâ, ut docet D. Thomas 1. *part. qu. 5. art. 3. ad 3.* Ergo actu eſt nihil. Ergo nec datur in rerum naturâ, nec valet veri ſubjecti conditionem ſortiri.] Reſpondent Complutenſes. [Quòd licèt Materia prima ſit ex ſe pura potentia, nihilominus (non eſt ens in potentiâ, ſed in actu, non enim eſt Sabilſa ſed Sano potens habere eſſe quiditativum, ſed de facto illud habens) *&c.*] Quoniam quamdiu datur à parte rei, (Set) eſt ens actu per exiſtentiam communicatam à Formâ: quod dumtaxat intendit S. Doctor *loc. cit.* * Pro cujus intelligentiâ eſt obſervandum *Ens* (hoc eſt, Seno) dici ab actu exiſtendi; *Res* (Sano) verò ab entitate, ſeu Quiditate. Unde, quia Materia non habet (Sere) *exiſtentiam à ſe*, ſed participatam à Forma, idcircò appellatur (Seino) *Ens in potentiâ*, licèt reverà (ſit Sano) habeat realitatem, & ſit aliquid ſubſtantiale. * Quod ſatis expreſſit D. Thomas *qu. 3. de Veritate, artic. 5. in fin.* ubi inquit. *Quòd, etſi Materia non habeat propriè Eſſentiam, attamen eſt pars eſſentiæ,* &c.] Et quidem volui totum illud Argumentum, & quam Complutenſes præbent Solutionem proponere, ut oſtendam illos inter Sare & Sere oculatiſſimè diſtinxiſſe; at, quia verbo *Sum, es, eſt*, utuntur, ubi conantur maximè, nō ſe poſſunt ab æquivocationibus, & ortâ ex illis adlucinatione ſubducere. Nos uberioris doctrinæ gratiâ reſpondeamus Argumento contra Angelicum Doctorem poſito; ut meliùs poſteà Complutenſium verba dedolare poſſimus.

An detur materia prima?

An ſit nihil? an poſſit eſſe ſubjectum?

Nomina *Ens*, & *Res* explicantur.

Satre ſignificat ſare ſeu perfecte.

Complutenſes laudantur.

Verbum latinum *Sum, es, eſt*, laborat æquivocatione.

N. B. Similitudine Ligni ab Ariſtotele poſita, ut exponeret Materia prima eſſentiam, utun- tur, aut abutun- *tur Carteſiani, & cum illis Do. Bonifacius Bagatta, ut Formas, quas ſubſtantiales vocant, eſſe puros modos, & non veras entitates perſuadeant.*

Ergo ante Reſponſionem aliud Argumentum ſimile conformemus. Attende. [Lignum eſt pura potentia in ordine rerum Artificialium, ut docet Ariſtoteles. Ergo in illo rerum Artificialium ordine actu eſt nihil. Ergo non eſt in rerum naturâ. Lignum igitur non poteſt eſſe ſubjectum Formarum Artificialium, &c.] Hoc argumentum eſt per omnia ſimile alterius, quod contra D. Thomam proponebat ille, qui à nobis *Neſcio quis* vocabatur. Ergo videamus, quo huic Argumento modo ſatisfaciendum ſit; & ex ejus diſſolutione quid ad alterum dicendum ſit, per analogiam breviter, & clarè cognoſcemus.

Quo modo lignum ſit pura potentia artificialis?

Reſpondeo ergo in formâ; & per ſingulas Propoſitiones decurro. Erat primum Antecedens, *Lignum eſt pura potentia*, &c. concedo. Inferebatur, *Ergo in illo rerum ordine actu eſt nihil.* Et Ego Conſequentiam hanc nego. Et ut me bene negare videas, monebo, iterùm aliud eſſe *rem eſſe actum*, & *rem eſſe actu*. Quam ob rem licèt liberè concedam, Lignū, quod pura potentia eſt in ordine rerum Artificialium, *non eſſe actum*, negabo illud *non eſſe actu*, ac propterea ſimiliter negabo *eſſe nihil*. Eſt enim actu pura potentia artificialis, ac propterea eſt *aliquid*; quoniam pura potentia non eſt *nihil*. Et hinc patet, negandam eſſe illam ſecundam Conſequentiam, videlicet, *Ergo non eſt in rerum naturâ*; quoniam Lignum, ut videmus, eſt quædam pura potentia Artificialis; & Lignum exiſtit in rerum naturâ. Et hanc ob rem negatur ſimiliter ultima Conſequentia, quæ erat, *Lignum igitur non poteſt eſſe ſubjectum Formarum Accidentalium*, &c.

Similitudinem ab Ariſtotele poſitam, eſſe appoſitiſſimam.

Puto, non ſolùm videri oculis, ſed & palpari poſſe manibus, reſponſum bene fuiſſe præcedenti Argumento. Modò analogiâ ratiocinandi ducti, alteri Argumento, quod propoſuerat *Neſcio quis*, reſpondeamus.

Quo ſenſu Materia prima ſit, & non ſit pura potentia?

Dicebatur. *Materia-prima eſt ens in potentiâ ſolummodò.* Diſtinguimus: in genere ſondi & ſendi cōcedimus: in genere ſandi negamus, hoc eſt, eſſe in potentiâ ad ſuſtentandum Formam ſubſtantialem, & recipiendum exiſtentiam, concedimus: negamus autem eſſe in potentiâ ad habendum eſſentiam, nam actu ſat, aut ſait (actu habet ſua prædicata eſſentialia) Inferebatur, *Ergo actu eſt nihil.* Et nos negamus conſequentiam; quia licet illa ſecundum ſe conſiderata, nec actus ſit, nec actum habeat, non tamen eſt actu *nihil*; quoniam actu eſt pura potentia; & omnis potentia, etſi pura ſit, ſemper eſt aliquid: nomine enim *nihili* intelligimus, quod nec eſt potentia, nec actus, nec tertium quid ex his coaleſcens. Et hinc ad duas ſubillatas Conſequentias veniendo, illas negamus.

Recognoſcitur Complutenſium Reſponſio.

Hinc ad Reſponſionem, quam dedere Complutenſes, tranſeamus. Ab initio ſuæ Reſponſionis illi, uſque ad primam ſtellulam Materiam-primam, affectam Formâ ſubſtantiali conſiderant; & optimè philoſophantur. A primâ ſtellulâ, & verbis illis, *Pro cujus intelligentiâ*, ad alteram ſtellulam, bene inter ſare & ſere (*eſſe quiditativum, & eſſe exiſtentiale*) diſtinguunt: ſed diſtinctione verâ, quæ tamen hic non eſt ad rem, non benè utuntur. Quam ob rem illa eorum verba, *Quia Materia non habet exiſtentiam à ſe, ſed participatam à Formâ, idcircò appellatur Ens in potentiâ*, manifeſtam continere adlucinationem aſſerimus: quoniam Materia prima, non in ordine ad oendum (non in ordine ad habendū exiſtentiam) *Ens in potentiâ* dicitur: ſed in ordine ad oandum per oe (in ordine ad ha-

Oculatiſſimè Complutenſes inter ſare, & ſere differentiam agnoſcunt.

Verùm exiſtentiæ, an verò Formæ Subſtantialis reſpectu Materia prima *Pura potentia* nominetur?

habendum eſſe quiditativum ſubſtantiale.) Unde, ſi per impoſſibile materia, cæteris manentibus, ut nunc, propriâ exiſtentiâ donaretur divinitùs, non exiſteret exiſtentiâ Formæ, & tamen ut nunc eſſet *Ens in potentiâ*: nõ ergo **ad ſendum**, ſed **ad ſandum per ſe**, ſeu potius **ad ſondum** Materia prima *Pura potentia* nominatur.

An D. Thomas Complutenſibus faveat?

Et claudamus diſcurſum hunc verba Doctoris Angelici recognoſcendo. Dicimus itaque, illis non probari *Ens in potentiâ* appellari materiam, quia non habet exiſtentiam à ſe, ſed participatam à Formâ: ac propterea Reſponſionem à Complutenſibus datam illis non confirmari, ſed noſtram Reſponſionem, & Reſolutionem tantummodò: videlicet, Materiam primam non **in ſendi** (in exiſtendi) ſed **in Sondi** (in habendi formam) genere *ens in potentiâ* nominari. Quia, cùm materia ſit potẽtia **ad Sondum** (ad habendum formam) & Forma ſit eſſentia *ut quo* (ratio, quæ conſtituit eſſentiam.) & cùm compoſitum ſit eſſentia completa, Angelicus Præceptor ſcitè dixit, *Materiam, etſi non habeat propriè Eſſentiam* (Completam, ſubintellige) *eſſe nihilominus* (ſi exiſtat in Compoſito) *partem eſſentiæ*. Quod ipſum ejuſdem S. Thomæ autoritate confirmatur; nam *in libell. de Ente, & Eſſentiâ*, poſtquam probaverat, neque ſolam Materiam, neque ſolam Formam eſſe Eſſentiam, claudit diſcurſum dicens, *Patet ergo, quòd Eſſentia comprehendit Materiam, & Formam*. Ergo Eſſentia nomine Sanctus Præceptor Completam, & non Incompletam intelligit.

An materia prima, conſiderata ut potentia primariò actum ſubſtantialem, an verò exiſtentialem reſpiciat?

His ergò ſic præmiſſis, reſpondeamus

Ad Tertium ejuſdem Tertiæ Sectionis Argumentum.

DXCVII.
Quinam termini ſunt diſcernendi?

Eidem debemus etiam nunc diſtinctioni inſiſtere; omnia enim confundemus niſi **Sabile**, & **Sebile**, niſi **Sans**, **Sens**, & **Sons**: niſi *eſſe actum*, *eſſe actu*, & *habere actum* inter ſeſe cernamus.

Creaturæ **ſabiles** & *Præpoſſibiles* ſunt purum nihil.

Profectò in Argumento Tertio erat Major. *Creaturæ, quæ ſunt pura potentia* **ad Sandum** (ad eſſendum aliquid: ad habendum eſſentiam) *actu ſunt nihil*. Et, ſi in eâ verbum **ſare** ſumatur abſtractim, & *ut ſic*; Major iſta erit vera: quoniam tales Creaturæ ſunt **Sabiles**, præpoſſibiles, & quia earum poſſibilitas præcedit Simplicem intelligentiam, ipſæ actu nihil ſunt, ſed erunt aliquid, cùm à Deo cognoſcantur, & **Sare** (*eſſe quiditativum*) à Divinâ cognitione recipiant.

Creaturæ Poſſibiles ſuum eſſe poſſibile, quod habent, à Divina Intellectione, quæ *Simplex intelligentia* nominatur, recipiunt.

Erat Minor. *At Materia-prima, eſt pura potentia* **ad Sandum** (ad eſſendum aliquid ad habendum eſſentiam). & eſt falſa. Quoniam, ut paulò ante vidimus, ratio Potentiæ in materiâ eſt in genere **Sondi**, quoniam ad Formam ſubſtantialem, qui eſt actus Materiæ primariò correfertur. Et ſecundariò illa Materiæ Potentia, eſt in genere **Sendi**; nam exiſtentiam, quam non habet ex ſe, à Formâ recipit. Et poteſt etiam dici illam eamdem potentiam eſſe in genere **ſandi per ſe** (hoc eſt habendi perſeitatem) quoniam à Formâ Materia habet Subſtantiæ actum. Verùm enim verò, in genere **Sandi ut ſic** (in genere habendi quiditatem) actu, & non potentiâ **ſale** Materia-prima.

Qualis materiæ primæ potentia ſit, iterum explicatur?

A Forma habet materia, quòd ſit **ſans per ſe**.

Et ideò illatæ illæ Conſequentiæ, *Actu igitur Materia-prima non eſt aliquid. Ipſa igitur eſt actu nihil*: abſolutè negantur, quoniam Materia-prima **actu ſat**, & omnia, quæ **actu ſant**, actu ſunt aliquid. Non ergo nihil.

Materia igitur non eſt nihil, ſed aliquid.

Utrùm præcedens Reſponſio nimium probet?

DXCVIII.
Exponitur illud *axioma* Philoſophicũ. *Argumentum, quod nimium probat, nihil probat.*

Illud ἀξίωμα, *Argumentum, quod nimium probat, nihil probat*, ſæpè auditur, & legitur, non autem ſolet benè explicari. Interim, quia interdum Doctrinaliora ſunt regulis, & legibus, ſimplicia exempla: unum, ut dilucidem ἀξίωμα propono.

Equum eſſe ſenſibilem fatetur Heliodorus at probaturus illum rationalem non eſſe, ſic inſtat.

Nulla Subſtantia non vegetativa, eſt rationalis.
At equus eſt Subſtantia non-vegetativa.
Equus igitur non eſt rationalis.

Quando aliquis aſſerit duo, ita probare alterum debet, ut ſua probatione alterũ non impugnet.

Fateor Conſequentiam eſſe legitimam. Addo Majorem eſſe certam. Et rejicio Minorem, quoniam, ſi admitteretur, nimium probaret. Illâ enim ſtante, hic poſſet ſyllogiſmus adjungi.

Nulla Subſtantia non-vegetativa, eſt ſenſibilis.
At Equus eſt Subſtantia non-vegetativa.
Ergo equus non eſt ſenſibilis.

Conſequentia hæc ſimiliter eſt legitima: & demonſtrat, nihil evinci ſyllogiſmo priori, quoniam, ſi illius admittantur Præmiſſæ, probatur *Equum non eſſe ſenſibilem*, & nimium propterea probarent.

Quæ ſit D. Thomæ ſententia?

Hac doctrinâ præmiſsâ ſubdubitas, an Reſponſio immediatè præcedens nimium inferat; Quòd Materiam-primam habere ex ſe actum entitativum, & exiſtentiam propriam negat Doctor Angelicus, & videndum eſt, An ex Propoſitionibus in ultimâ Reſponſione aſſertis negatæ iſtæ neceſſariò inferãtur, quoniam, ſi illæ inferrentur, Ratio, cui Reſponſio illa innititur, quoniam nimium probaret, nihil prorſus probaret.

Utrùm ex eſſe actu, inferatur Habere actum?

Hanc eſſe bonam Conſequentiam,
Materia ſecundum ſe eſt Ens actu (nempe **ſans actu**.)
Ergo ſecundum ſe habet actum entitativum,
Ergo etiam exiſtentialem actum.

Argumentum Symphronii.

contendit Symphronius, & ſuum Dictum probaturus ſic ait. [Materia-prima eſt prior Formâ & Compoſito Subſtantiali, ergo pro illo priori, pro quo Materia præſupponitur Formæ & Compoſito, cùm non ſit nihil, (eſſe enim reverà aliquid Titii Argumentati, nuper poſita aſſeverat Solutio) debet habere entitatem actu exiſtentem. Exiſtentiâ ergo propriâ, quia cùm Forma, & Compoſitum nondum exiſtant, non poſſunt Materiæ-primæ exiſtentiam præbere.]

Utrùm hoc argumentum apud plures legatur?

Hoc argumentum eſt difficile, & ideò apud diverſos Philoſophos Thomiſtas, & Non-Thomiſtas legitur. Illud unicum in Leptotati Specimine propono & dilucido: & quia ibi inter alios Complutenſes produco: illos tacere impræſentiatùm patior, habeo enim præ oculis P. Hieronymi Mailhatii Philoſophicum Curſum, in cujus *tom. 2. diſp. 2. ſect. 3.*

hoe

hoc argumentum ille diluit, & diſſolvit his verbis. [Formâ, & Compoſito Materia-prima, eſt prior ſecundum [ſere] realitatem eſſentiæ, concedo; ſecundùm actualitatem exiſtentiæ, nego; loquendo de exiſtentiâ materiæ ſub tali compoſito, quod tunc generatur, illa enim dependet à formâ informante, nec eſt alia quàm exiſtentia totius, ſubindeque antecedenter ad ipſum, & ad formam non intelligitur in materiâ; quamvis priùs tempore, & ab initio Mundi habuerit exiſtentiam in compoſitis, ſub quibus præceſſit.] Ecce Vir doctus, aliis diverſis terminis, ut huic Argumentò reſpondeat, inter **ſare** (eſſe quidditativum) & **ſere** (eſſe exiſtentiale) oculatiſſimè dari diſtinctionem ſupponit. Progreditur Symphronius, aitque [Materia-prima, in eo priori quo cauſat, eſt extra cauſam efficientem, cùm ſit producta; ergo habet exiſtentiam. Probatur conſequentia; quia omnis efficientia terminatur ad exiſtentiam effectûs] reſpondet Mailhatius diſtinguendo antecedens [Eſt extra cauſam efficientem quoad realitatem eſſentiæ, concedo; quoad actualitatem exiſtentiæ, nego: hæc enim pendet à formâ informante, quæ in illo priori nondum intelligitur exercuiſſe ſuam cauſalitatem, unde negat conſequentiam.

Mailhatii Reſponſio.

Ipſe ſare à ſere hoc eſt eſſe quiditativum, ab eſſe exiſtentiali diſtinguit.

Non autem placent, quæ ſubjungit, cùm ait: [Ex quibus omnibus patet, materiam quidem quantùm ad ſuam entitatem eſſentiæ eſſe in rerum naturâ ab initio Mundi, & manere ſemper eamdem; quantùm verò ad exiſtentiam, quæ non eſt alia quàm exiſtentia formæ & compoſiti, toties produci, quoties nova advenit forma ſubſtantialis, novumque generatur compoſitum corrupto præcedenti, per cujus exiſtentiam exiſtebat.]

An, & quo materia modo exiſtat ab initio mundi?

An adveniente nova Forma reproducatur?

Ecce duo hic Philoſophus aſſerit, ALTERUM, *Materiam-primam, ſecundum entitatem ſuam conſideratam, & ab exiſtentiâ præciſam, fuiſſe in rerum naturâ à Mundi exordio*. ALTERUM. *Eamdem toties produci, quoties novam recipit Formam*. Et utrumque eſſe falſum clariſſimè demonſtraturus ſum,

Sanè illud prius falſum eſſe, perſuadetur clariſſimè. Quia Duratio, vel eſt ipſamet Exiſtentia, ut multi Philoſophi exiſtimant; vel eſt ipſius exiſtentiæ proprietas. Ergo ſublatâ exiſtentiâ, nulla datur Duratio. Ergo ſicut præſcindendo à colore non poteſt intelligi Homo albus, ſic præſcindendo ab exiſtentiâ non poteſt intelligi Materia durans. Ergo ſecundum ſe, & præciſa ab exiſtentiâ non poteſt illa dici, aut intelligi, Mundo coæva.

An, & quo modo Duratio ab exiſtentia diſtinguatur?

Sed & ſimiliter eſt falſum hoc poſterius, quia producitur res cùm tranſit ex *non eſſe* ad *eſſe*, & hoc non contingit materiæ, quando unâ formâ amiſſâ aliam recipit. Conſentio Complutenſibus, qui *in libr.1. Phyſic. diſput.3. qu.4. §.2. mem.11.* aſſerunt [Ad generationem requiri, quòd res, quæ modò accepit eſſe, fuerit prius ſub non eſſe; & ſimiliter ad corruptionem deſiderari, ut id, quod modò eſt, ita amittat eſſe, quòd aliud eſſe in eodem inſtanti non recipiat, nam generatio eſt tranſitus de non eſſe ad eſſe, & corruptio eſt tranſitus de eſſe ad non eſſe. Hoc autem non convenit Materiæ-primæ, quia nunquam poteſt eſſe abſque omni formâ, atque ideò per generationem compoſiti non tranſit à non eſſe ad eſſe; neque per corruptionem illius tranſit ab eſſe ad non eſſe; ſed ſemper tranſit ab uno eſſe ad aliud eſſe, quæ à diverſis formis, & in diverſis compoſitis materiæ communicantur.]

Quid ſit rem generari, aut corrumpi?

Generatio eſt tranſitus de nō eſſe ad eſſe: & Corruptio eſt tranſitus de eſſe ad non eſſe.

Et quidem hanc ipſam Complutenſium doctrinam, quam contra Mailhatium produxi, admittit ubi ſupra Mailhatius; te enim benè conſideratâ ait: [Adverte, aliud eſſe Materiam [*] generari, aut corrumpi, & aliud illam eſſe ſubjectum generationis, aut corruptionis; ad primum enim requiritur, quòd de non eſſe ſui tranſiret ad eſſe ſui, aut è contrà quod non contingit; ad ſecundum verò ſufficit, quòd de non eſſe ſub formâ equi v.gr. tranſeat ad eſſe illius, aut è converſo.] Non ergo Materia, quoties novam recipit Formam, reproducitur.

*] *Materia non poteſt generari, aut corrumpi: nam, quæ per creationem incæpit, non poteſt niſi per adnihilationem deſinere.*

ARTICVLVS IX.

De Providentia Dei ; & de ea , quæ verſatur circa Cauſas liberas gubernandas præcipuè .

Diſputat de Libero Arbitrio creato . De Phyſicis infallibilitantibus , & non neceſſitantibus Prædeterminationibus ; De neceſitate Auxiliorum. Operativitatem *à Sufficientibus , &* Operaturitatem *ab Efficacibus indipiſci Humanam Voluntatem oſtendit . Et ad operationes malas veniens , perſuadet Deum , nec ad peccati formale , nec ad materiale concurrere .*

DCC LXXXVIII. De Prævidentia & Providētia.

An & quomodo differant inter ſe?

DIffert à Prævidentiā Providentia. Tametſi enim Providentia Prævidentiam includat: nemo enim poteſt providere de rebus, quas non prævidet ; Prævidentia poteſt , & ſolet ſine Providentiā inveniri, mala enim interdum prævidemus futura , quibus obviare nulla Providentia humana poteſt .

An Prævidentia ſit in Deo?

Apud homines Prævidentia , & Providentia reperiuntur , quoniam effectus neceſſarios , ſi cauſas cognoſco , ſecurè , & exactè prævideo , & multos liberos probabiliter præſcio , & quia interdum , ſi talia , aut talia permittantur , mala imminere præcognoſco , mihi & aliis auferendo , aut impediendo cauſas , è quibus illa exoriuntur , provideo . Cæterùm apud Deum , ſi propriè loquamur , Prævidentia non datur ; quia , cùm ipſi omnia præſentia ſint , & nulla futura , reſpectu ipſius Prævidentia non datur , at datur Providentia ; non enim repugnat Cauſarum , Effectuumq; coordinationem in unico inſtanti inveniri . Ergo , cùm dicimus dari in Deo Præſcientiā , Prævidentiam , &c. Deum futura cognoſcere . &c. ſumus intelligendi congruo ſenſu ; loquimur enim de rebus , quæ ſunt venturæ , & futuræ quoad nos , non quoad Deum :

An ſit in illo Providentia?

An reſpectu Dei ſint futura?

Ad Cauſam Finalem Providentia reducitur , importat enim Finis determinati intentionem , Mediorumque ad illum conſequendum opportunam applicationem . Et quia , in malum Providentia non tendit , illam apud Cacheranum *tom. 1. de Deo Uno libr. 5. cap. 1. pag. 375. b.* Arriaga *in 1. par. diſp. 36. ſect. 1. num. 1.* vocari *Providentiam* affirmat , *quaſi pro aliquo , vel in favorem alicujus , ejus videlicet , qui ad Finem tendit , videntia* .

An , & cur ad Cauſam Finalē Providentia pertineat?

SECTIO I.

De Providentia Dei exiſtentiā , definitione , & diviſione .

DCC LXXIX. An detur Providentia Divina?

QUI vel negarunt dari Deum ; vel ab eo futura contingentia cognoſci : quique omnia Caſu , vel Fato deſtinari aſſeruerunt , neceſſariò debuerunt Divinam Providentiam negare .

Hi non ſolùm Providentiam negabant , ſed ut *lib. 2. de natur. Deor.* aſſerit Cicero , aſſertam ab Orthodoxis irridebant , & *Fatidicā Anum* per ludibrium & contemptum vocabant . Et ex horum grege erat ille , qui apud *Job. 22.* dicebat , *Nubes latibulum ejus , & circa cardines Cæli perambulat ; neque noſtra conſiderat* .

Anus fatidica apud Ethnicos quæ?

Plato , ut *1. p. q. 22. art. 3. in corp.* teſtatur Divus Thomas , exiſtimavit univerſalia (ſeu Ideas) à Deo gubernari immediatè : mediatè autem Materialia Individua . Et tametſi nonnulli aſſeverent Platonem accenſuiſſe Deo Subſtantiarum Spiritualium regimen ; illis non libenter aſſentiar , priſcos enim univerſos Philoſophos Syſtema Spirituale latuit .

Quid Plato ſenſerit?

An cognoverit entia ſpiritualia?

Videtur Ariſtoteles Deum eſſe Agens neceſſarium putaſſe , eidemque exactam cognitionem rerum ſingularium negaſſe . Ergo illi etiam debuit Providentiam univerſim negare . Vide Cacheranum *lib. 3. cap. 4. §. 5.* & *libr. 4. cap. 1. num. 4.* Et in hoc ultimo habuit Aſſeclas multos Ethnicos Peripateticos , vociferantes ,

Quid docuerit Philoſophus?

An ejus opinatione Deus ſit agens neceſſarium ; & res parvas non curet?

Non vacat exiguis rebus adeſſe Jovem .

Omiſſis igitur Gentilium Antiquorum erroribus , Veram Doctrinam Concluſionibus ſequentibus dilucidemus . Et ſit

PRIMA .

DCCXC. Et Religio , & Demonſtratio Jubent , ut dari in Deo Providentiam fateamur .

D*ARI in Deo Providentiā de Fide eſt .* Demonſtratur clariſſimè : quoniam *Judith. 9.* legitur , *Tua Judicia in tuā Providentiā poſuiſti* , & cap. 9. *Hoc factum eſt , quod ipſe voluiſti , omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt , & tua judi-*

cia

cia in tuâ Providentiâ poſuiſti. Et Eccl.5. *Neque dicas, coram Angelo non eſt Providentia*. Sap. 6. *In omni Providentiâ occurret illis*. Sap. 14. *Tu autem Pater, gubernas omnia Providentiâ*.

SECUNDA.

Quid Providentia ſit?

PRovidentia (1) *eſt rerum omnium ad Fines à Deo præſcriptos coordinatio*. (2) *Non conſiſtit in actu intellectûs tantummodo, ſed* (3) *neq; in ſolo voluntatis actu*: (4) *ſed in utroque*. Et quatuor partes hæc Concluſio complectitur, quæ breviter debent expendi.

Prima exhibet definitionem Providentiæ, in quâ nullam reperis difficultatem.

An in Intellectu, an in Voluntate conſiſtat?

Tres ſequentes noſtram ſententiam, quæ eſt omnino defendenda, proponunt. Et pro illâ Ægidium *in 1. diſt. 40. art. 1.* Marſilium *ibid.* Artiagam *in 1. p. diſp. 32. ſect. 2. num* 18. Molinam *qu. 22. art. 1. §. Quod ſi petas*. & *qu. 23. art. 1. diſp. 2 § Standum*. Lugonem *diſp. 37. cap. 2. num. 12.* Becanum, Arrubalem & Heriœem, &c. citat, ſequiturque Cacheranus *tom. 1. lib. 5. cap. 1 §. 2 pag. 378. b.* Et poſſet, ut exiſtimo, univerſos citare, hanc enim eſſe puto omnium Theologorum ſententiam.

Conſiſtere in utroque eſt Opinio communis.

Non enim in ſolo Intellectu Providentiam conſtituunt Cajetanus *in 1. p. qu. 22. art. 1.* Joannes de S. Thomâ *qu. 23. diſp. 7. art. 2.* Capreolus *in 1. diſt. 40. qu. 1. art. 1.* nec Thomiſtæ communiter.

Autores, qui illam in ſolo intellectu conſtituere dicuntur.

Nec Providentiam in ſolâ voluntate conſtituunt Scotus *in 1. diſt.* 40. §. *Ad iſtam*. Gregorius *ibid. qu. 1. art. 1.* Herincxius *diſp. 8. qu. 1. num. 2.* Vaſquez *in 1. p. diſp. 87. cap. 3.* &c.

Qui verò in ſola Voluntate.

De Doctorum conſenſu.

Non enim benè citantur iſti Authores: quoniam nec Voluntatem priores, nec Intellectum poſteriores à conceptu Providentiæ ſubducunt; ſed exponunt tantummodò, utra Potentia (Intellectiva, aut Volitiva) principaliùs ad actus Providentiæ concurrat. In quo latiſſimè diſcurri poteſt; quoniam ſub his rationibus altera, & ſub illis poterit altera principalior cenſeri.

Et quidem non poſſe, aut in Intellectu ſolo, aut in Voluntate ſolâ Providentiam conſtitui, conſtat ex communi Theologorum ſententiâ, quæ, ut dicebamus Providentiam ad Cauſam Finalem reducit: &, ut ſciunt univerſi, in hujus Cauſæ operationibus intellectus, & Voluntas concurrunt. Audiunto D. Thomam 1. *p. q. 22. art. 1. in corp.* inquit enim, *Dicendum, quòd neceſſe eſt ponere Providentiam in Deo, omne enim bonum, quod eſt in rebus, à Deo creatum eſt, ut ſupra oſtenſum eſt. In rebus autem invenitur bonum non ſolùm quantum ad ſubſtantiam rerum, ſed etiam quantum ad ordinem earum in finem, & præcipuè in finem ultimũ, qui eſt Bonitas Divina, ut ſuprà habitum eſt. Hoc igitur bonum ordinis in rebus creatis exiſtens, à Deo creatum eſt. Cùm autem Deus ſit cauſa rerum per ſuum intellectum, & ſic cujuslibet ſui effectûs, oportet rationem in ipſo præexiſtere, ut ex ſuperioribus patet; neceſſe eſt quòd ratio ordinis rerum in finem in mente Divinâ præexiſtat. Ratio autem ordinandorum in finem propriè providentia eſt.*

Angelici Doctoris Reſolutio proponitur.

Intellectio Dei, determinata à Voluntate, eſt Cauſa rerum ſuncium.

SSS

TERTIA.

DCCXCI. Providentiæ Diviſio.

DEI *Providentia eſt multiplex. Quoniam præter alias Diſtributiones*, (1) *in Communem & Specialem*: (2) *in Naturalem, & Supernaturalem*: (3) *in Realem, & Moralem*: & (4) *in Efficacem, & Inefficacem dividitur*.

Hæc Diviſio non eſt alicujus Superioris Prædicati in membra realiter diſtincta, aut ratione ratiocinatâ diſcreta: ſed ratione ratiocinante (hoc eſt, penès diverſa connotata) ſeparata: eo videlicet modo, quo Divina Scientia in differentes Scientias; aut Divina Voluntas in diverſas Voluntates dividitur. Quod ipſum ubi ſupra admittit Cacheranus his verbis. [Providentia Dei multiplex eſt, ſeu ſortitur multiplicem diviſionem (ſubintellige in membra virtualiter ad ſummum diſtincta) eo proportionaliter modo, quo dictum eſt, dum adſignaremus diviſionem Scientiæ & Voluntatis Dei, &c.

Qualis ea ſit?

Quid ſit ratio ratiocinans?

An membra in hac diſtributione dividentia, diſtinguantur virtualiter?

Quidquid ergo ſit de Providentiis cæteris, quia in hoc Articulo ſpecialiter de morali diſputaturi ſumus, illam ejuſdem Cacherani verbis dilucidabimus. [Providentia (inquit) Phyſica, eſt diſpoſitio rerum in finem per media phyſica: Providentia Moralis, per media moralia (ſcilicet, leges, præcepta, exempla, exhortationes, &c.]

De Providentia Phyſica, & Morali.

QUARTA.

PRovidentia Dei, *quæ circa Homines gubernandos verſatur, & Phyſica & Moralis eſt. Quà Phyſica gubernat actus Hominum, quà Moralis Humanos.*

Humani actus dicuntur, qui liberè eliciuntur ab homine. At verò vocantur *Actus hominis*, qui ab homine fiunt neceſſariò.

SECTIO II.

De Agente libero creato. *Quid illud ſit? An ejus illa communis Definitio, quæ in Scholis circumfertur, ſit bona?*

DCCXCII. Communis Definitio proponitur.

DE hoc argumento uberiùs in locis aliis prout occaſio poſtulavit diſſerui, nunc reſumo, quæ ſunt fuſiùs alibi dilucidata.

Apud Philoſophos, & Theologos eſt valdè communis illa Liberi Agentis Definitio: videlicet, *Agens Liberum eſt, quod poſitis omnibus ad operandum prærequiſitis poteſt operari, vel non operari*. Quid velint dicere percipio: at quia eorum menti non correſpondent verba, illa corrigo, & loco illius particulæ *vel*, ſubſtituo *&*: quoniam [*] illâ conjunctione disjunctivâ retentâ etiam de neceſſario Agente hæc ipſa Definitio verificatur. Quoniam ignis, ex. gr. Agens neceſſarium eſt, & tamen *poſitis omnibus ad operandum prærequiſitis poteſt operari, vel non operari*. Et hoc demonſtratur clariſſimè. Quoniam tunc Disjunctiva Propoſitio eſt vera, quando una ſaltem pars eſt vera. Sed in hac *Ignis poſitis &c. poteſt operari, vel non operari*, altera pars eſt vera: nempe illa, *Poteſt operari*. Ignis enim poſitis omnibus ad operandum prærequiſitis poteſt operari, ſiquidem operatur

Corrigitur loco disjunctionis conjunctionem ponendo.

*] *Conjunctio Disjunctiva (N. B.) eſt disjunctio rerum, & ſententiarum conjunctio.*

An definitio præcedens Agenti neceſſario conveniat?

de facto. Illa igitur Agentis Liberi Definitio etiam de neceſſario verificatur. Ergo Agens liberum ſic definiri debet & non aliter.

Vera Liberi Agentis definitio.

Agens liberum eſt, quod poſitis omnibus ad operandum prærequiſitis, quando operatur, tunc poteſt non operari.

Hæc eſt vera Liberi Agentis Definitio, quã nos docent Generalia Concilia, quam tradunt Patres: & meus Melliſluus Doctor *ſerm. 8. in Cantica* illuſtrat, & exponit his verbis. *Liberum nominatur arbitrium, quod liceat verſari in his pro arbitrio voluntatis. Inde homo ad promerendum potis. Omne enim quod fecerit bonũ malum-ve, quod quidẽ non facere liberum ſit, meritò ad meritũ reputatur: & ut meritò laudatur, non is tantum, qui potuit facere mala, & non fecit; ſed & qui potuit non facere bona, & fecit: ita malo non caret merito* [*] *tam is, qui potuit non facere mala & fecit, quàm qui potuit facere bona, & non fecit.* Quæ verba tam ſunt clara, ut videantur nullo prorſus Commentario indigere: interim, quia qui ſcribimus, ſapientibus, & inſipientibus debitores cenſemur, totum hunc D. Bernardi ſermonem & hunc Textum præcipuè, *in noſtrâ ſeverâ argumentandi Methodo*, opportunis Scholiis nos illuſtravimus.

Quam cum Conciliis, & Patribus dilucidat D. Bernardus.

*] *Meritum ſumitur in utrãque partem, ita ut* bonum meritum *pro præmio, &* malum meritum *pro ſupplicio uſurpetur. Aliquid ſimile habemus in Oratione, quæ canitur in hebdomada ſancta: in illis verbis,* Qui dediſti utrique (*Iuda, & Latroni*) ſtipendia meritorum. &c.

DCCXCIII.

An quando Agens operatur poſſit non operari?

Legis attentè hanc à nobis poſitam Arbitrii Liberi definitionem: & PRIMÒ notas illud *Quando*, & contra ſic argumẽtaris. [Semper, quando Agens aliquod operatur, eſt operatio. Quando operatio eſt, neceſſe eſt ipſam eſſe: ait enim Ariſtoteles, *Omne quod eſt, quando eſt, neceſſe eſt eſſe.* Ergo quãdo Agens operatur, operatio non poteſt non eſſe. Ergo Agens quando operatur, non poteſt non operari.]

An Ariſtoteles cognoverit infallibilitatem?

Urget aliquos hoc Argumentum, me tamen omninò non tangit; reſpondeo enim concedendo majorem, & Minorem diſtinguendo: eſt enim vera, ſi agatur de Operatione neceſſariâ; falſa verò, ſi quæſtio ſit de liberâ. Nec contra militat Philoſophi producta autoritas: quoniam ipſe non cognovit infallibilitatem, quæ omninò debet à neceſſitate diſtingui: quam ob rem verba Ariſtotelis corrigo, & ad ſequentia reduco. *Omne, quod eſt, quando reverà eſt, infallibile eſt eſſe. Quam ob rem, omne, quod eſt neceſſariò, quando eſt, infallibile eſt illud eſſe neceſſariò: & omne quod fit liberè, quando reverà fit, infallibile erit, illud eſſe liberè.* Et hoc modo, & non alio eſt uſurpanda & admittenda illa autoritas.

Iſtud Axioma, Omne, quod eſt, quando eſt neceſſe eſt eſſe *ſuperiùs n. 308. accuratè perpenditur.*

Contradictoria conſiſtere ſimul non poſſunt.

Notas SECUNDÒ verba illa *operari*, & *non operari*; & quia contradictoriè opponuntur, & non poſſunt conſiſtere, infers iterum, Agens, quando operatur, non poſſe non operari.

Differunt toto cælo inter ſe *Simultas potentiæ, & Potentia ſimultatis.*

Reſpondeo (quod jam notaviſſe me memini) ſimultatem potentiæ à Potentiâ ſimultatis ſecerni, & diſtingui debere. Unde, tametſi Agens liberum ſimul habeat operandi, & non operandi potentiam: potentiã tamen ad ſimul operandum, & non operandum non habet.

Cui nam Cauſæ Liberæ hæc à nobis data Definitio conveniat?

Hæc profectò Liberi Agentis Definitio (& nota id benè) convenit cauſæ Liberæ à Creatâ, & Increatâ abſtractæ, quoniam agendo de Creatâ, ſicut Definitum contrahimus, ſic & debemus ipſammet Definitionem reſtringere. Ergo attende.

De prædicatis communibus & tranſcendentalibus.

Aſſero enim PRIMÒ, Adtributa & Prædicata Tranſcendentalia, quoniam in ſingulis ſubintelliguntur, omitti ſolere in Definitionibus tamquam non neceſſaria. Unde cùm *eſſe creatum finitum, temporaneum*, &c. prædicata ſint, quæ omnes creaturas permeant, & tranſcendunt, in ſingularum Definitionibus non exprimuntur: docemus enim, *Homo eſt Animal rationale. Equus eſt animal hinnibile;* quin eſſe animal creatum, finitum, aut tempore durans dicatur.

An ſemper ſubintelligantur?

An poſſint poni & proponi expreſsè?

Aſſero SECUNDÒ, contra Veritatẽ definitivam propoſitionem non peccare, ſi tranſcẽdentalia prædicata, quæ ſubticeri poſſunt, & ſolent, uberioris, & clarioris intelligentiæ gratiâ, expreſsè, & diſtinctè ponãtur. Unde ſi vera ſit hæc Propoſitio, *Homo eſt Animal rationale*, non erit falſa hæc, *Homo eſt animal rationale, creatum, finitum, durans tempore ſucceſſivo*, &c.

Agens creatũ liberum habet tranſcendentalia prædicata.

Ex hinc ad cauſas Liberas productas tranſiens aſſeram TERTIÒ illas habere trãſcendentalia prædicata, & nullo modo poſſe incuſari falſitatis Propoſitionem Definitivam, in quâ prædicata tranſcendentalia expreſsè, & diſtinctè ponantur.

Inter ipſa præcipuum eſt, *eſſe dependens à Deo.*

Interim, quia inter alia tranſcendentalia, & communia attributa *dependere à Deo*, creaturas univerſas tranſcendit, hoc ſolum prædicatum expreſsè, & diſtinctè ponemus, & illius adjectione Definitionem communem reſtringemus, reſtringendoque dilucidabimus. Ergo dicamus ſic.

Vera Agentis Liberi Creati Definitio exhibetur.

Agens Liberum Creatum (quo nomine Angelus, & Homo intelliguntur) *eſt Subſtantia tam in eſſendo quàm in operando à Deo dependens: quæ poſitis dependenter à Deo omnibus ad operandum prærequiſitis, quando operatur dependenter à Deo, tunc dependenter à Deo poteſt non operari.*

Hæc eſt vera Liberi, & Creati Agentis Definitio: quam impugnare nemo valeat: & quâ poſitâ corruunt ſuo pondere Argumenta, quæ contra Phyſicas Prædeterminationes conformantur.

SECTIO III.

An contra veram, & certam hanc de Humanâ Libertate Sententiam, militent Phyſico Prædeterminationes, nec non Auxilia, quæ Efficacia, aut etiam Sufficientia *vocantur?*

DCCXCIV.

Unde hæ, quæ impræſenti exhibentur, Definitiones, deſumantur?

HAbeo præ oculis, dum hæc ſcribo, copioſum *de actibus humanis* SYNTAGMA, ante multos annos compoſitum, ex quo ſufficit impræſentiarum ſolas definitiones extrahere. Ergo attende.

Prædeterminatio Phyſica, eſt

Prædeterminatio Phyſica, eſt forma quædam accidentaria (ad Qualitatis Prædicamentum pertinens in multorum ſententiâ) quæ Voluntatem præmovet ad determinatè operandum.

vel Neceſſitans,

Eſt autem Phyſica Prædeterminatio neceſſitas, quæ Voluntatem ad determinatè operandum neceſſitat. Et ipſa, quia ad unum Voluntatem determinat, non componitur cum Libertate.

vel Infallibilitans.

Phyſica verò Prædeterminatio infallibilitans, eſt quâ Voluntas poſitâ, nullam neceſ-

ſitatem

Digitized by Google

ſitatem ſentiſcit, operabitur tamen certiſſimè, ita videlicet, ut quando operetur poſſit non operari.

Auxilium eſt, aut Efficax, aut ſufficiens.

Auxilium Efficax, eſt quædam phyſica Prædeterminatio infallibilitans, & non neceſſitans, quæ dat Cauſæ Liberæ **operaturitatem**.

Hoc ſanè Auxilium carere effectu poteſt, ſed illo nunquam eſt cariturum.

Auxilium Sufficiens, non eſt Phyſica Prædeterminatio, non enim Voluntatem prædeterminat: dat autem Cauſæ Liberæ **Operativitatem** abſolutè: & **Operaturitatem** conditionatè, puta, ſi Voluntas Voluerit. Et, quidem hoc Auxilium talis ingenii eſt, ut habere effectum quidem poſſit, at illum nunquam ſit habiturum.

Subsectio I.

Proponitur Sententia, quæ aſſerit Auxilia, & Phyſicas Prædeterminationes tollere Humanam Libertatem.

DCCXCV.
Vtrùm, qui admittit Efficacia auxilia, poſſit negare Phyſicas Prædeterminationes?

AUxilia Sufficientia, & Efficacia admittunt univerſi Catholici, at Phyſicas Prædeterminationes non omnes. At omittendo Moliniſtas, qui bene diſcurrere videntur, ſi ſemel Scientia Media admittatur, cæteri tenentur admittere Phyſicas Prædeterminationes, ad earum enim cenſum pertinent omnia Auxilia Efficacia.

Vtrùm Divinorum Auxiliorum Efficacia Creatæ Libertati opponatur?

At doctrinam de Auxiliis obverſari omnibus his, quæ de Libero arbitrio dicuntur, contendunt oſtendere Authores hujus Primæ Sententiæ, & argumentantur hoc modo.

Quid in legibus ſuis præcipiat Deus?

Deus non præcipit, ut eum poſſit homo diligere, ſed ut eum diligat, & amet de facto.

At Auxilium, quod vocatur ſufficiens *dat tantummodò* **Operativitatem** (poſſe) *non autem* **Operaturitatem** (operaturum eſſe) poſſe, *non autem* facere.

N.B.
Ad operandum requiritur vel non requiritur Auxilium Efficax.

Ergo Auxilium, quod vocatur ſufficiens, *non eſt ſufficiens ut homo obediat, & ſibi impoſitis præceptis ſatisfaciat.*

Si hoc poſterius dicatur, ſuperflua ſunt omnia Auxilia Efficacia.

Ergo præter Auxilium quod vocatur ſufficiens, *eſt neceſſarium illud aliud Auxilium, quod nominatur* Efficax.

Ergo Homo, quamdiu hoc Auxilium (videlicet, Efficax) *non habet, non peccat.*

Si illud primum dicatur non habet omnia ad operandum prærequiſita, qui Efficax Auxilium non habet.

Ergo nulla in Mundo contra Deum committuntur peccata.

Non ergo eſt Agens Liberum.

Probatur hæc ultima Conſequentia. *Quoniam Homo, vel habet Auxilium* Efficax, *vel non habet.*

Si habet, non peccat. Quicumque enim habet *Auxilium* Efficax, habet **Operaturitatem**; & qui **Operaturitatem** habet, operatur, & de facto elicit præceptam eam actionem, ad quam ab illo Auxilio præmovetur, & determinatur. Et qui actionem præceptam elicit, præcepto ſatisfacit, ac propterea non peccat.

N.B.
Auxilium efficax requiri dicimus, non, ut poſſit operari; & non ut operetur de facto, ſi velit, *ſed, ut perficiatur illa conditio, hoc eſt,* ut velit.

Si autem illud (efficax auxilium) *non habet, non peccat.* Et hoc demonſtratur clariſſimè. Quicumque enim non omittit liberè præceptum actum, non peccat. Qui autem Efficaci auxilio deſtituitur non omittit liberè actum præceptum. Ergo non peccat. *Probatur* Minor. Quoniam, qui non habet omnia ad operandum prærequiſita, non omittit liberè operationem. At, qui Efficaci auxilio caret, non habet omnia ad operandum prærequiſita (quoniam Auxilium Efficax, ut dicebamus; ad operandum prærequiritur.) Ergo, qui Efficaci Auxilio deſtituitur, etſi præceptam operationem omittat, non peccabit.

An peccet, qui actionem præceptam omittit, ſi efficax Auxilium, non habeat?

Subsectio II.

Præcedens Argumentum diluitur.

DCCXCVI.
Aliæ hujus Argumenti ſolutiones apud ſuos Autores videri poterunt.

HOC eſt Argumentum profectò quod ſæpè proponitur, & non ſemper ex legitimis fundamentis diſſolvitur. Unde quia alios Autores poteris in ſuis legere libris, impræſentiarùm tantùm ponam, quo illud modo diluo, quando contra me conformari contingit. Ergo attende.

Illam Majorem, *Deus non præcipit, ut eum poſſit homo diligere, ſed ut eum diligat & amet de facto,* abſolutè concedo.

Quid præſtet Auxilium ſufficiens, & quid efficax: & quo modo inter ſe diſtinguantur?

Subſequentem Minorem, *At Auxilium, quod vocatur, Sufficiens, dat tantummodò* **operativitatem** (poſſe) *non autem* **operaturitatem** (operaturum eſſe,) &c. licèt poſſem abſolutè negare, uberioris, & clarioris doctrinæ gratiâ diſtinguo, & explico, Nego enim illud *tantummodò*. Auxilium enim ſufficiens non dat tantùm **operativitatem**, hoc eſt, *poſſe operari:* ſed ſub conditione dat **operaturitatem**, hoc eſt, *operaturum eſſe.* Non enim dat **abſolutam operaturitatem**, ſed tantummodò **conditionatam**: Ita, ut ſit, ſi velimus: non autem ſit, ſi non velimus. Ergo illius Minoris loco, hæc debet, ut Veritas conſtet, ſubſtitui. *Auxilium quod vocatur* Sufficiens, *dat Homini* **operativitatem** (*hoc eſt,* poſſe operari) *etiam ſi non velit: Et dat* **operaturitatem** (*hoc eſt,* operaturum eſſe) *ſi ipſe velit.* Quamobrem Homini, cui Deus Charitatis habitum impertitur, quamdiù illum retinet, non eſt liberum poſſe actum Charitatis elicere: hæc enim potentia formaliter eſt ipſa Charitas. At ipſi eſt liberum operari, ſi velit: nam Charitatis habitus non infallibilitat, aut neceſſitat hominem, ſed dabit, **operaturitatem**, vi cujus & eliciet actũ, cũ Homo voluerit. At poſito Auxilio Efficaci, non erit neceſſarium, ſed liberum operari de facto: at erit infallibile tunc Hominem operaturum eſſe de facto.

N.B.
Potentia, & Habitus, ſunt quædam Auxilia Sufficientia ad operandum. Dant enim, vel operari poſſe *vel* faciliùs poſſe, *nunquam autem* operari de facto.

Cur Auxilium ſufficiens, tale nomen habuerit?

DCCXCVII.
Vtrum Auxilium Efficax ſit ad operandum neceſſarium?

Conſequentiam illatam; videlicet, *Ergo Auxilium, quod vocatur* Sufficiens, *non eſt ſufficiens, ut homo obediat, & ſibi impoſitis præceptis ſatisfaciat,* rotundè nego. Quoniam illud Auxilium ſufficiens (ideò enim tale nomen ſortitur) ſufficit, ut Homo, ſi voluerit, operetur de facto. Unde ſi non operatur, non oritur ab Auxilio illa Omiſſio, ſed à ſolâ Voluntate Omittentis.

An, qui caret Auxilio Efficaci non peccet?

Et hinc patet Primò debere Conſequentiam immediatè ſubſequentem negari. Erat illa. *Ergo præter Auxilium, quod vocatur* Sufficiens *eſt (ad operandum) neceſſarium illud aliud Auxilium, quod nominatur* Efficax, *&c.* Et falſam eſſe iſtam Conſequentiam pronuncio

Digitized by Google

cio: non enim neceſſaria ſunt Auxilia Efficacia, ut ſtatim videbimus.

Et hinc patet ſecundò, alias etiam duas Conſequentias, quæ ſubinferuntur [nimirùm *Ergo Homo, quando hoc Aliud (videlicet, Efficax) non habet, non peccat*. Nec non. *Ergo nulla in Mundo contra Deum committuntur peccata*.] debere abſolutè negari.

Cur peccet, qui rem præceptam omittit, quando Efficax auxilium non habet.

Subſumebatur. *Homo, vel habet Auxilium* Efficax, *vel non habet*. Ponamus hoc ſecundum: peccat enim actum præceptum omittendo, etiam quando Efficax Auxilium non habet. Et hanc ob rem debet negari illa ſubſumpta. *Si illud (efficax Auxilium) non habet, non peccat*.

Ad Probationem concedi debet major, *Quicumque enim, habet Auxilium efficax, habet* operaturitatem *& qui* operaturitatem *habet, operatur*, &c. Et negari ſimiliter debet altera Minor. *Qui autem efficaci auxilio destituitur, non omittit liberè actum præceptum*. Quoniam, qui omittit actum præceptum, ſi habeat Auxilium ſufficiens, etſi efficaci careat, omittit liberè.

Verùm, qui habet Auxilium ſufficiens, habeat omnia prærequiſita ad operandum?

Ad hujus Minoris probationem, neganda eſt illa Minor, *Quoniam, qui non habet omnia ad operandum prærequiſita*. &c. Hanc autem negari debere Minorem, perſuadetur clariſſimè. Ille enim, qui ſufficienti Auxilio prævenitur, etſi Efficaci careat, habet omnia ad operandum neceſſaria, omnia prærequiſita, quoniam ipſummet Auxilium Sufficiens, ſi Voluntas voluerit, dabit *facere*.

Inferes. Ergo inutile eſt Auxilium Efficax, ſiquidem ipſummet Auxilium Sufficiens dat *poſſe*, & *facere*

Exponitur differentia, quæ inter Auxilium Efficax, & Sufficiens intercedit.

Et ego nego Conſequentiam, Quoniam Auxilium ſufficiens dat *facere* conditionatè, videlicet, ſi humana voluntas voluerit. Et auxilium efficax purificat hanc conditionem, præſtat enim, ut Humana Voluntas, non quidem neceſſariò, ſed liberè, & infallibiliter velit.

SECTIO IV.

Utrùm concurrat Deus ad materiale peccati.

DCCXC VIII. Deum concurrere ad formale peccati, Hæretici tantùm affirmant.

NON agitur de Concurſu ad formale: quoniam Opinatio, quæ illum admittit, impia eſt, & ab Hæreticis ſolùm admiſſa.

Eum ad materiale concurrere, probabiliter dicitur.

Sanè Divinus ad peccati materiale Concurſus, non ſine Sancto Thomâ à Novitiis Theologis universim admittitur, & tametſi eorum Sententiam probabilem judicem, eamque (prout tulerunt tempora) pluries defenderim in publicis Diſputationibus ſuavius, & Divinæ Puritati conformius, impræſentiarùm judico, hujuſmodi Concurſum negare, aſſerendo, Peccatum, tam pro formali, quàm pro materiali in purâ negatione conſiſtere; & inferendo, ſic ut Deus eſt Cauſa-prima in efficiendi genere, ſic & Creaturam eſſe Cauſam-primam in genere deficiendi.

Nos autem hoc ipſum negamus.

Syntagma De actibus humanis, *eſt liber Autoris nondum editus*.

Hanc in Syntagmate *De actibus Humanis*, uberiori diſcurſu Controverſiam ediſſero, pleraſque omnes Sententias (ſunt enim multæ & variæ) quæ Innocentiam Bonitatis Divinæ, cum Concurſu ad Peccati materiale componunt, medullitùs diſcutiens & examinans. Nunc autem (nam me brevitas adjuvat) omnia ad unam aut alteram Concluſionem reducam. Et erit

PRIMA,

Liberum duplex eſt alterum in ſe, & alterum in cauſa.

A*Ctus liber eſt duplex; alius in ſe, alius in causâ. Ille eſt qui elicitur cum indifferentiâ: qui videlicet ità elicitur, ut potuerit non elici. Hic autem eſt, qui actum liberum in ſe neceſſariè ſequitur, aut comitatur*. Pono exemplum clarum, & pervium, ut hanc Concluſionem dilucidem.

Concluſio præcedens exemplo opportuno illaſtratur.

Cajus inimicus Aurelii ſumit baliſtam militarem, ut eum occidat. Nervum trahit; ſagittam debito in loco ponit; in Aurelium collineat, & tandem ſolius indicis motu ſolvit baliſtam, & ſagittam explodit. Hæc omnia Cajus liberè, ſed nondum Aurelius eſt tactus. Volat per aërem ſagitta exploſa, Aureliumque trajicit, & occidit. An ſagitta erit rea? minimè. Ipſa caret libero arbitrio ſemel exploſa, volat neceſſariò per aërem: & neceſſariò hominem, in quem collimatur, tranſverberat. At Aurelius eſt occiſus. Quis ergo homicidii erit reus? An-ne Cajus? *Reſpondet Titius*: Videretur, quòd non: quoniam ultimus actus liber, quem elicuit, fuit movere digitum, & illum movendo inſtrumentum militare diſſolvere. Cætera, quæ poſt hanc digiti motionem acciderunt, ſunt neceſſaria, & à Caji arbitrio, & voluntate non dependent. At poſt illam motionem digiti cædes Aurelii accidit? Cajo ergo illa imputari non debet. *At univerſi dicimus, Titium decipi*. Nam cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, ut Theorema morale præſefert. Et Cajus cauſa fuit, ut illa ſagitta diſploderetur. Ergo ille ſagittæ motus fuit liber Cajo, potuit enim baliſtam non diſſolvere, & ſi hæc non fuiſſet diſſoluta, nec volaret ſagitta, nec occideretur Aurelius.

Proponitur quædam Objectio.

Propoſita Objectio diſſolvitur.

Altero exemplo eadem Concluſio dilucidatur.

Alium Caſum propono. Exſilit Gnidius ex altiſſimâ turri; & in terram lapſus impetu illiſus, oſſibus fractis periit, An ſe ipſum occidiſſe cenſendus eſt. *Dicet hic etiam Titius*, Videretur quòd non. Quoniam ſaltare tantùm fuit Gnidio liberum; & ſaltare non eſt malum; quia nullâ lege (Divinâ, aut Humanâ) interdicitur, Poſito ſaltu cætera neceſſariò ſequuntur; & in neceſſariis, nec meretur, nec demeretur homo; ut poſt alios Pontifices nuper Innocentius X. contra Janſenium definivit. Non ergo, inculcat Titius, propria mors poterit Gnidio imputari, *At etiam hic univerſi dicemus, Titium decipi*. Quoniam ſaltum lapſus, & præcipitatio, fractio oſſium, & mors neceſſariò ſequuntur. Omnia hæc erant Gnidio præviſa. Ergò cùm ſaltum, ex quo omnia hæc neceſſariò ſequebantur, liberè poſuit, in causâ hæc omnia poſuit: adeoque omnia illi imputari debebunt. Saltus ergo fuit Gnidio liber in ſe ipſo: lapſus, præcipitatio, mors, & quæcumque alia fuerint neceſſariò ſequuta, fuerunt libera in causâ; hoc eſt, in ſaltu.

Objectio.

Objectionis Reſponſio.

Neceſſitas in ſe, ſi ſit libera in cauſa, à peccato excuſare non poteſt.

Et ne aliquis ex bonâ & ſincerâ doctrinâ ſumat occaſionem errandi, ad Innocentii X. autoritatem reſpondemus diſtinguendo illam Propoſitionem, *In neceſſariis nec meretur*, nec

non demeretur homo, quoniam ſi intelligatur de iis, quæ nec in ſe, nec in cauſâ ſunt libera, eſt contra Propoſitionem XXXIX. Michaelis Bayi, & contra ea, quæ Janſenius *tom. 3. column. 624. 632. & 667.* & ſæpè alibi tradit; à Pio V. Gregorio XIII. & tandem ab Innocentio X. definita, & Eccleſiæ ut credenda propoſita, & à Catholicis univerſis admiſſa. Cæterùm, ſi intelligatur de iis, quæ ſunt neceſſaria in ſe, ſed libera in cauſâ; hoc illam ſenſu dicimus eſſe hæreticam, & Innocentio Papæ impudenter affingi. Quoniam Petrus, qui die feſto vadit dormitum & de facto dormit, quando debebat Miſſæ ſacrificio intereſſe omittit neceſſariò Miſſam (omittit enim illam dormiens) & tamen peccat; quia hæc omiſſio, quæ eſt neceſſaria in ſe, erat libera in cauſâ; potuit enim Petrus vigilare, & non ire ad lectum, ut dormiret, &c.

Quando aliquis dormiendo omittit miſſam, illa omiſſio eſt libera in cauſa.

SECUNDA.

DCCIC. De Divinæ gratiæ neceſſitate.

NUlla tentatio quantumvis parva vinci poteſt, abſque ſpeciali gratia per Chriſtum danda auxilio. Ità Bellarminus *libr. 5. de grat. cap. 7.* Vaſquez *in 1. 2. diſp. 189. cap. 8.* & alii. [Scio aliquos non ita generaliter loqui, ſed meo præſenti intento eſt hæc Reſolutio accommodatior.].

Sine gratiæ auxilio nulla tentatio, quàtumvis parva, vinci poteſt.

Probatur primò ex Sacris Literis. Dicitur enim Pſalm. 12. *In te eripiar à tentatione*. Et Matth. 6. *Ne nos inducas in tentationem*. Unde Concilium Arauſicanum canon. 22. *Nemo habet de ſuo niſi mendacium, & peccatum*.

Secundò ex Patribus. Poſſem multos adducere, ſed præ cæteris autoritas Auguſtini ſufficiat, quoniam *lib. 22. de Civit. cap. 13.* ſic ſcribit. *Ne in hoc bello laborum, periculorumque pleniſſimo, vel de viribus noſtris ſperetur facienda victoria, vel viribus noſtris facta tribuatur; ſed ejus gratia, de quo ait Apoſtolus. Gratias autem Deo, qui dat nobis victoriam per Dominum Noſtrum Jeſum-Chriſtum*.

Sine concurſu Dei nihil poſſumus facere.

Et hanc veritatem ipſemet Divinus Doctor firmat, proponens verba Chriſti; *Quia ſine me nihil poteſtis facere*: Quàm ſententiam, licèt clariſſima videri poſſet, *tract. 81. in Joann. ſub med.* hoc Scholio dilucidat. *Ne quiſquam putaret, ſaltem parvum aliquem fructum poſſe à ſemetipſo palmitem ferre: cùm dixiſſet, Hic fert fructum multum, non ait, quia ſine me parum poteſtis facere, ſed, Nihil poteſtis facere. Sive ergo parum, ſive multum, ſine illo fieri non poteſt, ſine quo nihil fieri poteſt.* Nec patiar hæc Redemptoris verba eorumque ab Auguſtino appoſitam illuſtrationem de ſimultaneo Dei concurſu explicari, aut intelligi; agunt enim de Gratiâ Supernaturali, & Auxiliis Divinis.

Joann. cap. 15.

Et tertiò probatur ratione. Nam poſt Adæ lapſum manſit in nobis liberum arbitrium ita vulneratum, & infirmum, ut niſi auxilium Dei accedat, ſit à Dæmone in quâcumque tentatione vincendus.

Liberum hominis arbitrium manſit vulneratum & infirmũ poſt Adami peccatum.

TERTIA.

IN ſtante quocumque præcepto dat ſemper homini Deus ſufficientem gratiam: nempe proximã aut remotam. Et quid ſi neutram daret? *Homo ſufficientis gratiæ deſtitutus auxilio, cederet neceſſariò tentationi: & quia neceſſariò cederet non peccaret*.

[Jàm ſcio, contrà *Gratiæ ſufficientis* vocabulum impatiens vociferatur Wandrochius & *in ſuâ Morali, & Politic. diſciplin. Epiſt. 1. not. 4 & Epiſt. 2. not. 1.* carpit Alvarezii diſcipulos, quòd utantur nomine, quod nec in Sacrâ Scripturâ, nec in Doctorum Veterum Voluminibus legitur. Ejus nihilominus vociferatio, tametſi Eraſmi illum Ciceronianum, qui barbariſmis accenſebat univerſas dictiones, quæ in Tullii non leguntur Operibus; me morari non poterit, qui ſiquidem in hoc toto Libro, ut res antiquas explicem, quas nomina propria deficiunt, novis ſtudeo inveniendis vocabulis, laudabo Alvarezii diſcipulos, aut quicumque illi fuerint, qui novum nomen *Gratiæ ſufficientis* invenerint. Dicamque cum D. Auguſtino Redingo *tr. de Scientiâ Dei diſp. 5. art. 5. contr. 8. pag. 219. a.* [Ut ut illud nomen nõ fuerit in uſu apud Antiquos Theologos, nihilominus, quia Veritatis ſcrutatorem, non admodum de nomine, ſed de re oportet eſſe ſollicitum, monente etiam Philoſopho, loquendum eſſe cum multis, ac ſentiendum cum paucis, idcircò nomine *Gratiæ ſufficientis* cum D. Auguſtino *in qu. 2. ad Simplicianum lib. 1.* intelligimus Vocationem Dei quæ non eſt ſecundum propoſitum electionis, ſeu Prædeſtinationis, &c.] Sed quia hæc ſufficiunt adnotaſſe de nomine; ad rem veniamus. &c.] Et, ut rem dilucidet, pergit Reding. & ait [Sanè hæc noſtra Concluſio ſub his terminis poſita, eſt communis & à Soto *lib. de natur. & grat. cap. 18.* Suarezio *lib. 4. de prædeſt cap. 3. nu. 9* Franciſco de Lugo *diſp. 43. cap. 2. num. 20.* Joanne de S. Th. & aliis traditur. Illam *tom. 3. q. 3. art. 2. controv. 2. num. 4. pag. 77. a.* recenſet, & probat D. Redingus his verbis. [Fundamentum deſumitur tum ab autoritate; nam Eccl. 15. habetur. *Non dicas per Deum abeſt*. Unde de ipſo etiam Pharaone obdurato S. Auguſtinus *lib. de prædeſt. & grat. cap. 14. ait. Sic piè de Deo ſentiamus: Etiam Pharaoni non denegavit miſericordiam ſuam*. Et infrà. *Numquid non potuit ſicut flagellis eodem expulit populum, ita miraculis credens Deum tanta virtutis agnoſcere*. Tunc ex ratione, Quia deficiente ſufficiente gratiâ, deficit adjutorium, *ſine quo non poſſumus*; At deficiente potentiâ operandi nequit ſubſiſtere libertas. Ergo.]

N.B. *Tanta eſt Dei clementia, & in auxiliorum ſubminiſtratione liberalitas, ut ipſiſmet Dæmonibus auxilia ſufficientia exhibeat afferente* Redingo tom. 3. pag. 77. b.

An, qui careret auxilio ſufficiẽti peccaret?

An nova liceat invenire vocabula?

Vtrùm nomen *Auxilium ſufficiens* ſit novũ?

Quod *ſufficiens auxilium* hodie dicitur, *vocatio* Auguſtini tempore dicebatur.

Auxilium Dei ad ſingulos actus Auguſtinus requirit.

Etiam ipſi Pharaoni Deus auxilia ſufficientia conceſſit.

Poſteà ponit ſuam Concluſionem; & poſteriorem partem noſtræ probaturus ſic inquit. [Deus non jubet impoſſibilia, ut ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. cap. 11.* At ſine viribus phyſicè ſufficientibus impoſſibilis eſt legis alicujus, hic & nunc obligantis adimpletio. Unde pro inſtanti, quo legis alicujus naturalis obligatio actualiter aliquem afficit, præter intrinſecas voluntati innatas vires ad legis hujuſmodi honeſtatem proſequendam de ſe ſufficientes, oportet ex parte intellectûs excitari cogitationem honeſtatis ejuſmodi, ac neceſſitatis legis ſufficienter repræſentativam; cum ſine tali cogitatione vires voluntatis innatæ ita manerent ſopitæ, ut impoſſibile foret ipſas exire in actum, nec adeò ſtaret tunc legis obligatio. Unde hujus tranſgreſſio foret tantùm [*] materialis, nec imputari moraliter poſſet ad culpam, & pœnam Divo Auguſtino *lib. de grat. & liber. arbitr. cap. 68.* at-

Impoſſibilia Deus, nec præcipit, nec præcipere poteſt.

*] *Eſt probabilis & valde communis opinio, ad mittens materialia peccata: At illa ex aliis opinionis fundamentis* in Dialexi de Non certitudine *à nobis probabiliùs negantur*.

te-

teſtante. *Quod neque impoſſibile potuerit imperare, qui Juſtus eſt; nec damnaturus ſit hominem pro eo, quod non potuit vitare, qui pius eſt.* &c.

QUARTA.

DCCC. Homini eſt liberum uti, & non uti gratia.

OMNI homini Deus (1) quoties inſtat operandi præceptum, gratiam præbet & exhibet ad non peccandum. (2) Illâ homo (eſt enim Agens liberum) uti, & non uti poteſt. (3) Si utetur, ſatisfaciet præcepto, & non peccabit. (4) Si non utetur illâ, rapietur à concupiſcentiâ, ſuccumbet tentationi, & peccabit. (5) Ergo non uſum Gratia, omnia poſitiva, quæ in peccato reperiuntur neceſſariò ſequentur. (6) Ergo tota materialis, & formalis peccati ratio in omiſſione (nimirum, in non uſu gratiæ) conſiſtit. (7) Atqui ad omittendum, ſeu deficiendum non concurrit Deus. (8) Non igitur concurrit Deus, aut ad formale, aut ad materiale peccati.

Octo partes habet iſta Concluſio: quæ ex dictis neceſſariò inferuntur; & ideò, quoniã à Doctis legor, ulteriori probatione, & illuſtratione non indigeo. Cæterùm, ſiquis exiſtimet, hanc ipſam Concluſionem ulteriori probatione indigere, legat meum Syntagma *De actibus humanis*, quod citavi, ibi enim omnia radicitùs explicata reperiet.

N.B. *Ex hoc fundamento admitti, & propugnari poterunt* Prædeterminationes phyſicæ neceſſitantes, *ſemper, quæ recipiantur & retineantur liberè; at, ſi ſemel receptæ ſint, neceſſariò operentur.*



LEPTOTATI INDEX CRITICVS.

Numeri ſunt Marginales.

A

AMpliatio, quæ apud Logicos Figura ſit? 105
Nominis Analogia expoſitio. 320
Analphabetos, quid ſit? 153
Quid ſignificat præpoſitio Ante, quando dicimus, ante creationem Mundi fuiſſe Deum? 556
Aoriſtus dividitur. 116
Aoriſti Græcorum non pertinent ad tempus futurum. 19. An ſint perfecti? An æquivaleāt Præteritis? An Aoriſti primi à Præteritis, & Secundi à Futuris abſtrahantur? An aliàs nullo modo differant inter ſe? 116
Articuli poſitio aut omiſſio quid importet? 63
Athesis, quæ ſit? 399

C

CAllographia, quid ſit? 20
Canones Dialecti metaphyſica, quales? 43
Continere formaliter, quid ſit? & quid continere eminenter? 53
Correlativorum connexio. 406
Creare, utrùm ſit Semere? 119
Creo, quid hodie ſignificet, & quid olim ſignificaverit? 581

D

Δια, quid in compoſitione præſtet? 581
Διαδοσις, quid ſit? 581
Dialectus iſta nova, quàm brevis ſit & facilis? 43.
De Dictionum differentiâ. 67
Dimanare quid ſit? An ſit inferre? 94
S. Dionyſius, an bene fuerit in linguam Latinam tranſlatus? 453.458.
Diphthongorum prolatio, an ſit imperfecta? 107

E

Eἰμὶ verbum Subſtantivum, an & cur Aoriſtos apud Græcos non habeat? An interdum ſumatur activè, & regat accuſativum? 116
Ens & Res, an & quomodo differant inter ſe? 358
Nominis Ens rationis varia ſignificationes explicantur. 171.
Ἐντελέχεια, quid apud Ciceronem ſignificet? 34
Entitas quid ſignificet? 435
Epithetum, quid ſit, & unde dicatur? An ſub eo ſemper Subſtantivum ſubintelligatur? Sed quodnam debet impræſentiarùm ſubintelligi? Id Lectoris dignationi relinquitur. 7
Verbum Eſt, an & quando careat tempore? 77. An negativè? An hypotheticè illud includat? 78
Particula &, quænam in Oratione conjungat? 179
Exemplum, in bonam-ne partem, an in malam ſumatur? 446.

F

NOmina Finitum & Infinitum dilucidantur. 250
Futurum Indicativi interdum pro Imperativo uſurpatur. 498

G

G Literam à C diſtinctam Spurius Corvilius invenit. 15
Grammatica hæc nova, quid præſtet? An ſit omninò neceſſaria? 2

H

HElohim, quod nomen, nam plurale eſt, tres perſonas inſinuare videtur, cur apud Hebræos, poſtulet Verbum ſingulare? 117

I

IDioma Latinum laborat terminorum penuriâ. 43
Inter Idioma, Dialectum, & Paragloſſam, quænam differentia ſit? 37
יהוה, nomen Dei proprium, an ab eſſendo dicatur? 98. Quomodo proferendum ſit? Quid ſignificet? 117
Inermis quid ſit? 153

K

K A Latinis olim in tribus nominibus tantùm ſcribebatur. Sed in quibus? Quis fuerit primus, qui literam hanc invexerit in Abecedarium? An qui hac literâ utatur, reprehendi poſſit? 14

L

Λεπτός, *quid, & quid* λεπτον *ſit?* 6

Λεπλοτατιότερος, *quid ſignificet?* 587

Lingua Civilis, & Politica habet ſufficientia vocabula. 17

Lingua Latina, ita neceſſarios terminos, ut Philoſophica tractet, non habeat? 18. *An hujus morbi alicujus remedii ſint capaces?* 42

Lingua Græca ne, an Latina latiùs pateat? 44

Lingua Græca, quàm ſit nobilis? 44. *An ſit capax, ut explicet Philoſophicas difficultates?* 45

Lingua Hebræa, qualis ſit? Quis fuerit in eâ Nomenclator? 534.

Utrùm in Linguâ Græcâ & Latinâ, ſicut ex Poſitivis, ſic etiam ex Comparativis, & Superlativis nova Comparativa, & Superlativa deducantur? 587

Utrùm, quæ in unâ Linguâ tolerantur, poſſint in aliâ reprehendi? 15

Linguæ, quæ ex Babylonicâ confuſione reſultarunt, an fuerint ſub initium perfectæ? 97

Litera nova, quæ? 11

An detur aliqua litera media inter M & N? 24.

Quæ ſit litera illa, quæ ſecundo in loco profertur in ἄγγελος? 24

De literâ Anonymâ. 23

De literâ, quæ ſonat inter G, *&* N. *ibid.*

De literâ Adulterinâ N. 24

Literæ ſub initium in quâcumque linguâ paucæ fuerunt. 15

Literæ Hebraicæ, quot ſub Mundi principium fuerint? An illæ, quæ in primo Canone Alephbethi ponuntur? 21

Literæ claſſis ejuſdem, quomodò & quando inceperunt ſecerni? 22.

Literæ novæ à Claudio inventæ, an fuerint neceſſariæ? 23

Literæ à Childerico inventæ, quænam fuerint? *ibid.*

An plures literæ ſint in Linguâ Latinâ, quàm in calamo? *ibid.*

Λόγος, *an præceptum ſignificet?* 5

M

Metaphora quid ſit? An Metaphora in Picturis locum habeant? 139

Metonymia, quid ſit? *ibid.*

Modi Perfecti, cur Vocalibus puris ſignificentur? Cur diphthongis Imperfecti? Cur litera Y fuerit adſumpta? 106

Multitudo quid ſit? 153

N

Nomen in Subſtantivum & Adjectivum dividitur. 336

Nomen adjectivum, cuinam Subſtantivo adhæreat? 127.

Nomina collectiva, quæ carentias, aut negationes ſignificent, utrùm dentur? 153

Noſco, & Cognoſco, *unde Latinus Nomenclator acceperit?* 459

Νοῦς *quid ſignificet?* *ibid.*

O

Ὤν, *an ſit Participium omnium temporum?* 98

Oratio prima activa, quæ? 39

Orationes Activæ, an benè in Paſſivas à Grammaticis converti ſoleant? 113

Orthographia, quid ſit? 13

Orthologia quid ſit? 20

Οὐσία *nomen Græcum, eſt æquivocum.* 382

P

Παρά, quid in compoſitione ſignificet? 459

Παραγειν, *quid ſit?* 259

Παράγω, *quid ſignificet?* 459

Participium verbo, & cur Articulus Participio adjungatur? 48.

Ph, *an potiùs* F *in aliis Linguis pro Græcâ* Φ *ſcribi debeat?* 13

Petere veniam, *quid ſit?* 103

Petere Templum, *quid?* *ibid.*

Prævidentia, & Providentia, quomodò differant inter ſe? 788.

Cur ſicut prævidere *dicimus, non poſſimus dici* poſtvidere? 41.

Πρᾶξις, *quid ſignificet?* 511

Πρό *quid in compoſitione ſignificet?* 460

Pſalmi 2. verſ. 7. dilucidatur. Cur verbum de præterito per adverbium de præſenti modificetur? 120. *Et cur etiam Verbum de præſenti Adverbio de præterito afficiatur?* 121

Pullulare, quid ſit? 364

R

Radix illativa, an, & quomodò debeat præcedere? 95

An radix debeat præexiſtere, ut aliquid ab illâ dimanet? 94

Nomen Ratio, *quid ſignificet?* 171

Reciprocum ſe, *an Perſonæ ſignificet identitatem?* 128

Res, unde dicatur? An à reundo, an a ratificando? 113. *Exponitur Etymologia.* 293

Rhabdologia, quid ſit? 28

De ſignificatione verbi Ruſticor, aris. 158

S

Samo *verbum, an & cur per tempora non conjugetur?* 119

Samere *quid ſit? Eſt actio propria Dei.* *ibid.*

Samere, *&* Semere *quomodò differant inter ſe?* 364.

Sare, *quid ſit?* 519

Sare, *&* Sere *ſi ſint infinita, an coincidant?* 97

An diſtinctionem inter Sare, *&* Sere *benè ponant Philoſophi, tametſi utantur aliis verbis* 151

Utrùm inter Sare, *&* non Sere *detur Contradictio?* 412.

Compoſitio ex Sare *&* Sere, *quomodò fiat?* 299

Quomodò ex Sare *ipſum* Sere *neceſſariò inferatur?* 412

Sano *&* Sabile, *an-non differant inter ſe?* 424

Semere *quid ſit?* 119

De Senſuum verbis. Quem caſum regant? 64

Speciem conſequi, quid ſit? 194

Spicio, *verbum antiquatum, quid ſignificet?* 446

Sum *quid in Lingua communi ſignificet?* 104

Sum, *an & quando regat accuſativum? Quando ablativum?* 54. *Activa hujus verbi acceptio ſignificantiſſima. An homo ſit aliquando rem?* 55

De Verbo Sum, es, eſt, *diſputare, an-ne puerile ſit?* 15

Sum *an ſit nomen Dei?* 99

An vocula Sum *præteritum, præſens, & futurum ſignificetur?* *ibid.*

Sum, *quid in Metaphyſicâ Dialecto importet?* 104

Sumere *quid ſignificet?* 130

Sure *quid ſit? ibid. An prædicetur æquivocè?* 103

Sym *&* non Sim, *cur ſcribatur?* 46

Symere, *quale verbum ſit? An habeat tempora? Caſuinam conveniat? Et cuinam* Symi? 120

Quod ſit diſcrimen inter Symere, *&* Semere? 126

Syre, *quid ſit?* 97

Cur

Cur hoc Syntagma non nominetur πεντάφυλλος? 4. *Cur non dicatur* πεντάγλοττος? *Cur non* πενταλογος? *Quanam ſint illa quinque vocula, qua in hoc libello edisserun-tur? An debeat nomen militare ſortiri? An, & cur egeat autoritate? An & cur viribus?* 5
Cur hujus ſyntagmatis Pars, dicatur Μεταλογική? *An in illo, non vocum modò, ſed & rerum, & conceptuum propagetur Theſaurus?* 1

T

T*Empus Indefinitum* Sum *an ſub distinctione, Præteriti, Præſens, & Futurum ſignificet? An indefinitè?* 104
Terminus, *an ſit vox nova?* 34
Θεολογος *quid ſignificet?* 32
Θεὸς, *unde dicatur?* 35
Nominum Θεὸς & Deus *ſignificatio apud Ethnicos Græcos, & Latinos ignota.* 391
Adverbia tranſitivè, & intranſitivè *quid ſignificent?* 171
Tranſlationes, & Metaphora, an in ipſomet intellecta locum habeant? 140

V

V*Erbum Subſtantivum, an defectivum ſit? Cur Nomenclator in hujus Verbi promotione deficiat? An Nomenclatoris nomine Vulgum intelligamus?* 17. *An, & quandò activè, aut paſſivè ſumatur? An ſit aquivocum?* 47. *Quot modis ſumatur?* 54. *Quid ſignificet, ſi ſumatur activè?* 72. *An ſumi poſſit activè?* 118. *An & quando ſit activum, & cum Accuſativo conſtruatur? An habeat Paſſivum?* 253.
De ejus Diſtributione. 79. *An & cur fuerit neceſſarium Verbo Subſtantivo* ἀόριστον *tempus indeterminatum, & indefinitum addere?* 494
Verba, qua ſignificent cum omnibus temporibus copulativè, an dentur? 105
Verba ambigua, an à perſonâ loquente reſtringantur? 116
Verba minus culta, an aliquando ſint cultiſſimis ſignificantiora? 3
Quanam ex Verbis Neutra, Activa, aut Paſſiva dicantur? 47
Verſiones Vulgati, & Montani, in quo differant? 63
Vocabula nonnulla Hebraa exponuntur. 235
De Vocabulorum interitu & palingeneſiâ. 37
Vox aquivoca, an aliquando plura ſignificet? 103
De Vocibus Compoſitis. Quando pars earum prior, & quando poſterior accipiatur in recto? 32
Quando ſit, & quando non ſit cura habenda de vocibus? 65



LEPTOTATI
INDEX RERUM.

Omnes Numeri ſunt Marginales.

A

ACcidens dividitur. 81
Acciden Logicum, quid ſit? 381
Accidens Phyſicum, quid? ibid.
Accidens, an ſit verè Ens, an verò tantummodò Entis Ens? 237
An Accidens ſecundum rationem differentialem, quâ conſtituitur, dependeat à ſubſtantiâ; an verò ipſamet ratio Entis, quæ in accidenti clauditur, à ratione Entis, quæ in ſubſtantiâ reperitur, dependeat? 237
Accidens, an ſit conceptus tranſcendentalis? An, & quando præſcindatur? 330
Accidens, quomodò prædicetur de novem Prædicamentis Accidentalibus? ibid.
De Accidentis eſſentiâ, 112. Hanc non cognoverunt Ethnici, nec hodie, plerique Hæretici cognoſcunt. ibid.
Accidentia, an dicenda ſint ſare, ſere, an ſaire, & ſeire? ibid.
Accidentia, an vocari poſſint τα' ὄντα? 337
Accidentia, an & quomodo Entia ſint? 329
Cur Accidentia Bagattæ ſententiâ conſervari ſine ſubjecto poſſint, & Formæ corporeæ ſubſtantiales non poſſint? 360
Accidentia Euchariſtica, an uniantur Corpori D. N. Jeſu Chriſti? An exiſtant exiſtentiâ ejuſdem? 376
Accidentium eſſentia, an ſit imperfecta? Cur *Entium Entia* nominentur? 109
Actio, Paſſio, & Fieri, quid ſint? 129
Actio creativa, an ad Eſſentias, an verò ad Exiſtentias terminetur? 76
Actiones reales, & Intentionales, quomodò diſtinguantur? 40
Actualitas duplex? 96
An res à ſuâ differat actualitate? 88
Actus directus & reflexus, an realiter diſtinguantur? 205
Actus entitativus, quid ſit? 347
An poſſit dari actus entitativus, qui ad aliquam ſpeciem non pertineat? 349
Actus eſſendi duplex. 326
Actus intelligendi, an ſit Ens rationis? 372
Actus Logicus quid ſit? Quid Phyſicus? Quid Metaphyſicus? Quid Entitativus? 338. Utrùm ſit bona conſequentia, *Datur purus actus, ergo debet dari pura potentia?* 339.
Actus Logicus, an ſine exiſtentiâ intelligi poſſit? An etiam actus Phyſicus? An ſimiliter & Metaphyſicus? 350
Actus liberi, cur ſint futuri? & cur præcognoſcantur? 556
Actus mentis, an ſint qualitates, an modi? 412
Adamus, an, & quomodò nomina animalibus impoſuerit? 99
Adoptivus, quis dicatur? 316
Quid præſtari debeat, ut æquivocationes vitentur? 171.
Æternitas, quid ſit? 290. 484. An ſucceſſionem habeat? 110.
Æternitas Dei, qualis ſit? 295
Æternitas hypothetica, quid ſit? 159
Æternitas intrinſeca, quid ſit? 536
An poſt Boëtium, & D. Thomam adhuc maneat in obſcuro, quid ſit æternitas? An ſine cæleſti luce non poſſit intelligi? Quæ fuerit Cajetani ſententia? Quid de illâ Amicus ſentiat? 534
Æternitas, quid ſit ad mentem D. Hieronymi? An tota ſit unum ſimpliciſſimum *nunc*? 291
Æternitas, an ſit ſubſtantia? 545
Æternitas realiter indiviſibilis eſt, hypotheticè diviſibilis 550.
Æternitas, quomodò ſit ſimul diverſis temporibus præſens? 569. Ejus primum fundamentum, an ſit ſacre. 573
Æternitatis imperfecta diviſio. 110
An adſignari poſſit aliquid, quod caruerit principio, & tamen eſſe aliquando deſierit? An benè Baſilius citetur? ibid.
An Animæ, & Corporis ſimilitudine, ut Æternitatem, & Tempus dilucidet, uſus ſit D. Thomas? An ſaltem Thomiſtæ ejus diſcipuli? 540
De quâ Æternitate, an de Categorematicâ, an verò de Syncategorematicâ diſputent Scholaſtici, quando inquirunt, *An Mundum Deus producere potuerit ab æterno?* 159.
An & qualem diſtinctionem habeant inſtantia in æternitate Divinâ? 536
Quæ differentia videtur intercedere inter *ab æterno*, & *æternaliter*? 292
Fuiſſe ab æterno poſitivè, aut fuiſſe negativè, quid ſit? 480.
Affirmatio & Negatio, an de eodem ſubjecto ſingulari verificari poſſint? 124
Quid requiratur, ut aliquid affirmetur, aut negetur? ibid.
Agens, an quando operatur, poſſit non operari? 793
Agentis liberi Definitio. 792
Agere & pati, an ad res exiſtentes pertineat? An etiam talem Locum, vel Situm, vel certè tales veſtes habere? 327.
Alexander, quid *Deum* nomine intelligebat, quando ſe *Deum* vocari jubebat? 391
Dn. Alvarus de Lunâ, quis & qualis olim fuerit? 2
Amor neceſſarius, an poſſit vocari *Praxis*? 517
Analogia, an Univocationi opponatur? 330
Reverendiſs. P. Andræas Mendus laudatus. 396. Quanti eum faciat Caramuel? 399
Angelus, quomodò cognoſcatur? 140
Angelus, an & quomodo duret tempore corporis? 115

An-

Angelus per modum adoleſcentis conceptus, an ſit Ens rationis? 199
Angelus, an à cognitione naturali Dei ceſſare poſſit? An à rerum naturalium cognitione? 213
An præterita, præſentia & futura ſint Angelo præſentia in hoc *nunc* æviternitatis? 558
Angeli, an habeant propriam Ubicationem? An ſint in loco per operationem? An per aliquid prævium operationi? An per unionem? 114
Angeli, cur dicantur per inſtantia durare? 115
Angeli, an Negationes cognoſcant? 145
Angeli, utrùm faciant Entia rationis? Utrùm poſſint præſcindere? An poſſint in intellectione ceſſare? 213
Angeli, an diem Judicii cognoſcant? 309
Angeli, an in Subſtantiæ Prædicamento collocentur? 313.
Angeli, quomodo cognoſcant res? 441
De Angelorum Ubicatione, & Duratione. An unus & idem locus, qui circumſcribit Corpus, definiat Angelum? 114
Angelorum cogitationes, an tempore durent? 558
An negare dari Angelos poſſit, qui illos non concipit? 540.
Anima rationalis, quid ad mentem, aut ad delirium Galeni ſit? 377
Anima rationalis, an ſit Forma aſſiſtens? Opinatio Platonis. An & quamdiu illam habuerit Ariſtoteles? Cur uni & ſoli Animæ rationali Immortalitas conveniat? An ſententia quæ docet præter Humanam cæteras Animas accidentarias eſſe, ſit tolerabilis? 378
Anima rationalis, an conſtituat Corpus? An ſit ſpiritualis *ut quod*, & corporea *ut quo*? 386
Animæ & Corporis humani collatio. 540
Animæ glorificatæ Cæli Empyrei ſunt ſydera. 550
Animal rationale, an & quomodo ſubdividatur? 238
Quid ſequeretur, ſi daretur in rebus Animal, quod eſſet riſibile, & tamen careret rationalitate? 288
Annihilatio, an dari poſſit? 288
Annihilatio & corruptio, quomodo differat inter ſe? 301.
Illuſtriſſimus D. Antonius de San Pedro, qualis fuerit? 395.
Anus fatidica apud Ethnicos, quæ? 789
De Apellis & Protogenis, Pictorum eximiorum certamine. 587
Apophthegma de abſtractis. 34
Appetitus, quid & quotuplex ſit? 333
Appetitus innatus, aut amor, quid ſit? 32
Liberum arbitrium, quale ſit? 40
Archimedes, an & quo modo tellurem elocaſſet? 420
Architas Tarentinus, & Ariſtoteles Stagirita, quâ ætate floruerint? 336
Argivi, quando innotuerint? 44
Argumentum à rationis paritate, an ſit efficax? 339
Argumentum, quod nimium probat, nihil probat. 598
Argumenta contra res certiſſimas & indubitatas, an formari poſſint? 394
Ariſtoteles, utrùm non cognovit analoga? 56
An eſſe multos eſſendi modos ſciverit Ariſtoteles? 65
Ariſtoteles, an Præciſiones Objectivas docuerit? An hæc doctrina non jam merè probabilis, ſed certa ſit? 227.
Ariſtoteles, an cognoverit Humanas animas eſſe immortales? 390
Ariſtoteles, an neceſſitatem, cum infallibilitate confuderit? 554
Ariſtoteles, an cognoverit Infallibilitatem? 793
Ariſtotelis verba hypotheticè accepta, utrùm vera ſint? Quænam ſit iſta hypotheſis, quam illa, ut ſint vera, requirunt? 312
Arithmetica & Geometria, cur ante alias Mathematicas Facultates tractentur? 176
Artefactum, quid formaliter dicat? an cauſam exemplarem tantùm, an etiam efficientem reſpiciat? 303
Artes omnes, an à ratione procedant? 513
Artes Factivæ, quænam ſint? 515. An ſolæ ſint Practicæ? 511
Artes Mathematicæ, an priùs, quàm Philoſophicæ ſint addiſcendæ? 586
Aſſertiones incertæ communes quid ſint? 359
Atheiſta, an poſſit intelligere, quid ſit *Cæcitas*? 142
Athenæ, à quo & quando fuerint conditæ? 44
Averroes, an ſuo Mahometo adverſetur? 390
Autor, an quoad verba debeat de nimiâ curâ, an de nimiâ negligentiâ incuſari? 3
Autoris dictum, *Cum ſpe & metu*. Cur cum ſpe? Cur cum timore? 8
Autoſophia, an ſit purè ſpeculativa? 516
Αὐτοσοφία Divina, an & quo ſenſu ſit Practica? 518
Auxilium Efficax, utrùm ſit ad operandum neceſſarium? 797.
An peccet, qui actionem præceptam omittit, ſi Auxilium efficax non habeat? 795. Cur peccet? 797
Utrùm qui admittit Efficacia auxilia, poſſit negare Phyſicas Prædeterminationes? 795
Utrùm Divinorum Auxiliorum Efficacia Creatæ Libertati opponatur? 795
Auxilium ſufficiens quid ſit, & quid Efficax, & quomodo inter ſe diſtinguantur? 796
Auxilium ſufficiens, cur tale nomen habuerit? ibid.
Utrùm, qui habet Auxilium ſufficiens, habeat omnia prærequiſita ad operandum? 797
An qui careret Auxilio ſufficienti peccaret? 799
De Axiomatum autoritate. 2

B

BAſſes, quantus & qualis fuerit? 87
Belli fulmina, qui? 538.
Beati, an videant attributa in Deo per rationem diſtingui? An etiam videant homines? an in hac illorum cognitione reperiatur error aut imperfectio? 230
Beati, an pro Viventibus orent? 309
Beatitudo æterna, an in contemplatione Idearum conſiſtat? 449
D. Bernardus, non eſt ingreſſus Purgatorium, ſed immediatè tranſivit ad cælum. 296
Binarius quaternario æqualis, an ſit Ens rationis? 203
Binarius, quomodo in Denario claudatur? 454
Bonitas, an ſit amore prior? Quid dicendum quò ad homines? Quid quò ad Deum? 277
Bonum, an cum Ente convertatur? Entis & Boni Analogia. 84
Bonum, an ſit Prædicatum Supremum? 237
An latiùs pateat quàm Ens? ibid.

C

CAdaveritas, ſive forma Cadaveris, quid ſit? 380
Cadmus, quando in Græciam venerit? 44
Cæli, an corruptibiles ſint? 344
Cajetanus, quantus & qualis? 52
Cajetanus, an fuerit ingenii tardi? 553
Calamus, an ſemper linguam ſequatur? 13
Caligo & Tenebræ, quid ſint? 153
Carentia quid ſit? 146. 162. Quomodo dividatur? ibid.
Carentia hæc, quare ſit hæc, & non illa? 152
Carentia ſine re, cujus eſt Carentia, an cognoſci poſſit? 339.
Carentiæ carentia, aut Negationis negatio, an detur? 154
Carentiæ & Negationes, an cognoſcantur à Deo? an per propriam Ideam? 141

Ca-

Carentiæ utrùm ſint res purè negativæ in ſuo objectivo conceptu? an per negativas differentias diſtinguantur? 146
Carentiæ & Negationes, unde ſpecificentur? 152
Carentiæ aut Negationes realiter univerſales, an dentur? 152
An duæ Carentiæ diſtinctæ puro numero eſſe poſſint in eodem ſubjecto? ibid.
Carentiæ, an ſint cognoſcibiles? 239
Unde in Carentiis & Negationibus diſtinctio Numerica aſſumatur? 152
Carolus Magnus Imperator ſcripſit Grammaticam Linguæ Germanicæ. 15
Cauſa eſt duplex. 225.363
Cauſa, an omnis ante propriam operationem præexiſtere debeat? 95
An per eandem formam, per quam Cauſa denominatur factiva, Effectus denominetur factibilis? 272
Cauſa, an cauſare poſſit, quin exiſtat? 307
An omnis Cauſa ſit prior ſuâ operatione? 363
Cauſa Efficiens, utrùm debeat præexiſtere? 95
Cauſa exemplaris, an ab efficiente diſtinguatur? 289
Cauſa Exemplaris, an ſine concurſu Efficientis aliquid operetur? 302
Cauſæ æquivocæ an dentur? 579
An quidquid ſit extra cauſas, actum habeat? 350
Chimæra cur repugnet? 72. An ſit impoſſibilis? 245
Chimæra, an habeat à Deo, quòd ſit impoſſibilis? 277
Chimæra, an ſit res? 285
Chimæræ partes quomodo conjungantur? 208
Chriſtus, quàm multa in Mundo fecerit? 64
Chriſtus, an, quo ſenſu, & à quibus vocari poſſit *Prodigus*? 116
Chriſtus, an ſit unus, vel plures? Quid ſi haberet plures humanitates? 123
Propoſitiones, *Chriſtus eſt mortalis*, *Chriſtus non eſt mortalis*, & *Chriſtus eſt immortalis*, quomodo differant inter ſe? 517
Circulus, an & quando ſit ſine Circulo admittendus? 107.
Circulus vitioſus, an ſit licitus? 274. An & quando ſit reprehenſibilis? 277
Circulus in Dialecticâ quid ſit? Et quando ab Argumentatore committatur? Quando non? Quid ſit probare idem per idem? 337.
Circulus & Triangulus, an, ſi infinitæ magnitudinis ſint, diſtinguantur? 97. An coincidant? 478
Circuli quadratura, an tantùm à Deo cognoſcatur? 406
Circumſtantiæ loci & temporis, quæ agentem perſonam afficiunt, an poſſint in patientem tranſire? 113
Quid requiratur ad rerum diverſarum coexiſtentiam? 562.
Cognitio, quid, ut perfecta judicetur, requirat? 436
Cognitio, an ſit ſimilitudo ſui objecti? 164
Cognitio & res cognita, an coexiſtere debeant in eodem inſtanti? 260
Cognitio & objectum, an realiter identificentur? 592
Cognitio Practica & Speculativa, quomodo differant inter ſe? 460
Cognitio Practica, utrùm dirigat Voluntatem? an auferat libertatem? 522
Cognitio Speculativa, quæ ſit? Quid Practica ſit? an, quæ facit Ens rationis, ſit Practica? 513.522.523
Cognitionis Divinæ terminus, quid ſit? 437
Cognitionem eſſe rei cognitæ imaginem, an bene usquam probent Peripatetici. 167
An ex cognitione divinâ reſultet aliqua relatio rationis? 217.
Cognoſcere nihil, an ſit non cognoſcere? 164
Cognoſci aut *poſſe cognoſci*, an quid reale & poſitivum ſemper ſit? 239
An omnia, quæ de facto cognoſcuntur, antequam cognoſcerentur, fuerint cognoſcibilia? 186
Cognoſcibile quid ſit? 240
Utrùm ex Cognoſcibilitate, non ſolùm Principium Cognitivum, ſed & actu cognoſcens inferatur? 407
An ubi omnes partes ſunt reales, Compoſitum fictum eſſe poſſit? 202
Conceptus Generici & Specifici, an & quomodo ſint tranſcendentes? 61
Concluſio, an ſemper debiliorem partem ſequatur? 399
Concluſio & Placitum, an & quo modo differant inter ſe? 401
Concreta Subſtantialia & Accidentalia explicantur. 123
Concreta, quæ Privatione aut Negatione conſtituuntur formaliter, an ſint realia? 331
Concretorum Unitas & Multiplicatio, unde deſumantur? 123.
Conſequentia à Creaturis ad Creatorem, an ſit bona? 248.
Conſequentia Contingens, an ex Neceſſariis inferri poſſit? 310
Conſideratio Hypothetica quid ſit? 290
Conſuetudinis vis, quanta? 39
Conſuetudo, cur *altera Natura* nominetur? ibid.
Contradictio prima, quæ ſit? Unde proveniat? 246
Contradictio non poteſt dari, niſi ſimul coexiſtant Affirmatio & Negatio. 394
An inter Abſolutam & Conditionatam poſſit Contradictio inveniri? 412
Non includere contradictionem, an ſit aliquid actuale? 272
Contradictoria, an exiſtant à parte rei? 150
Contradictoria conſiſtere ſimul non poſſunt. 793
Contradictoriæ. Cur duæ non poſſint eſſe ſimul veræ? 246.247.
Duæ Contradictoriæ non poſſunt eſſe ſimul veræ. Unde hæc impoſſibilitas deducatur. Quid eveniret, ſi darentur. Et quanta earum potentia eſſet? 432
Utri (Argumentatori, an Reſpondenti) incumbat obligatio, Contradictorias deſignandi? 400
An in Contradictoriis debeat eſſe idem tempus? an idem locus? 403
Converſio, quid & quotuplex ſit? 40.332
Corpus exiſtens ſine tempore an eſſe poſſit? 75
Correlativa, an debeant eſſe in eodem tempore? 285
Corruptio quid ſit? 331.362
Creatio quid ſit? 362
Creatio ad Exiſtentiam terminatur. 74
Creatio, quid, ut ſit, requiratur? Quomodo ab alteratione diſtinguatur? 287. Utrùm ſit ab æterno? ibid.
Quomodo in definitione Creationis illud *ex nihilo* ſit intelligendum? An in Creatione fiant prædicata eſſentialia? An in illâ fiat tranſitus à privatione Exiſtentiæ ad poſitionem Exiſtentiæ? 300
Creatura, an poſſit eſſe nullibi? an etiam nunquam? 82
Creatura nova, an ſit poſſibilis? 289
Creatura, an ſaltem partialiter ſit à ſe? An gloriari poſſit, quòd in aliquo genere non dependeat à Deo. 323
Creatura, quæ in uno tantùm inſtanti duraret, an toti æternitati coexiſteret? 538
Creatura, an coexiſtat toti; ſed non totaliter Æternitati? 539
An aliqua Creatura potuerit eſſe ab æterno? 555
Creatura poſſibilis quid ſit? 148
Verba de præſenti, an habeant locum, ubi ſubjectum eſt creatura poſſibilis? An, ubi eſt Chimæra? 78
Creatura poſſibilis, an eſſe poſſibilem & non repugnare, habeat à Deo. 276
Creatura poſſibilis, quid in recto, & quid in obliquo importet? 283
An idem Petrus, qui nunc exiſtit, ſit ille, qui olim erat poſſibilis, & futurus, & erit poſt mortem ſuam præteritus?

ritus? 283
De Creaturâ nunquam (hoc eſt, in nullo tempore) exiſtente. Quomodo loqui deberemus de illa? An reſpectu noſtri eſſet præterita, præſens, aut futura dicenda? an lingua Latina habeat verba, quibus ejus exiſtentiam ſufficienter exponat? an caſus ſit poſſibilis? 119.
Utrùm in Creaturâ poſſit eſſe novus reſpectus ad Deum immutabilem? 287
In Creaturâ Poſſibili duplex Poſſibilitas conſiderari poteſt. 79
Creaturæ omnes (præteritæ, præſentes & futuræ) an ſint Deo præſentes in hoc *nunc* Æternitatis? 19
Creaturæ non ſolùm Exiſtentias, ſed etiam Eſſentias, quas habent, receperunt à Deo. 117
Creaturæ, an ſint Entia rata? 285
Creaturæ cur poſſibiles ſint? 277
Creaturæ, quomodo, & quàm inæqualiter Divinas perfectiones participent? 370
Creaturæ ipſæmet, an prout cognitæ nominentur Ideæ? 448.
Creaturæ, unde habeant eſſe? 453
Creaturæ, an conſtent ente & non ente? 461
Creaturæ, an in tempore recipiant ab æterno decretam exiſtentiam? 554
An adſignari poſſit inſtans, reſpectu cujus omnes Creaturæ eſſent futuræ? 494
Creaturæ Sabiles & *Prapoſſibiles* ſunt purum nihil. 597
Creaturæ pure poſſibiles, an ſint actu? 73
Creaturæ poſſibiles, an & quomodo ſint ab æterno? 85
Creaturæ poſſibiles non ſunt purè nihil. 151
Creaturæ Poſſibiles, unde recipiant illud eſſe poſſibile, quod habent? 174
Creaturæ Poſſibiles & Futuræ, an ſint alicubi? 190
Creaturæ Poſſibiles, quid ſint? 196. an à cognitione Divinâ diſtinguantur? ibid.
Creaturæ poſſibiles, an habeant *eſſe* objectivum in Intellectu Divino? 209
Creaturæ poſſibiles, an habeant *eſſe actuale*? 253
Creaturæ poſſibiles, an habeant quoddam eſſe diminutum in ipſo Intellectu Divino? 254
Creaturæ poſſibiles, an & quo ſenſu habeant actum? 300
Creaturæ poſſibiles, an partim extra, & partim intra cauſas ſint? 366
Creaturæ Poſſibiles, quomodo cognoſcantur? 410. Quid pro formali, & quid pro materiali dicant? 411
Creaturæ poſſibiles, an ſint nil actu? 426
Creaturæ poſſibiles, an ſint à ſe? An ideentur à Deo? 430
Creaturæ poſſibiles quomodo ſuam quiditatem & poſſibilitatem, & Creaturæ exiſtentes ſuam exiſtentiam à Scientiâ Divinâ recipiant? 431
Creaturæ poſſibiles, an in ſe ſint cognoſcibiles? 434
Creaturæ poſſibiles, unde habeant quòd ſint producibiles? 438
Creaturæ poſſibiles, an ſint purè nihil? an in ſe ipſis? an in Eſſentiâ Divinâ? an in Omnipotentiâ à Deo cognoſcantur? 440
Unde Creaturæ poſſibiles receperint illud eſſe quiditativum quod habent? 456
Creaturæ poſſibiles, quomodo ſuum eſſe quiditativum à Deo recipiant? 476
Creaturæ poſſibiles, utrùm ſint entia à ſe? 482
Creaturæ poſſibiles, an fuerint ab æterno poſſibiles? Quomodo æternaliter procedant à Deo? 482
Creaturæ poſſibiles, an habeant rationem Ideæ Objectivæ? an ſint ſecundarium objectum Intellectionis Divinæ? 489
Creaturæ poſſibiles plures ſunt, quàm Creaturæ futuræ (exiſtentes in aliquâ differentiâ temporis.) 497
Creaturæ poſſibiles, utrùm in ſe ipſis & ut diſtinctæ à Deo ſint nihil? 505
Creaturæ poſſibiles, quomodo in exiſtentes tranſeant? 522.
Creaturæ poſſibiles, an ſint aliquid extra Deum in ſeipſis? an ſequerentur duæ contradictoriæ, ſi ſimul eſſent, & non eſſent? an cognoſcantur Creaturæ in Omnipotentiâ Divinâ? 583
Creaturæ poſſibiles, & præpoſſibiles, quomodo inter ſe diſtinguantur? 588
Creaturarum Eſſentiæ non ſunt à ſe ipſis, ſed ab Intellectu Divino ſamuntur aut ſantur. 302
Creaturarum eſſe eminentiale reperitur in Eſſentiâ Divinâ. 438
Creaturarum eſſe objectivum diſtinguitur realiter à Deo. 485
Creaturarum Eſſentiæ, quomodo emanent à Deo? 453
Creaturarum præſentia in Æternitate, an ab Angelico Doctore ſit aſſerta? 547
An præſentialitatem phyſicam Creaturarum in Æternitate P. Molina admittat? 568
Creaturarum poſſibilium duo genera. 439
Creaturarum Poſſibilitas, quotuplex ſit? 275
Creaturarum Poſſibilitas, an ſit denominatio extrinſeca ab omnipotentiâ deſumpta? 272
Creaturarum Poſſibilitas, an omnis ſumatur ab Omnipotentiâ? 274
Creaturarum omnis poſſibilitas à Deo dimanat. 281
Creaturarum poſſibilitas, unde proximè, unde remotè, & unde radicaliter proveniat? 282
Creaturarum Poſſibilium Poſſibilitas; quomodo eſt explicanda? 78
Creaturarum Poſſibilium Potentia, qualis ſit? Et qualis Materiæ Primæ? 88
Creaturarum poſſibilium Intellectio Divina, ſit-ne practica, an ſpeculativa? 477
Quale eſſe Rhodeſius neget Creaturis Poſſibilibus? 257
An Creaturas Deus intelligat tantùm in ſe ipſo? 488
An ex Thomiſtarum doctrinâ Creaturas fuiſſe ab æterno inferatur? 560
An in ſeipſis poſſibiles Creaturas cognoſcat & intelligat Deus? 427
Cur aſſerat Aureolus Creaturas poſſibiles non cognoſci à Deo in ſemetipſis? 433
An teſte D. Thomâ Creaturas poſſibiles Deus in eminentiâ propriæ perfectionis ſeu eſſentiæ cognoſcat? 464.
In Creaturis duplex tranſitus eſt admittendus. 91
An in Creaturis Eſſentia & Exiſtentia ratione ratiocinatâ diſtinguantur? 93
Critici, quinam ſint? 131

D

Danielis Prophetia, an exſtet apud Hebræos? an ſit Canonica? 459
Decreta Divina, ſecundum *eſſe in* ſunt æterna, principio & fine carent. 111
Defectus, quid ſit? 146
Definitio disjunctiva, an ſit vera? 202
Definitiones, quid nobis explicent? 424
Definitionum verba, an conditionatè accipiantur? 78
An in rerum Definitionibus circulum committere aliquando cogamur? 397
Definito, quid ſit intrinſecum? 348
Deus, an ſit nomen ſingulare? 124
Nomen *Deus* quid ſignificet in recto? an ſumatur pro ſuppoſito? an quia dantur tria in Divinis ſuppoſita, dari debeant tres Dii? 122
An nomen *Deus* Supremo Numini aptiſſimè fuerit impoſitum? 521
Alius Deus, an ſit Ens rationis? 202
An & cur alius Deus ſit impoſſibilis? 243

Ex-

Exponitur illa deſcriptio, *Deus eſt, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia*. 98
Propoſitio *Deus eſt Lapis*, an & qualiter admitti poſſit? 53 Qualis ſit, ſi eminenter ſumatur? 54
An hæc propoſitio, *Deus eſt efficienter lapis*, careat ſenſu legitimo? 54
Cur vera ſit hæc Propoſitio, *Deus generat*, & falſa hæc, *Deus non generat*? 124
Deus non generat, & *Non Deus generat*, an & quomodò differant inter ſe? 125
Propoſitio, *Non Deus generat*, qualis ſit? 126
Propoſitiones *Deus eſt aliquid quod generat & Deus eſt aliquid, quod non generat*, quomodo diſtinguantur? 127
An, & quomodò dicendum ſit, quòd ultrà Cælum Empyreum ſit Deus? Quid illud *ultrà* in hac interrogatione ſignificet? An ſignificet Deum? 160
Cur hæc propoſitio, *Deus facit Entia rationis*, in ore unius eſſet hæretica, & in ore alius probabilis, vel tolerabilis? 211
An ex hac Propoſitione, *Nulla res eſt*, inferri debeat, *Ergo Deus non eſt*? An potiùs *Ergo Deus eſt*? 406
Utrùm ſit bona Conſequentia, *Deus eſt immaterialis, Ergo, & intellectivus*? 501
An omnia ſint Deus, & Deus ſit omnia? 49
An conducat ad Religionem, vel ſit contra illam affirmare, aut negare, quòd Deus faciat Entia rationis? 211
Deus, an in ſubſtantiæ Prædicamento collocetur? 313
Deus, qualis ſit? Simonidis Apophthegma de Deo. 48. Utrùm ſit illud Ens generale, & univerſale, quod de omnibus rebus prædicatur, & verificatur? ibid.
An Deus ſit Corpus? 49
An Deus omnium rerum ſit forma? ibid.
Deus, an ſit à ſe poſitivè? An verò negativè? 74
Deus, an concipi poſſit, ut poſſibilis? 92
Deus, cur vocari voluit *Ero* & non *Fui*? 98
Deus, an, & quo ſenſu *Ævum*, & *Tempus* nominetur? 116.
An verum ſit, quòd Deus non generet? 124
Deus, an & quomodò ſumat Creaturas ſuntes? 130.
Deus, an habeat propriam ideam rerum univerſarum? An aliqua cognoſcat per alienam? 141
Deus, quomodò negationes cognoſcat? 147
An Deus, an Homo faciat *συλλογίσματα*, id eſt Entia rationis præciſiva? 212
An Deus cum homine ad Entis rationis formationem concurrat? 216
Deus, quomodò cognoſcat ſuum intellectum à ſuâ voluntate diſtingui? 218
Deus, an diſtinguat actualiter formalitates, quæ in eſſentiâ Divinâ realiter identificantur? ibid.
Quo Deus modo cognoſcat Entia rationis ab hominibus fieri, nempè, ſi illa humanitùs fiant? 222
Deus, an poſſit ſolus facere, quæ facit cum cauſis ſecundis? 223
Deus, an ad materiale tantùm, an verò ad formale, quod dicit Ens rationis, concurrat? 223
Deus non concurrit ad Cauſarum defectum. 225
Deus, an vocari poſſit *Λογικός*? An rationalis? Quo ſenſu intelligi debeat Porphyrius? D. Gregorii Magni opinio. 238
Deus, an neceſſariò exiſtat? An ejus eſſentia ſit ſuum eſſe? 242
Deus, cur poteſt Creaturis perfectiones communicare? Quomodò id intelligendum ſit? 245
Deus, an creaturæ coexiſteret, quæ exiſteret, & tamen non eſſet in tempore? 249
Deus, an teſte Scoto cognoſcat creaturas in ſe ipſo? Qualis ſit Doctrina Scoti opinione Bagneſii? Et qualis Rhodeſii ſententiâ? 254
Deus, cur juſtos amet? 277
Deus, an poſſit per creaturarum cognitionem mutari? 288.
Deus, quarè dicatur æternus æternitate imparticipatâ? 304.
Deus, an ſit ſubſtantia? 318. An in omnibus Prædicamentis collocetur? 319
Deus, an ſit immutabilis? An in illo ſit Memoria? An, & Voluntas libera? 323. Quomodò immutabilitas Voluntatis Divinæ cū libertatis indifferentiâ componatur? 324
Deus, an poſſit materiam ſine formâ producere? 349
Deus, an poſſit ſuum concurſum intendere? 364
Deus, an Formæ defectum ſupplere poſſit? ibid.
Deus, an ex naturâ rei diſtincta ſeparare, & realiter diſtincta identificare poſſit? 398
Deus, an mentiri poſſit? 400
An duas res realiter diſtinctas poſſit Deus identificare, & realiter identificatas dividere? 403
An & quomodò Deus futura conditionata intelligat? 425
Deus quid ſit? Cur *omnium Definitionum Definitio* dicatur? 428. An poſſit infinitum producere? ibid.
Quo Deus modo faciat, ut hæ res ſint poſſibiles & illæ de facto exiſtentes? 431
An Poſſibilia Deus intelligat in ſe ipſo? 436
Quo Deus modo creaturis poſſibilibus impertiatur illud eſſe poſſibile, quod habent? 438
Deus, an extra ſe Cauſam Exemplarem habuerit? An participatione ſui aliquid poſſit fieri? 441. An in Mundi Creatione illam habuerit? 442
Quomodò Deus cognoſcat Creaturas? 453
Cur Deus poteſt perfectiones communicare? ibid.
Non poteſt Deus Creaturam in aliquo genere ſimpliciter infinitam producere. Nec omnes ſuas perfectiones alicui Creaturæ communicare, 455
Deus, an ſit Mens? 459
Deus, an ſit purum Ens? An cognoſcat negationes? Quot modis Creaturas intelligat? Ubi illas diviſim, & ubi indiviſim cognoſcat? 461
An tantùm primam Creaturam creaverit Deus, primam ſecundam, & ſic ulteriùs? 467
Quomodò ſuam Eſſentiam Deus cognoſcat? 478. In ſe ipſo, & in ſeipſis poſſibiles Creaturas cognoſcit. 478
An & quando Deus ſit Idea objectiva? 480
Deus, utrùm ſit intellectivus? 500
Deus, an ſe ipſum fecerit? An ſit à ſe poſitivè? 516
An mala Deus cognoſcat practicè? An illa in bonis cognoſcat? Ad bona concurrit, etiam quando mala permittit: An concurrat ad materiale peccati? 620
Cognoſcit Deus Creaturas poſſibiles. An illæ ſint priores cognitione Divinâ? 521
Quomodo Deus exiſtat Creaturis? 537. Quomodo illi creaturæ coexiſtant? 538
Quid accideret, ſi Deus infinitus non eſſet? 539
Cur ſucceſſivè nos, & Deus omnia ſimul cognoſcat? Quid ſi Deus non eſſet intellectivus? Quid ſi finitum intellectum haberet? Quid ſi æternus non eſſet? 547. Quo ſenſu Deus fuiſſe, fore & eſſe dicatur? 548
An Deus, quando mentes humanas, ut intelligant aliquam veritatem, illuminat, dicendus ſit patrare miracula? 552
Deus, quæ nobis ſunt futura, cognoſcit. An illa cognoſcat in ſuis ideis? 564. Utrùm illa cognoſceret, ſi per impoſſibile illa eſſent ab alio numine producenda? An futura contingentia in ſuo Deus decreto præſcindendo ab æternitate cognoſceret? 565
Utrùm & qualiter Deus ratiocinetur? 567
An Deus ſua decreta futura præcognoſcat? 571
An Deus futura contingentia in propenſione Voluntatis prævideat? 572
An futura contingentia Deus cognoſcat in Cauſis ſecundis? 574. An in Eſſentiâ Divinâ. 575

Digitized by Google

Deus, quid ſit? Cur nominetur Παντοκράτωρ? 578. An apud Latinos ſit vocabulum, quod huic nomini Græco valeat correſpondere? 579
Cur Deus nominetur *Omnipotens*? 579.582
Deus eſt infinitipotens. 580
Deus, an opinione Philoſophi, ſit agens neceſſarium, & & res parvas non curet? 789
ὁ ὤν, an ſit nomen Dei? 98
Duratio Dei non eſt tempus; neque Duratio Creaturæ eſt Æternitas. 163
Quomodo à poſteriori ad Dei notitiam & cognitionem deveniamus? 351
Scientia Dei, quomodo ſit Cauſa rerum? An in Neceſſariam & Liberam dividatur? 431
Dei ſcientia, an ſit eminens? an res cognoſcat, antequam ſint? Quomodo illas cognoſcat? an ſit una vel plures? 458
An prima Dei cognitio ſit comprehenſiva, & debeat intelligere univerſas creaturas? 471
Intellectio Dei eſt comprehenſiva. Simplici intuitu univerſa cognoſcit. 484
An ipſa Dei Voluntas ſit Cauſa rerum productiva? 503
Scientia Dei eſt ſupercomprehenſiva. Quid ex iſtâ ſupercomprehenſione proveniat? 568
An reſpectu Dei ſint futura? 788
Cur nomen, *Qui eſt*, Deo conveniat propriiſſimè? 322
An credibile ſit illos homines adeò ſtupidos fuiſſe, ut ſeriò dicerent, *Deum eſſe canem*? 49
Eſſe Deum & *Eſſe Creaturam*, an ſint modi eſſendi? 314. an *eſſe à ſe* & *eſſe ab alio*? ibid.
Deus, an producat alium Deum? 127. an genuerit ſemetipſum? 128
Nemo poteſt concipere ut poſſibilem, Deum. 198
An quando concipimus Deũ, faciamus ens rationis? 200
An qui aſſerunt Deum facere ens rationis, & illi qui negant, differant in modo loquendi, an habeant opiniones contrarias? Quid requiratur, ut fiat ens rationis opinione Herice? 211
Cur communis ſententia neget Deum entia rationis poſſe facere? 220
Cur impoſſibile ſit non eſſe Deum? 246
Quid ſit prius, *Deum poſſe rem producere*, an *rem producibilem eſſe*? 281
Qualis inter Deum & Creaturas detur Analogia? 322
An Deum ſemetipſum cognoſcere, bene demonſtret Ariſtoteles? 423
An admittat Scotus Deum cognoſcere poſſibiles Creaturas in ſeipſo? 481. an doceat ſuam comparare eſſentiam cum Creaturis? ibid.
In Deum nulla ignorantia cadere poteſt. 499
An in Deo Immenſitas, Ubiquitas & Omnipotentia coincidant? 42
Cur in Deo univerſæ perfectiones ſint una? 52
Quænam in Deo ponenda ſint, & quæ non ponenda prædicata? 210
Quomodo Miſericordia, & Juſtitia, & cæteræ virtutes morales diſtinguantur in Deo? 218
Diſtinctiones, aut etiam prioritates rationis, an in Deo admitti poſſint? 203
Cur aliqui Veteres in Deo Ideas objectivas negaverint? 219.
Quid in rebus accideret, ſi eadem perfectio ſimul eſſet & non eſſet in Deo? 245
Cur hæ duæ Propoſitiones *Eſt* & *non eſt*, non poſſint in Deo verificari? 248
An aliqua res actualis poſſit eſſe independens à Deo? 302
Scientiarum, quæ in Deo conſiderantur, diſpoſitio. 423
An ſimplex Intelligentia in Deo, an ſit ſcientia purè ſpeculativa? 430
An in Deo ſint omnium rerum ſimilitudines? 441
An in Deo ſint priùs perfectiones formaliter, quàm eminenter? 453
Caramuelis Leptotatos.
An in Deo ſit diſcurſus? 454
In Deo dantur plures Ideæ. Unde illarum deſumatur pluralitas? an in Relatione conſiſtat? 467
Quomodo in Deo Intellectus & Voluntas inter ſe diſtinguantur? an & cur hypotheticè diſtingui dicendi ſint? 478.
Quænam Scientiæ ab omnibus ponantur in Deo? an & à quibus Scientia Media addatur? 483
An & quomodo in Deo omnes formalitates identificentur inter ſe? 502
Intellectus in Deo eſt Omnipotentia. 503
An unum & idem in Deo ſit Natura & Bonitas? 503. Utrùm admitti & aſſignari debeat virtus & potentia aliqua Productiva & Exſequutiva ab Intellectu & Voluntate diſtincta? An Intellectus concurrat dirigendo, Voluntas applicando, & Virtus Exſequutiva operando? Quid ſentiat S. Thomas? 504
Utraque Scientia in Deo eſt practica. 506
Quomodo in Deo Simplex Intelligentia & Viſio differant? 519
A Deo recipiunt eſſe, omnia, quæ non ſunt Deus. 531
Quomodo verificentur de Deo propoſitiones, in quibus verbum ad tempus præteritum, aut futurum ſpectat? 548.
Duplex in Deo eſt ratio infallibiliter cognoſcendi. 554
An res exiſtant, antequam exiſtant? 557. an antequam exiſtant, à Deo cognoſcantur? 559
Deorum Gentilium multa nomina proponuntur. 36
Quid ad Deorum pluralitatem requiratur? 123
An cenſuerint Ethnici ſuos Deos, quos colebant, corporeos & materiales eſſe? 50. An Melito hunc errorem habuerit? An Tertullianus loquutus ſit cum Paulo, & *Corpus* pro *realitate* uſurpet? An eodem modo loquatur Hilarius? An etiam Auguſtinus? 51
Dialectica Syllogiſmorum efficacia, an ſit neceſſaria? 309
Dici convertibiliter quid ſit? 81
Differentiæ, ſunt Immediatæ, & Subalternæ. Quomodo inter ſe differant? 385
Differentiæ communes, an dentur? 403
Digiti in Arithmeticâ quid ſint? 454
Dimanare, an ſit idem ac comproduci? 194
S. Dionyſius, an neget Deum cognoſcere creaturas in ſe ipſis? 460
S. Dionyſius, an metaphoricè ſit exponendus? 237
S. Dionyſii locus illuſtratur. Quomodo illum hodie legat Corderius? Et quo eundem modo Vetus Interpres legerit? 116
S. Dionyſii doctrina, an ſit dictata à D. Paulo? 457
Diſcurſus quid ſit? an ſimul perfectus & imperfectus ſit? 454
Quænam Diſtinctio inter Gradus ſuperiores & inferiores ponatur? 163
Diſtinctio ex naturâ rei, an ſit ficta? an bene Scotiſtæ diſcurrant? 207
Diſtinctio ex naturâ rei, & diſtinctio fundamentalis, an coincidant? 332
Diſtinctio Hypothetica, an & quomodo poſſit in Divinis Attributis admitti? 218
Diſtinctio Præciſiva, Realis-ne ſit, an verò ab Intellectu fingatur? 227
Diſtinctio rationis ratiocinatæ, an ſit ens rationis? 207
Diſtinctiones aſſertæ à Novitiis Philoſophis, an veræ & non fictæ ſint? 227
Diviſum, an, ſi ſit univocum & de Univerſalibus prædicetur, *Genus* vocari poſſit? 347
Dominicani & Jeſuitæ, de quânam re Romæ coram Apoſtolicâ Sede diſputaverint? 525
Duratio quotuplex ſit? 47. Triplex eſt. 18
Duratio, an & quomodo ab Exiſtentiâ diſtinguatur? 15
Duratio, an ſine re durante eſſe poſſit? 156

Nulla creata Duratio Divinam Durationem exæquat? 163.
Duratio, an & quomodo ab Exiſtentiâ diſtinguatur? 598
De Duratione imperfectâ. 113
An in rebus creatis dentur Durationes ſtantes? 543

E

Elementa, an eſſentialiter conſtituantur formis accidentalibus? 382
Ens quid ſit? 241
Ens, quod de Prædicamentis dicitur, an ſit ipſe Deus? 49
Ens, an habeat unum objectivum conceptum? 57
Ens, an à ſuis Inferioribus diſtinguatur formaliter? 58
Ens, ſicut cætera Prædicata Superiora, & non aliter tranſſcendens eſt. 62
Ens, utrùm eſſentialiter, an verò accidentaliter de decem generibus prædicetur? 83
Ens, an ſit prædicatum duplex? 84
Quale Ens eſſentialiter, & quale accidentaliter de omnibus rebus prædicetur? 85
Ens, an prout de Negativo & Poſitivo dicitur, ſit æquivocum? 137
Ens, an reſpectu Entis realis & rationis ſit æquivocum? 190.
Ens, an poſſit Non-ens repræſentare? 199
Ens, an ſit Prædicatum Supremum? 236
Ens & Non-ens, an poſſint identificari? 282
Ens & Non-ens, utrû poſſint identificari pro diverſis temporibus? 279.282
Ens, an ſi in principio in Materiale & Immateriale divideretur, poſteà anima ſenſibilis, quæ materialis eſſet, iterum in Rationalem & Irrationalem (hoc eſt, in Immaterialem, Materialemque) ſubdivideretur? 313
An Ens per diverſos eſſendi modos debeat dividi? Utra diviſio melior ſit; an illa, quâ Ens in Deum & Creaturas, an illa quâ dividitur in Subſtantiam & accidens? 315.
Quo ſenſu Ens ſit Prædicatum eſſentiale? 322
Ens, an quia poteſt exiſtere, debeat actus vocari? 326
Ens in Actum & Potentiam dividitur. 346
An, ſi Ens non eſſet, Verum non eſſet? 403
Ens bifariam uſurpatur. Quando ad Simplicem Dei Intelligentiam, & quando ad Viſionem pertineat? 509
Ens actu quid ſit? 69
Ens in actu quiditativo, quid ſit? 371
Ens Categoricum, quid ſit? Utrùm ſit Sano aut Seno? 325.326.
Ens eſſentiale opponitur directè Nihilo. 69
Ens fictum, an poſſit ex veris partibus reſultare? 202
Ens Increatum, an ſit duplex? 74
Ens negativum, quid ſit? 138.146
Ens negativum, an ſit reverà Non-ens? 241
Ens poſſibile, quid ſit? 79.273
Ens poſitivum, & negativum, an conveniant univocè inter ſe? 138
Ens aliquid purè poſitivum, ſimplex aut complexum an ſit impoſſibile? 242
Ens quiditativum, quomodo cum exiſtentiâ comparetur? ibid.
Ens ratum, quid ſit? 285
Ens *ſecundum quid* Rhodeſii, an ſit illud, quod *Diminutum* nominavit Scotus? 256
Ens Virtuale quid ſit? 316
Entis formalis conceptus, an ſit confuſus? 57
Entis tranſſcendentia, an poſſit abſolutè concedi, aut fortè abſolutè negari? 59
De *Entis* diſtinctione. 60.83
Entis duplex ſignificatio, in quo conſiſtat? 67
Entis realis finiti ſeu creati diviſio. 86
An prima *Entis* diviſio ſit in Creatum & Increatum? 86
De *Entis* realis, & *Entis* rationis diſtinctione. 91
De *Entis* in Poſitivum & Negativum diviſione. An tradatur ab Ariſtotele? 241
Entis poſſibilis & exiſtentis differentia explicatur. Quid pro materiali, & quid pro formali illa dicant? 257
Entis Paſſio, an ſit Proportio? 286. an ſit Veritas? 368
Entis prima Diviſio, an illa ſit, quâ in Spirituale & Materiale? 313
Attributa Entis Syſtematica, quænam ſint? 316. Quot modis poſſint uſurpari? ibid.
De *Entis* diviſione in Subſtantiam & Accidens. 329
An inter *Ens* Corporeum & Corpus aliqui gradus veniant interponendi? 238
Utrùm inter *Ens* reale & rationis detur Medium? 471
De *Ente*, & Non-ente Morali. 168
Quænam Scientia de *Ente* Abſtracto tractare debeat, & quæ de Reſtricto aut Contracto? 234
Entia omnia, an ſint corporea & materialia? 58
Entia omnia poſſibilia, quidquid materialiter & formaliter habent, à Deo participant. 244
Entia linguæ, an dentur, & quid ſint? 189
Entia linguæ, an loco *Entium* rationis ſit admittenda? Unde naſcatur opinionum varietas? 210
Entia linguæ, quomodo cognoſcantur, quin tamen fiant *Entia* linguæ? 215
Entia negativa, an ſint ficta? 13
Entia, quæ totaliter ſint negativa, an dentur? An quæ mala totaliter? 138
Entia negativa, an habeant Veritatem? an habeant negativam? 165
Ens rationis quotuplex ſit? 214
Ens rationis, an habeat aliquod *eſſe*? 91
Ens rationis, utrùm ſi daretur, eſſet medium inter Non-ens, & *Ens*? 136
An res ſint poſſibiles, an verò impoſſibiles, quando *Ens* rationis concipitur? 179
Ens rationis, quomodo & quando fiat? an unio in illo ſit extrinſeca? an intrinſeca? 182
Ens rationis illegitimum, quomodo Græcè poſſit denominari? 183
Ens rationis in Legitimum & Illegitimum à Latinis dividitur. ibid.
Ens rationis, an ſit quædam extrinſeca denominatio? Utrùm ſit quid medium inter Nihilum & *Ens* reale? 184.
Ens rationis antequam ſit, utrùm ſit poſſibile? 186
Ens rationis, an priùs ſit cognoſcibile, quàm cognoſcatur? 187
Ens rationis, an habeat Cauſam *Exemplarem*? an Finalem? 190. Utrùm Formalem? an denique aliquam *Efficientem*? 191. an entibus realibus ſit ſimile? 190
Ens rationis, an ſubjectum, aut Cauſam materialem habeat? ibid.
Ens rationis an ſit per ſe, an tantùm per accidens ſcibile? 208.
Ens rationis præciſivum, cur iſtud nomen ſortitum fuerit? 212
Ψευδὸν *Ens* rationis fictitium, utrùm fieri ab hominibus poſſit? an à Deo, vel ab Angelis? 214
Ens rationis, unde ſuum eſſe quiditativum fictum habeat? an ſit voa ſignificationis expers? 216
Ens rationis Logicum, an poſſit fieri à Deo? an per reſultantiam illud fiat? 217
Ens rationis, an ſit Verum & Bonum? 221
Ens rationis, per utram cognitionem, directam-ne an reflexam fiat? 225
Ens rationis tria ſignificat. 239
Ens rationis an ſit cognoſcibile, antequam cognoſcatur? 259.
Ens rationis, an ab Intellectione formali, quâ dicitur cognoſci, diſtinguatur? 472

Entis

Entis rationis diviſio. 172
Entis rationis objectivi ſubdiviſio. ibid.
Exponitur differentia inter Ens rationis, Poſſibile, & Actuale. 113
Quænam in Ente rationis veniant conſideranda? 187
Entia rationis, an dentur? 231.402
Entia rationis ſunt impoſſibilia. 113
Quænam rationis Entia ſint, quæ impoſſibilia judicantur? 169
Ad quam pertinerent Facultatem Entia rationis, ſi darentur? an ad Logicam, an verò ad Metaphyſicam? 176.
An verbis poſſint fieri Entia rationis? 177. An in rerum incomponibilium cognitionibus exiſtentibus ſimul conſiſtant? 178
Entia rationis, qualia Opinio communis propugnat, an ſint poſſibilia? an plerique Doctores, qui putant illa ſe propugnare, Entia linguæ propugnent? Utrùm qui dicit ſe concipere Ens rationis, concipiat nihil? 182.
Entia rationis æquè ac realia, in tribus ſtatibus poſſunt conſiderari. An Exiſtentiam objectivam, Poſſibilem, Futuram, Præſentem, & Præteritam habeant? 184. Utrùm antequam cognoſcantur actu, potentiâ ſint cognoſcibilia? 185
Entia rationis, utrùm ab Intellectione reſultent? Utrùm affirmativa ſit vera ſententia, & aliquos Patronos habeat? 192
Entia rationis, qualia, ſi darentur, eſſent? an ex fœcunditate intellectûs an veriùs ex impotentiâ fierent? 202
Entia rationis ſi darentur, Deus illa cognoſceret ſine imperfectione aut errore. 215
Entia rationis ſi darentur, fierent duplici modo. 224
Entia rationis an poſſint ab hominibus fieri? 226
De Entium rationis poſſibilitate & exiſtentiâ. 107
Entium rationis ſubdiviſio. 175
Sitne Entium rationis, an Cauſam habeat? 189
De Causâ Efficiente Entium rationis. Quinam eam concedant, & quinam illam negent? ibid.
In quonam Cauſæ genere ad Entium rationis fabricam Intellectus concurrat? 190
An falſa ſint omnia, quæ de Entium rationis poſſibilitate dicuntur? 242
An qui non cognoſcat Entia rationis, adeo & faciat, illa dari poſſit negare? 140. An cognoſcantur per alienas ſpecies? ibid.
Quænam Entia rationis Ariſtoteles & Angelicus Doctor admittat? 169
An inter Entia rationis Logicalia, & Phantaſtica aſſignanda ſit aliqua differentia? 188
An reverà ſint aliqui, qui Entia rationis per reſultantiam fieri aſſerunt? 193
Cognoſcere Entia rationis, an ſit illa facere? 218
An poſſe Entia rationis facere, ſit perfectio? 222
An bene probent Juniores Entia rationis Deum non facere? ibid.
An Entia rationis debeant etiam Nominales negare? 228
An æquivocationibus obnoxia ſint, quæ de Entibus rationis dicuntur? 170
De Entibus rationis Fictitiis. An illa Deus vel cognoſcat vel faciat? 220
Entitas ficta, quid ſit? 216
An quæ in entitate differunt, in cognoſcibilitate conveniant? 239
Epiſtolæ, aliæ Politicorũ, & aliæ Scholaſticorum ſunt. 394
Eſſe in rebus, triplex. 86
An idem Politicè ſit, rem non eſſe ac neſciri? An idem Scholaſticè ſit, rem non eſſe, ac non habere, quo ſignificetur, vocabulum? 1
Eſſe quod habet effectus in ſuâ Causâ antequam producatur, an realiter diſtinguatur ab *Eſſe* Cauſæ? 427
Eſſe actum, quid ſit? 371
Eſſe potentiam, quid? ibid. Et quomodo ab Eſſe potentiâ differat. ibid.
Eſſe vitale, an Materiæ primæ, an creaturis futuris conveniat? ibid.
Eſſe Dei, an ſit intelligere Dei? 318
Eſſe Divinum exponitur. 99
Eſſe Divinum, quale ſit? an & cur omnes perfectiones contineat? 52
Eſſe eminenter, quid ſit? 454
Eſſe Eſſentiæ, quid ſit? 453
Eſſe Exiſtentiæ, quid ſit? an ſit accidens? ibid.
Eſſe Materiæ, quo ſenſu ab *eſſe* Formæ diſtinguatur? 362
Eſſe negativè ab æterno, quid ſit? 452
Eſſe objectivum, an & cur non ſit ab æterno? 260
Eſſe Phyſicum, quid ſit? Utrùm Exiſtentiam ſupponat? Utrum ab illa diſtinguatur? 200
Eſſe poſſibile, an ſit aliquid? 255
Eſſe quidditativum, & *eſſe* exiſtentiale, an diſtinguantur? an illud fuerit ab æterno? 71
Eſſe quidditativum, & eſſe exiſtentiale, utrùm in aliquo ſuperiori prædicato conveniant? 95
Eſſe quidditativum, & eſſe exiſtentiale, cur fuerint diſtincta opportunis vocabulis? 527
Eſſe quidditativum, an duret tempore? an ſit ab æterno? 269.
Eſſe repræſentativum, ſive Ens reale, ſive Ens rationis intelligatur, eſt hypotheticum. 195
Eſſe ſecundum quid, & *eſſe diminutum*, an ſint idem? 268
Utrùm inter *Eſſe* & *Non-eſſe* ſit medium? 165
De Modis Eſſendi imperfectis. 46
Eſſentia, an & qualiter ſit Ens actu? 326
Eſſentia Creaturæ, an ſit neceſſaria in genere Cauſæ efficientis? 302
Eſſentia Divina, an Divinam exiſtentiam producat? 94
Eſſentia Divina Exemplaris & ideæ rationem habet. 450
Eſſentia Divina, an ſit ſpeculum? 489
Eſſentia & Exiſtentia, an realiter diſtinguantur. 150
Eſſentia & exiſtentia, an faciant compoſitionem potentiæ & actûs? 286
Eſſentia & exiſtentia an faciant compoſitionem? 289
Eſſentia realis quid ſit? 326
Uter ſit prior Conceptus Eſſentiæ, an exiſtentiæ? 70
De Eſſentiæ & exiſtentiæ identificatione aut diſtinctione. Utram præſtat ſupponere? 252
An inter Eſſentiam, & exiſtentiam ſola diſtinctio expreſſiva, qualem Nominales comminiſcuntur inveniatur? 88.
Qualem Suarez inter Eſſentiam & exiſtentiam diſtinctionem admittat? Qualem etiam Rhodeſius & alii? 89
An in Quæſtionibus de Eſſentiâ & exiſtentiâ (ſive proponantur, ſive enodentur) æquivocationes committantur? 81
An ab Eſſentiâ ad exiſtentiam legitimè decurrat Argumentũ? an ſi qua ratio probat eſſentias fuiſſe ab æterno, æquè probet fuiſſe etiam ab æterno exiſtentias? 305
Eſſentiæ, an habeant aliquod *eſſe objectivum* in Intellectu Divino? 24
Eſſentiæ antequàm exiſtant, an dicendæ ſint Puræ Potentiæ? 66
Eſſentiæ ab exiſtentiâ præciſæ, an durent tempore? 73. an poſſint adnihilari? an fuerint ab aliquo, & aliquando productæ? an ſint increatæ eſſentiæ rerum? an ſint entia à ſe? 74
Eſſentiæ rerum, quo ſenſu ſint & non ſint entia realia? 87
Eſſentiæ, quæ non exiſtunt, an ſint actuales? 90
Eſſentiæ, an conſiſtant formaliter in disjunctione? 202
Eſſentiæ inter ſe ab exiſtentiis præciſæ, an realiter diſtinguantur? 219
Eſſentiæ rerum, an ante Divinam intellectionem præexiſtant? ibid.

Eſſentiæ rerum, an pendeant à Deo? An ſint nihil? 255.
Eſſentiæ, an & quo ſenſu mutabiles ſint, & dependeant à Deo: & quo non? 266
Eſſentiæ creaturarum totaliter à Deo dependent. 267
Eſſentiæ, an poſſint adnihilari? 298
Eſſentiæ, an ſint ab æterno? An ſint increatæ? An diſtinguantur à Deo? 300. An ſint neceſſariæ? An aliter quàm Eſſentia Divina? 301
Eſſentiæ quomodo à Deo dependeant? 303. an ſint ab æterno? 304. An poſſint deſtrui? 306
Eſſentiæ & Exiſtentiæ, an fuerint ab æterno? 431
Eſſentiæ omnes finitæ, an ſint producibiles? 79
Eſſentiæ finitæ, an fuerint ab æterno? 87
Eſſentiæ finitæ, an ſint aliquid ab æterno à Deo non pendens? An actuale, aut ſaltem poſſibile? 289
Eſſentiæ poſſibiles, an ſint purum nihil? 80
Eſſentiæ poſſibiles, utrùm liberè aut neceſſariò cauſentur? 289
Evangelii locus illuſtratur. 432
Europæi univerſi, an non errent, cùm unum & eundem characterem duobus modis pronunciant? 13
Exemplaris proximi & remoti differentia. 450
Exiſtentia, duplex. 195
Exiſtentia, an Subſtantia ſit, an verò Accidens? 81
Exiſtentia heſterna, an ab hodiernâ diſtinguatur? an non diſtinguatur à Tempore? 82
Exiſtentia, an modus ſubſtantialis ſit? 85
Exiſtentia addita Eſſentiæ, quid præſtet? 86
Exiſtentia, an ſit Eſſentiæ accidens? 90
Exiſtentia quiditativa, an ſit admittenda? 91
Exiſtentia Divina ut condiſtincta ab Eſſentiâ, an concipi poſſit? 92
Exiſtentia, an ab Eſſentiâ dimanet? 94
Exiſtentia, an ſit eſſentiæ accidens? 251
Exiſtentia, an à Tempore diſtinguatur? 293
Exiſtentia, an in Abſolutis Prædicamentis includantur? An fortè in Relativis? 328
De Exiſtentiæ & Durationis diſtinctione. 81
Exiſtentiæ diviſio. 350
Exiſtentiæ duplex conſideratio. 258
An Exiſtentiæ nomen veritatem, quàm negationem debeat afficere? 350
Eſſentiæ actus, an ab actu Formæ ſeparari poſſit? 100
Exiſtentiæ omnes, an ſint ſingulares? An dentur Exiſtentiæ improductæ? 259
Exiſtentiæ, an ab æterno habeant potentiam ad exiſtendum? 305
Exiſtere, an durare ſit, & Exiſtentia duratio? 249
Exiſtere poſſe, an prædicatum ſit, quod de Deo & Creaturis verificatur? 280
An quæ objectivè exiſtunt, cenſeantur imperfectè exiſtere? 113
An res, quæ exiſtunt, poſſint adnihilari? 301

F

Facultates omnes & Scientiæ, an proprios terminos habeant? 20
Falſum quid ſit? 240
Fieri, an ſit poſterior re factâ? 187
Filius Divinus, quid ſit? 124
Finis quid ſit? 453
Forma Accidentalis, duplex. 381
Forma Cadaveris, quid ſit? an-ne in formalitate poſitivâ, an in negativâ conſiſtat? 364
Forma Corporeitatis, quam comminiſcuntur Scotiſtæ, an ſit admittenda? 356
Forma creata, cur non poſſit eſſe purus actus? 344
Forma Eſſentialis, quæ ſit? 381. In Logicam & Phyſicam dividitur. 382
Forma Logica, quid ſit? 382
Forma & negatio, an poſſint identificari? 280
Forma Phyſica quid ſit? 381
Formæ individuatio, an à Materiâ ſumatur? 331
Carere formâ quid ſit? 137
Formæ omnes, an ſint accidentariæ? 377
Formæ, an in potentiâ Cauſæ Efficientis contineantur, & ex illâ educantur? 384. an poſſint educi Formæ, ſi ſunt, quales aſſerunt Peripatetici? 383. an inducantur, an verò educantur? Quam ſententiam habuerit Ariſtoteles? 385
Formæ immediatæ non poſſunt ſimul coexiſtere in eâdem materiâ: Subalternæ poſſunt. ibid.
Formæ Accidentariæ, an dent *eſſe* ſimpliciter, an tantummodò *eſſe* ſecundum quid? 109
Formæ Æthereæ, quales ſint? 344
Formæ Artificiales, an educantur? 383
Formæ corporeæ, utrùm omnes ſint merè Figuræ Materiæ? 345
Formæ corruptæ, an naturaliter reproducantur? 335
Formæ Materiales, an poſſint exiſtere ſine Materiâ? 360
Formæ materiales, an ſint modi? 379
Formæ Phyſicæ, quæ & quales ſint opinione Ariſtotelis? 383.
Duæ Formæ ſubſtantiales, an ſimul in eâdem materiâ eſſe poſſint? 109
Formæ Subſtantiales Corporeæ, quid ſint? 383
Formæ ſubſtantiales corporeæ, an ex Materiæ primæ potentiâ pullulent? 364
Formæ Subſtantiales materiales, an ſint Corporum meræ figuræ? an & cur educantur de potentiâ Materiæ? 383.
Formarum Naturalium & Artificialium Analogia. 108
Formarum & Negationum habitudines. 144
De Formarum ſpiritualitate, immortalitate, informatione & aſſiſtentiâ. 378
An ſit de Fide dari in rebus aliquas Formas Subſtantiales? 377
Formalitates realiter extrinſecè, an inter ſe diſtinguantur? 228
Fundamentum & terminus, an poſſint eſſe in diverſis temporibus? 538
Futura libera Conditionata, à quonam ſuum *eſſe* recipiant? An ſint ante Decretum? 531
Res futuræ, an nunc temporis aliquid ſint? 78
Futuritio eſt accidens Temporis, & non habet locum in Divinâ Æternitate. 559

G

Generatio quid ſit? 331. 362
Generatio, & Alteratio, an & quomodo diſtinguantur? 355
Rem generari, aut corrumpi, quid ſit? 598
An ſicut Genus ſine differentiâ, ſic & Materia intelligi poſſit ſine Formâ? 369
Geometria, quæ, & cur *Elementaris* nominetur? 18
P. Georgius de Rhodes laudatur, 251. Etiam ejus Curſus Philoſophicus. 252
Gradus Genericus, an Paſſiones & Proprietates habeat? 194.
De Graduum ſuperiorum & inferiorum diſtinctione. Quid doceant Academici? 207
Græcia, unde dicatur? 44
Grammatici cujuſdam in D. Auguſtinum ignorantia & temeritas. 39
Grammatici, qui, & cur nominentur Critici? Quàm ſint ſuperbi & arrogantes? Eorum Ingenium, & arrogantia. ibid.
Gratia per circumſtantias modificata, an voluntatem neceſsitet? an verò Voluntatē indeterminatā relinquat? 533.

De Divinæ Gratiæ neceſſitate. 799
Quænam ſint circumſtantiæ, quæ Gratiam reſtringunt? 533.
Magiſter Gundiſalvus Correa, qualis Salmanticæ fuerit? 32.

H

HÆreſis Arriana, æquivocationibus, & defectu vocabulorum fovebatur & promovebatur. Quomodò S. Athanaſius proceſſerit? An illum imitari debeamus? 65
Herba, quænam nomine πεντάφυλλος notetur? 4
Hiero Siciliæ Tyrannus *Quid Deus eſſet*, a Simonide reſcire cupit. Quid illi Simonides? 391
Hircocervus, an ſit impoſſibilis? 204
Homo qualis ſit ad noſtram & Scoti ſententiam? 388. An ſit Corpus? 386
Homo, cur ſit animal rationale? 76
Homo, an poſſit eſſe Cauſa Prima? 216
Homo, an ſit cauſa prima ſuæ prædeſtinationis? 572
An poſſit homo credere Propoſitionem eſſe veram, quam certò ſcit eſſe falſam? 201
Homo quando moritur, an ſuperveniat nova aliqua Forma poſitiva? 380
Homo, qui non ſit cæcus, an poſſit dari Solem, neſcire? an niſi mente cæcutiat, poſſit neſcire dari Deum? 393
Homo exiſtens & poſſibilis, quomodo diſtinguantur? 252 273.
Homo in ſuo conceptu quiditativo non dicit exiſtentiam. 284
Homo poſſibilis non eſt carentia hominis. ibid.
Homo vivus, in quo differat à mortuo? 257
Hominis Divini notitia, an cum tempore apud homines caruerit? 99
Hominis compoſitio, qualis apud Scotum ſit? an compars, quæ cum corpore conſtituit hominem ſit primū ſubjectum? 379
Quomodo in Homine Animalitas & Rationalitas diſtinguantur? 92
Homines omnes, an debeant eodem modo operari? 572.
Hypotheſes Aſtronomicæ, quales eſſe debeant? 43

I

IDEA quid ſit? 369. An ſit duplex? 449.
Idea, an ſit Divina eſſentia abſolutè ſumpta? An prout eſt à Deo intellecta? An quatenus eſt ſpecies expreſſa creaturarum? 449
Idea, an in conceptu objectivo conſiſtat? 450. An differat à re factibili? 451
Idea, an differat ab Exemplari? 450
Idea in Deo, an ſit ipſamet Eſſentia Divina? 449
Idea formalis, quid ſit? 429
Idea objectiva & formalis, quid ſint, & quomodo differant? 469
An Ideæ nomine, abſolutè prolato, debeat objectiva potiùs, quàm formalis intelligi? 489
Ideæ, quales ſint Auguſtini ſententiam? 452
Ideæ in Formales & objectivas dividuntur. 442
Ideæ, an, & quo ipſe modo participentur à Creaturis? 452.
Ideæ, an in Relatione ad Creaturas conſiſtant? 464
An ipſæmet rationes rerum ſint, quæ vocantur Ideæ? 468.
Ideæ, an fuerint ab æterno? An non res intellectæ, ſed ipſæ intellectiones ſint? An illas Auguſtinus in formali intellectione conſtituat? An in illarum cognitione Angelorum, & Animarum conſiſtat beatitudo? 470
Ideæ Divinæ, quâ diſtinctione inter ſe diſtinguantur? 332
Ideæ Divinæ in Formales & objectivas dividuntur. An Formales ſint plures? & unde illarum deſumatur pluralitas? 337
Ideæ Divinæ, an vivant, & quâ illæ vitâ vivant. 449
An & quæ Ideæ Divinæ animas beent? 480
Ideæ Formales, quo ſenſu ſint & non ſint plures? An dici poſſit, quòd S. Thomas eas negaverit? 469
Ideæ objectivæ, cur fuerint ab Antiquis negatæ? 46
Ideæ objectivæ, an & cur ab Amico negentur? Utrùm illæ ſint ab æterno? 485
An Idearum participatione omnia fiant? 449
Quid intelligat Scotus nomine Idearum, & quando illas à rebus Ideatis diſtinguat? 288
Quid Idearum nomine intellexerit Plato? An Ideas Divinas in Formales & objectivas diſtinxerit? 447
An Plato, Ariſtoteles & Auguſtinus Ideas in re intellectâ & non in intellectione conſtituat? 462
Quis primus fuerit, qui de Ideis diſſeruit? An conſiſtant in conceptu objectivo? 462
Identificatio poſitiva, & negativa, quomodò diſtinguantur? 77
Identificatio Virtualis, & Fundamentalis, an detur? 228,
An & quæ ſimul ſint identificata, ſemper ſint identificata? 260.
Quænam ſit differentia inter Identitatem, & Similitudinem? 485
יהוה Iſova, vel ut Rabbini proferunt Adonai, an non jam omnipotentiam, aut aliud attributum, ſed ipſammet eſſentiam Dei ſignificet? 99
Imaginatio, utrùm ſit Practica? 513
An dari imago poſſit, per quam nihil repræſentetur? 208
Immenſitas, quæ poſſit cum æternitate comparari, qualis eſſe debeat? 549
Impoſſibile quid ſit? 399
An poſſit aliquid ſimplex, quod ſit impoſſibile, concipi? 202.
Impoſſibile, & Repugnans, quid ſit; & utrùm, & quomodò inter ſe diſtinguantur? 397
Quid requiratur, ut aliquid cenſeatur impoſſibile? 414
Impoſſibilis nomine, quidnam debet intelligi? 394
Impoſſibilia, unde habeant quòd ſint impoſſibilia? P. Izquierdi opinio. 245
Quid interrogat, qui conſiderat rem impoſſibilem? 208
An quis concipere poſſit rem ſimplicem impoſſibilem? 403.
Impoſſibilitas rerum, in quo conſiſtat? 244
Impoſſibilitas rerum, an à ſando, an verò à ſendo proveniat? 89
De Impoſſibilitate, & Repugnantiâ. Quid importent hi termini? 96
Inconvenientia, quæ tolli non poſſint, an ſint toleranda? 314.
Indeterminatio eſt duplex. 130
Individua, an in unâ ſpecie omnia ſint æqualis perfectionis? 11
Intellectio quid ſit? 368
Intellectio, an formaliter ſit verbum mentis? 167
Intellectio, & res intellecta, an debeant coexiſtere. An ſi illa fuiſſet ab æterno, deberet etiam hæc fuiſſe ab æterno? 285
Cur Intellectio noſtra ſit accidentalis, & ſit ſubſtantialis Divina? 167
Intellectio Practica, qualis eſſe debeat opinione Philoſophi? 517
Intellectionis Divinæ objectum, utrùm ſit ipſamet Intellectio Divina? 423
Intellectiones merè Practicæ, an dentur? 512
Intellectus eſt oculus animæ. 40
Intellectus, qualem perfectionem importet? Qualem Subſtantia? 53

In-

Intellectus, an concipere impoſſibilia poſſit? 174
Intellectus, quale *Eſſe* rebus cognitis communicet? 194
Intellectus, an poſſit aliquid de re, quam non concipit, affirmare, aut negare? 204
Intellectus, qui à rerum ſcibilitate infertur, utrùm debeat eſſe Divinus? 408
Intellectus, an & quomodò extenſione fiat Practicus? Au potiùs fiat practicans? 518
Intellectus humanus, utrùm rerum eſſentias concipiat? 179.
Intellectus Divinus, an practicè Creaturas poſſibiles attingat? 460
Intellectus, ſpecies impreſſa, Intellectio, & objectum, an intentionaliter identificentur? 487
Intellectûs Humani, & Divini differentia. 399
Actus Intellectûs, an poſſit reflectere ſupra ſeipſum? 205
An ſit Imperfectio Intellectûs dividere rem realiter indiviſibilem, aut res realiter diſtinctas identificare? An, ſi in alterutro eſſet imperfectio, illa ad objectivum conceptum, & non ad formalem ſpectaret? 224
De Intellectu Divino. 209
Simplex Intelligentia, an-ne ad res faciendas terminetur? 522
Simplex Intelligentia in Deo, an ſit Scientia ſpeculativa? 523.
An Simplicis Intelligentiæ ſcientia in Deo ſit ſpeculativa? 460.
Secundæ Intentiones Logicæ, an ſint Entia rationis? 172.
Secundæ Intentiones, an cenſui Entium rationis deberent aſcribi? An quæ in Logicâ, ſint entia rationis? 206.
Secundæ Intentiones, an apud Nominales ſint veræ, & reales? 307
Interpres in Commentario non debet ſuas ſententias proponere, ſed Scholarchæ mentem dilucidare. 56.
Quæ ſit Angelici Præceptoris opinio? ibid.
Res Inventæ, an & quando ſint reſtituendæ? 1
Joannes Hevelius, quali Galilæum imagine in intellectu ſuo ſibi repræſentaverit? 139
Joannes à S. Thomâ, qualis fuerit? 37
S. Joannis locus difficilis exponitur. 46
Juriſperiti, cur prudentes vocentur? 1
P. Izquierdus laudatus. 355
Izquierdus, an, & quomodo Eſſentias rerum ponat in omni tempore? 75

L

LAlemandetius, an intellexerit doctrinam de Divinis Ideis? 219
Λεπτότατος noſter, an licèt pro Angelico Doctore & Thomiſtis compoſitus, Doctori Subtili, & Scotiſtis faveat? 387
Lexici Juridici Autor, *Kahlinus*-ne, an verò *Calvinus* dici debeat? 31
Liber hic, quibuſnam ſcribatur? 2
Cur hic Liber inſcribatur *Subtiliſſimus*? An ſuperbiâ, & arrogantiâ laboret hæc Inſcriptio? 6
Libri, cur ſcribantur, & edantur? 16
Liberum, duplex eſt. 798
Lignum, quomodò ſit pura potentia artificialis? 596
Lineæ, an Geometriam præcedant? 192
Locus, quid ſit? An ſit mutabilis? 373
Locus, an ſit Forma Mathematica? An ab omni materiâ præſcindat? An exiſtentia ſit loco ſimilis? ibid.
Logica, an careat objecto? 91
Logica à Rabbinis *Ars meditandi* vocatur. 235
Logica & Ethica, ſint-ne Scientiæ Speculativæ, an Practicæ? 511
Logicæ diviſio. 306
Logicæ Finis, & objectum, an diſtinguantur inter ſe? 190.
Quæſtio de objecto Logicæ. Quæ ſint in illâ adverſariæ opiniones? Quid dicat alterutra? Et à quibus propugnetur Philoſophis? An poſſint ad concordiam reduci? 173
De Logicâ Docente, & Utente. Utra ſit Speculativa, vel Practica? 512
Loquela demiſſa, & humilis, an interdum animi arrogantis index ſit? 17
Lucianus qualis fuerit? 499
Lunæ globus, an ſit inhabitabilis? 31
Lux, ſi intellectiva eſſet, quomodo cognoſceret tenebras? 458.

M

MAgnetis contemplatio, utrùm ad Matheſin, an verò ad Philoſophiam pertineat? Quænam nomina ſortitus fuerit? Ubi & à quo fuerit inventus? 25. Quænā Magnetis pars Borealis, & quæ reverâ Auſtralis ſit? 26.
An quod Major non poteſt, poſſit Minor? 359
An ea Mari Occidentali ad Orientale per hyperboream partem pateat aditus? 339
Materia, an exiſtat exiſtentiâ Formæ? 19
Materia, an ſi careret Formâ, exiſteret & non exiſteret? 100.
Materia, utrùm ad mentem Auguſtini habeat ex ſe eſſentiam & bonitatem? 298
Materia, an ſine Formâ cognoſcibilis ſit? Quo Deus modo illam intelligat & cognoſcat? 334
Materia, an poſſit habere ſimul plures Formas? An, & quando habet unam, poſſit alias recipere? 334. An, & quando poſſeſsâ formâ perfruatur & quieſcat? 335
Materia, an totaliter potentia ſit? 336
Materia, an & quo ſenſu habeat ordinem eſſentialem ad Formam? ibid.
Materia Cæleſtis, & Sublunaris, quomodo differant? 343. Utrùm ſe totis? 344
Materia, an ſit entitas ſimplex? 343. An ſicut hæc eſt pura potentia, ſic ſimiliter Forma ſit purus actus? ibid.
Materia, unde partes habeat? 344
Materia, an ſit actus alicujus potentiæ? 347
Materia & Forma, an etiam habeant ſuas formas charactericas & eſſentiales? 348
An nihil ſit nihilo propinquius, quàm Materia? 352. An non ſit actus, ſed actu? 353
Materia an habeat diverſos actus negativè? 357
Materia informis, ut poſſit exiſtere? 364
Materia informis an ſit poſſibilis? An-ne entitatis contemptibilis ſit? 364
Materia, an habeat actum entitativum? 371
Materia, cur, etſi à Causâ Generativâ exiſtentiam accipiat, tamen non producatur? 372
Materia, an poſſit exiſtere ſine Formâ? 386
Quid ſequeretur, ſi Materia ſine ſubſtantiali Formâ exiſteret? 389
Materia, & quomodo exiſtat ab initio Mundi? An adveniente novâ Formâ reproducatur? 598
Materiæ appetitus, duplex. 333
Materiæ potentia, quomodo ab ipsâ Materiâ diſtinguatur? An hæc potentia ab ejus appetitu ſecernatur? Activa-ne, an paſſiva ſit hæc potentia? 333
Potentia remota Materiæ, qualis ſit? 335
Utrùm Materiæ & Formæ poſſit dari aliquod prædicatum commune? 341
Materiæ Cauſalitas, & operatio, quæ, & qualis ſit? 363.
Materia-prima, quid, & qualis ſit? An dicenda ſit Sare, aut Sere? 108

An

An detur Materia prima? An ſit nihil? An poſſit eſſe ſubjectum? 596
Materia prima prout eſt pura potentia, quem actum reſpiciat? 95
Materia prima, an ſit in ſpecie aliquâ determinatâ? 100
Materia prima, an ſit & exiſtat imperfectè? 113
Materia prima, an ſit cognoſcibilis? 239
Materia prima, an à ſuâ potentiâ diſtinguatur? 334
Materia prima, cur *pura potentia* nominetur? Cur *poſſe ſubſtantiari* dicatur? 342
Materia prima utrùm exiſtat exiſtentiâ Formæ? 350
Materia prima, an dicat relationem ad formam? An in Divino Intellectu habeat propriam Ideam? 351. Quomodo ſit & non ſit proximè nihilo? 352
Materia prima, an actu ſit quædam Pura Potentia? 353
Materia prima ſecundum ſe conſiderata, quid ſit? 357. An habeat eſſentiam Completam? 358
Materia prima, an propriam eſſentiam habeat? 365. An debeat ante Formam exiſtere? 367. An habeat propriam ideam? 368
Materia prima, quo ſenſu actualis, & non actualis nominetur? 371
Quænam ſequerentur abſurda, ſi Materia prima propriâ exiſtentiam non haberet? An etiam-num actione creativâ conſervetur? 372
Materia prima & ens, an ſint idem in ſententiâ Platonis? 385.
Materia prima, utrùm ſit pura potentia ad ſandum? An à Deo intelligatur? An habeat quiditatem actu? an poſſit eſſe pars compoſiti? An illa abſolutè loquendo ſit nihil? 589. Fuit Philoſophis Priſcis ignota. 590.
Materia prima, utrùm per propriam Ideam cognoſcatur à Deo? An diverſis temporibus circa hoc habuerit diverſas & adverſas ſententias? 591
Quo ſenſu Materia prima ſit, & non ſit pura potentia? Utrùm exiſtentiæ, an verò ſubſtantialis Formæ reſpectu *Pura Potentia* nominetur? An Materia prima conſiderata ut potentia primariò actum ſubſtantialem, an verò exiſtentialem reſpiciat? 596
De Materiæ-primæ Ideâ, quæ eſt in Intellectu Divino. An prout eſt ſecundum ſe, & prout eſt producibilis, & ut eſt Formarum receptiva, tribus diverſis Ideis à Deo intelligatur? 336
Materiæ-primæ munus & officium. 333
Materiæ primæ eſſentia, an ſit imitatio, & participatio primæ Eſſentiæ? 348
Utrùm in Materiâ primâ eſſe Logicum & Metaphyſicum ab eſſe Phyſico proveniant? 355
De Materiâ primâ, & Relatione. Utra majorem entitatem habeat? Quid Nominales ſentiant? Quid Formaliſtæ? Quid Modiſtæ? Et quid tandem Reales dicant? 359
An, & quo ſenſu in Materiâ primâ ſemper una, & eadem exiſtentia remaneat? 373
Materialitas, Senſibilitas, & Intellectualitas, quid ſint? 501.
Mathematici omnes in ſuis operibus, ut ſuas Ideas exponant, nova inveniunt vocabula. 28
Mentis operationes, utrùm practicè dirigi poſſint? 512
An & cur nequeant? 513
Merſennus, quomodo contra Atheos per totum ſuum librum ſuas Demonſtrationes contexat? 407
Metaphyſica, & Prophyſica, unde dicantur? Ad utram agere de Ente Abſtracto pertineat? 234
Mixtorum compoſitio, qualis apud Empedoclem ponatur? 377
Modus quid ſit? An ſine ſubjecto eſſe poſſit? 112
Modus ſubſtandi duplex, ibid.
Quodnam diſcrimen ſit inter Modum, & Accidens? ibid.
De Modorum Imperfectorum numero. 106
Mons ſine valle, an ſit poſsibilis? 398
Montem ſine valle eſſe poſſibilem oſtenditur. 418
Utrùm Mundus ſit Deus? 49
An durabit in æternum hic Mundus? 163
Mundus, an eſſe potuerit ab æterno? 300
An hujus Mundi *non eſſe* fuerit ab æterno? 163
Quo ſenſu Mundi *non eſſe* fuerit ab æterno? An realiter? An negativè? An hypotheticè? An imaginariè? ibid.
Mundi negatio, an ſaltem in Mente Divinâ fuerit ab æterno? An idem de ipſomet Mundo quæri poſſet? ibid.
Muſica, unde ſit dicta? 515
Mutatio realis, an ſine realitatis additione poſſit fieri? An hæc mutatio ab extrinſeco, an verò ab intrinſeco fiat? 572.

N

NAtura ſubſiſtens, an generetur? 112
Naturæ ordo, qualis ſit? 253
Naturæ & Doctrinæ ordo, quomodo inter ſe diſtinguatur? 577
Naturarum identificatio, an ſit poſſibilis? 418
Naturarum incompoſſibilium unio, an ſit extrinſeca ex parte Intellectûs ſe tenens: an verò ſit intrinſeca, & concepta, in ipſomet objecto conſiſtens? 178
Neceſſitas in Antecedentem & Conſequentem dividitur. 210. Altera ejuſdem Diviſio. 311
Neceſſitas in ſe, ſi ſit libera in causâ, à peccato excuſare non poteſt. 798
De Neceſſitatis, & Infallibilitatis differentiâ. Utrùm illam noverit Ariſtoteles? 308
Negatio quid ſit? 138
Negatio, ſi ſubjectum afficiat, Propoſitionem Negativam non reddit. An aliquid dicat de ſubjecto infinito? 125
Negatio, quæ cadit ſuper prædicatum, an reddat Propoſitionem Negativam? 127
Negatio Chimæræ, an detur? 143
Negatio, an poſſit dari in rebus neceſſariis & impoſſibilibus? ibid.
Negatio, & Forma oppoſita, an poſſint ſimul in eodem ſubjecto conſiſtere? ibid.
Negatio Ubicationis, quomodo tollibilis, & non tollibilis ſit? 156
An per negationem durationis alicujus determinatæ ejuſdem etiam rei exiſtentia negetur? 157
An, & cur qui Negationem concipit, non faciat Entia rationis? 199
Negationes, an non ſolùm ſint veræ, ſed etiam bonæ? 145.
Negationes, an fuerint ab æterno? An aliquæ ex illis ceſſaverint? Izquierdi opinio. Vera ſententia. 111
Negationes ab æterno an dentur? 156
Negationes, quomodo cognoſcantur? An ſemper per alienas ſpecies? 138
Negationes, an habeant ſubjecta? 160
Negationes, an cauſam habeant? 147
Negationes, aliæ tollibiles, & aliæ intollibiles ſunt. 144.
Negationes, quomodocumque cognoſcantur, non ſunt Entia rationis. 200
Negationes, an habeant veritatem? 461
De Negationum, ſeu Carentiarum eſſentiâ & exiſtentiâ. 107.
Negationum Prædicamentum. 132. Cur *defectum* in hac Categoriâ addiderim? 133
An Negationes neceſſariò per modum formarû cognoſcamus? 140
An poſſimus Negationes cognoſcere? 148
Utrùm concipere Negationes per modum Formarum, ſit

ſit facere Entia rationis? 200
D. Nicolaus Antonius laudatus, 12
Nicolaus Yſambertus, an Thomiſta, an verò Moliniſta ſit? 574
An inter Nihil, & Ens exiſtens detur Medium? 482
Nomen Analogum quid ſit? Quid ſit Analogum Attributionis? An *ſanus* ſit nomen Analogum? 320
Nomina creaturarum, an de Deo cauſaliter poſſint verificari? 116
Nomina quomodò imponenda ſint? 320
Non-ens quid ſit? 241
Non-ens, an poſſit ab Ente repræſentari? 180
An in *Non eſſe* detur magis & minus? 298
Non repugnantia quid ſit? 274
Cur Petrus creari poſſit, & Chimæra non poſſit? ibid.
Nova, an ſint intolerabilia? 31
Nuditas, quid ſit? 153
Numerus, quid ſit? ibid.
Numeri, an Arithmeticam præcedant? 192
Numeri totales, quando tranſeunt ad majoris numeri compoſitionem, fiunt partiales. 416

O

OBjectum, an ſit prius cognitione? 192
Oculi pupilla, cur omni colore careat? 167
An in purâ omiſſione Voluntas poſſit ex actu primo in ſecundum tranſire? 133. An cùm ex actu primo in ſecundum, tunc Voluntas ex negatione in privationem tranſeat? 134
An, & cur non benè propugnetur Opinio, quæ *dari Puras Omiſſiones* ſtatuit? 133
Omnipotentia, quid ſignificet? 579
Omnipotentia, cur à Dionyſio *infinita* dicatur? 581
Operatio Dei ad extra, an ad intellectum, an verò ad Voluntatem pertineat? 292
Operationes ad intra, formaliter loquendo, nec à Divinitate procedunt, nec ad Divinitatem terminantur. An procedant à Deo, & in Deum terminentur? 121
Operationes activæ Divinarum Perſonarum, an poſſint vocari Practicæ? 517
Opiniones retractantes, an ſemper retractatis ſint anteferendæ? 591
Opticæ ſpecies. 30
Opuſculum hoc, quibuſnam ſervire poterit? 2
Οὐσία non exiſtentiam, ſed eſſentiam ſignificat. 459

P

PAchymetes, an fuerit Schiſmaticus? 110. Neſcit quid ſit æternitas? 111
De Parallaxi. 566
Parallogicus, qui liber ſit & cur ita vocetur? 169
Cur ab aſſuetis non fiat paſſio? 167
Pater Divinus, quid formaliter loquendo ſit? 124
Penthcſilæa, quænam fuerit? Quomodo perierit? Quàm fortis & generoſa fuerit? 5
Perfectio duplex. 495
Perfectio ſimpliciter ſimplex? Quid verò non ſimpliciter ſimplex? 53
Perfectio rationis ratiocinantis, quæ ſit? 481
Perfectiones Divinæ, an & quomodo inter ſe diſtinguantur? 92
Perfectiones creatæ, cum Divinâ comparatæ, ſunt nihil. 98.
Omnes perfectiones poſſibiles, & intelligibiles in eſſe Divino includuntur. ibid.
Perfectionum diviſio. Utræ, & quomodo reperiantur in Deo? 454
Peripatus, qualis hodie ſit? 399
Perſona agens & patiens, an in eodem loco & tempore eſſe debeant? 39
Pharao, qualis; & qualis Moyſes fuerit? 27
P. Philippus à Sanctiſſimâ Trinitate, qualis fuerit? 560
Philippi II. Regis noſtri Magnanimitas, quanta fuerit? Heroicum Regis dictum. 8
Philoſophi nomine, quiſnam per Antonomaſiam intelligatur? 33
Philoſophi noſtri, an renuntient ingenio? 3
Philoſophi, utrùm res immateriales cognoverint? 50
Philoſophia, quo ſtilo tradenda ſit? 16
Φιλοσοφία, utrùm non *Amorem ſcientiæ*, ſed *ſcientiam amoris* ſignificet? 32
Philoſophia, quam ſcientiam per Antonomaſiam ſignificet? 514
An Pictores poſſint Entia rationis facere? 177
Placita omnia an ſint Philoſophica? 401
Plato & Academici, unde quæ de Deo ſcripſerunt, habuerint? 99
Plato & Ariſtoteles, an, ut Philoſophicas quæſtiones expedirent, novâ uſi fuerint dialecto? 45
Plato, cur à ſuis Scholis exeſſe juſſerit imperitos Geometriæ? 176
Populus quid ſit? 153
Poſſibile quid ſit & quid Impoſſibile? 582
Poſſibile & Futurum (aut etiam Ens rationis) an aliquid dicant de præſenti? 137
Poſſibile, an de Deo & de Creaturis dicatur? 274
Quid requiratur, ut aliquid poſſibile ſit? 591
Poſſibilia & exiſtentia quomodo illud eſſe, quod habent, à Deo recipiant? 95
Res poſſibilis quid ſit? 88
Res poſſibilis, quid pro materiali & quid pro formali dicat? 278
Res poſſibilis & exiſtens, an ſit eadem? 279
Res poſſibiles, an ſint poſſibiles actu? 270
Res poſſibiles, an habeant eſſe diminutum? 402
Poſſibilitas, quid ſit? 268
Poſſibilitas, an ſit duplex? 274
Poſſibilitas, an poſſit bifariam ſumi, præciſivè & negativè? 150
Poſſibilitas ad exiſtendum, duplex. 276
Rerum finitarum poſſibilitas, unde oriatur? 306
Potentia, & Impotentia quomodo inter ſe diſtinguantur? 211
Potentia, ſi ad plura objecta extendatur, an ſit imperfectio? ibid.
Potentia ſine actu, an ſit cognoſcibilis? 239
Potentia Operativa, ut poſſit operari, exiſtentiam requirit. 410
Pura potentia, an per ſe, & ab actu præciſâ intelligatur? 594.
Potentiæ, an fluant ab animâ? Et quid ſit illas fluere? 194.
Practicum & Operativum, an coincidant? 511
Prædeſtinationis noſtræ Cauſa prima, quæ? 532
Prædeterminatio Phyſica, eſt vel Neceſſitans, vel Infallibilitans. 794
Prædicamentum, quid ſit? 90
Sex ultima Prædicamenta, an ſint quædam extrinſecæ denominationes? 330
Prædicamentum ſupremum, quod? 146
Prædicatum Tranſcendens quid ſit? 56
An & quando unum, & idem prædicatum duobus ſubjectis, alteri propter perfectionem, & alteri propter imperfectionem negari debeat? 222
Prædicata omnia ſuperiora, an, & quo ſenſu ſint Tranſcendentia? 60
Prædicata, Ens, Verum, Bonum conſiderantur. Quodnam ex illis in ſupremo loco conſtituendum? 235.
Quænam Prædicata convertantur cum Ente? 412

Præ-

Digitized by Google

Prædicata, quænam dicant, & non dicant imperfectionem? 415
Prædicata communia, & tranſſcendentalia, an ſemper ſubintelligantur? 793
Prædicatorum eſſentialium identitas, an ſit ab æterno? quid illa ſit? 270
Præexiſtentia quid ſit? 453
Præſcientia Dei non neceſſitat cauſas liberas. 556
Præſcientiæ Divinæ infallibilitas, unde deſumatur? 570.
Prævidentia, quid & quotuplex ſit? 41
Prævidentia, an ſit in Deo? An ſit in illo Providentia. 788.
Praxis quid ſit opinione Ariſtotelis? Per quas differentias dividatur? 512
Principii petitio quid ſit? 336
Principia naturalia, quot & quænam illa ſint? An ſint intrinſeca? 331
Privatio quid ſit? An cognoſcatur à Deo, prout eſt in ſe? An & cur cognoſcatur à nobis per modum formæ poſitivæ? 137. An ſit ens rationis? 140
Privatio, an & quando ſit forma intrinſeca? 331
Privationum, & Negationum nomine, an res Poſſibiles intelligantur? An ſaltem cum relatione ad aliquam propoſitionem? An denique cum relatione ad Voluntatem Divinam? 142
Probationes, quàm claræ eſſe debeant, ut ex iis ſententia definitiva deducatur? 11
Productio quid ſit? 372
Proportio quid ſit? 320
An, & quo Proportio modo à Proportionalitate diſtinguatur? An in Proportione Proportionalitas neceſſariò includatur? 321
Proportio inter Circulum, & Quadratum Diametri, an ſit proximè ut 11. ad 14.? 407
Proportio, utrùm ſit res? 403
Propoſitio in Objectivam, & Formalem dividitur. An utraque habeat cauſam? 76
Propoſitio vera, an in falſam tranſire poſſit? 101
Propoſitio, in quâ æquivocum prædicatur, an ſit identica? 102
Quid requiratur, ut Propoſitio ſit *Æternæ Veritatis*? 265.
Propoſitio, ſi ſit ab æterno, an ejus objectum etiam ſit ab æterno? An ſibi Rhodeſius ſit diſſimilis? An Scoto ſubſcribat? 260
Quid requiratur, ut aliqua Propoſitio ſit de Fide? 422.
Propoſitio & Syllogiſmus, an ſimplices qualitates ſint, an ex partibus componantur? 207
Propoſitio *Roſa eſt*, an ſit contingens? 81
An hæc Propoſitio, *Nulla res eſt*, poſſit eſſe vera? 401.
An hæc, *Nulla res eſt*, ſit propoſitio falſificans? 404
Propoſitio Conditionata, an Abſolutæ contradicere poſſit? 403
Quid ſufficiat ut Propoſitio Disjunctiva ſit vera? 422.
Propoſitio falſificans, quid ſit? 411
Propoſitio Hypothetica disjunctiva, an ad ſimplicem Categoriam reduci poſſit? 202
Propoſitio objectiva quid ſit? 402
Propoſitio objectiva, utrùm ſit nihil? 411
Propoſitionis veritas tribus modis poteſt conſiderari, 265.
An in Propoſitione aſſerente eſſe poſſit Copula negativa? 137.
Propoſitiones, quæ habere poſſunt ſenſum bonum, & malum, an potiùs diſtinguendæ, quàm negandæ ſint? 121.
Propoſitiones iſtæ, *Homo non currit & Non homo currit*, an *Caramuelis Lipticatos*. & quomodo differant? 125
Quid requiratur, ut duæ propoſitiones ſint contradictoriæ? 149
Propoſitiones, quæ æternæ veritatis dicuntur, quæ ſint? An poſtulent exiſtentiam ſubjecti? Cur ſic vocentur? 76.
An ſicut *Propoſitiones æternæ veritatis* dicuntur, ſic eædem *immenſæ veritatis* ſint dicendæ? 403
Propoſitiones Æternæ Veritatis, quale Eſſe habeant? Quale etiam Eſſe? 412
Propoſitiones *primi*, ſecundi, & tertii adjacentis quæ ſint? 265
Propoſitiones conditionatæ, quid ſint? 425
Propoſitiones Conditionatæ de Exiſtentiâ Divinâ non poſſunt fieri, nam neceſſariò exiſtit Deus. 89
Propoſitiones definitivæ, an ſint veræ ab æterno? 255
Propoſitiones Eſſentiales, cur dicantur eſſe æternæ Veritatis? 371
Quomodo intelligenda ſit hæc Aſſertio, *Propoſitiones eſſentiales ſunt veræ ab æterno hypotheticè*? 262
Propoſitiones tam formales, quàm objectivæ, an ab æterno ſint veræ? 260
Propoſitiones neceſſariæ, an & qualem habuerint ab æterno exiſtentiam? An-ne poſitivam, an verò negativam? An potentialem, hypotheticam, aut conditionatam? 87
Propoſitiones univerſales neceſſariæ, an ſint Æternæ Veritatis? 71.483
Propoſitiones Univerſales, an & quomodo in Diſputatione perſuadeantur? 401
Cur in Propoſitionibus de ſubjecto verificetur prædicatum? 418
Providentia, quid ſit? An in Intellectu, an in Voluntate conſiſtat? 790. Ejus Diviſio. Qualis ſit? 791
Providentia, an & cur ad Cauſam Finalem pertineat? 788.
Providentia Divina, an detur? 789
Prudentiæ prima pars, 16

Q

QUando, quid ſit? Et an intelligi poſſit ſine exiſtentiâ? 327
Qualitas in Verbis, quæ ſit? 47
Qualitates, an inhæreant Quantitati? 330
An Quantitati poſt Conſecrationem addatur aliqua Modalis Perſeitas? Quænam præſtet ille modus miraculosè ſuperadditus Quantitati? 576

R

RAdii aut ſpecies Intentionales, an admitti debeant? 64.
Ratio ratiocinans, quid ſit? 791
Realitates, an extrinſecè identificentur? 228
Rectum, Directum, & Formale, an coincidant? 123
Regula Juris Canonici, quæ leguntur in Sexto, quales ſint? 359
Relatio dupliciter conſideratur. 228
Relatio utrùm cognoſci poſſit, quin utrumque Extremū cognoſcatur? 477. 479
Præſciri extrema debent, antequam cognoſcatur Relatio. 488
Relatio ſecundum *eſſe in* poteſt eſſe æterna, & ſecundum *eſſe ad*, omni duratione deſtitui. 292
Relatio Logica & Metaphyſica, quomodo diſtinguantur? 294.
Relatio Prædicamentalis, an ſit inter extrema coexiſtentia? 294

Relationes, quæ in Actione & Paſſione fundantur, quales ſint Antiquorum judicio? Quomodo à Recentioribus intelligantur? 476
Relationes, an à terminis ſpecificentur? 477
Relationum extrema, quæ inter eſſentias intelliguntur, an coexiſtant? 295. An debeat inter iſta ſervari proportio? 297
An ſicut de relationibus Dei ad creaturas, ita de relationibus creaturarum ad Deum ſit philoſophandum? 287.
Relativa, an ſine ſuis terminis cognoſci poſſint? 239
An illud Axioma, *Relativa ſunt ſimul tempore, naturâ, & cognitione*, ſit univerſim verum? 295
Repræſentatio vera & ficta, quomodo inter ſe diſtinguantur? 180
Repugnantia ad eſſendum, quid ſit? 273
Reuaau, quid apud Metaphyſicos ſignificet? 235
Ruſticus, quibus verbis inſtituendus ſit? 16

S

SAfre, an Entibus rationis conveniat? 184
Sanitas Animalis an & quando ab Operantis Intentione dependeat? 321
Sare quid ſit? Quid ſignificet, ſi præciſivè; & quid ſi negativè ſumatur? 73
Sare *eſſe quidditativum*, & *eſſe diminutum*, utrùm coincidant? 411
Sare, Sere, Sore, an ſicut in ligno, ita & in Materiâ diſtinguantur? 345
Utrùm Sane, an Sens in decem Prædicamenta diſtribuatur? 90
Scibilitas, an ab actualitate ſumatur? 351
Scientia Dei, an ſuum objectum producat? 506
Scientia neceſſaria, an ſit duplex? an habeat objectum neceſſarium? 531
Scientiæ, an à Græcis ad Latinos tranſiverint? 44
Scientiæ Divinæ, quomodo inter ſe diſtinguantur? Utrùm ne ex naturâ rei? 500
Quæ, & quot Scientiæ admittantur in Deo? 516
Scientiæ Practicæ, an dentur? 91
Scientiæ Speculativæ & Practicæ, quomodo differant inter ſe? 511
Scientia Simplicis Intelligentiæ eſt Practica, tametſi naturalis & neceſſaria ſit. 518
Scientia Media, an ſit neceſſariò admittenda? an antiqui illam cognoverint rejecerintque? 524. Cur hoc nomen ſortita fuerit? 525
Scientia Media, an conſonet Sacræ Paginæ? an cohærere poſſit cum Apoſtoli ſcriptâ ad Corinthios ſententiâ? an cum S. Auguſtini doctrinis componi? an contradicat D. Thomæ? an ab Auguſtini tempore uſque ad noſtram ætatem fuerit in Scholâ receptâ? an in Concilio Tridentino ſit à Patribus approbata? 528. an, ſi nota fuiſſet Auguſtino, à notiriis Theologis, qui ſunt ejus diſcipuli, potuerit ignorari? Utrùm Sententiam, quæ illam tuetur, oppoſitæ ſit poſtponenda? an quæ negat Scientiam Mediam, Sacræ Scripturæ, & Patrum Authoritate ſuffulciatur? an illi ſubſcripſerint Summi Pontifices? 529. an ſit neceſſaria Scientia Media ad prædefiniendos actus liberos? an ad prædeſtinationis certitudinem? an Prædeſtinationis infallibilitati præjudicet? an prædeſtinationi adultorum officiat? 530
Scientia Media & cognitio Creaturarum in Eſſentiâ Divinâ, utrùm ſint Poſitiones neceſſariò connexæ? 437
Objectum Scientiæ Mediæ, utrùm inter Sare & Sere ſit medium? an illud denominari debuerit ſpeciali vocabulo? 527. an per Saere ejus eſſentia opportunè exponatur? ibid.
Quàm falſa ſint, quæ de Scientiâ Mediâ dicuntur? 527
An & cur qui Scientiam Mediam tuentur, in fundamentis diſſentiant? 533
Utrùm, qui admittunt Scientiam Mediam, teneantur concedere, Deum intelligere antequam intelligat? 571.
Scientia Viſionis, quomodo ſit æterna, & ad temporalia terminetur? 292
Scientia Viſionis, an-ne Eſſentiam Divinam attingat? 491.
Cur hæc Scientia *Viſio* vocetur? 492
Scientia Viſionis, an non exiſtentes Creaturas, ſed jam priùs exiſtentiatas intueatur? an ſpeculativa ſit, an Practica? 523
Quænam Intellectio Divina *Viſionis* nomine intelligatur? 523.
De Scientiæ Viſionis objecto. 19
Utrùm duæ Scientiæ Divinæ (Viſionis & Simplicis Intelligentiæ) differant claritate? 495
Scotus, qualis fuerit? 12
Scriptor, quis Lectori gratus, & quis onerosus ſit? 3
Senſus, quomodo propria objecta percipiant? 64
Senſus Hypotheticus quid ſit? 52
An intrepidè quis ferre ſententiam poſſit, ubi Partium probationes non liquent? 9
Sententiæ; utræ retractantes-ne, an retractatæ ſemper præferri debeant? 368
Sententiæ novæ, an ſint falſæ? 450
Similitudo, inter quæ extrema ponenda eſt. 345
Simultas potentiæ & potentia ſimultatis, quomodo inter ſe diſtinguantur? Quo in humanis & contingentibus modo, & quo in Divinis & neceſſariis philoſophandum ſit? 246
Sol, an ſit imago Dei? 391
Spatium actuale, an diſtinguatur à corpore? 160
An ante creationem Mundi fuerit ſpatium reale, in quo ille creatur? 160
Spatia poſſibilia & imaginaria, an ſint extra Cælum Empyreum? An & quomodo in illis ſit Deus? an in iiſdem ſint rerum negationes? 161
Spatia realia, an nunc extra cælum reperiantur? an in iis eſſet Deus? 160
De Spatiis realibus. Quænam in illis negationes ſint, aut non ſint? 161
Species impreſſa quid ſit? Quid expreſſa? 167
Stellæ, an coram Sole luceant? an lucem ab ipſo recipiant? 397-398
Stylus Scholaſticus, an, & cur horridus ſit? 9
Subſtantia, quæ nec Creator, nec Creatura ſit, an dari poſſit? 471
Subſtantia Spiritualis corporea, cur ſit impoſſibilis? 276
Subſtantia Supernaturalis, an ſit poſſibilis? An talis Subſtantia cognita, ſit ens rationis? 191
Quinam gradus ponendi ſint in Prædicamento Subſtantiæ? 90
Subſtantiæ concretum, quid in recto, & quid in obliquo dicat? 418
An concipere poſſimus Subſtantiam, quæ non poſſit exiſtere? 242
An ſit probabilis Sententia, quæ aſſerit eſſe poſſibilem Subſtantiam Supernaturalem? 317
An deſtructis primis Subſtantiis pereant ſecundæ? 301
An in Subſtantiis Incorporeis Subſtantiales Potentia & actus realiter identificentur? 590
Subtilia, an omnia ſint pretioſa? 7
Suppoſitio, an inferat neceſſitatem? 312
Syſtema quid ſit? 235
Syſtema Præciſivum quid? Quid materiale ſeu Corporeum? Quid Spirituale ſeu Incorporeum? Quid Supernaturale? 317
Syſtema Metaphoricum, an cæteris ſit addendum? 330
Qualem inter ſe Analogiam habeant univerſa Syſtemata? 323

Tem-

T

TEmplum S. Sophiæ Conſtantinopolitanum, cui nuncupatum ſit? 461
Templa, an & cur uni Divinæ Perſonæ conſecrari poſſint? ibid.
Tempus quid ſit? & , an ab Exiſtentiâ diſtinguatur? 73. 66.
Tempus, an ſit Angelis intrinſecum, aut extrinſecum? 115.
Unum Tempus, an poſſit eſſe in alio, aut una Duratio in aliâ? 156
Tempus quale ante Mundum fuerit ſecundum Ciceronis conceptum? 291
Tempus, an & quo ſenſu componatur inſtantibus? 535
Tempus, an ſit Æternitatis participatio? 539
Tempus præſens dupliciter accipi poteſt. 545
Tempus, quomodo Æternitati coexiſtat? 563
Tempus Actuale & Reale, quomodo à Poſſibili differat? 537
Tempus determinatum, dupliciter conſiderari poteſt, 546.
Tempus Hypotheticum, Poſſibile, Imaginarium, & Actuale, quomodo diſtinguantur? 290
Tempus Imaginarium, aut Æternitas extrinſeca, quid ſit? 535
Tempus indeterminatum, quid ſit? 130
Tempus indeterminatum, an neceſſarium ſit? 19. Quomodo prædicetur? 101
Tempus reale quid ſit? Et utrùm ante Mundum fuerit? 290. an ab æterno? 159
Quid ſit eſſe in aliquâ differentiâ temporis? 19
Termini Tranſcendentales proponuntur & dilucidantur. 235
Θέμις, cur ſit Parcarum comes? Cur Jovem fugiat? 581.
Theologia quadruplex traditur à S. Dionyſio. 577
Theologia Naturalis, quando inceperit? An illam Plato promoverit? 591
Theologia naturalis, quomodo procedere debeat? 573
S. Thomas, quo ordine ſuos libros ſcripſerit? 591
D. Thomas, an & cur aliquando ad Principia Nominalium diſcurrat? 58
D. Thomas, an bene citetur pro ſententiâ, quæ docet Deum facere Entia rationis? 219
Triangulus, an & quo ſenſu Circulo præſtantior ſit? 495

V

AN Unum Ubi in Compoſito ſufficiat, & una Exiſtentia? Quænam fuerit Angelici Præceptoris Opinio? Quænam Philoſophi? 375
Una Ubicatio, an poſſit in aliâ poni? an unus locus in alio? 156
An ſicut de Ubicatione, ita de Duratione philoſophandum ſit? An alterutra à ſubſtantiâ realiter diſtinguatur? 115
Verbum Divinum eſt imago Dei Patris. 167
Verbum, cur ab Angelo vocetur Poſſibile? 242
Verbum Æternum potuit naturam irrationalem aſſumere. Quænam tunc verificarentur Propoſitiones propter communionem Idiomatum? Quæ non? 418
Verbum Æternum, an ſit creatura, an fuerit ab æterno? 555.
Quid requiratur, ut res aliqua perfectè cognoſcatur in Verbo? 441
Verba omnia, an quodammodo actionem ſignificent? 118.
Veritas eſt duplex. 149
Veritas ignoratur ab Aulicis. Cur illam ex nomine, & non ex facie cognoſcamus? 39
Veritas, an ſit attributum Entis? 164
Veritas, an ſit quid à Poſitivo & Negativo præſcindens? 165.
Veritas, ſeu cognoſcibilitas, an ſit Entis attributum? 412.
Veritas omnis conditionata, utrùm in abſolutâ Veritate fundetur? 262
Veritas formalis, an poſſit eſſe ab æterno, quin objectiva ſimiliter ſit ab æterno? 261
Veritas objectiva quid ſit? 261
Veritatis prima Diviſio. 241
Veritates æternæ, an dari poſſint? 76
Verum, quid ſit? An vero aliquid opponatur? 240
Verum, an ſit Ente ſuperius? 164
Verum, cur ſit ſupremum in Categoriis prædicatum? 148
Viſio, utrùm ſuum objectum ſupponat? 505
Vita Humana perfecta, & imperfecta ſimul eſt. An & quomodo inveniatur in Deo? 456
Vita interminabilis, quæ? 534
An quæ in Vitæ libro ſcripta ſunt, deleri poſſint? 309
Unio, utrùm exiſtentiam requirat? 95
Unio extrinſeca, an in ente rationis ſufficiat? 179
Unio ficta, an objectivè dari poſſit? 182
Univerſalia, utrùm ab aſſerente debeat poſitivè probari? 399.
Univerſalia, an dentur? 102
Univerſalia, utrum notiora ſint Particularibus? Quid in hac materiâ ſenſerit Ariſtoteles? 233
An Nominales negent Univerſalia. Illas Ariſtoteles & Peripatetici admittunt. 102
Univerſalitas, an in ſola diſtinctione conſiſtat? 102. an in præciſione? 103
Unum per ſe, & unum per accidens, quid ſint? 341
Voluntas Divina, cur ſit infinitè perfecta? an directione indigeat? an ſola illa Voluntas, quæ poteſt errare, reguletur? 522
Voluntas humana, an ſit Cauſa prima? 572
Voluntas per modum actus primi in duo ſigna dividitur. Unde illorum duorum ſignorum differentia ſumatur? An voluntas virtualiter mutari poſſit, quin realiter mutetur? Voluntatis propenſio quid ſit, & quomodo fiat? 572
Quomodo Voluntas purè omittens, tranſire ex actu primo in ſecundum dicatur? 135
Quando Voluntas audiendæ Miſſæ Negationem, & quando autem Privationem habeat? Et quando denique Defectum? 134
Voſſius, an φιλοκαινία, hoc eſt novitatum amore laboret & præpediatur? 14
Voſſius, licet Orator ſit eloquens, ubi de Re Grammaticâ ſcribit, non rhetoricatur. 16
Uxorem dimittere, an & quando liceat? 63

TYPOGRAPHIS.

SI cui (quod non opto) placuerit hunc Librum recudere , ſciat ſibi eſſe neceſſarios præter Hebræos , Græcos & Latinos etiam alios alius generis characteres quibus Verba Dialecti Metaphyſicæ à cæteris clarè ſecernantur. Nos Germanicis uti voluimus, ſed perinde eſſet, ſi uſi fuiſſemus Belgicis, vel illis antiquis Hiſpanicis, quibus Bullæ S. Cruciatæ imprimi ſolent. Manent nunc apud me nonnullæ Virorum Illuſtrium Epiſtolæ, & curioſa ad præcipuos Articulos Scholia, quæ ſuis locis inſerta, Librum exornatiorem reddent; quam ob rem, qui recudendi hunc Librum voluerit laborem aſſumere, habebit à nobis, ſi poſtulet, exemplum correctiſſimum Epiſtolis & Scholiis, de quibus agebam, exornatum. Hoc vos monere volui, ne quis veſtrum characterum defectu Opus hoc non tam in lucem mittat, quàm offundat tenebris & æquivocationibus. Valete.

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam.

Superiorum permiſſu. M. DC. LXXXI.

Digitized by Google

Digitized by Google

5-2

Digitized by Google